MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXXI.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM

TOMVS XXXI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCCIII.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Hic tomus inter Scriptores primus minoris formae prodit, ut ab iis decretum est, qui collectionis nostrae rationem moderantur, censentibus minorem librorum formam gratiorem fore lectoribus. Cum tomis Scriptorum XVIII. et XIX. multi annales, tomis XXII. et XXIV. aliquot chronicorum libri, tempore regum stirpis Suevicae et post eorum excessum ad annum millesimum trecentesimum fere in Italia conscripti, iam editi sint, restant multi alii libri annales et chronicorum Italici eiusdem temporis in collectione nostra exhibendi, antea variis rationibus intercedentibus praetermissi et posterioribus voluminibus reservati. Horum quidem ordo iustus, quem in hac collectione sequimur, iam plene servari non potest aliis libris eiusdem generis antea editis, sed singulis tomis collectos dabimus libros aut aliqua ratione inter se cohaerentes aut in eadem fere regione compositos.

Gotifredi Viterbiensis, Martini Oppaviensis, Thomae de Papia chronica in Scriptorum tomo XXII. edita sequuntur in hoc tomo Sicardi episcopi Cremonensis et Alberti Milioli Regini chronica universalia, quorum alteri appendicis loco quatuor subiuncta sunt chronica brevia. Horum enim tribus inter se collatis efficitur, ut Cronica Tiburtina deperdita, a Sicardo exscripta, fere

recuperetur, quartum ut hoc loco exhiberetur oportuit, quia ab Alberto Milioli expilatum est. Alberti chronicis duplicibus tres libelli de obsidione Damiatae civitatis conscripti sunt additi, cum ille libellum amplum de Damiata civitate expugnata Libro de temporibus inserens et unum eorum et alterum deperditum his propinquum exscripserit. Praeterea hic tomus praebet Annales Cremonenses et Bergomates, quorum partes quaedam mutilae ac corruptae in Scriptorum tomo XVIII. editae erant. Alios libros in eodem tomo male recensitos, Gesta Friderici I. imperatoris in Lombardia atque in itinere sacro et Iohannis Codagnelli Annales Placentinos, inter Scriptores rerum Germanicarum recognovimus.

Sequens tomus XXXII. lectoribus exhibebit Cronicam fratris Salimbene de Adam Parmensis, qui et Sicardi Cremonensis Cronicam maiorem deperditam et Regii in conventu fratrum Minorum aliquot annis moratus Alberti Milioli Librum de temporibus expilavit, tum ipse libri sui partes describendas Alberto Milioli commodavit. Apte igitur huius Cronica celeberrima, mox prelo subicienda, illorum duorum libris subiungetur.

Berolini Idibus Decembr. anni MDCCCCIII.

O. HOLDER-EGGER.

ANNALES CREMONENSES.

ED. O. HOLDER-EGGER.

In Rerum Italicarum Scriptorum tomo VII, p. 631 — *col.* 642. *L. A. Muratorius anno* 1725. *edidit Chronicon Cremonense breve ab anno* 1096. *usque ad annum* 1232. *usus apographo, quod 'ex vetere manuscripto codice' descriptum ad eum miserat Philippus Garbellus Brixiensis, abbas Pontisrici. Eodem Garbelli exemplari saec. XVIII, quod nunc servatur in bibliotheca Estensi civitatis Mutinensis sub nr. VI. C* 22, *collato Ph. Jaffé b. m. multa vitia Muratoriana sustulit, cum in SS. tomo XVIII, p.* 800—807. *eosdem, quos vocavit, Annales Cremonenses a.* 1096—1232. *iterum ederet a.* 1863. *Iam vero a.* 1856. *Fr. Odorici in 'Archivio storico Italiano, Nuova serie' IIIb, p.* 22—28. *ex vetusto libro, qui tunc servabatur in bibliotheca principis Belgiojoso Mediolanensis sub nr.* 61, *annales ediderat Cremonenses a.* 1233—1270, *quos partem vel continuationem annalium a Muratorio editorum fuisse perspexit. Hic liber postea transiit in bibliothecam illustrissimi principis Iohannis Georgii Trivulzii Mediolanensem, ubi nunc servatur sub nr.* 1339 [1]. *Continet novem folia cartacea formae quadratae minoris* [2], *in quibus Annales Cremonenses* 1162—1270. *manu saec. XV. nimis mendose, litteris minutis, deformibus, contractis, quae non sine magna difficultate leguntur* [3], *scripti sunt. V. Cl. H. Simonsfeld Monacensis librum Trivulzianum, partem a.* 1162—1233. *iterum V. Cl. L. Schiaparelli in usum nostrum exscripserunt* [4]. *Olim codex Trivulzianus continebat procul dubio etiam partem Annalium* 1096—1159, *quae primo folio quinternionis absciso periit. Demonstravi enim 'N. Archiv' XXV, p.* 499—507. 520. *exemplar Garbellianum ex apographo huius libri deperdito descriptum esse* [5], *quod apographon eo tempore factum esse patet, cum codex Trivulzianus priorem etiam partem annalium* 1096—1159. *continebat. Sed cum exemplar Garbellianum lectiones habeat nonnullas memorabiles, longe a libro Trivulziano recedentes, haud paucas etiam veras, quas coniectura et lectis aliis*

1) *Signatus praeterea: 'Scaffle No.* 85. *Palchto No.* 3'. 2) 16 : 22 *cm.* 3) *Praesertim litterae* e, c, t, r, i *saepe difficillime inter se discernuntur.* 4) *Cum illis novem foliis vetustis conglutinatum est exemplar eorum saec. XIX. descriptum, cuius lectionem bis terve adnotavi, cum difficillime esset cognitu, quid in libro vetusto scriptum sit. In tegumento manu saec. XVI. ex. scriptum est:* Cronichę seu memorię diversę pertinentes ad civitates dominii Mediolani et precipue ad civitatem Cremonę incipiendo de anno 1167. et sequendo usque de anno 1269. Incipiunt: 'Quando Federicus imperator cepit Mediolanum'. 5) *Librum enim, cuius exemplar est apographon Garbellianum, extremam etiam partem annalium* 1233—1269 (1270) *continuisse, quamvis illud iam a.* 1232. *desinat, patet ex inscriptione apographi Garbelliani:* Cronica quaedam antiquissima, quae incipit ab a. 1096. et finit in anno 1269.

libris, praesertim libro a Campo edito[1], *'Cremona fedelissima citta', librarium assecutum esse arbitror, cum etiam utraque editio prior ex ea profecta sit, multas earum adnotavi. Qui omnem illius libri lectionem cognoscere vult editionem Iaffeanam adeat.*

Non ab uno auctore hi annales conscripti sunt, sed diversis temporibus partes eorum ortas esse apparet. Nam Paulus Scheffer-Boichorst ostendit[2] *et Iohannem Codagnellum in Annalibus Placentinis et Sicardum episcopum Cremonensem in Cronica annales Cremonenses* 1085—1159.[3] *exscripsisse simillimos prioris partis annalium qui exstant, et hanc quasi exemplar mutilum et mendosum annalium illorum antiquorum, locis quidem nonnullis commutatis vel omissis, dici posse arbitror. Ad quem annum usque primus ille annalista Cremonensis pervenerit, non satis apparet, cum Iohannes Codagnellus, qui annales Placentinos uberiores haberet, post a.* 1159. *libellum illum Cremonensem neglexisse possit, et Sicardus multa etiam post a.* 1159. *retulit in annalibus nostris relata, sed is, qui etiam aliorum auctorum narrationes suo sermone immutatas repetere adsolet, res suo tempore gestas suis potissimum verbis exposuit, verum monui 'N. Archiv' XXV, p.* 512. *Sicardi relationem anni* 1191. *notando modo convenire cum Annalibus Cremonensibus.*

Eodem loco p. 507—512. *demonstravi, ut opinor, partem annalium usque ad a.* 1177. *ab alio, partem a.* 1182—1201. *ab alio auctore, qui res gestas a.* 1186—1201. *se ipsum vidisse saepe professus est, conscriptam esse. Hunc auctorem, qui dicta Sicardi repetiverit, annales ad eum annum usque perduxerit, quo Sicardi Cronica primitus desierit, huius episcopi familiarem fuisse conieci*[4], *qui et tabulas in archivo Cremonensi depositas vidit et citavit (a.* 1191*). In hac parte a.* 1182—1201. *pro numeris annorum* 1182—1187. *numeri* 1180—1185, *duobus scilicet minores, positi sunt, quod bene notandum est, ut res gestae veris annis attribuantur.*

In sequenti parte uberiores annales civitatis Cremonensis, qui perierint, exscriptos esse probavi fragmentis a. 1210. 1211. *editis*[5], *quae in Chronico imperatorum et pontificum Cremonensi codicis Vaticani Urbinatis nr.* 394. *reperiuntur, atque monui in Annalibus Cremonensibus nostris a.* 1211. *quaedam verba Sicardi legi, quae in Chronico illo Cremonensi ex Cronica eius cum multis aliis descripta erant, unde conicere potes iam locum illius chronici in annalibus qui exstant exscriptum esse. Nescimus enim, quo tempore hi annales in hanc, quam habemus, formam redacti sint, cum libri Trivulziani saec. XV. scripti unus tantum quinternio primo folio absciso supersit, reliqua folia post a.* 1270. *perierint, neque appareat, ad quem annum usque annales perducti fuerint. Quorum cum primitivam formam nobis non superesse constet, difficilius est discretu, a quibus annis alii auctores coeperint. Vide tamen quae de hac re conieci loco laudato p.* 518 *sq.*

Annales Cremonenses ut omnes annales civitatum Italicarum saeculi XIII. non sermone Latino, sed potius lingua Italica retenta aliquantula memoria vocum Latinarum conscripti sunt, neque tamen satis certo discerni potest, quae auctor, quae scriba peccaverit, unde pleraque vitia intacta reliqui, ac more Italico saeculi XV. librum Trivulzianum secutus omnia fere verba scripsi[6], *quamvis apud me constaret multa a scriptoribus saeculi XIII. alio modo scripta fuisse.*

1) *Ut sub a.* 1200. (1201), *ubi recte habet nomen loci* Calcinatum, *quod in codice nostro corruptum est in* Colmatum. 2) *'Mittheilungen des Instituts für Oesterreich. Geschichtsforschung' X, p.* 89—92. 3) *De annalibus ante a.* 1085. *a Sicardo exscriptis vide 'N. Archiv' XXV, p.* 510, *n.* 3. 4) *Ibid. p.* 510. 5) *Ibid. p.* 514 *sqq.* 6) *Ut* ch *pro* c, ll *pro* l *aut vice versa,* s *pro* ss *vel* x *aut vice versa,* t *pro* tt *aut* ct *et vice versa, aliasque litteras consonantes duplices pro singulis vel singulas pro duplicibus retinui.*

Ant. Campo. 'Cremona fedelissima citta' (Cremona 1589. *fol.) procul dubio hos annales exscripsit, qui de nonnullis annis nihil aliud retulit praeter ea quae hi Annales habent, haec in linguam Italicam versa. Quos p.* 17. *dicit* una Cronica scritta à penna senza nome. *Sed melius exemplar eorum eum habuisse censendum est, cum exempli gratia ad a.* 1202. *p.* 28. *scripserit:* l'autore che hà scritto latinamente la Cronica di Cremona, mette quest' anno essere stati consoli Oddo de' Conti, Guarisco de Micara, Giacomo Sordo et Imerigo Dodemo, *quo loco eum annales nostros exscripsisse patet, sed pro nomine litteris distincto, quod verum et rectum est, hi habent falsum nomen* Girardo de Amnariis *(?). Quare aliquoties ad eius lectionem Italicam lectores revocavi. Sed Campo etiam nonnulla refert, quae neque in his neque in aliis annalibus eius temporis, quod sciam, leguntur. Nescio, num pluria exemplaria annalium Cremonensium legerit*[1], *an unum, quod plura nostro continuerit. Sane oportet, ut in fontes ab hoc viro adhibitos diligentius inquiratur*[2], *quod adhuc non exegi. Quo facto haec quaestio absolvi poterit.*

Berolini Idibus Novembr. a. 1899. *O. HOLDER-EGGER.*

SS. XVIII, p. 800. In[a] nomine domini nostri Iesu Christi.

Quando peregrini ceperunt Hyerusalem et Antiochiam, currebant MLXXXXVI. *cf. Sic.* 1096.
In mense Octobris iverunt et eo tempore fuerunt Cremone. *Oct.*

Quando prima guerra de Crema fuit, MLXXXXVIII. infra Madium[3]. *cf. Ioh. Cod. et Sic.*

Quando Cremonenses, Laudenses et Papienses incenderunt burghum Derthone, *cf. ib.*
MCVII. in vigilia sancti Bartolomei. 1107. *Aug.* 23.

Quando bellum Brixianorum[4] fuit, MCX. infra Iunium, in vigilia sancti Imerii[5]. *cf. ib.* 1110.

Et in eodem anno Henrichus rex filius fuit Rome papamque cepit Paschalem[6]. *Iun.* 16. 1111.

Quando civitas Laudensium fuit capta, MCXI. in ultima ebdomada Madii *cf. ib.*
quadam die Mercurii[7]. *Maii* 24.

Et eodem anno comitissa Matildis obiit[8]. 1115.

*p. 801. *Quando Cremona fuit incensa, MCXIII. in festo sancti Laurentii. *cf. ib.* 1113. *Aug.* 10.

Quando fuit terre motus, MCXVI. in octava sancti Iohannis evangeliste, hora 1117.
vesperarum[9]. *Ian.* 3.

Quando civitas Cumensium[b] fuit capta, MCXVI. in sancto Alexandro[10]. Et 1127. *Aug.* 26.
eodem anno gelavit Padus in mense Decembris[c]. *Dec.*

a) *pars a.* 1096—1159. *ex apographo Garbelli edita est, pro cuius* ae *et* oe *scripsi* e. b) *emendavit J.;* Cremensium *Garb.* c) *haec ad a.* 1126. *Campo.*

1) *P.* 22. *et* 32. *affert* un frammento di Cronica scritta à mano *vel* à penna, *alius videlicet, in qua legebantur quae in his Annalibus non inveniuntur.* 2) *Et ut hoc melius fieri possit, oportet, ut Chronicon Cremonense codicis Urbinatis nr.* 394. *describatur vel edatur.* 3) *Ioh. Codagnellus, Ann. Placent. (SS. R. G.) p.* 3, *hoc falso ad a.* 1088. *habet, Sicard. ad a.* 1098. 4) *Potius* aput Brixianorium, *ut habet Sicard.; Ioh. Codagn. p.* 3: disconfita de Brexanore, *qui hoc falso ad a.* 1111. *habet.* 5) *Notae S. Mariae Mediol., SS. XVIII, p.* 385, *hoc proelium die Iun.* 18. *commissum esse referunt. Cf. etiam Landulf. c.* 25, *SS. XX, p.* 31. 6) *Sicard. etiam hoc a.* 1110. *factum esse falso tradit.* 7) *Die Mercurii penultimae septimanae, nam die Maii* 24. *hoc factum esse referunt Notae S. Mariae Mediol. l. l. et Ann. Mediol. breves et breviss., SS. XVIII, p.* 389. 391. *(Maii* 26. *Notae S. Georgii Mediol., ib. p.* 386*).* 8) *A.* 1115. *potius, ad quem hoc Sicard. recte habet.* 9) *De hac re Ioh. Codagn. p.* 3. *brevissime falso ad a.* 1113. *refert (cf. ib. p. XI), Sicard. recte ad a.* 1116, *quod factum est a.* 1117, *anni exordio a Mart.* 25. *in his annalibus, ut et in Ann. Ferrar., SS. XVIII, p.* 663, *et in aliis, sumpto. Cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 689. 10) *Id est festo Alexandri martyris Bergomatis,*

cf. Ioh. Cod. et Sic. 1120? Iun. ex. Quando prima guerra de Parma fuit, et quod prelium factum fuit in glaro, MCXX. prope sanctum Iohannem [1].

1128. Quando Mediolanenses fecerunt regem Conradum, MCXXVIIII [2]. Et eodem Maii. anno inventum fuit corpus sancti Hymerii in mense Madii.

1130. Quando secunda guerra de Crema fuit[a], Ribaldus et Anselmus consules Iun. 1. fuerunt MCXXX. in Kalendis Iunii. Et eodem anno Cremonenses iverunt Bussetum, Oct. et magna pars eorum perierunt in Pado, et hoc fuit in mense Octobris.

cf. Sic. 1132. Quando Loterius rex fuit Creme[b] cum Cremona in obsidio, fuit MCXXXII[c], Nov. 1. et per mensem stetit ibi circa festum omnium sanctorum [3].

cf. ib. 1133. Quando Pizeleonus fuit constructus, MCXXXIII. circa festum sancti Michaelis [4]. Sept. 29.

cf. ib. et Ioh. Cod. 1136. Quando Loterius rex fuit Rome[d] vel in Roncalia et fecit leges, MCXXXVI. in Iunio [5]. Et eodem anno cepit Sanctum Bassianum et Soncinum, et hoc fuit Oct. in mense Octobris [6].

1139. Quando maxima pars populi Cremone fuit capta ad Cremam, MCXXXVIII. [7] Iun. 5. quinta die mensis Iunii, et ibi fuerunt Mediolanenses.

1147. Quando tempus rugarum fuit [8], MCXLVII.

1149. Quando Cremonenses et Parmenses ceperunt [Placentinos[e]] apud Tabianum[f], Iun. (12). MCXLVIIII. quadam die dominica de sero [9].

1150. Quando Mediolanenses fecerunt prelium cum Cremonensibus apud Castrum-novum, et ibi interfecti fuerunt equi et plures homines, MCL, et Mediolanenses Iul. 5. turpiter dimiserunt carocium suum die quinta mensis Iulii.

1150. Quando Cremonenses emerunt Castrum-novum [10] a Placentinis, MCLI. in mense Dec. Decembris [11].

a) in *sequitur in Garb.; fortasse* in Cremona *scriptum erat.* b) Cremone cum a Cremona *Garb.* c) MCXXXIII. *Garb., sed cum Sicard. et Ioh. Codagn. p.* 4. *hoc recte ad a.* 1132. *habeant, et a.* 1133. *infra sequatur, mendum scribae deprehenditur.* d) *Jaffé conicit* Verone *aut* Cremone *legendum esse, Ioh. Codagn.* secunda vice *ex annal. Placent., ut videtur.* e) *suppleri.* f) *sic Campo;* Trebiam MCXLVIII. *Garb.*

quod fuit die Aug. 26, *ut docent Acta SS. Aug. V, p.* 803. *Sed die Aug.* 27. *hoc factum esse tradunt Notae S. Mariae, Notae S. Georgii, Ann. Mediol. min., SS. XVIII, p.* 385. 386. 393; *Aug.* 25. *Ann. Mediol. breviss., ib. p.* 391; *Aug.* 24, *Ann. Mediol. breves, ib. p.* 390. *Haec ad a.* 1126. *habent Sicard. et Ioh. Codagn. p.* 4, *sed a.* 1127. *civitatem Cumensem captam esse tradunt praedicti auctores.* 1) *Hoc quidem et Ioh. Codagn. et Sicard. ad a.* 1120. *habent, sed Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662, *ad a.* 1121, *Giovanni da Bazzano, 'Monumenti . . . Modenesi, Cronache' XV, p.* 13, *ad a.* 1122. 2) *Hoc Ioh. Codagn. p.* 4. *falso ad a.* 1126. *habet; cf. ib. p. XI.* 3) *Cf. W. Bernhardi, 'Lothar' p.* 448, *n.* 32. 4) *Nescio, unde Galv. Flamma, Chron. maius, 'Miscellanea di storia Italiana' VII, p.* 639, *hauserit quod scribit:* in MCXXVI. de mense Augusti constructum fuit castrum Pizileonis. *Qui in Manipulo florum c.* 168, *Muratori, SS. XI, col.* 632, *idem ex Sicardi Cron. ad a.* 1133. *exscripsit.* 5) *Demum mense Sept. Lotharius Italiam ingressus est.* 6) *Cf. Bernhardi l. l. p.* 656. 659. 7) *Potius a.* 1139, *ad quem annum hoc habent Sicard. et Ioh. Codagn. p.* 4. *cum Notis S. Mariae Mediol., SS. XVIII, p.* 385, *licet Notae S. Georgii, ib. p.* 386, *hoc a.* 1138. *factum esse tradant.* 8) *Sicard. hoc falso ad a.* 1146. *tradit.* 9) *Sicard. et Ioh. Codagn. p.* 5. *hoc ad a.* 1149. *tradunt cum Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662, *et Giov. da Bazzano l. l. p.* 15. *Quod Ioh. Codagn.* in festo sancti Barnabe *(Iun.* 11*) factum esse scribit, qui dies a.* 1149. *fuit sabbatum.* 10) *Ad buccam Adduae.* 11) *Cf. 'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 149—153, *nr.* 15—18. *d. d.* 1150. *Nov.* 14. *Dec.* 9. 11, 1151. *Iul.* 26; *Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' IV, p.* 164 *sq., nr.* 121. *d. d.* 1151. *Aug.* 8; *Ioh. de Mussis, Muratori, SS. XVI, col.* 453.

Quando Medisiana fuit capta, MCLII. XIII. intrante Iullio — et ibi steterunt Cremonenses per VII ebdomadas — in die Lune[1]. *cf. Sic. et Ioh. Cod.* 1152. *Iul.* 14.

Secundo anno civitas Scalone[a] capta fuit in mense Augusti. *cf. ib.* 1153. *Aug.*

Quando Derthona fuit capta a Fedricho imperatore, MCLV. Et in eodem anno moneta Cremone fuit incepta[2]. Et in die Lune in[b] mense Novembris[3], cum rediret dictus imperator, incendit Senigam. 1155. 1158. *Nov.* 3?

Quando tertia guerra Creme fuit, MCLVII. VIII. exeunte Madio. Iverunt prius in Laudesana. 1157. *Maii* 24.

Quando Mediolanenses et Brixienses ceperunt Vigevallum[c], MCLVII. XIII. die exeunte Iunio[4]. Et eodem tempore reedificata fuit Derthona a Lombardis. *Iun.* 18.

Quando imperator Fedrichus fecit concordiam cum Brixiensibus, MCLVIII. in mense Iullii. Et eodem anno Fedrichus imperator cum Cremona Mediolanum obsedit, et ibi steterunt per quinque ebdomadas, et de mense Augusti[5] dictus imperator Fedrichus fecit concordiam. Et eo tempore, cum rediret, cepit Trezium. 1158. *Iul.* *Aug.*

Quando Cremona cum Fedricho imperatore cepit Cremam, MCLVIIII. in conversione sancti Pauli[6]; et ibi steterunt per septem menses. Et eo tempore regina[7] stabat in Sancto Baxiano. 1160. *Ian.* 25. 1159.

*p. 802. *Quando[d] imperator Fedricus cepit Mediolanum, MCLXII.[e] in Kalendis Marcii, die Iovis. 1162. *Mart.* 1.

Quando batisterium Cremonense[f] fuit inceptum, MCLXVII. de mense Marcii. Et eodem anno redificatum[g] fuit Mediolanum a Lumbardis die quinto mensis Aprilis[8]. Et eodem anno imperator[h] Federicus ivit Romam, et magna pars exercitus ipsius ibi mortua fuit. Et eodem anno Lumbardi [fecerunt[i]] concordiam insimul in mense Aprilis. 1167. *Mart.* *Apr.* 5.

Quando civitas Alexandrie fuit constructa a Lumbardis, MCLXVIII.[k] in festo sancti Georgii. 1168. *Apr.* 23.

Quando aqua Padi fuit nigra, MCLXXIIII[9]. Et eodem anno Lombardi devicerunt[l] Fredericum[m] imperatorem ad Legnanum. Et eodem anno mercatum fuit inceptum ad Mosam[10]. 1176. *(Maii 29).*

a) *emendavit J.;* Stralonae quae *Garb.* b) III. mensis, *quod a.* 1158. *convenit, emendandum esse conicio.* c) *emendavit J.;* Rigevailum *Garb.* d) *incipit codex Trivulzianus.* e) *sic Garb.;* MCLXVII. *c.* f) cremoñ *c.* g) redeficatum *c.* h) imperato *c.* i) *sic Garb.; om. c.* k) *sic Garb.;* MCLVIII. *c.* l) adduxerunt *Garb.* m) ffr̃m (?) *c.*

1) *Cum dies Iul.* 13. *a.* 1152. *fuerit dominica,* XIIII. intrante Iullio *legendum esse videtur.* 2) *Cf. St. nr.* 3723. 3724, *quibus imperator Cremonensibus ius monetae cudendae dedit.* 3) *Ph. Jaffé* et in — Novembris *ad monetam inceptam traxit, procul dubio quia imperator mense Novembri a.* 1155. *iam in Germaniam redierat. Sed in prima expeditione Italica a.* 1154. 1155. *Fridericus nunquam in partibus Cremonensibus fuit, quem a.* 1158. *mense Novembri ineunte de partibus Veronensibus per Senigam et Cremonam (Gesta Fed. I. imp. in Lomb. p.* 35*) Roncaliam profectum esse conicio. Censeo igitur haec ad a.* 1158. *pertinere.* 4) *Eundem diem habent Notae S. Georgii Mediol., SS. XVIII, p.* 386, *alium Ann. Mediol. breves, ib. p.* 390. 5) *Potius die Sept.* 7; *Gesta Fed. I. imp. in Lomb. p.* 33 *(Notae S. Georgii, l. l. p.* 387: *Sept.* 6*).* 6) *Die Ian.* 26. *Cremam imperatori deditam esse tradunt epist. Friderici, Rahewin. IV,* 73, *Ann. Placent. Gib., Otto Morena, SS. XVIII, p.* 459. 619. 7) *Beatrix.* 8) *Potius quinto Kal. Maii, ut habent Gesta Fed. p.* 61 (VI. Kal. Mai. *Ann. Mediol. br.;* VII. Kal. Maii *Notae S. Georgii Mediol.).* 9) *Hoc Chron. Cremon. ad a.* 1178. *habet, 'N. Archiv' XXV, p.* 513. 10) *Campo, 'Cremona fed.' p.* 45: Mosa possessione della communità *(di Cremona)* contigua alla città ed al Pò. *J.*

1177. Quando imperator Fr[edericus][a] fecit pacem cum Lumbardis, MCLXXV[1]. Et in eodem anno[b] papa Alexander fecit pacem cum imperatore Fr[ederico].

1182. Nam[c] Girardus de Carpeneta primus potestas Cremonensis[d] extitit, qui naturali interitu moriens apud ecclesiam maiorem in lavello[2] lapideo[e] fuit sepultus
Oct. 9. in festo sancti Donini annis[f] Domini MCLXXX[3].

Post illum Manfredus Fantus fillius[g] Manfredi[h] Mutinensis, gener ipsius Girardi, fuit potestas[i] ellectus, qui tempus ipsius Girardi complevit et per alium
1183. annum[k] post[l] fuit. Hic[m] suo tempore castrum Manfredum hedificavit et illi nomen suum imposuit MCLXXXI.

1184. Posthinc[n] Guazo de Albrigone[o] de Guazonibus et Girardus de Dovaria potestates[p] ad duos annos ellecti fuerunt. Hic dominus Girardus a quodam suo scutiffero cultello fuit occisus. Et tenuit ipse Guazo potestariam[q] primo anno.
(Oct.) Eius tempore imperator Fr[edericus][a] venit Cremonam[4] et gradu ei in platea[r] maioris ecclesie[s] fabricato magnifice sedit anno[t] Domini MCLXXXII.

1185. Sequenti anno cum sedicio esset inter ipsum Guazonem potestatem et curatores[t*], facta fuit reconciliatio per canzelarium[5]. Item Guazo de potestate effectus[u] est consul et apud eum Albertus Struxius et Paganus de Medolato et Otto Amatus[v] et alii plures facti consules[w]; eorum tempore idem[x] imperator contra Cremonenses inveniens[y] indignatus est graviter. Eodem tempore [Cremonenses[z]] totam terram
(Ian.) Cremensium incendio concremaverunt[6].

1186. Post ipsos fuerunt consules Otto Cortisius[7] et socii. Eodem tempore im-
1185. *(Maio).* perator Fr[edericus][a] in odium Cremonensium Crema[b] rediffiicavit[8], non solum

a) ff'r (?) *c.* b) *sq. compendium* ff (?) *c.* c) cum impr ff'r nam *c.*; Quando *corr. Jaffé.* d) cremon *c.* e) lapidio *c.* f) *sic c.* g) de filiis *Garb.* h) Mafredi *c.* i) potesta *c.* k) anu *c.* l) potestás *Garb.* m) *sic Garb.*; Hoc *c.* n) *sic c.*; Post hunc *Garb.* o) *sic Garb. (Campo)*; Albirgone de Guzonibus *c.* p) pōt *c.* q) potestaria *c.* r) *sic Garb.*; ei implateia *c.* s) maiori communis Cremonae *Garb.* t) annos *c.* t*) cercatori *Campo.* u) effetus *c.* v) amarus *c.* w) *nulla distinctio hoc loco in c.* x) *emendavi;* eorum impr et de impr *c.* y) *sic c.; nescio, quid emendandum sit, neque* imminens *neque* invehens *satis placet, causam addere posses; quod B. de Simson (W. de Giesebrecht, 'DKZ' VI, p.* 629*) coniecit* imp. in Italiam veniens contra Cremon., *reiciendum est, cum praecedente anno iam recte imperatorem in Italia (Cremonae) adfuisse relatum sit, neque omnino liceat relatas litteras tam violenter immutare. Locus Sicardi, qui falso dixit imperatorem demum a.* 1185. *in Italiam rediisse, sane nil medelae adferre potest huic loco.* z) *sic Garb.; om. c.* a) ffr. *c.* b) *sic c.*

1) *Hic et sequentes annorum numeri duobus minores sunt veris.* 2) *Italice* l'avello *est arca. J.* 3) *A.* 1182*, non a.* 1180*, Girardum potestatem fuisse docuerunt Th. Wüstenfeld 'Repert. dipl. Cremon.' p.* 216 *sq. et L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 179. 4) *Inter dies Oct.* 10. *et* 19*; cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 12. 5) *Gotefridum. Nonne coniciendum est hunc tunc Cremonae fuisse, cum Cremonenses se* 100 *libras archiepiscopo Moguntino soluturos esse die Apr.* 4/5. *iurarent? Fortasse hic ab imperatore Cremonam missus est, ut cum civitate iam rebelli tractaret. (Böhmer, Acta imp. sel. p.* 603*, nr.* 891*; Codex dipl. Cremon. I, p.* 159*, nr.* 407*).* 6) *Quo tempore hoc factum sit, patet ex iis quae Fridericus imperator hac de re dicit, LL. Const. I, p.* 428*, nr.* 302*; cf. B. de Simson apud W. de Giesebrecht, 'DKZ' VI, p.* 105. 627. 7) *Hic in cartis a.* 1186. *Iun.* 8. *consul nominatur, LL. Const. I, p.* 434 *sqq., nr.* 306—312. *Sed quae sequuntur a.* 1185. *gesta sunt.* 8) *De Crema restituta affert Campo, 'Cremona fedelissima città' p.* 23. *titulum hunc (J.):*

Centum mille noto pro Christi tempore toto
Octaginta datis super his et quinque peractis,
Sub mense Maii, Federico caesare stante,
Septima lux mensis praeerat facta gerendis,

Cremonensium[a] gremium[1], sed alliorum etiam[b] frixorium Longobardorum[2]. Eodem 1185.
anno apud Placenciam idem imperator[c] Cremonenses banno banivit[d] imperii *(c. Iul. 10).*
MCLXXXIII[3].

Post ipsos[e] fuerunt consules: Albertonus Boca de Torculis factus consul, qui
apud se alios consules XX numero ellegit, scilicet Lafrancum de Piscarolo et
Ambrosium Oldoynum[f] et Palpateram de Acerbo[4] et alios, quos numerare[g] longum.
Eo tempore ipse imperator obsedit castrum Manfredum et locha Guastalle et 1186. *(Maio).*
Luzarie Cremonensibus abstulit. Unde reconciliacione facta reditum est castrum *(Iun. 8).*
imperatori, quod iussit destrui, et Cremonenses etiam plenitudine gratie sue recepit
et ab imperiali banno relaxavit MCLXXXV.

Post ipsos Albricus[5] de Sale, Brixiensis civis, potestas Cremonensis[h] extitit *(Iul. 1).*
per duos annos, qui portas civitatis muro fieri fecit et pontes ipsarum portarum
et fosata civitatis sgurari[6] fecit et Parmenses nobiscum asociavit. Et eodem
tempore regimen[i] civitatum incepit fieri a Kalendis Iullii, quod ante fiebat ante[k]
Kalendas Ianuarii. Et[l] eodem tempore castrum Robechi fuit[m] MCLXXXV. Et
eodem tempore Saldinus cepit Yerusalem[n]; et sol obscuratus est a tercia usque 1187. *(Oct.)*
ad nonam. *(Sept. 4).*

*p. 803. *Post ipsum comes Girardus de Camixano potestas Cremonensis[h] fuit. Qui 1188. *(Iul. 1).*
suo tempore Castrum-Leonem edificavit[7] et loca Placentinorum, scilicet Castrum-
novum et Senem et Casale-Albinum, in servicio Parmensium cepit et dextruxit *(Oct. in.)*
MCLXXXVIII[8]. Et in eodem anno fuit incepta[o] buza[9], que in sequenti anno
fuit completa[p] et ivit ultra mare. 1189.

Post hunc Gayferus Ysenbardus, Papiensis civis, in Cremonensi civitate *(Iul. 1).*
potestas fuit ellectus, qui suo tempore civitatem et districtum[q] Cremonensium
paciffice gubernavit. Et eodem tempore Fr[edericus][r] imperator ivit ultra mare

a) *sic Garb.;* Cremensium *c.* b) est fixorum Longonbardorum *c.* c) ipmperator *c.* d) banuit *c.* e) *emendavi;* tempus *c.* f) *sic Garb. (Campo);* Obdoynum *c.* g) *sic Garb.;* nūe *c.* h) cremoñ *c.* i) *sic Garb.;* regnum *c.* k) a Kalendis *legendum.* l) *sic Garb.;* Et *forte tectum est schedula cartacea agglutinata in c.* m) edificatum *supplendum?* n) ylem *c.* o) in ' incepta *c.* p) incepta *c.; cf. p. 8, l. 1.* q) *sic Garb.;* distructum *c.* r) ffr *c.*

Cum relevata fuit Crema statumque resumpsit.
Per Placentinos grates meruere divinas.
Unde Cremonenses doleant et sint[a] modo flentes,
E quorum fletu laetetur quisque virorum.

a) sine *ed.*

1) *i. e. cremium (cf. Ps.* 101, 4*), hoc loco 'Brennstoff', ut dicatur: Crema cremat Cremonenses. Cf. versus Vinc. Prag., SS. XVII, p.* 678. 2) *Cf. Sicardi Cron. a.* 1098 *(infra). In Alberti Milioli Cron. imp. c.* 103. *ad a.* 1098. *eadem haec fere verba leguntur.* 3) *Cf. St. nr.* 4425*; B. de Simson l. l. VI, p.* 629. 4) *Hi in cartis non nominantur, neque apparet, quo tempore hi regere potuerint, cum Otto Cortisius et socii consules a.* 1186. *Iun.* 8 — 29, *Ardericus de Sale potestas iam a.* 1186. *Iul.* 15. *in cartis occurrant. Albertonus Boca de Torculis saepe consul fuit inter a.* 1157. *et* 1173. *Th. Wüstenfeld in 'Repertorio dipl. Cremon.' p.* 211. *hos consules a.* 1158. *fuisse coniecit. Cf. L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 180. 5) *Ardericus potius in cartis vocatus, qui a.* 1186. *Iul.* 1. *usque ad a.* 1188. *Iun.* 30. *civitatem rexit.* 6) *I. e. sicurari, muniri. In Gloss. mediae et infimae Lat. haec vox male explicata est.* 7) *Cf. Sicardi Cron. et quae ad eam adnotavi.* 8) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 17. 9) *Quod non est nomen proprium navis, sed navigii maioris genus hac voce nominabatur; cf. Ducange-Henschel, Gloss. s. v.* bussa.

1190. 1189. contra Saladinum et in itinere mortuus[a] est. Et buza completa fuit in Cremona[1] et galea apud Casale-maius MCLXXXVIIII.

1190. (Iul. 1). Post ipsos[b] facti sunt consules Otto de Comite et Girardus de Somo et Presbyter Vetulus[2] et Petracius Manaria et Otto Orsonus[3], qui suo tempore campanam grossam[c] de credencia et[d] schelam millitum ad equitandum fieri fecerunt 1191. (Maii 3). et civitatem[e] Pergamensem nobiscum asociaverunt[4]. Eorum tempore rex[f] Henrichus (Ian. ex.) Cremonam primitus venit, qui eundo Romam imperiali diademate a Celestino[g] (Apr. 15). summo pontifice[h] imperator coronatus fuit. Et eodem tempore Constancia regina, uxor Henrici regis, venit Cremonam MCLXXXX.

(Iul. 1). Post hos Ughicio de Boxio, Mantuanus civis, fuit in Cremona ellectus potestas; quo[i] suo tempore exercitum magnum [ducente[k]] in servicio Pergamensium contra (Iul. 7). Brisciensis[l], iuxta Civitale castrum Pergami trans fluvium[m] Lolium infortuitum[n], quod dicitur mala mors, nobis contingit[o], et multi ex Cremonensibus sine inimicorum persecucione[p] mortui sunt nutu divino, et multi a Brixiensibus capti[5]. (Dec. 8). Quos dictus imperator Henricus a Roma[6] rediens iussit dimitti[q] et pax inde fieri[r, 7]. Eodem anno nobis imperator Cremam dedit, sicut suo privillegio[s] bullu[t] aureo munito[8] continetur, et nobiscum associavit Laudem et Cumam et marchionem de Monte-ferato[9] et Papiam et Pergamum, sicud in publicis continetur instrumentis[10], MCLXXXXI.

1192. (Iul. 1). Post ipsum fuerunt[u] Guilielmus[v] de Beloto, Gubertus[w] de Multis-denaris et comes Girardus de Camixano et Rogerius Biaqua[11]. Eodem tempore Papienses, 1193. (Maio ex.) Pergamenses et Laudenses uno die terras Mediolanenses intraverunt et loca plura incendio concremaverunt[x, 12], MCLXXXXII.

(Iul. 1). Post ipsos fuerunt ellecti consules Albertus de Sommo et Paganus de Burgo (Maio ex.) et Leonardus de Babo[y] et allii. Eorum tempore[13] fuit exercitus ad Laudem, quando Mediolanenses explanaverunt fossatum, quod Laudenses fecerant a civitate sua usque ad Lambrum, et[z] plura loca Laudensium comburserunt et plures milites et [pedites[a]] Laudenses[b] in terra Mediolani, in qua intraverant, ceperunt, MCLXXXXIII.

a) mortus *c.* b) ipsum *Garb.;* st *sequitur in c.* c) grossa *c.* d) *sic Garb.;* cred. eschelam *c.* e) ciuitā *c.* f) Rrex *c.* g) *sic Garb.;* celestissimo *c.* h) imperatore pontifice coron. *c.* i) Qui *Garb.* k) *supplevi, deest c.;* il quale andò *Campo.* l) Brisciensem *c.* m) Perg. transium *c.* n) *sic c.;* infortunium *fortasse emendandum, ut Sicard. habet.* o) *sic c.* p) praesentia *Garb.* q) relaxari *Garb.* r) facta est *Garb.* s) p̄uillegio *c.* t) *sic c.;* bullo *Garb.* u) *supple* consules. v) guĩius *c.* w) *sic Garb.;* gub̄tas *c.* x) congremaerunt *c.*, ema *e corr.* y) *sic legendum sec. Cod. dipl. Cremon. II, p.* 180; Babbo *Campo;* Gabo *c.* z) e *c.* a) *supplevi.* b) laud̄ *c.*

1) *Cf. Sicardi Cron.* 2) Presbiter de Marchisio Vetulo *dictus in carta, Codex dipl. Cremon. II, p.* 180. 3) Otto de Abiatico Ursone *vocatus in carta ibid.* 4) *Cf. cartam datam a.* 1191. *Maii* 3, *Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 69 *sqq., nr.* 181. 5) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 19. *et quae ibidem adnotavi; Sicard., qui hunc locum legisse videtur; carmen editum ab Odorici, 'Arch. stor. Ital., Nuova serie' III[b], p.* 20—22. 6) *Neapoli potius.* 7) *Vide hoc praeceptum datum Mediolani a.* 1191. *Dec.* 8. *LL. Const. I, p.* 488 *sqq., nr.* 342. 8) *Dato a.* 1192. *Mart.* 5, *St. nr.* 4740, *cum imperator hoc se facturum esse iam a.* 1191. *Nov.* 25. *promisisset, LL. Const. I, p.* 484 *sqq., nr.* 338. 340. 9) *Bonifacium II.* 10) *Datis a.* 1191. *Dec.* 7. 8, *Toeche, 'K. Heinrich VI' p.* 614 *sqq., nr.* 17. *(cf. ib. p.* 325, *n.* 2*); Vignati, Codex dipl. Laud. II, p.* 183. 11) *Omissus est Martinus Marianus. Cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 180. 12) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 20. 21. 13) *Non horum tempore, sed praecedentium, a.* 1193. *mense Maio exeunte et Iun.* 1*; cf. praeter Codagnelli Annales Notae S. Georgii, Ann. Mediol. breves et minores, Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 387. 390. 396. 815, *quibus collatis patet hoc loco de eadem expeditione relatum esse, de qua iam sub praecedentibus consulibus dictum est.*

Post hos[a] fuerunt[b] consules Rogerius Advocatus et Turisendus[c] de Geroldis[1] 1193. *(Iul. 1).*
et allii. Quorum[d] tempore inundacio fluminum[e] adeo crevit, quod omnia aggera 1194.
in districtu Cremonensi diruit[f]. Eodem tempore dictus imperator in Apulliam *(Iun.)*
vadens Cremonenses[g, 2], Laudenses captos fecit de carceribus relaxari, et eodem
anno subiugavit Apulliam et Sciciliam, MCLXXXXIIII.

Post illos fuit potestas Pocobellus[h] de Vigollo[3], civis Cumanus, qui et ipse
naturali interitu moriens apud maiorem ecclesiam in lavello lapideo est sepultus 1195.
MCLXXXXV.

Post cuius mortem Talamatius de Gadoldis[h*] et Cremoxianus Oldovinus et
Girardus de Zanebonis et Adam de Clerignis[i] consules[k] hinc ad novum[l] annum
exstiterunt. Et sic reductum est regimen[m] ad Calendas Ianuari, sicut[n] ante
fuerat. Eodem tempore fuit sturmum guadi de Albara inter Mediolanenses et *(Sept. 17).*
aliquos[o] nostros homines proditos, in quo[p] capti fuerunt XXXIII nostri millites[4],
MCLXXXXVI.

Post ipsos fuerunt consules Anzelerius[q] de Burgo, Bayamonus[r] de Otonibus[s], 1196. *(Ian. 1).*
Mussus de Medolato et allii plures. Quorum tempore[t] venerabilis Sicardus Cre-
monensis[u] episcopus corpora sanctorum Ymeri[v] et Archelay in archa[w] lapidea[x] *(Iun. 16).*
ad eclesiam maiorem consecravit, et festum magnum et gloriosum fuit factum[5].
Eodem tempore nostri milites, qui capti fuerant ad guadum Albare, precepto et
mandato dicti imperatoris relaxantur[6] MCLXXXXVII.

*p. 804. *Post illos fuerunt consules Oddo de Comite, Ysac de Dovaria, Maltraversius
de Dovaria[7] et allii plures. Quorum tempore castrum[y] Riminengi[z] inter Here et 1197?
Mastalengum fuit edificatum[8] MCLXXXXVIII[a].

Post ipsos fuerunt consules Iohannes Strusius et Homobonus de Terzo et 1198. *(Ian. 1).*
Rogerius Biaqua et Henricus de Surdo, Iohannes de Conrado et allii plures.
Quorum tempore imperator Henrichus viam universe[b] carnis in Apulliam aripuit 1197. *(Sept. 28).*
et apud Palernum ducitur[c] et sepelitur. Eodem tempore lectum Murmure[9] factum 1198.
fuit, et Murmura ducta et tracta fuit Cremonam[d], et Murmura dicta est, quia

a) ipsos *Garb.* b) ellecti *add. Garb.* c) Curisendus *c.* d) Cuorum *c.* e) fluiū *c.* f) aggera dirupta fuerunt *Garb.* g) *supple* et. h) *sic Campo;* Pecobellus *c.* — de Vigolo *Campo;* de Ragollo? *c.;* de Rigello *Garb.* h*) Gaidoldo *Campo, qui add.* Odone di Medollati. i) otignis *c., ut videtur;* Clerigninis *Garb.* k) *sic Garb.;* consul *c.* l) *sic Garb.;* nonum *c.* m) regnum *c.* n) *sic Garb.;* sic *c.* o) quos *c.* p) in . . . pti *membrana perforata c.* q) :nzelerius *carta perforata c.* r) Baiamons *Garb. (Campo).* s) sotonibus (?) *corr.* otonibus *c.* t) *emendavit Mur.;* ipse *c.* u) cremon̄ *c.* v) Yoneri et Archalay *c.* w) *sic Garb.;* in archa *om. c. propter praecedens* et archa[lay]. x) *sic Garb.;* ladica *c.* y) castri *c.* z) rum||:ngi *(carta perforata)* inthere *c.;* Rumenenghi *(omisso* inter Here*) Garb.* a) MCLXXXXVI:: *carta perforata c.* b) *emendavi;* et mensem *c.;* iniuste *Garb.* c) dicitu[r] *corr.* ducitu[r] *c.* d) cremon̄ *c.*

1) *Hi cum praecedentibus consulibus a.* 1193. *Iul.* 1. *regimen civitatis susceperunt et cum iisdem cesserunt; Codex dipl. Cremon. l. l.* 2) *Qui videlicet in expeditione supra p.* 8, *l.* 21. 25 *sqq. dicta capti fuerant, quod supra non dictum est.* 3) *Qui iam die Iun.* 25. *a.* 1194. *potestas Cremonensis fuit, inter dies Maii* 15. *et Iun.* 5. *a.* 1195. *obiit; Codex dipl. Cremon. I, p.* 189, *nr.* 555. *II, p.* 181. 4) *Cf. de hac pugna Notae S. Georgii et Ann. Mediol. min., SS. XVIII, p.* 387. 397. 5) *Cf. Sicardi Cron. ad a.* 1196. 6) *Cum imperator Mediolani mense Augusto (*9—12*) esset, ut videtur.* 7) *Hi tres, Otto, Ysaac, Maltraversius de Madalbertis iam a.* 1196, *non hoc anno, consules fuere; Codex dipl. Cremon. II, p.* 181. *Quos a Campo non nominatos esse nota.* 8) *Cf. cartam datam a.* 1197. *Mart.* 1, *'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 171, *nr.* 31, *et Codex dipl. Cremon. I, p.* 195, *nr.* 596, *d. d.* 1197. *Mart.* 14. 9) *Campo, 'Cremona fedelissima città' p.* 27, *qui dicit:* un certo condotto d'acqua che Murmura si chiamava, *hoc non aliunde didicisse, sed recte coniecisse videtur.*

1198. homines murmurabant ex ea, nam[a] ad expensas civium et forensium Cremonensium[b]
facta fuit. Eorumdem[c] tempore populares Cremonenses[b] asperitate temporis in
ira comoti Cremoxianum Oldoynum in potestatem elligerunt; qui regimen cum
1199. dictis consulibus usque ad annum[d] novum exercens[e], postea per annum pote-
stariam[f] obtinuit, MCLXXXXVIII.

Cuius Cremoxiani potestatie[g] tempore Mediolanenses et Placentini cum tota
sua et gente amicorum ad Burgum Sancti Donini venerunt volentes eum capere
et Placentinis dare. Quibus occurerunt Cremonenses et Papienses cum suis caro-
(Maii 19). zolis et tota sua et amicorum[h] gente[i] et eos inde[k] fugaverunt[l] cum ipsis pre-
(Oct. 16). liantes[1]. Eodem anno circa[m] festum sancti Michaelis[2] ipsi Mediolanenses ad
Castrum-novum de bucha Abdue venerunt et Cremonensibus[n], qui eis ocurerunt,
(Oct. 17). sturmum ad fosatum dederunt, sed ibi nec mecierunt nec quicquam utile in
cf. Matth. 6. 26. orea[o] reportaverunt[3]. Eodem anno sanctus Homobonus in Cremona migravit
MCLXXXXVIIII[4].

1200. *(Ian. 1).* Post hunc ellecti sunt potestates Lafranchus de Rogerio[p] et Bertramus de
Rivola, civis[q] Pergami, qui[r] duos annos[s] potestariam tenuerunt[t]. Quorum tempore
(Iun. in.) Mediolanenses et Brixienses cum carozis et tota sua parte obsiderunt[u] Soncinum
per octo dies, duas portas et Cumanos Mediolani relinquentes pro custodia[v];
quibus obviavimus apud Iovisaltam. Et tunc Papienses apud Roxatum cum Medio-
(Iun. 20). lanensibus et Cumanis, qui civitatem[w] custodiebant, preliantes VIII^C^ millites ex
ipsis ceperunt et captos[x] Papiam duxerunt[5]. Quod[y] cum exercitui Mediolanensium[z]
(Iun. 23). qui erant Soncini foret notum[a], relictis edificiis redierunt. Et tunc Placentinus
(Iun. 23). populus ad Sanctum Andream[b] et Busetum [ivit[c]]; contra quos Cremonenses euntes
et nullam moram facientes a Iovisalta usque ad Busetum, ipsum populum Placencie
ceperunt et captum Cremonam duxerunt[6]. Eorumdem tempore multa loca Brisi-
ensium[d] cepimus et incendio concremavimus. Eorumdem tempore [apud[e]] Quin-
zanum LXXVII millites Brisienses de maioribus cepimus de mense Septembr. in
Sept. 14. Sept. 18. festo sanctorum Corneli et Cipriani. Transactis vero quatuor diebus Cremonenses
equitaverunt in episcopatu[f] Placentinorum[g] ad castrum[h] Sancti Laurencii et ad
Castrum-Arquatum[i]. Incepto iam bello inter Placentinos et Parmenses, fugatis
Parmensibus[k] et devictis et multis ex eis captis a Placentinis, una porta Cremo-

a) na *c.* b) cremoñ *c.* c) Eodem *Garb.* d) anū *c.* e) exercuit *Garb.* f) pot̃ obinuit *c.* g) potatie *c.* h) suorum *add. Garb.* i) giente *c.* k) ibi *Garb.* l) acri animo semper *add. Garb. et inde edd.* m) cum stestum *c.;* in festum *Garb.* n) Cremonenses *c.?* o) *sic Garb.;* trea *c.?* p) *sic Garb.;* Regerio *c.* q) *sic c.;* cives *Garb. (Campo).* r) per *add. Garb.* s) anno *c.* t) tenerunt *c.* u) obsidereunt *c.* v) custodea *c.* w) ciuitate *c.* x) capto *c.* y) Tunc cum exercitu *Garb.* z) mediolaneñ *c.* a) totum *c.;* Sonc. eorum rel. *Garb.* b) ad dream *c.* c) *sic Garb.; om. c.* d) brisieñ *c.* e) *sic Garb.; om. c.* f) epātu *c.* g) Plancentinorum *corr.* Placentinorum *c.* h) quod *add. Garb.* i) *emendavit Mur.;* ad quatrum *c.* k) pmeñ *c.*

1) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 24. *et quae ibi attuli; Iacobi Malvecii Chron. VII, c.* 79, *Muratori, SS. XIV, col.* 893 *sq.* 2) *Demum Oct.* 12. *Mediolanenses e civitate progressi sunt, die Oct.* 17. *proelium commissum est, ut tradit Ioh. Codagn. p.* 25 *sq. Cf. etiam Sicardi Cron. et Ann. Mediol. min. p.* 397. 3) *Nota verba Sicardi ad a.* 1174; *cf. 'N. Archiv' XXV, p.* 507 *sq.* 4) *Hic potius iam a.* 1197. *Nov.* 13. *obiit; cf. Vita Homoboni c.* 11, *Surius, Vitae sanct. prob. (Colon. Agripp.* 1575*) VI, p.* 296 *(Colon. Agripp.* 1618. *IV, p.* 320*); Sicardi Cron. a.* 1198. 5) *Quo die hoc factum sit, tradunt Notae S. Georgii p.* 388. 6) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 27 *sq.; Sicardi Cron.; Ann. Mediol. min. p.* 397.

nensis[a], que dicitur porta Pertuxii, Placentinos agressa, eos vicerunt, et recuperantes 1200.
eos quos[b] ceperant[c] de Parmensibus, multos[d] ex Placentinis ceperunt[1], MCC.
Eodem anno ipsi millites Brixienses contra populum suum nobiscum sunt *(Dec. 9).*
iurati[e] et concordati[2]. Eodem anno Mediolanenses ceperunt Oscasale[f] et dextru-
serunt eum. Et eodem anno[3] pugnavimus cum Brixiensibus apud Calcinatum[g, 4] 1201. *(Aug. 9).*
et ipsos et carocium[h] cepimus et Cremonam venire fecimus. Eorumdem tempore 1200. *(Aug. 2).*
civitas Mantue nobiscum est asociata[5]. Et eorumdem tempore sequenti anno in
*p. 805. servicio Mantuanorum potenter *ivimus contra Veronenses[i] ad Marmirolum, qui[k] 1201.
Veronenses precepta Cremonensium potestatum iuraverunt. Eorumdem[l] tempore
obsedimus Florenzolam per mensem unum integrum[6] MCC primo. *(Iul.)*

Post ipsos fuerunt consules Oddo de Comite, Girardo[m] de Amnariis[n, 7], Coradus 1202.
de Sommo et Iacopus de Surdo et Aymericus Dodonus[o]. Quorum tempore tregua
facta fuit undique, et capti[p] inde relaxati, MCCII.
Post[q] ipsos Otto[r] de Noxa[s], Pergami civis, potestas fuit ellectus. Qui 1203.
fosatum fieri fecit circa Moxam presbiteris civitatis et districtus[t] Cremonensis, et
inde fosatum Presbiterorum est apellatum, MCCIII.
Post hunc fuerunt consules Homobonus de Orsolario[u] et Mareschotus de Burgo 1204.
et alii plures. Quorum tempore Francieni[v] et Veniciani ceperunt Constantinopolum[w]
de mense Aprilis in epdomada[x] sancta in die Iovis[8]. Et eodem anno ultra mille *Apr. 22.*
de hominibus Cremonensibus[y] iverunt Constantinopolum[w] causa retinendi terram[z],
MCCIIII.
Post ipsos fuerunt consules Poncius Amatus[a] et[b] Nicolaus de Gadio et 1205.
Ylarius Hermenzonus, quorum tempore[c] MCCV.
Post ipsos Iacopus de Bernardo, Bononie civis, extitit Cremonensis[y] potestas 1206.
per annum integrum. Hic pallacium communis hedifficavit ante maiorem ecclesiam,
MCCVI.

a) cremoñ *c.* b) *om. c.;* eos *om. Garb.* c) ceperat *c.* d) moltos *c.* e) *sic Garb.;* i rati *c.* f) Ostasale (?) *c.* g) *sic Garb. ex Campo, 'Cremona fed.', ut videtur;* Colmatum *c.* h) suum *add. Garb.* i) potestatum iura *iam h. l. add. c. e l.* 9. k) *seq.* cremonenses *del. c.* l) Eorum *Garb.* m) *sic c.;* Girardus *Garb.* n) *difficile lectu hoc nomen* (amnãiis?); Manariis *Garb.* o) *sic Garb.;* dedonus *c.* p) *sic Garb.;* . . . ti *carta perforata c.* q) *annalis a.* 1203. *post eum a.* 1204. *scriptus est in c., sed litteris* b. a *adscriptis transpositus.* r) Octo *scriptum videtur in c.* s) *hoc est verum nomen, ut Garb. habet;* Nixa *c.* t) distructus cremoñ *c.*; in districtu Cremonae *Garb.* u) *sic Garb. (Campo);* Osolario *c.* v) *i. e.* Francigenae. w) *sic c.* x) epdemoda *c.* y) cremoñ *c.* z) *seq.* in (?) *del. c.* a) amatꝭ *c.;* Ponzinus de Amatis *Garb.* b) ut *c.* c) fuit *add. Garb.*

1) *Bene convenit cum hac relatione Ioh. Codagn. p.* 28. 2) *Cf. cartam huius foederis editam ab Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 109 *sqq., nr.* 214*; Sicardi Cron.; Ann. Brix. p.* 815 *sq.; Ioh. Codagnelli Ann. p.* 33 *sq.* 3) *Non hoc, sed sequente anno* 1201*, ut Sicardus et Ann. Brix. p.* 816. *tradunt; Ann. Mantuani, SS. XIX, p.* 20*, falso ad a.* 1202. 4) *Campo, 'Cremona fedelissima città' p.* 28: I Bresciani furon rotti da Cremonesi l'ultimo di Luglio à Gavardo et la vigilia di san Lorenzo *(Aug.* 9*)* à Calcinato, dove perdettero anche il carroccio, che fu condotto à Cremona con infiniti prigioni. *Nescio unde haec sumpta sint. Sed* apud Calcinadum . . . die . . . IX. mensis Augusti *hoc proelium commissum esse scribit etiam Iac. Malvecius VII, c.* 83*, Muratori, SS. XIV, col.* 895. 5) *Vide cartas hac de re datas, Codex dipl. Cremon. I, p.* 199 *sq., nr.* 614—622. 6) *Ioh. Codagn. p.* 29. *tradit Cremonenses tantum Iul.* 1—9. *Florenzolam obsedisse.* 7) *Pro hoc nomine, ut videtur, corrupto in cartis nominatur Guarizo de Micharis, Codex dipl. Cremon. II, p.* 181. *Vide praef. p.* 3. 8) *Potius Apr.* 12. *die Lunae urbs capta est.*

1207. Sequenti anno iterum in potestatem est electus. Qui circa VI menses sui
(Iun.) novi regiminis naturali interitu vite sue diem clausit extremum et apud ecclesiam
[maiorem[a]] in lavelo lapideo est reclusus, MCCVII.

Huic succeserunt consules Florencius[a*] Bochacius, Girardus de Sommo, Oldofredus de Ardengis, Albertus de Dovaria. Qui regimen fecerunt per alios VI menses, MCCVII.

1208. Post hos Asagitus de Sancto Nazario, Papiensis[b] civis, fuit a Cremonensibus ellectus. Hic suo tempore cepit Pontevicum et suo tempore perdidit[1]. Et pontes supra Lolium[c] fecit ad Grimonum[d] et ad Binam-novam[2], MCCVIII.

1209. Post hunc fuerunt consules Barozius de Burgo, Ysac de Dovaria[e], Iohannes Amatus et Poncius Picenus. Horum tempore illi de cita nova coniuraverunt simul, quibus[f] populares civitatis vetere favebant, et illi maxime vicini Sancti Pantalionis, M⁰CCVIIII⁰.

1210. Post hunc Mateus de Corigia, Parmensis civis, ellectus est potestas, et illi
de cita nova eligerunt Guilielmum[g] Mascalium[h, 3]. Et sic sedicio magna facta
est inter illos de civitate nova et inter illos de civitate veteri, et civilia[i] bella
(Mart. 11). plura simul fecerunt. Tandem composicio facta fuit per episcopum Sicardum[4].
(Mart. 14). Idem Guilielmus[k] in publica concione[l] iuravit precepta ipsius domini Matei pote-
statis[m] comunis Cremonensis[n], que male observavit. Eo tempore[o] imperator venit
Maii (3—5). Cremonam et fuit magnifice receptus de mense Maii; qui ante in festo sancti
1209. *Sept. 29.* Michaellis[5] preterito fuerat Rome ab Innocencio summo[p] pontifice imperiali dia-
demate[q] coronatus, MCCX.

1211. Post ipsum Gandolfus[r] de Castelo-novo Veronensis in Cremona ellectus
(Dec. 18). potestas[s]. Cuius tempore civille bellum in Cremona supra Basalarium[6] fuit, et
fuit[t] vicinia Sancti Pantalionis, que favebat Citanovanis, capta[u], rebus omnibus
1210. *(Oct. 18).* denudata. Eodem tempore[v, 7] fuit imperator excommunicatus[w], pro eo[x] quod in-
travit[y] in Apuliam ad persequendum et ad exheredandum Federicum regem, filium
Sicard. condam Henrici[z], cui preter R o m a n a ecclesia n u l l u s erat adiutor. Eodem tempore Cre-
1211. monensis[a] populus in servicio marchionis Extensis[8] navigio perexerunt Ferariam
(Mart. 1). et fugaverunt Ugonem de Guarmasio potestatem Ferrarie et pro ipso Oddone im-
peratore[9], MCCXI.

a) *sic Garb. (Campo* principale*); om. c.; cf. p.* 6, *l.* 4. *p.* 9, *l.* 7. a*) Florerius *Garb.* b) pap̄ *c.* c) *sic Garb.;* iolium *c.?* d) *sic Garb. (Campo);* Gimonum *c., ut videtur.* e) *sic Garb.;* . . . ria *tribus litteris macula atramenti tectis c.* f) *emendavit J.;* qui *c.* g) Gutium *c.* h) *sic (non* Mastalium*) scriptum videtur in c.;* Masthalium *Garb.* i) c . . . lia *carta perforata c.* k) Gutius *c.* l) *sic Garb.;* ꝯcne *c.* m) pot̄ *c.* n) cremon *c.*; observare *add. Garb.* o) Otto *add. Garb.* p) sommo *c.* q) diademade *c.* r) Gandolfinus *Garb. (Campo).* s) fuit *add. Garb.* t) in *add. c., quod delevit J.* u) et *add. Garb.* v) anno *Garb.* w) fuit dico *add. Garb.* x) excommunicatus *add. Garb.* y) *sic Garb.;* iurauit *c.* z) imperatoris *add. Garb.* a) cremoñ *c.;* Cremonenses in serv. *Garb.*

1) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 34 — 37*; Ann. Brix. p.* 816. 2) *Cf. cartam datam a.* 1208. *Maii* 1, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 210, *nr.* 71. 3) *Ad a.* 1210. 1211. *cf. fragmenta Annalium Cremonensium uberiorum edita 'N. Archiv' XXV, p.* 514 *sqq. et quae de iis ibi exposui.* 4) *Cf. cartam huius compositionis datam die Mart.* 11, *editam a L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 215 *sq., nr.* 111. 5) *Potius die Oct.* 4, *dominica post festum Michaelis.* 6) *Campo, 'Cremona fedelissima città' p.* 30: al Basolaro, contrada della parochia di S. Pantaleone. *J.* 7) *Iam a.* 1210. *Oct.* 18. 8) *Azzonis II (VI).* 9) *Cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 265.

Post ipsum fuerunt Leonardus[a] Capelinus et Riboldus de Burgo et Ravaninus 1212. de Bellotis et Belenzerius de Mascalis[b] et alii ellecti consules. Eodem tempore *p. 806. idem Oto ab eodem *Innocentio papa casatur, et Allamani amonitu[c] dictum Federicum regem Scicilie imperatorem ellegerunt[1]. Eodem tempore idem Federicus rex venit Cremonam, et cum veniret iusta Lambrum, Mediolanenses contra Papienses. *(Iun. 30). (Iun. 29).* qui eum duxerant, venientes C milites ex ipsis Papiensibus[d] ceperunt. Eodem tempore idem Allamaniam[e] est ingressus, MCCXII. *(Aug.)*

Post ipsos fuerunt consules Lafranchus de Oldoynis, Guilielmus[f] Persicho, 1213. Henricus[g] Advocatus et allii. Eodem[h] tempore fuerunt[i] campestre in prelio inter[k] Cremonenses ex una parte et Mediolanenses, Placentinos, Cumanos, Vercelenses, *(Iun. 2).* Novarienses et Alexandrinos iusta Castrum-Leonem ultra Servium[l]; et tunc[m] Cremonenses fugaverunt[n] illos et carocium Mediollanensium[o] et multos millites et pedites ex ipsis ceperunt, quos cum carocio ipsorum Cremonam captos duxerunt, MCCXIII.

Post ipsos fuit potestas Guido de Regis[p], Reginus civis. Qui suo tempore 1214. terras Placentinorum[q] multas incendio concremavit[2] et multas terras Cremensium[r], MCCXIIII.

Post ipsum fuerunt consules Talamacius de Gaydoldis et Morinus de Belotis, 1215. Niger Marianus, Bernerius Mascalcus[s], Redotus de Ardenghis et Amicus de Canis[t]. Qui suo tempore multas terras Placentinorum concremarunt et Castellum-novum *(Iul.)* Placentinorum per X dies[3] obsciderunt. Eodem anno episcopus Sicardus obiit, *(Aug.) (Iun. 8).* MCCXV.

Post hos comes Henricus de Sospiro sive de Roversella, [Papiensis[u]] civis, 1216. ellectus Cremonensis[v] potestas. Hic suo tempore totas terras Mediolanensium et Cremensium[w] circa Abduam et totam terram Placentinorum inter montes et Padum *(Aug. ex.)* a Placencia inferius incendio concremavit et Pontenurium[x] cepit et destruxit et *(Aug. 29).* miliciam Placencie iusta Montile inter Pontenurium[x] et Placenciam[y] disconfecit et ex ipsis[z] multos captos Cremonam duxit[4]. Eiusdemque tempore Padus gelavit, *(Ian.)* ita quod currus et equites et homines per glaciem discurebant ab una ripa ad aliam, et maxima pars vitium gelavit, MCCXVI[5].

Post ipsum fuit Raymondus de Ugonibus, Brixiensis[a] civis, potestas Cre- 1217. monensis[b] electus. Hic suo tempore congregato magno exercitu Cremonensium, *(Iul. in.)* Parmensium, Reginorum et Mutinensium Mediolanenses[c] fugavit, qui venerant cum carocio et cum Placentinis, Cumanis et Novariensibus et Vercellensibus et Alexandrinis ad Azanelium iusta Zenivoltam[d, 6], MCCXVII.

a) Leonardas *c.* b) Mastalis *Garb.* c) *forte* eius *supplendum;* amoniti *Garb.* d) papien̄ *c.* e) Illamaniam *c.*; in Allemaniam *Garb.* f) gulius *c.* —de *add. Garb.* g) h^r *ut videtur c.* h) alii eodem *Garb.* i) Eodem et tempore *add. Garb.* k) *sic c., non satis patet, quid emendandum sit, nisi* inter *delendum aut legendum* fuit campestre prelium; camp. prelium commissum fuit *Garb.* l) Serium *Garb.* m) nostri *Garb.* n) et *add. c., quod deest Garb.* o) medioll . . . . sium *carta perforata c.* p) Robertis *legendum est.* q) Placen̄ *c.*; Placentinas *Garb.* r) acquisivit *add. Garb.* s) Mastellus *Garb.* t) *non satis certo hoc nomen in c. legi potest;* Canis *habet apogr. Trivulz.; certe non* Cantu *scriptum est, ut habet Garb.;* Caimo *Campo.* u) *supplevit J. e Campo; deest c.* v) cremon̄ *c.* w) *sic Garb.;* Cremonensium *c.* x) *emendavit J.;* Ponteuicum *c.* y) placen̄ *c.* z) milites *add. Garb.* a) brix̄ *c.* b) Cremon̄ *c.* c) *sic Garb.;* Mediolanensium *c.* d) zeniuollam *corr.* zeniuoltam *c.*

1) *Iam a.* 1211. *Sept. quidam principes Fridericum regem elegerunt.* 2) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 45 *sq.* 3) *Ioh. Codagn. p.* 51 *sq. scribit eos Aug.* 6—12. *(vel* 5—11*) hoc castrum obsedisse.* 4) *Vide quae infra ad Sicardi Cont. adnotavi.* 5) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 53. *et quae ibidem adnotavi.* 6) *Cf. Schiavina, Ann. Alexandr., Hist. patr. Mon., SS. IV, col.* 152*; Ann. Mediol. min. p.* 398.

1218. Post hunc[a] Bernardus[1] de Cornazano, Parmensis civis, electus fuit potestas
(Iun. 7). Cremonensis[b]. Hic suo tempore contra Mediolanenses, Placentinos et carozios
eorum et Laudenses et Papienses, Cumanos[c], Vercelenses, Alexandrinos campestre
prelium comisit apud Cibelos[d] et eos devicit et fugavit et ex ipsis multos Cre-
(Maii 19). monam captos aduxit[e]. Eiusdemque tempore Otto condam imperator apud Brixiam[2]
(Dec. 2). moritur et sepelitur. Eodem anno pax facta[f] est inter Mediolanenses et Pla-
centinos et suam partem et Cremonenses et Parmenses et suam partem per Ugonem
Ostiensem[g] et Veletrinum[h] episcopum cardinalem apostolice sedis[i, 3], qui postea
fuit papa constitutus et nomine Grigorius[e] nonus appellatus, MCCXVIII.

1220. Post ipsum[4] fuit Paganus de'lberto[k] Egidii, Parmensis civis, in Cremona
potestas ellectus. Qui suo tempore in servicio Reginorum obsedit Gonzagam[l] per
dies[m] XV[5]; et aqua Padi aparuit[n, 6]. Eodem anno [fuit[o]] Fredericus filius condam
(Nov. 22). Henrici imperatoris ab Honorio papa imperiali diademate coronatus, MCCXX.

1221. Post hunc Redulfus[p] de Noxa, Pergamensis civis, fuit[q] potestas Cremonensis[b]
(Nov. 16). ellectus. Hic[r] suo tempore asociavit nobiscum civitatem Placencie[7], MCCXXI.

1222. Post ipsum Sozzo Cogonus, Pergamensis civis, factus est potestas Cremonensis[s].
Ipsius tempore terre motus magnus agitavit Ytaliam, pro quo tures et ediffìcia
Dec. 25. multa corruerunt, et fuit in natale Domini circa tertiam MCCXXII.

1223. *Post ipsum fuit Girardus Tercius[8], Parmensis civis, potestas ellectus *p. 807.
MCCXXIII.

1224. Post ipsum[t] Rolandus de Ugone Rubeo, Parmensis civis, est potestas consti-
tutus in Cremona MCCXXIIII.

1225. Post hunc extiterunt potestates in Cremona[s] Ossa de Canova[9] et Ripaldus
Canis, Papienses cives, MCCXXV.

1226. Post ipsos Guillielmus[u] de Lendenaria, Veronensis civis, fuit electus potestas
(Iun. 26). Cremonensis[s]. Ipsius tempore imperator Fr[edericus][v] venit Cremonam. Eodem
tempore coniuraciones[w] et societates illicite coniuraverunt et conspiraverunt[x] simul
contra imperatorem et ad eius coloquium venire contempserunt[y]. Pro quo idem
(Iul. 11). imperator apud Burgum Sancti Donini ipsos imperiali banno banivit[10] et eos cri-

a) *bis scr. c.* b) cremoñ *c.* c) Novarienses *add. Garb.* d) Zibellum *Garb.* e) *sic c.* f) *seq.* fuit *del. c.* g) ost . . . . *carta perforata c.* h) Velentinum *c.* i) legatum *forte supplendum.* k) delberto *c. pro* de Alberto, *ut Garb. habet.* l) ꝯganzagam *corr.* ꝯgonzagam *c.* m) per X dies XV *c.*; *Jaffé coniecit legendum esse* per Decembrem dies XV, *cum Garb. habeat* decem *pro* X, *sed Gonzaga iam priore semestri anni tempore obsessa est.* n) apuit *c., ubi quaedam omissa esse videntur, sed nullum spatium vacuum relictum est.* o) *deest c.* p) Red. de Noxa *in loco raso.* q) factus est *Garb.* r) Hic — MCCXXI. *in marg. c., cum hoc loco* Ipsius — terciam *sequentis anni scriptum esset, quod deletum est.* s) cremoñ *c.* t) hunc *Garb.* u) Guttius de Londenaria *c.* v) ffr. *c.* w) *sic Garb.;* coniuracionis et societatis *c.* x) *sic Garb.;* consprearunt *c.* y) condempserunt *c.*

1) *Bertrandus Tertius potius; cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 183. 2) *Brunswic auctor scribere voluit, quod nomen iam ipse corrupit (*Brescia *Campo).* 3) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 12544. 12545. 12548. 12549 *a.* 12550. 12553. — *Sequentia ab alio auctore, qui post a.* 1227. *scripsit, composita esse videntur.* 4) *Omissus est potestas anni* 1219. 5) *Cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 221; *Reg. Imp. V, nr.* 12605 *a; 'Cronache Modenesi di Tassoni, Giov. da Bazano, Bonif. Morano' p.* 30. 6) *Fortasse in taliata a Cremonensibus et Reginis hoc anno facta; cf. Winkelmann, 'Friedrich II.' I, p.* 87 *sq.* 7) *Cf. Codex dipl. Cremon. I, p.* 243 *sq., nr.* 340—348. 8) *de Cornazano.* 9) *Osa de Caneva-nova (vel Canneva-nova) hic dicitur in cartis, Codex dipl. Cremon. I, p.* 249. 251, *nr.* 393. 400. 10) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 1657 *a.* 1658. *Epistolae sub hoc numero citatae exemplar Cremonensibus missum (LL. Const. II, p.* 136 *sqq., nr.* 107*) auctor legit, ex qua sequentia excerpsit.*

mine[a] lese magestatis reos[1] pronunciavit et iudices et notarios ipsorum cassavit et 1226.
marchiones[b] et capitaneos[c] eorum deposuit et omnibus legiptimis actibus et iuris-
dictionibus illos privavit[2]. Eodem anno papa Honorius reconciliacione[d] facta precibus 1227. (Ian.)
apud ipsum imperatorem instans[e], idem imperator omnia revocavit[f], et Lumbardie
coniuraciones[g] V[C][3] millites per duos annos suis expensis eidem imperatori ad suc-
cursum Terre Sancte dare promisserunt[4], quod minime observaverunt, MCCXXVI[h].

Post ipsum Bernardus de Pio, Mutinensis civis, Cremone extitit potestas 1227.
MCCXXVII.

Post ipsum Egidius de Domina Agnete, Parmensis civis, ellectus in Cremona 1228.
potestas. Cuius tempore Cremonenses in servicio Mutinensium ostiliter concurerunt
contra Bononienses, qui obsidebant Balzanum castrum Mutinensium, et castrum
Bononiensium Plumancium nomine ceperunt et destruxerunt et[i] terram Bono- (Oct. 14).
niensium[k] hinc ad flumen Reni incendio concremaverunt. Et cum redirent ad
Sanctam Mariam in Stratam, cum ipsis Bononiensibus et Florentinis et[l] qui cum (Oct. 23).
eis fuerant nocte preliantes ipsos fugaverunt[5] et multos captos Cremonam duxerunt,
MCCXXVIII.

Post ipsum fuerunt consules electi ad VI menses Iacobus de Burgo, Ugo 1229.
Agagnola, Otto de Diviciolis et Albertus[m] de Malabotis, et sic reditum[n] fuit regimen
ad[o] Kall. Iulii sicud iam dudum[6], MCCXXVIII°[7] et MCCXXVIIII°.

Post ipsos fuit Ugo Lupus marchio, Parmensis civis, in potestatem Cremo- Iul. 1.
nensem[p] ellectus. Hic suo tempore contra Bononienses, Romagnolos et Lombardos
societatis et coniuracionis, qui[q] castrum Sancti Cessarii[r] Mutinensium[s] obsidebant[t],
in campestri prelio dimicavit et usque[u] ad civitatem Bononiensem[v] eos fugavit (Sept. 5).
MCCXXVIIII°.

Post hunc fuit Bernardus Rubeus, Parmensis civis, Cremonensis[p] potestas. 1230. Iul. 1.
Hic suo tempore inchoavit civitatem Cremonensem[p] murorum munimine cingere[w] 1231.
a porta Sancti Guilielmi[x] verssus portam Omnium sanctorum, ex eo faciens brachia (Maio. Iun.).
CCC[8], MCCXXX[y].

Post eum fuit Ferrarius Canis, Papiensis civis, in Cremona[p] ellectus potestas. Iul. 1.
Hic suo tempore portam civitatis super strata, qua Papiam [itur][z], fieri fecit. Eius
tempore Fr[edericus][a] apud Ravennam curtem celebrans solempnem imperiali dia- 1232.
demate se coronavit in festo resurectionis[b][9] MCCXXXI. Febr. 2?

a) crimi||nine *c.* b) marcḫ *c., quod auctorem scripsisse non credo, in epistola laudata legitur:* privavimus vavassores et ca[pi]taneos. c) capit *c.* d) reconcilacione *c.* e) *seq.* ipm *del. c.* f) *emendavit J.;* remeauit *c.* g) coniuracionis *c.* h) MC::XVI. *carta perforata c.* i) *sic Garb.;* in *c.* k) boñ *c.* — usque ad *Garb.* l) *Jaffé perperam delevit hoc* et. m) Albricus *Garb.* n) reductum *corr. J.; cf. supra p.* 9, *l.* 11. o) *sic Garb.;* a *c.* p) cremoñ *c.* q) contra *Garb.* r) Cassanii *c.;* Caesarii *Garb.* s) Mutinensis *c.?* t) *sequitur* et Albertus de Maiabotis *del., repetitum e l.* 18. u) *sic Garb.;* nosque *c.* v) bonoñ *c.* w) incipientes *Garb.* x) guli *c.* y) brachia CCCXXIII *Garb.* z) qua pap̄ *c. (om.* itur*);* semitam qua itur Papiam *Garb.;* strada di Pauia *Campo.* a) ffr. *c.* b) resuretionis *c.*

1) *Epistola laudata:* tamquam reos criminis lese maiestatis. 2) *Epistola laudata:* privavimus omni iurisdictione . . . Item privavimus eos omnibus legitimis actibus. 3) *Quadringentos tantum.* 4) *Cartae imperatoris, quibus pax confecta est, demum a.* 1227. *Febr.* 1, *epistola societatis Lombardorum a.* 1227. *Mart.* 26. *datae sunt, LL. Const. II, p.* 141—147, *nr.* 109—114. 5) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 88 *sq. et quae ibidem adnotavi; Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1094. 6) *Cf. supra a.* 1186—1195. 7) *Ex hoc numero repetito coniciendum est Aegidium de Domna Agnete ante Dec.* 31. *a.* 1228. *a potestaria cessisse.* 8) *Cf. inscriptio, Campo, 'Cremona fed.' p.* 36. 9) *Neque festo paschatis (Apr.* 11*) nec die Mart.* 27. *imperator Ravennae fuit. Conicio* resurrectionis *scriptum esse pro* purificationis.

1232. Iul. 1. Postea fuit Guilielmus[a] de Foyano, Reginus civis. Cuius tempore seditio
magna est orta in civitate Cremonensi[b], et civile bellum comissum est[1]. Eodem[c]
1233. tempore in servicio Veronensium[d] intravimus[e] terras Mantuanorum[f] hostiliter et
loca plura combursimus et pontem suum[g] super Padum cepimus et destruximus[2],
MCCXXXII.

Post illum fuit comes Tomaxius de Cerra ad postulacionem Cremonensium
Iun. 1. ab imperatore datus[3]. Hic per se et suos iudices et vicarios[4] a Kall. Iunii
Nov. 1. usque ad festum omnium sanctorum[h] et populares[i] Placentinos nobis associavit[5],
MCCXXXIII.

Post eum Guillielmus[k] de Andito, Placentinus civis et capitaneus populerium[l]
1234. Placencie, in Cremona est ellectus potestas. Hic suo tempore milites Placentinos
(Ian. 6). in montibus de vale Tarri et de valle Zeni pugnavit et devicit in yeme glaciali[6].
(Ian.) Eodem anno gelavit Padus, ita quod super glacies currus et equites et homines
discurebant[7], et ita stetit gelatus pro mense[l] integrum; et maior pars vinearum
gelavit et magna pars arborum ficuum et nucum. Eodem anno Mediolanenses
(Iul. 3). et Brixienses cum carocis et[m] tota sua gente terras Cremonensium[n] hostiliter intraverunt et loca plura incendio concremarunt; contra quos Cremonenses, Parmenses et Papienses cum contis[o] eorum carociis[p] cum eis demicarunt[l, 8] et usque
(Iul. 4). super Dalma[q] fugarunt[9]. Sequenti die utraque parte armata et ad pugnam preparata, ita quod duas archatas non distabant, divino nutu per fratres Minores et Predicatores composicio facta fuit, et utraque pars incontinenti[r] recessit. Eodem anno Cremonenses terras Brixiensium intraverunt et loca multa incendio concremarunt et turem Corvioni[s] ceperunt, in qua multi homines et mulieres confuiebant[l]; quos homines et mulieres, cum se non redderent, in ea incenderunt, MCCXXXIIII.

1235. Post illum fuit Henrichus Granonus, civis Terdonensis, in Cremonensi regimine electus potestas. Hic suo tempore taleatam[t] de Schandolaria ante castrum Senige ad derivandum[u] Lolium fieri fecit, et LXXXXII castelanos Pontisvici cepit et XVII occidit et alios usque ad locum Pontisvici fugavit. Et alia vice castelanos[v] Urcii XLVIII numero cepit ultra Lolium et alios fugavit et multos occidit. Hic
(Maio). suo tempore V^C milites Cremonenses in servicio Mutinensium demandavit, qui

a) gutius *c.* b) cremon *c.* c) Eius *Garb.* d) Bononiensium *Garb.* e) *sic Garb.;* iuirauimus *c.* f) matuanorum *c.* g) *carta perforata haec vox deleta est, litteris* s *et* um *ut videtur restantibus;* un ponte che essi sopra il Pò havevano *Campo.* h) *supple fere haec verba* rexit civitatem Cremonam. i) poput *c.* k) Guttius *c.* l) *sic c.* m) e *c.* n) Cremonesium *c.* o) 9tis *c., id est* cunctis. p) *fortasse* venientes *supplendum est.* q) dalnia *c.* r) incontineti *c.* s) *sic apogr. Trivulz. (Campo);* ceruioni *c.?* t) Taleutam *c.* u) deriuandam *c.* v) castelano iurcii *c.*

1) *Cf. epistola Cremonensium ad imperatorem, Böhmer, Acta imp. p.* 668 *sq., nr.* 962. 2) *Quod factum esse videtur, cum Mantuani cum sociis a.* 1233. *terram Veronensium vastarent; Ann. Veron., SS. XIX, p.* 8. 3) *Epistola n.* 1. *citata Cremonenses ab imperatore petierunt, ut potestatem ipsis constitueret.* 4) *Nam ipse comes Acerrarum demum mense Sept. Cremonam profectus est teste Ryccardo de S. Germ., SS. XIX, p.* 371. 5) *Cf. Ioh. de Mussis, SS. XVIII, p.* 455; *Muratori, SS. XVI, col.* 461. 6) *Haec pugna prope Gravago (com. Bardi) die Ian.* 6. *commissa est, ut Ioh. de Mussis l. l. refert.* 7) *Repetita sunt verba anni* 1216, *supra p.* 13. *Cf. quae de hoc frigore ad Alberti Milioli Libr. de temp. c.* 236. *et Salimbene f.* 243[a]. *infra adnotavi.* 8) *Prope villam Genivolta die Iul.* 3; *Ann. Mediol. breviss., Ann. Parm. mai., Ann. Bergom. ad a.* 1233, *Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 392. 668. 810. 818; *Tassoni, Giov. da Bazzano, Bonif. Morano p.* 38. 9) *Tolosani Cont. c.* 198, *ed. Borsieri p.* 728: fugavere eos usque Delmam.

aquam Scondene supra terram Bononiensium derivavit[a, 1] et loca eorum plura 1235.
devastavit[a], terram ipsorum hostilliter intrantes et per plures dies ibi conmorantes.
Tunc ipsa milicia Cremonensium ibi manente, Brixiense exercitu magno apud
Mosium congregato cum V[C] millitibus Mediolani, terram Cremone intraverunt et
Rivarolum-deforis combuxerunt; contra quos alii Cremonenses cum milicia que
domi remanserunt[b] occurrens[b] inter Ripparolum et Bozolum campestre prelium
comisit[b] et CC milites ex eis de maioribus et potencioribus Brixiensium cepit et
alios usque ad Mosium fugavit die Veneris[c] exeunte Madio et multos occidit. *Maii 25?*

Eodem anno imperator Fr[edericus][d] ab Apulia veniens navigio Alamaniam est *(Maio).*
ingressus, secum portans infinitum thesaurum. Eodem anno eleffans imperatoris
et duo dormidaria[e] venerunt Cremonam[2]. Et eodem anno atque tempore Corsaci
fuerunt capti ad Maregnanum[f, 3], MCCXXXV.

Post illum fuit comes Simon de Ret[4]. Eodem anno imperator venit Cremonam 1236.
et cepit Mosium et Marchariam, MCCXXXVI. *(Oct.) (Sept.)*

Post illum fuit Ugolinus Ugonis Rubei, civis Parmensis, MCCXXXVII. 1237.

Post illum fuit Henricus de Livelo. Et eodem anno[g] Brixia fuit obsessa per 1238.
imperatorem Federicum et per Cremonenses per tres menses et plus, MCCXXXVIII. *(Iul.—Oct.)*
Et eodem anno[5] factum fuit prelium Curtis-nove per imperatorem Federicum, et 1237. *(Nov. 27).*
captum fuit carocium Mediolani.

Post illum fuit Ansaldus de Mari, Ianuensis civis. Et eodem anno imperator 1239. *(Sept.)*
Federicus[h] cum Cremonensibus et Papiensibus intravit terram Mediolani et cepit
Landrianum et multas alias terras et incendio concremavit; et fuerunt prope civi- *(Oct.)*
tatem per tria milliaria, MCCXXXVIIII.

Post illum fuit Guilielmus[i] de Insenbardo, Papiensis civis, MCCXL. 1240.

Post illum fuit Rainaldus de Aquaviva MCCXLI. 1241.

Post illum fuit marchio Lancea[6]. Et eodem anno Mediolanenses venerunt 1242.
in episcopatum[k] Laude ad Noxedolum, et Cremonenses erant in episcopatum[k]
Brixie ad Quinzanum cum magno exercitu et audierunt, quod Mediolanenses erant
ad Nosedolum, iverunt oviam eis et eos fugaverunt de dicto loco, MCCXLII.

Post illum fuit comes Lantelmus de Cassino, civis Laudensis. Et eodem anno 1243.
cepimus Biembium[7]; et edifficatum fuit Castrum-Francum MCCXLIII. *(Iun.)*

Post illum fuit Manfredus de Cornazano, civis Parmensis, MCCXLIIII. 1244.

Post illum fuit Robertus de Castilione, qui suo tempore fecit fieri portas 1245.
pallacii de Otono[8] ut sunt[l], MCCXLV. Et eodem anno imperator Federicus cum *(Oct.)*
Papiensibus[m] et mile militibus de Cremona intravit terram Mediolanensem, multa

a) *sic pro* derivarunt ... devastaverunt *c.* b) *sic c.* c) *fortasse numerus* (VII?) *omissus est;* alli XXII. di Maggio in Mercoledì *Campo.* d) ffr. *c.* e) *sic c.* f) mare gnauū *c.* g) *sequitur* imperator ffr. cum cremon̄ *e l.* 20. 21. *del.* h) *sequitur* et per Cremonenses — per imperatorem F. *praecedentis anni del.* i) gułius *c.* k) epatū *c.* l) s̄: *c.* m) pap̄ *c.*

1) *Cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 237. *et quae ibidem adnotavi.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 470; *Salimbene f.* 245[a]. 3) *Nescio, quomodo haec explicanda sint. An* corsaci *corruptum, et legendum* crosati = *cruce signati (cf. infra p.* 18, *l.* 33*)?* 4) *In Ann. Placent. Gib. p.* 471. *dictus comes Symon de Reyto, qui fuit comes Teatinus; cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 185. 5) *Praecedente potius.* 6) *Manfredus.* 7) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 487. 8) *I. e. palatii municipalis, ut scribit Ant. Campo, 'Cremona fed.' p.* 41, *qui affert inscriptionem parietis cavaedii huius palatii (Vairani, Inscr. Cremon. nr.* 2139*) suo tempore visam:* A. D. MCCXLV, indictione tertia, tempore domini Federici Rom. imperatoris secondi dominus Robertus de Castilione potestas Crem. hoc opus fieri fecit.

1245. loca incendio concremavit. Et Henricus rex Sardenie[a], filius eiusdem imperatoris,
cum alia milicia de Cremona et populo ivit ad Gorgonzolam et ipsam terram per
(Nov. 8). vim cepit, et in ipsa terra ipse rex fuit captus et statim fuit per Cremonenses[1]
recuperatus, captis ibidem mille de Mediolanensibus. Inter quos capti fuerunt
(Nov.) circha . . .[b] de balisteris Ianue, et quibus in civitate Laude suprascriptus imperator
accipi fecit unicuique eorum pedem et unum oculum[2].

1246. Post illum fuit Rainaldus[c] de Machilone MCCXLVI.

1247. *(Iun.)* Post illum fuit Ferrarius Canis, civis Papiensis, qui in suo tempore obsedit
Quinzanum[3]. Et cum ibi esset, Parmenses volverunt se contra imperatorem et
Cremonenses[d]. Et relicta obsidione ivit cum toto exercitu contra Parmenses in
obsidione Parme. Et ibi edifficata fuit quedam civitas per imperatorem, que
Victoria vocabatur, MCCXLVII.

1248. Post illum fuit Pax Piganugola, Pergamensis civis. Et suo tempore Victoria
(Febr. 18). fuit combusta et capta per Parmenses et carocium Cremonensium quietatum[e],
MCCXLVIII.

1249. Post illum fuit Zavaterus[f] de Strata[4], civis Papiensis, qui suo tempore ivit
cum Henrico rege Sardenie[g] et milicia[h] Cremonensium in servicio Mutinensium
(Maii 26). contra Bononienses[i], et ibi dictus rex cum ducentis de Cremona captus fuit,
MCCXLVIII.[5] et MCCXLVIIII.

Post illum fuit Ubertus marchio Palavicinus[6], qui suo tempore cepit carocium
1250. *Aug. (18).* Parme et duo milia ex dictis Parmensibus iusta fosata civitatis, et populus Cre-
monensis[d] mille lapides in dicta civitate cum manibus[k] proicerunt[l] MCCL. exeunte
Dec. 19. Augusto[7]. Eodem anno obiit imperator Federicus XIII. exeunte[8] Decembri.
Eodem die ipse marchio firmatus fuit de novo in dominum et potestatem. Et
1251. *(Iul.)* postmodum ivit contra Mediolanenses, qui erant in civitate Laudensium, et in ipsa
(Aug.) civitate cum Cremonensibus intravit et ibi stetit per IIII epdomadas, et pluries
1252. cum dictis Mediolanensibus pugnaverunt[9]. Rursus obsedit Rivalgarum, quod est
in episcopatu Placencie in montanea, et ibi stetit per tres menses[10], et dictum
(Oct. 25). 1256. castrum cepit sub MCCLII. Et postea ivit contra Mantuanos[11], blavos et vineas
(Maio in.) ipsorum universaliter populando, et apud portas civitatis sua castra fixit et ibi
stetit per III epdomadas, terras et loca episcopatus Mantue penitus destruendo,
(Maii 20). sub MCCLVI. Et durante ipso exercitu capta fuit civitas Padue per quosdam
croxatos[m], qui ibi venerant cum uno legato eclesie Romane[12]. Hic marchio cum

a) Sarden *c., ut videtur.* b) *numerus deest, nullo spatio vacuo relicto;* XXXVIII *Ann. Placent. Gib.* c) Raidaldus *c.;* Rinaldo *Campo.* d) cremon̄ *c.* e) *dubius emendavi; i. e.* relictum; quierat *c.* f) *sic infra p.* 20, *l.* 8; Ranterus *h. l. c.* g) Sardeñ *c.* h) milica *c.* i) bononiensium *ut videtur c.* k) *emendavi;* nauibus *c.* l) *sic c.* m) corxatos *c.*

1) *Per populum Parmensem et Reginum regem liberatum esse narrat Albert. Milioli c.* 249, *sed cf. Reg. Imp. V, nr.* 13557 *a.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 492*; Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 219. 3) *Cum rege Entio eiusque exercitu.* 4) *Hic Zavaterellus alibi dictus fuit vicarius Henrici regis Sardiniae, potestatis Cremonensis; cf. infra p.* 20*; Codex dipl. Cremon. II, p.* 187. 5) *Hinc coniciendum est Entium iam a.* 1248. *potestariam Cremonensem assumpsisse.* 6) *Qui iam a.* 1249. *Aug.* 30. *potestas Cremonensium factus est, ut infra relatum est p.* 20. 7) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 3822*b.* 3823. 13771*a.* 8) *Potius* XIII. intrante Decembri. 9) *Non ibi pugnatum esse consentientes referunt Ann. Ian. p.* 230, *Ann. Placent. Gib. p.* 505, *Albert. Milioli c.* 256. 10) *A.* 1252. *c. Aug.* 11 — *Oct.* 25, *Ann. Placent. Gib. p.* 506. 11) *Mense Maio in., Rolandin. VIII,* 1, *SS. XIX, p.* 103*; Ann. Placent. Gib. p.* 507. 12) *Philippo archiepiscopo Ravennate.*

Cremonensibus et domino Eccerino[a] de Romano, cum quantitate Teotonicorum et *1258. Aug.* militum marchionis[b] ivit contra Brixienses et Mantuanos et legatum[1] ecclesie, qui cum eis erat, et ipsis Brixiensibus et alliis fugatis, qui secum erant, apud Turicellam *(Aug. 30).* captus [est[c]] ipse legatus cum magnissima quantitate Brixiensium et Mantuanorum, pugna facta cum eis, et hoc fuit sub MCCLVIII. de mense Augusti[2]. Eodem anno Padus crevit maxime. Et eodem anno ipse marchio et Eccerinus[d] cum Cremonensibus et suis sequacibus habuerunt civitatem et episcopatum Brixie. Et *(Sept. 1).* alia sua gente[e] venit ad obsidionem[f] castri de Urcio, quod castrum erat in forcia *1259. (Aug. ex.)* Bosii de Dovaria. Et tunc ipse marchio cum Cremonensibus[g], Mantuanis et Fera- *(Sept. in.)* riensibus et marchione Exstensi[h, 3] in[i] quantitate stipendiariorum[k] — cum quibus Mantuanis et aliis ipse marchio et Cremonenses societatem fecerunt contra ipsum Eccerinum[l] — venerunt cum carocio Cremonensium ad Zovenoltam. Et dum sic starent, quodam die ipse Eccerinus[d] cum sua milicia Brixiensi equitaverunt versus Mediolanum et eodem die equitaverunt[m] episcopatum per guadum Cassani, credentes ipsam civitatem Mediolani cum ipsis[n] Mediolanensibus[o, 4], qui secum societatem fecerant, penitus occupare. Et cum hoc cognitum fuit per ipsum marchionem et Cremonenses et Mantuanos et suos[p] sequaces, cum omni vellocitate qua potuerunt post ipsum Eccerinum[l] verssus illas partes direxerunt suos[q] gressus et in Blanchamura[5] apud pontem Casani et per medium guadum Beremiorum super flumen Abdue posuerunt sua castra. Et cum quodam die sabati, tercio[6] exeunte Septembri *Sept. 27.* curentibus annis Domini MCCLVIIII. ipse Eccerinus[d] cum suis sequacibus Brixiam vellet reddire, dum collecti[r] fuerunt ultra flumen Abdue per mediam terram Cassani, ecce ipse marchio, licet[s] pugnam vellet comitere cum eis, Eccerino[t] et suis, et ipsis[u] Cremonensibus et Mantuanis et marchione Exstensi[v] cum Ferariensibus et alliis suis fuerunt oviam ei et in prelio satis modico inchoato ipsum Eccerinum[l] et suos sequaces penitus converterunt in fugam; in qua fuga ipse Eccerinus[d] captus fuit, vulneratus fuit ad mortem, et capti fuerunt in magna quantitate de sequacibus suis. Eodem anno ipse marchio cum sequacibus suis, ad castra ductis secum captivis, cum gaudio reddierunt. Post predicta per aliquos dies ipse Eccerinus[d] obiit de vulnere recepto in prelio in castro Soncini et ibi *(Oct. 1?)* sepultus fuit, stando ipse marchio cum exercitu predicto prope civitatem Brixie. Eodem anno pax facta fuit inter Cremonenses et Brisienses[7]. Hic marchio cum Cremonensibus et quantitate Mediolanensium[w] et Brixiensium cepit Pontenurium[x] *1260. (Iul. 10).* sub MCCLX. de mense Iuni[8]. Multa alia fecit cum Cremonensibus et alliis Lumbardis, quorum dominus fuit, quod longum esset narare. Fuit dominus civitatum

a) Cicerino *c.* b) *sequitur* cum cremoñ *del. c.* c) *deest c.* d) Cicerinus *c. semper.* e) *sic c.* f) obsidione *c.* g) Cremonenses *c.* h) exestensi *c.* i) et *fortasse emendandum.* k) stipediariorum *c.* l) Cicerinum *c.* m) in *supplendum videtur.* n) *sequitur* illis *del.*; illis *pro* ipsis *legere mallem.* o) medillis *corr.* medilliõ? *c.* p) suo *c.* q) *membrana perforata certe legi nequit.* r) colletti *c.* s) *inane est hoc* licet, *pro quo* cum *legere malles.* t) Cicerino *c.* u) *legendum est* et ipsi Cremonenses et Mantuani et marchio Exstensis. v) exsteñ *c.* w) Mĩen *c.* x) *emendavi;* ponteuicum *c.; cf. supra p.* 13, *n.* x.

1) *Eundem Philippum.* 2) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 14060*a.* 3) *Azzone III (VII).* 4) *Cum quibusdam capitaneis et vavassoribus Mediolanensibus; cf. Reg. Imp. V, nr.* 14087*a.* 5) *Ann. Veron., SS. XIX, p.* 23: in campanea Blancenade. 6) *Lege* quinto, *nam dies Sept.* 27. *a.* 1259. *sabbatum fuit, quo die Ecelinum captum esse omnes fere scriptores tradunt.* 7) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 510. 8) *Mense Iunio obsessum est hoc castrum, sed deditum die Iul.* 10, *ut Ann. Placent. Gib. p.* 511. *tradunt.*

Cremone, Brixie, Placencie, Terdone, Alexandrie, Turini, Papie, Mediolani, et multa 1265. alia fecit et tractavit in Lombardia, ut dominium obtineret. Sub MCCLXV. Et[a] (Nov. Dec.) eodem tempore comes Flandrensis[1] cum Provincialibus per Lombardiam transierunt in Apulliam.

1266. (Febr. 26). Rex Manfredus mortuus fuit in prelio facto cum Carlo comite de Provincia. (Iun.) In sequenti anno Mediolanenses et Brixienses cum Mantuanis venerunt ad Soncinum, stantibus Pergamensibus in obsidione Covi, quousque eum destruxerunt[2].

1249. Hic marchio[3] primo intravit regimen Cremone stante domino Zavaterio de Strata pro vicario domini Henrici regis Sardenie[b] in Cremona, et qui rex captus[c] Maii (26). Aug. 30. erat a Bononiensibus de mense Maii, secundo exeunte Augusto[4]; et duravit eius 1266. Nov. 1? 8? dominium in ipsa civitate usque ad MCCLXVI. die Lune intrante Novembri. Et eo tempore dominus Castelanus de Strata erat potestas Cremone pro ipso marchione; qui Castellanus obiit et sepultus fuit in Cremona. Et post ipsum ellectus fuit dominus Rochus[5], frater ipsius Castelani, in potestatem Cremonensium[d]; in cuius (Dec.) tempore pars Capellatorum[6] de Cremona, qui per totum tempus istius marchionis extiterant[e] banniti, ad requisicionem[f] Bernardi de Castegneto et Bartolomei abbatis de Trebis, domini pape legatorum[g], reddierunt in Cremona[7]. Inde orta[h] aduc discordia inter ipsos Capelletos et Boxium de Dovaria et partem Barbara- 1267. Apr. sorum[8] de Cremona, cum tractatu ipsorum legatorum ipse Boxius et pars Barbarasorum expulsi fuerunt de Cremona sub MCCLXVII. de mense Aprilis[9]. Dictus dominus Rochus demisit[i] se de regimine Cremone, et Rainaldus Schotus de Placencia electus fuit[10] in ipso regimine per ipsos legatos. In cuius tempore dum Cremonenses[k] irent ad obsidionem Tezzolarum, accidit, quod Bosius suprascriptus (Iun. 20). cum quantitate Veronensium et Teotonicorum et sua parte de Cremona insultum fecit contra illos Cremonenses, qui ibant ad ipsam obsidionem, et contra Placentinos, qui erant in eorum servicio; et istis fugatis de terra Calvatoni, in qua hospitati erant, et multis captis et occisis, ipse Bosius cum suis sequacibus venit usque ad portam Cremone volendo Cremonam intrare. Eodem[l] tempore captum Aug. 28. fuit et destructum[m] castrum Tezolarum IIII. exeunte Augusto, permanenter[n] stando Cremonenses[o] in obsidionem[i] ad rocham Bosii de Dovaria per certum tempus. Et duravit regimen dicti Rainaldi per VIII menses, MCCLXVII.

(Dec.) Post illum fuit Gualterius de la Rocha de Provincia[11], et duravit eius regimen 1268. per unum annum sub MCCLXVII. et LXVIII.

1269. Post illum fuit Henricus de la Turi de Mediolano ad VI menses MCCLXVIII[12].

a) *superscr.* b) Sardeñ *c.* c) factus *c., ubi sequitur* fuerat *del.* d) cremoñ *c.* e) exiterant *c.* f) *membrana perforata haec vox non certissime legi potest.* g) legatꝭ *c.* h) ora *c.* i) *sic c.* k) Cremonā *c.* l) *sequitur* anno *del.* m) destrutum *c.* n) permañ *c.* o) Cremonā *c.*

1) *Robertus filius Guidonis comitis.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 518*; Ann. Mant., SS. XIX, p.* 24. 3) *Ubertus Pallavicinus.* 4) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 499. 5) *Die Nov.* 13*, quo Cremonenses a legatis infra dictis excommunicatione absoluti sunt, fuit iam Rochus de Strata eorum potestas, Codex dipl. Cremon. I, p.* 339*, nr.* 879. 6) *Guelforum Cremonensium; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 498 *sq.* 518*; Ann. Parm. mai. p.* 680. 7) *Cf. Codex dipl. Cremon. I, p.* 340 *sq., nr.* 881*; epist. Clementis IV. papae, Reg. Imp. V, nr.* 9765. 8) *Gibellinorum Cremonensium; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 498 *sq.* 9) *Haec omnia et sequentia luculentius narrata sunt in Ann. Placent. Gib. p.* 520 *sqq.* 10) *Qui iam die Apr.* 28. *fuit potestas; Reg. Imp. V, nr.* 14342. 11) *Missus a Karolo rege Siciliae; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 524*; Codex dipl. Cremon. II, p.* 192. 12) *A.* 1269. *potius, ut apparet ex iis quae praedicta sunt.*

Post illum fuit Gulielmus de Rivola, Pergami civis, ad VI menses MCCLXVIIII. 1269.
Et suo tempore illi qui erant in rocha istius[a] Bosii dederunt ipsam terram illi
qui regebat Cremonam die Mercurii VIII. exeunte Iullio[1]. *Iul. 24.*

Post illum fuit dominus Adhegerius de Enzolis de Parma ad VI menses 1270.
MCCLXVIIII[2]. Suo tempore Mediolanenses cum Cremonensibus fecerunt guastum *(Maio. Iun.)*
Laudensibus[3].

a) *conicio emendandum esse* iſti, *quod est* suprascripti.

1) *Ann. Placent. Gib. p.* 533. *hoc die Iul.* 25. *factum esse referunt.* 2) *Potius a.* 1270, *ut apparet ex praecedentibus et eo quod eius tempore factum esse dicitur.* 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 544.

SICARDI EPISCOPI CREMONENSIS CRONICA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

I. De vita Sicardi.

Nec multorum aliorum episcoporum Italicorum saeculorum XII. et XIII. nec Sicardi episcopi vita satis idonee enarrari potest. Multa quidem ex epistolis, cartis, annalibus illius temporis de eo colligi possunt, sed haec tam interrupta, disiecta, dissipata, ut continua narratio inde contexi, vera vitae imago exprimi nequeat. Civitatis Cremonensis historiam illius temporis satis perspicue ac dilucide cognoscimus, quae perfecte sane describenda esset, ut de vita Sicardi maxime necessaria exponerentur, sed raro compertum habemus, quid episcopus ille in rebus gestis Cremonensium egerit, quantum hae ad illum pertinuerint, quomodo Sicardus illis rebus attactus vel commotus sit, quas partes in civitate susceperit atque obtinuerit. Saepe Sicardo ut multis aliis episcopis a pontificibus Romanis mandatum est, ut in litibus ecclesiarum decernendis iudex vel quaesitor aut in aliis negotiis ecclesiasticis administrandis procurator intercederet, sed quid in his rebus gesserit, non semper compertum habemus. Quodsi non ignoramus, longum ac difficillime est expositu de litibus alienis saepe diuturnis ac per multos annos protractis, quarum in non paucis ille semel tantum intercessit, neque eas diiudicans nec componens. Multae quidem tabulae Sicardi in ditissimo thesauro archivi Cremonensis et alibi exstant, ex quibus cognosci posset, quid in administrandis possessionibus episcopatus Cremonensis egerit, sed plurimae harum nondum editae sunt. Iam quidem gratiam maximam habemus Laurentio Astegiano, amico summe colendo, qui plurimas illarum tabularum recensuerit ac digesserit[1]*, gravissimas quasdam ediderit, quo sine opere maximo labore confecto male nobiscum actum esset, at qui vitam Sicardi enarrare voluerit, ipsas tabulas*[2] *ut adeat ac perlegat, oportebit*[3].

Quae cum ita sint, quae de vita Sicardi ex Codice diplomatico Cremonensi aliisque libris collegi hoc loco recensui, non enarrans vitam eius, sed afferens quaedam, quae res

1) *Codex diplomaticus Cremonae (Historiae patriae Monumenta, Series II, t. XXI. XXII)* 2 *voll. Augustae Taurinorum* 1895. 1898. *Quo libro omnia fere emendatius ac plenius repetita sunt quae in 'Repertorio diplomatico Cremonese' I (Cremona* 1878*) leguntur. Rarissime igitur hunc librum citavi.* 2) *Quarum in Codice dipl. Cremon. non recensitas in archivo episcopali Cremonensi fere viginti a.* 1200—1202. *Sept. et a.* 1206—1214. *se vidisse, alias alibi exstare dixit L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 171 *sq., n.* 3. 3) *Qui etiam librum manu scriptum Bonafossae de monumentis Cremonensis ecclesiae Cremonae adservatum, quem non vidi, bono fructu adhibebit.*

gestas eius descripturo usui esse poterunt. Nec spero fore, ut omnia in libris editis de eo tradita adquisiverim, cum non nimiam operam huic rei impendere potuerim[1].

Sicardum natum esse e gente Cremonensi Casalascorum demonstravit L. Astegiano[2]. *Iam enim apud scriptores rerum Cremonensium veteres traditum erat e gente huius*[3] *vel similis nominis eum ortum esse. In tabula a.* 1188. *Oct.* 13.[4] *dicitur* Bocardus frater episcopi de Cremona. *In carta eiusdem anni data Nov.* 7.[5] in palatio domini Sicardi episcopi Cremonensis *inter credentiarios communis Cremonensis occurrit* Bocardus Casalascus *idemque eodem anno praesens fuit, cum Nov.* 30. *iura quaedam* in manu domini Sychardi Cremonensis episcopi *traderentur*[6], *ubi vocatur* Buccardus Casalascus[7]. *Iure igitur optimo vir ille clarissimus conclusit hunc Bocardum Casalascum fuisse fratrem Sicardi episcopi, unde nomen gentilicium eius cognovimus. Atque iure in titulo huius editionis* Sicardi Casalasci *(vel* de Casalaschis*)* episcopi Cremonensis Cronica *scribi potuisset. Quod non fecimus, cum episcopi illius temporis nomen gentilicium suum ferre non consuevissent. Alii eiusdem gentis viri, Picinus, Ubaldus, in cartis Sicardi episcopi, cuius cognati procul dubio fuerunt, nominantur, ut idem V. Cl. L. Astegiano adnotavit*[8]. *Hanc gentem ab oppido et castro Casalis Sancti Evasii marchionatus Montis-ferrati ortam fuisse facilis est coniectura*[9]. *Sed cum sexcenti fere sint loci nominis Casalis in Italia, quis hoc probabit?*

Si respexeris quod Sicardus in prologo Cronicae circa a. 1201. *scripto dixit se hanc* in aetate virili *composuisse, eum circa a.* 1160. *natum esse conicies*[10]. *Sed cum concilium Lateranense anni* 1179. *decreverit*[11], ut nullus in episcopum eligatur, nisi qui iam tricesimum aetatis suae annum peregerit, *a.* 1155. *vel ante hunc annum eum natum esse statuendum esset, si constaret hoc decretum in Sicardo observatum esse. Sed fieri potuit, ut papa eum hoc decreto absolvisset.*

De iis quae Sicardus ante episcopatum susceptum gesserit, nihil relatum habemus praeter ea quae ipse in Cronica narravit. Dicunt quidem eum Moguntiae circa a. 1180. *moratum, tum ecclesiae Moguntinae clericum fuisse*[12], *sed non dubito, quin erraverint,*

1) *Miserrimum opusculum ac vix dignum, quod hoc loco afferatur, de vita et cronica Sicardi edidit Ericus Komorowski, 'Sicard, Bischof von Cremona. Eine Studie zur Historiographie des XIII. Jahrhunderts.' Diss. inaug. Königsberg in Pr.* 1881. *In 'Repertorio dipl. Cremonese' (Cremona* 1878*) p.* 206 — 209. *Th. Wüstenfeld dedit paucissima regesta Sicardi.* 2) *Codex dipl. Cremon. II, p.* 171, *n.* 3. 3) *Casalascum eum dici a D. Bordigallo in Cronica manu scripta, confecta a.* 1515, *dicit L. Astegiano l. l.* 4) *Vignati, Codex dipl. Laud. II, p.* 154. 5) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 171, *nr.* 461. 6) *Ibid. I, p.* 173, *nr.* 464. 7) *Idemque in aliis cartis Cremonensibus, atque primo in carta data a.* 1185. *Apr.* 4. 5, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 159, *nr.* 407, *usque ad a.* 1205. *occurrit.* 8) *Qui p.* 171, *n.* 3. *dixit etiam post obitum Sicardi episcopi viros eiusdem gentis Cremonae vixisse, sed unum tantum, Guillielmum Casalascum, dictum in carta circa a.* 1225. *data, ibid. I, p.* 252, *nr.* 401, *attulit. In cartis posterioribus editis viros huius gentis non reperi.* 9) *Komorowski p.* 3. *Porro si conieceris gentem Casalascorum ab ipsis marchionibus Montis-ferrati ortum fuisse, demonstratum habebis, cur Sicardus marchiones Montis-ferrati tanta veneratione prosecutus sit.* 10) *V. Lancetti, 'Biografia Cremonese' III, p.* 27 *sq., eum circa a.* 1159. *natum esse censet, sed ratione inani nititur.* 11) *Decretal. Alex. III. tit. I, cap.* 2. 12) *Quam opinionem primus protulit Maurus Sarti, De claris archigymnasii Bononiensis professoribus I,* 1 *(Bononiae* 1769*), p.* 284 *sq., apud nostrates maxime propagavit J. Fr. de Schulte, 'Sitzungsberichte der Wiener Akad., Phil.-hist. Cl.' LXIII* (1870), *p.* 336 — 355. *Quem cum Wilhelmo Wattenbach, 'DGQ.' ed.* 6. *II, p.* 327, *omnes nostrates, ut Komorowski p.* 3, *W. de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 89, *secuti sunt.*

alterum Sigehardum, Cremonae natum, qui Summam canonum[1] haud paucis libris manu scriptis servatam composuit, qui scolasticus ecclesiae S. Petri Moguntinae circa a. 1180—1184. fuisse videtur, cum nostro Sicardo confundentes. Quod cum multis aliis in hac praefatione dictis ut demonstrem studebo in commentatione mox proditura[2]. Sane cogeremur fere, ut concederemus Sigehardum Moguntinum et Sicardum[3] episcopum Cremonensem fuisse eundem virum, si verum esset, quod omnes dicunt, hunc librum de officiis ecclesiasticis qui inscribitur Mitrale[4] composuisse, sed non facere possum, quin etiam hoc negem, quamvis multa sint, quae hoc tibi persuadeant. Sane ex libro dicto Mitrali nihil certi de vita auctoris eius cognoscitur. Sed ipse Sicardus dicit in prologo Cronicae se in puerili aetate Mythologias conscripsisse, de quo libello nemo hucusque, quod sciam, quidquam compertum habuit.

Cum Sicardus Offredum episcopum Cremonensem (1168—1185) sub a. 1179. Cronicae ordinatorem suum dixerit, patet eum ante a. 1183. ab hoc episcopo minores ordines[5], ostiarii, exorcistae, acolythi, lectoris, suscepisse, atque ab eodem ei praebendam canonici maioris ecclesiae Cremonensis collatam esse pro certo habeo, quamvis nullum supersit testimonium, quo cognoscamus Sicardum inter canonicos ecclesiae cathedralis Cremonensis fuisse.

Anno 1183. Sicardus, ut ipse in Cronica profitetur, a Lucio III. papa subdiaconus ordinatus, mox in Germaniam ad Fridericum I. imperatorem missus est, ut cum eo de colloquio imperatoris et papae Veronae anno futuro celebrando tractaret. Quod non ante autumnum anni 1183. factum esse videtur, postquam Beletus (Metellus?) magister cum epistola imperatoris[6] ad papam advenit[7]. Discimus igitur Sicardum a. 1183. non Cremonae nec Moguntiae, sed in curia Romana illo anno Velitrae, Signiae, Anagniae morante negotiis curialibus occupatum fuisse, quamvis eodem tempore canonicus ecclesiae maioris Cremonensis procul dubio fuerit, nam multos eo tempore subdiaconos ecclesiae Romanae invenimus praebendas canonicas ecclesiarum Italiae superioris tenentes. Nec dubitabimus eum e Germania reversum cum curia Veronam mense Iulio anni 1184. profectum esse. Atque videmus haud parvi aestimatum esse Sicardum iuvenem a Lucio papa, quem hic ipse subdiaconum ordinaverit, quem dignum habuerit, ut cum imperatore de rebus maximi momenti tractaret.

Postquam Offredus episcopus, vir simplex, mansuetus, Deo devotus, ut ait Sicardus, a. 1185. Aug. 9. diem extremum obiit[8], hic concorditer, ut videtur, a canonicis episcopus Cremonensis electus est. Qui electus iam die Aug. 23. eiusdem anni instinctu canonicorum maioris ecclesiae statuit[9], ne ultra quindecim fratres canonici in hac

1) Quam inter a. 1179. Apr. 5. et 1181. Aug. 30. compositam esse docuit J. Fr. de Schulte l. l. p. 342. 2) Ut spero, in 'Nachrichten d. Kgl. Gesellschaft d. Wiss. zu Goettingen' 1901. Ubi et de aliis libris Sicardo perperam attributis egi. 3) Sicardum esse formam Italicam nominis Germanici Sigehardi nemo nescit. 4) Editum in Patrologiae cursus compl. Lat. accurante J.-P. Migne t. CCXIII (Parisiis 1855), col. 9—454. 5) Quod recte statuit Fr. A. Zacharias, Cremonensium episcoporum series (Mediolani 1749) p. 129 sq., quod a. 1179. factum esse, ut idem dicit, nequaquam constat. 6) LL. Const. I, p. 420 sq., nr. 296. 7) Cf. P. Scheffer-Boichorst, 'K. Friedrichs I. letzter Streit mit der Kurie' I, p. 29—31. 172 sq. Ubi Sicardus imperatorem adierit, non constat. 8) Necrol. eccl. maioris Cremon., 'N. Archiv' III, p. 136 = 'Archivio storico Lombardo' 1881. p. 260. 9) Ad. Hortschansky et M. Perlbach, 'Lombardische Urkunden' p. 85 sq., nr. 43. Non caret momento, quod haec tabula data sit presidente domno Lucio sanctae Romanae ecclesiae papa tercio, a cuius curia Sicardus paulo ante redierit, imperatoris nulla mentione facta, et quod haec statuta sint salva in omnibus summi pontificis providentia simulque auctoritate.

ecclesia constituantur. *et alia de reditibus canonicis pro restitu adsignandis*[1], *de quibus antea lis orta erat.*

Eodem anno Sept. 28. 29. *in palatio episcopii Cremonae a paribus curiae episcopi iudicium commissum est*[2] *de possessione castri et curtis Malei inter Sicardum electum et quosdam Mediolanenses de Melegnano, quibus sententia iudicum imperalium apud Burgum S. Domnini Iul.* 13. *eiusdem anni data possessionem mediae et quartae partis illius loci ab Offredo episcopo restituendam esse iudicatum erat*[3]. *Sed parte adversariorum absente lis tunc non diiudicata est. Sicardus igitur sententiam iudicum imperialium sprevisse videtur.*

Eodem anno Dec. 18. *Urbanus papa Sicardum* e l e c t u m *et Bergundium abbatem S. Laurentii Cremonensem iudices delegavit, ut litem abbatis Nonantulani et archipresbyteri cuiusdam de possessione capellae cuiusdam diiudicarent*[4]. *Anno* 1186. *Ian.* 3. *idem papa Placentino, Parmensi, Cremonensi* e p i s c o p i s *Columbam monasterium decimis solvendis liberum esse scripsit*[5]. *Patet igitur Sicardum inter a.* 1185. *Dec.* 18. *et* 1186. *Ian.* 3. *episcopum consecratum esse, diaconatu et presbyteratu antea susceptis. Qui ordinandus fuisset ab archiepiscopo Mediolanensi, quem archiepiscopatum tunc Urbanus III. papa etiam summo pontificatu suscepto tenebat. Nec tamen constat eum a papa Veronae consecratum esse, cum papa aut suffraganeis episcopis ecclesiae Mediolanensis aut episcopis cardinalibus mandare potuerit, ut hoc exequerentur.*

Nubila fuerunt Cremonensibus tempora, quibus Sicardus sedem episcopalem eorum ascendit. Qui per triginta fere annos, et quando imperatori contra Mediolanenses associati erant (1158—1167), *et cum imperatori rebelles societati Lombardorum adhaerebant* (1167—1175), *semper id moliti sunt, ut Crema infestissima ipsis civitate destructa territorio Cremensi cum Insula Fulcherii et Guastalla Luzzaraque locis terrae Mathildinae potirentur. Crema a.* 1160. *destructa haec omnia fere iterum nacti sunt diplomate imperatoris dato a.* 1176. *Iul.* 29[6], *cum ei iterum associarentur, sed tertiam tantum partem Guastallae et Luzzarae, quae loca integra postea vi frustra sibi extorquere voluisse Cremonenses imperator a.* 1185. *conquestus est*[7]. *Attamen Cremonenses anno* 1177, *ut videtur, haec loca occupaverunt*[8], *vi inde expellentes abbatem S. Sixti Placentinum. Quo maxime effectum esse videtur, ut imperator animum a Cremonensibus averteret. Sane in pace Constantiae a.* 1183. *Iun.* 25. *facta de Crema non reaedificanda et de castris*

1) *Ubi dicitur:* Predicta autem vestium prebenda sit tantum canonicorum ecclesiae deservientium vel qui in scolis fuerint . . . Alii vero, qui pro suis utilitatibus maiore parte anni extra morantur, *ut Sicardus eousque,* antiqua vestium prebenda, id est triginta solidis, sint contenti. *Ex hac carta et alia data Aug.* 20, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 160 *sq., nr.* 414, *patet canonicos ecclesiae deservientes tunc fuisse Molinarium vel Molendinarium praepositum, Albertum archipresbyterum, mag. Bosonem archidiaconum, Petrum et Albertum presbyteros, mag. Presbiterum de Medolado, qui a.* 1163—1167. *fuerat episcopus Cremonensis oppositus Alexandro III. papae, mag. Presbiterum de Madalbertis, mag. Ducem, mag. Wazonem de Rosanis, mag. Wizardum, mag. Albertum Ursonum, mag. Attonem de Puteo, Fredericum, numero tredecim.* 2) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 161, *nr.* 416. *Cui iudicio adfuit Picinus de Casalaschis.* 3) *Ibid. p.* 160, *nr.* 413. *Castrum de Maleo (circ. Lodi) restitutum erat episcopatui Cremonensi a Friderico I. imperatore a.* 1164. *Apr.* 3, *St. nr.* 4011. *Iam a.* 1156. *inter Obertum episcopum Cremonensem et illos de Melegnano de possessione huius castri lis habita est, iurantibus testibus illos de Melegnano hoc castrum in feudo tenuisse ab episcopio Cremonensi.* 4) *Tiraboschi, 'Storia dell' aug. badia di Nonantola' II, p.* 310, *nr.* 360; *Jaffé ed.* 2. *nr.* 15488. 5) *Jaffé nr.* 15512. 6) *Stumpf, Acta imp. p.* 209 *sqq., nr.* 156. *Cf. J. Ficker, 'Forschungen z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' II, p.* 201. 7) *LL. Const. I, p.* 428, *nr.* 302. 8) *L. Astegiano in 'Archivio stor. Lombardo' IX* (1882), *p.* 216—231.

inter Ollium et Adduam flumina non exstruendis, quod utrumque Cremonenses maxime per longum tempus affectaverant, nihil statutum est[1]. *Qua pace firmata imperator iam non cogebatur, ut Cremonenses eorumque partem contra Mediolanenses sociosque eorum foveret, sed liberam potestatem habebat eligendi, utri parti magis favere vellet. Atque discordia inter eum et Lucium III. papam de archiepiscopo Treverensi constituendo orta utile sibi ratus esse videtur, ut potentiorem Mediolanensium partem sibi obligaret*[2], *Papiensibus etiam, sociis Cremonensium atque hostibus Mediolanensium, sibi devinctis*[3]. *Contra Cremonenses mense Ianuario anni* 1185. *agrum Cremensium vastantes*[4] *processit imperator datis Ian.* 29. *monasterio S. Sixti Placentino, cuius Guastalla et Luzzara olim fuerant, duobus diplomatibus*[5], *effecturus, ut Cremonenses his locis non modo, sed fortasse etiam Castro-novo de bucca Aduae a.* 1150. *a Placentinis ab abbate S. Sixti empto et Cremonensibus dato*[6] *privarentur; tum Febr.* 11. *foedere icto cum Mediolanensibus*[7] *promisit se operam daturum esse, ut Crema,* frixorium Cremonensium, *reaedificaretur. Quod quominus perficeretur, quamvis Cremonenses impedire molirentur*[8], *iam mense Maio eiusdem anni exegit*[9]; *tum mense Iulio Cremonenses rebelles bannivit*[10], *dato libello*[11] *de ipsis, quibus iniurias ab illis sibi illatas exposuit. Quo tempore (Iul.* 10*) etiam Placentiae querimoniam Gandulfi abbatis S. Sixti Placentini contra Cremonenses de Guastalla et Luzzara latam*[12] *recepit*[13].

His rebus gestis inter Aug. 10. *et* 22. *eiusdem anni electum episcopum Sicardum infestum fuisse imperatori si quis coniceret, erraret, qui episcopus in Cronica dolet, quod Cremonenses a.* 1167. *imperatori rebellaverint, lugens ut civis Cremonensis, quod illi tunc Mediolanum reaedificaverint.*

Cremonenses auxilio sociorum destituti Urbanum III. papam adierunt, ut eius adiutorium ac societatem adipiscerentur. Qui publice pacificum imperatori se gerens, avide occasionem datam officiendi illi arripiens, occulte litteris et nunciis civitates Italiae dehortatus est, ne imperatori contra Cremonenses auxilium praeberent, episcopis Italiae anathematis interminatione interdicens, ne idem facerent[14]. *Sed nihil exsecutus est.*

1) *Cf. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 293. *Iam paulo post animum imperatoris aversum fuisse Cremonensibus apparet ex carta foederis inter Cremonenses et Parmenses contra omnes hostes* excepto imperatore Frederico et filio eius Enrico rege *a.* 1183. *Aug.* 18. *initi, ibid. I, p.* 156 *sq., nr.* 393, *qua Parmenses promittunt:* Item bona fide operam dabo et studebo precibus, ut Cremonenses habeant gratiam et bonam voluntatem imperatoris et filii eius Enrici regis et successoris eius, et ne malum sive contrarium civitati Cremone faciant de suis honoribus et possessionibus. 2) *Scheffer-Boichorst l. l. p.* 67. 3) *In libello de Cremonensibus a.* 1185. *scripto, LL. Const. I, p.* 427: fideles nostros, *inquit,* Papienses, qui omnem imperio fidem exhibuerunt; quibus in eternum retribuere intendimus etc. 4) *Vide modo dictum libellum vel querimoniam p.* 428; *Ann. Cremon., supra p.* 6. 5) *St. nr.* 4406. 4407. *Hac in parte Lucius III. papa discordem imperatorem adiuvit datis litteris Jaffé nr.* 15361. 6) *'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 149—153, *nr.* 15—18. 7) *LL. Const. I, p.* 428 *sqq., nr.* 303. 8) *Promittentes diebus Apr.* 4. 5. *se archiepiscopo Moguntino soluturos esse centum libras, Codex dipl. Cremon. I, p.* 159, *nr.* 407 *(Böhmer, Acta imp. p.* 803, *nr.* 891*). Inter Cremonenses qui hoc iuraverunt fuit Bocardus Casalascus frater Sicardi.* 9) *Ioh. Codagnelli Ann. Placent. (SS. R. G.) p.* 12 *sq.* 10) *Ann. Cremon. p.* 7. 11) *Citato n.* 3. 4. 12) *Affò, 'Istoria della città e ducato di Guastalla' I, p.* 346. 13) *Sententiam iudicum imperialium Iul.* 13. *latam iam supra p.* 25. *attulimus, quae Placentiae, imperatore ibi procul dubio morato, data est.* 14) *Wichmanni archiepiscopi epist., LL. Const. I, p.* 445, *nr.* 315, § 3, *epist. Adalberti archiepiscopi Salzburgensis, ibid. p.* 447, *nr.* 316, § 3. *Quod quidem Urbanus ut negaret studens ipse adfirmavit, ibid. p.* 442 *sq., nr.* 314, § 5. 6.

Mense Maio[1] *anni* 1186. *imperator cum magno exercitu Mediolanensium aliorumque Lombardorum comitatum Cremonensem ingressus et depopulatus, Castrum Manfredi, quod Cremonenses a.* 1183. *timentes iam futurum bellum prope Castelleone ad Serium Mortuum flumen construxerant*[2], *obsedit*[3], *Cremonensibus se defendere non valentibus. Tunc Sicardus laborans, ut pacem inter imperatorem et cives suos componeret, tandem peregit*[4]. *Die Iun.* 8. *Castrum Manfredi traditum est imperatori, quod hic destrui iussit, et pax facta iis conditionibus, ut Cremonenses possessionem Cremae atque Insulae Fulcherii et Guastallae Luzzaraeque cederent et privilegia imperatoris de his possessionibus ipsis datis redderent, castra etiam et loca inter Adduam et Serium flumina sita, quae olim Mediolanensium fuerant et civitate Mediolanensi destructa Cremonensibus data erant, restituerent*[5], *qui insuper polliciti se mille quingentas libras imperatori, trecentas libras imperialium denariorum curiae imperatoris soluturos esse*[6] *in gratiam eius recepti sunt*[7]. *Qui diplomate dato die Iun.* 9.[8] *Mediolanensibus castra et loca, quae illorum antea fuerant, a Cremonensibus reddita concessit. Ita humiliati Cremonenses omnia quae per triginta annos affectaverant et maxima ex parte iam possederant perdiderunt, haud leves conditiones pacis operante Sicardo compositae nacti. Poenituisse tunc Cremonenses credemus se rebellavisse imperio, qui deinde imperatorum stirpis Suevicae usque ad obitum Friderici II. studiosissimi ac devotissimi amici fuerunt, quod Sicardum comprobavisse ac laudavisse non dubitabit qui Cronicam eius legerit.*

Sequente tempore non multa de rebus a Sicardo gestis comperta habemus[9]. *Anno* 1186. *Nov.* 14. *Urbanus III. papa constituit*[10], ne clericus seu monachus in ecclesiis parochiarum que ad ecclesiam Cremonensem spectant curam animarum exerceat sine episcopi Cremonensis assensu, *quam constitutionem Sicardo in codice nomine ipsius dicto p.* 76. *describendam curavit. Qui a.* 1187. *Apr.* 17. *cum Heinrico VI. rege apud Burgum S. Domnini affuit, ubi testis affertur* Sigehardus Cremonensis episcopus *in diplomate regis monasterio S. Benedicti inter Padum et Larionem dato*[11]; *die Maii* 2. *Cremonae cum abbate S. Laurentii Cremonensis sententiam tulit de lite abbatis Nonantulani et archipresbyteri de Poliniano*[12], *ad quam diiudicandam hi a.* 1185. *Dec.* 18. *a papa iudices delegati erant (supra p.* 25*). Die Maii* 23. *eiusdem anni* 1187. *(non, ut opinor, iam praecedentis anni*[13]*) idem papa Urbanus Sicardo et episcopis Placentino, Parmensi, Terdonensi mandavit, ut monialibus S. Mariae Theodotae Papiensis possessiones a prioribus abbatissis venum vel in feudum datas restituendas curarent*[14].

1) *Post diem* 10, *quo die imperator Papiae fuit; St. nr.* 4454. 2) *Ann. Cremon. p.* 6. 3) *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 14. 4) *Ut ipse Sicardus in Cronica dixit. Qui iam ante expeditionem imperatoris paci componendae studuisse videtur, cum Urbanus papa imperatori scripserit, LL. Const. I, p.* 442, *nr.* 314, § 5: venerabili fratri nostro S. Cremonensi episcopo, cum ad tractatum ipsius pacis intenderet, dedimus in mandatis, ut de reformanda concordia omni qua posset sollicitudine laboraret. *Quodsi Urbanus fecit, non ignoravit id ipsum Sicardum cupidissime voluisse atque etiam papa nolente appetiisse. Cf. Scheffer-Boichorst l. l. p.* 93 *sq.* 5) *LL. Const. I, p.* 433, *nr.* 306. 6) *Ibid. p.* 436 *sq., nr.* 308. *Dimidia pars illius summae Papiae soluta est a.* 1186. *Iun.* 29. 30, *ibid. p.* 439, *nr.* 310. 311. 7) *Ibid. p.* 435 *sq., nr.* 307; *St. nr.* 4456. 8) *St. nr.* 4458. 9) *A.* 1186. *Iul.* 24. *recognitio feudi cuiusdam* coram Sychardo episcopo, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 163, *nr.* 434. 10) *Jaffé nr.* 15694 = *Codex dipl. Cremon. I, p.* 164, *nr.* 442. 11) *Böhmer, Acta imp. p.* 161, *nr.* 174; *St. nr.* 4609. 12) *Tiraboschi, 'Storia dell' aug. badia di Nonantola' II, p.* 311—313, *nr.* 363. *Cui subscripsit* Ego Sychardus Cremonensis episcopus *etc.* 13) *Vide infra p.* 28, *l.* 10 *sq.* 14) *J. de Pflugk-Harttung, Acta pont. III, p.* 337; *Jaffé nr.* 15861. — *Blasius Rubeus in catalogo episcoporum Cremonensium apud Ughelli-Coleti, Italia sacra IV,*

Urbano III. papa defuncto Gregorius VIII, qui ei successit, Ferrariae a. 1187. *Nov.* 2. *privilegia Alexandri II*[1], *Lucii II*[2], *Adriani IV.*[3] *pontificum secutus petente* Sichardo *ecclesiam Cremonensem in protectionem suam suscepit eiusque possessiones omnes, quas recensuit, ac iura confirmavit, ea etiam litteris Caelestini II. (Jaffé nr.* 8516*) et Eugenii III. pontificum (Jaffé nr.* 9277*) concessa. Quatuor illa privilegia generalia in codice Sicardi hoc curante in exemplaria postea transscripta sunt. Quod privilegium*[4] *Sicardum a pontifice nuper (Oct.* 21*) electo Ferrariae praesentem impetrasse conicies, tunc in curia papali eum audivisse nuntios lugubres de calamitate Terrae Sanctae a Saladino expugnatae, de qua papa Oct.* 24. 29. *Nov.* 3. *litteras ad omnes Christianos dedit. Eodem anno Nov.* 30. *Gregorius VIII. repetivit mandatum die Maii* 23. *ab Urbano III. Sicardo et episcopis Terdonensi, Placentino, Parmensi datum, ut hi monialibus S. Mariae Theodotae Papiensibus possessiones restituendas procurarent*[5].

Paulo post Cremonenses confisi episcopum suum gratum esse imperatori, qui praecedente anno pacem inter hunc et ipsos composuisse, Sicardum in Germaniam miserunt, ut ab imperatore Cremonensibus licentiam Castri Manfredi destructi reaedificandi impetraret, ut ipse Sicardus in Cronica ad a. 1187. *narrat. Quod non feliciter ei cessit. Qui cum post electionem Clementis III. papae (Dec.* 19*) relatam hoc scripserit et addiderit:* Sed spe cassata redeuntes a. D. MCLXXXVIII. Castrum-Leonis felicius inchoavimus, *potius vere anni* 1188. *hoc iter fecisse videtur, cum constet eum anni initium a die Martii* 25. *sumpsisse, quod in cartis Cremonensibus illius temporis fit, et cum nullam cartam ab eo vel eo praesente mensibus Ian. — Oct. anni* 1188. *datam habeamus*[6]. *Cremonenses igitur, non contempto quidem, sed eluso imperatoris vetito, anno* 1188. *loco minimo spatio distante a Castro Manfredi destructo*[7], in curte Brixianorii, *in cuius agro et illud castrum situm erat, novum castellum, dictum Castrum-Leonis, exstruxerunt, quod die Nov.* 30. *eiusdem anni iam aedificatum erat*[8]. *Iure Sicardus loco supra laudato scripsit* inchoavimus, *qui in hoc negotio maximam partem egerit. Ager enim, in quo novum castrum constructum est, totus vel ex parte fuit episcopatus Cremonensis, quem Aliottus de Curte, civis Mediolanensis, pro feudo ab episcopo tenebat. Ab hoc et Warizone de Brixianorio Sicardus emit ac cedendum sibi curavit territorium Castro-Leonis aedificando necessarium, pecunia fortasse a communi Cremonensi data vel danda*[9], *de quibus negotiis maxima ex parte* in palatio domini Sicardi Cremonensis episcopi *peractis Nov.* 1 — *Dec.* 1. *octo cartae conscriptae sunt, editae a L. Astegiano l. l. I, p.* 168—175, *nr.* 459—

p. 606: Sicardus, *inquit,* anno MCLXXXVII. iussu Urbani III. summi pontificis accessit ad concilium Veronae celebratum. *Nec tamen concilium tunc Veronae celebratum est.* 1) *Jaffé nr.* 4596. 2) *Ibid. nr.* 8524. 3) *Ibid. nr.* 10179, *ubi diem scribe* Maii 11, *ut monuit L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 121, *nr.* 171. 4) *Jaffé nr.* 16029. *Quod saepe typis evulgatum postremus L. Astegiano emendatum Cod. dipl. Cremon. I, p.* 165 *sq., nr.* 448. *edidit.* 5) *Jaffé nr.* 16077. *Cum hac epistola Sicardus recepisse videtur constitutionem Gregorii VIII. die Nov.* 29. universis episcopis Lombardiae *datam, SS. XVIII, p.* 386, *Jaffé nr.* 16074. 6) *Sed notandum est nos etiam ignorare, ubi a.* 1187. *a mense Iunio commoratus sit.* 7) *Quod cognoscitur e cartis mox afferendis. Atque in Memoriis Mediolan., SS. XVIII, p.* 400, *dicitur* Castrum Leonis sive opidi Maiffredi, *acsi idem esset locus. Epistola Heinrici VI. ad Cremonenses, Toeche, 'K. Heinrich VI.' p.* 608, *nr.* 11: quia castro quondam Manfredi vicinum est. 8) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 173, *nr.* 464. Loci *seu burgi novi huius castri iam in carta Nov.* 27. *eiusdem anni data, qua consules huius loci a potestate Cremonensi institutos esse refertur, mentio fit.* 9) *A.* 1193. *Apr.* 2. *Aliottus de Curte totam summam pecuniae pro hac terra venumdata a Sicardo episcopo se recepisse professus est, Codex dipl. Cremon. I, p.* 184, *nr.* 525.

466[1]. *Anno* 1189. *Ian.* 20. Sycardus episcopus *in palatio suo investituram consulum Castri-Leonis a potestate Cremonensi a.* 1188. *Nov.* 27. *factam confirmavit*[2]. *Atque eodem anno Iun.* 10. *praecepto Sicardi episcopi et Girardi de Camisano potestatis iuratum est commune Cremonense omnia pacta cum Aliotto de Curte inita servaturum esse*[3]. *Concorditer igitur Sicardus haec omnia cum Girardo comite de Camisano, potestate Cremonensi, ac civibus suis peregit*[4], *haud curans quod imperator ipso praesente interdixit. Atque ut quae hac in re gesta sint absolvamus, mense Februarii vel Martii anni* 1190. *Heinricus Testa de Kalentin marscalcus et Trushardus de Kestenberg legati Heinrici VI. regis Castrum-Leonis aedificari vetuerunt, sed nuntiis a Cremonensibus in Germaniam missis rex hoc fieri nec vetuit nec diserte permisit*[5], *ne expeditionis Apulicae consilio capto aut Cremonenses aut Mediolanenses offenderet, sed cum Cremonensium arbitrio permitteret, ut quae ipsis expedirent hac in re agerent, dubitare non potuit, utrum hi eligerent. Castrum-Leonis exinde fortissimum fuit Cremonensium munimentum.*

Etiam aliud opus Sicardus anno 1188. *cum civibus suis incepit, construxerunt navem onerariam (buzam), quae anno* 1189. *perfecta,* personis et rebus onerata, *cum galea apud Casale-maius oppidum Cremonensium constructa in Terram Sanctam missa est*[6].

Girardo de Camisano supradicto potestate civitatem Cremonensem a. 1188. *Iul.* 1—1189. *Iun.* 30. *regente Sicardus alterum castrum* in curte Fornovi *ecclesiae Cremonensis prope Soncinum construxit, cui consulibus constitutis statuta notatu dignissima a.* 1189. *Sept.* 4. *dedit, iurisdictione poenaria maiore atque certis aliis iuribus sibi reservatis*[7]. *Hoc etiam castrum quin ad utilitatem civitatis Cremonensis constructum sit, non dubito, cum etiam Sicardus statuerit, ut consules eius eligendi non solum ipsi, sed et civitati Cremonae fidelitatem iurarent.*

Anno 1190. *Febr.* 13. *Bergundius abbas S. Laurentii Cremonensis* tenens vices Sicardi episcopi *sententiam tulit in lite inter monasterium S. Petri in Caelo-aureo Papiense et archipresbyterum de Sorbulo habita*[8]. *Sicardus igitur cum abbate iudex a Clemente III. papa delegatus videtur fuisse, ut hanc litem diiudicarent, ut etiam alias hi duo viri iudices causis ecclesiasticis componendis delegati sunt*[9]. *Sed notandum est nullam nos habere epistolam Clementis III. papae ad Sicardum datam*[10] *neque aliam causam huic ab hoc papa commissam esse*[11].

1) *Inter credentiarios a.* 1188. *Nov.* 7, *nr.* 461, Bocardus Casalascus, *frater Sicardi, occurrit.* 2) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 175, *nr.* 470. 3) *Ibid. I, p.* 176, *nr.* 475. 4) *In Ann. Cremon., supra p.* 7, *Girardus potestas solus hoc peregisse dicitur.* 5) *Toeche, 'K. Heinrich VI.' p.* 608, *nr.* 11. 6) *Ann. Cremon. p.* 7 *sq.; Sicardi Cron.; idem apud Salimbene f.* 210[c]. — *A.* 1189. *Febr.* 24. *a quibusdam de Casalibuttano* per parabolam Sychardi episcopi *canonicis maioris ecclesiae Cremonensis terra venumdata est, Codex dipl. Cremon. I, p.* 175, *nr.* 471. 7) *Ibid. I, p.* 176 *sq., nr.* 476. *Huic cartae primo, quod sciam, subscripsit:* Ego Sycardus Dei gratia Cremonensis episcopus e t c o m e s, *et in ipsa carta dicitur* Sicardus Dei gratia Cremonensis c o m e s e t episcopus, *quod postea saepissime factum est. Hac enim carta de rebus comitatus sibi remansis et iuribus regalibus ab imperatore ipsi commissis leges dedit. Non exinde concludere licere reor demum a.* 1189. *regalia Sicardo concessa esse. De quo honore vide J. Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' I, p.* 231 *sq. II, p.* 265. *III, p.* 404. 8) *'Repert. dipl. Cremon.' p.* 207 *(carta inedita).* 9) *Cf. supra p.* 25, *infra p.* 31 *sq.* 10) *Praeter epistolas Jaffé nr.* 16475. 16481, *a.* 1190. *Mart.* 24. 28, *archiepiscopo Mediolanensi et eius suffraganeis datas, quarum prior ad dictam litem pertinet.* 11) *E. Komorowski p.* 6. *inscriptionem spuriam saepe editam, ut a Vairano, Inscriptiones Cremonenses p. XXXVII, nr.* 195, *a Zacharia, Cremon. episc. series p.* 131, *secutus scripsit Sicardum a.* 1190. *Maii* 15. *coram Heinrico rege Italiae (!) et Con-*

Die Aug. 23. *eiusdem anni* in choro S. Leonardi de capite Mosae *Caeciliam abbatissam huius monasterii hospitali S. Leonardi investivit*[1], *et Sept.* 5. in episcopio Cremonae *donationem cuiusdam partis castri et curtis Maxani ab archipresbytero plebis Fornovi factam recepit*[2].

Eum a. 1191. *c. Ian.* 19. *in civitate Laudensi apud Heinricum regem transeuntem Romam coronam imperatoris suscepturum et in Apuliam profecturum fuisse patet ex diplomate deperdito, illo die, ut videtur, dato, quod Tristanus Calchus legens sic scripsit*[3]*:* Mox per Laudenses transiens *(Heinricus VI.)* eorum pariter diploma confirmat *(datum* 1191. *Ian.* 19, *St. nr.* 4668[4]*)* et Bonifacio marchioni Montis-ferrati ob singularia eius et parentis merita donat Gamundium, Marenghum et Forum oppida[5]. . . Affuere officii caussa Milo archiepiscopus noster *(Mediolanensis)*, tum Gulielmus Ravennas, Sicardus Cremonensis, tum Novariensis, Astensis et Tridentinus praesides, ac item Ubertus Blandrati . . et Gulielmus Laomelli comites. *Inde Sicardus procul dubio Heinricum regem cum Constantia uxore Cremonam proficiscentem comitatus est, in qua civitate rex cum uxore mense Ianuario exeunte*[6] *moratus esse videtur*[7].

Cartas hoc anno Sicardo vel ab eo datas Cremonae donationis Maii 28, *permutationis Iun.* 22. *vide recensitas Cod. dipl. Cremon. I, p.* 179, *nr.* 486. 487. *Die Aug.* 14. *idem nobilibus de Summo multas possessiones episcopatus Cremonensis in feudum concessit*[8].

Eodem anno bello inter Mediolanenses eorumque socios et Cremonenses eorumque partem denuo exorto[9] *Cremonenses ac Pergamenses apud Civitatem castrum Pergamensium a Brixiensibus die Iul.* 7. *devicti sunt, multis Cremonensibus occisis et in Ollio flumine submersis*[10]. *Quae clades 'malamort' dicta per longum tempus a Cremonensibus deplorabatur*[11]. *Sed imperator mense Novembri in Lombardiam reversus pacem inter partes adversas praecepto suo Mediolani Dec.* 7. 8. *composuit*[12], *captivos utriusque partis liberari iussit*[13]. *Quae pax a.* 1192. *Ian.* 14. *firmata est*[14]. *Tunc Cremonensibus spes eluxit*

stantia uxore eius ecclesiam S. Mariae maiorem Cremonensem consecravisse, nesciens Heinricum regem tunc Nurnbergae vel haud procul ab hoc oppido, non Cremonae fuisse. Th. Wüstenfeld, 'Repert. dipl. Cremon.' I, p. 208, *eiusdem consecrationis mentionem fecit laudans Cavitelli, Ann. Cremon. p.* 65, *ubi de hac re nihil dictum est.* 1) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 178, *nr.* 480 *(carta inedita).* 2) *Ibid. nr.* 481 *(carta inedita).* 3) *L. XII, p.* 255. *(Mediolani* 1627*).* 4) *Stumpf-Brentano, Acta imp. p.* 559 *sqq., nr.* 399, *in quo diplomate aliquot testium a Tristano Calcho ex sequente diplomate nominati, non Sicardus, recensiti sunt.* 5) *A.* 1191. *Dec.* 8. *imperator dedit diploma St. nr.* 4729, *quo eadem marchioni Montis-ferrati dantur, neque tamen facere possum, quin credam Calchum aliud diploma Heinrici VI. legisse, cum alii testes ab hoc, alii in illo dicantur.* 6) *Non Febr. in.* 7) *Ann. Cremon. p.* 8. *Cf. Toeche l. l. p.* 648*; St. nr.* 4672. 8) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 179 *sq., nr.* 488. *Hanc cartam exscripsit Blasius Rubeus in catalogo episc. Cremon. apud Ughelli-Coleti IV, p.* 606, *apud Zachariam l. l. p.* 129. *Quae repetivit L. Cavitelli, Ann. Cremon. f.* 65ᵛ. 66. *Cf. G. Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' (*1893 *fol.), 'Regesti' p. II, cf. p.* 9, *nr.* 6, *praef.* 9) *Cf. Toeche l. l. p.* 203 *sqq. Causa belli fuit contentio Brixiensium et Pergamensium de valle Camonica, illis Mediolanenses, his Cremonenses associati erant.* 10) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 19. *et quae ibidem adnotavi.* 11) *Ann. Cremon. p.* 8*; Sicardi Cron.* 12) *LL. Const. I, p.* 488 *sqq., nr.* 342*; Codex dipl. Cremon. I, p.* 180, *nr.* 494. 13) *Minime quidquam mali tunc contra Mediolanenses moliens, ut optime H. Bloch, 'Forschungen z. Politik K. Heinrichs VI.' p.* 9 *sqq., contra Toeche exposuit, quamvis iisdem diebus Dec.* 7. 8. *Mediolani Papienses, Cremonenses, Laudenses, Cumani, Pergamenses, marchio Montis-ferrati foedus contra Mediolanenses iam toties (etiam Sept.* 24. *eiusdem anni, Böhmer, Acta imp. p.* 610 *sqq., nr.* 898*) ictum, non invadendi, sed defendendi causa renovaverint; Toeche p.* 614 *sqq., nr.* 17*; Vignati, 'Cod. dipl. Laud.' II, p.* 183. 14) *Valentini, Liber poteris Brixiae p.* 31.

omnia quae a. 1186. *perdiderant recuperandi. Ut deficientem pecuniam ad bellum Apulicum gerendum acquireret, Heinricus imperator Papiae iam Nov.* 25. *anni* 1191. *Cremonensibus, tribus milibus librarum imperialium ab his acceptis, promisit infra duos annos,* cum venerit tempus, quo poterit esse publicum factum[1], *se daturum Cremam castrum et Insulam Fulcherii*[2], *pro milibus illarum librarum imperator Cremonensibus pignori obligavit Guastallam et Luzzaram, donec illi in possessionem Cremae et Insulae Fulcherii venirent aut illis praedicta summa pecuniae solveretur; quae omnia imperatorem facturum esse Heinricus de Lutera in animam eius iuravit*[3]. *Etiam a.* 1192. *Mart.* 5. *imperator Hagenowe Cremae castrum et Insulam Fulcherii sollemni diplomate Cremonensibus concessit et nuntios eorum iis investivit*[4]. *In possessionem quidem harum terrarum tunc non venerunt Cremonenses neque in eas intrare conari potuerunt, cum hoc facto bellum a Mediolanensibus statim renovatum esset, sed Guastalla ac Luzzara locis tamdiu desideratis Cremonenses tunc potiti sunt. Interim se muniverunt a.* 1192. *iterum novo castro Rumenengi contra Cremam exstructo*[5]. *Etiam Heinricus imperator Wirzeburgi a.* 1192. *Iun.* 9. *cum Cremonensibus eorumque sociis foedus iniit*[6], *cuius carta hi promiserunt quae imperatori multum conducere potuerunt, hic fere nulli rei se obligavit, quae illis in bellis Lombardicis prodesse potuit*[7]. *Insuper etiam, quamvis in hac carta imperator promisisset se cum nulla civitate contrariae partis Lombardorum pactum facturum esse, Iul.* 26. *cum Brixia civitate alterius societatis Lombardorum foedus iniit*[8], *ex cuius carta patet paulo ante eum etiam cum Mediolanensibus et Placentinis similia pacta fecisse, utramque partem sibi devincens pariter ac decipiens*[9]. *Inde evenit, ut, cum Cremonenses territoria privilegio imperatoris die Mart.* 5. *dato ipsis concessa occupare vellent, imperator legatis suis Italicis id ipsum exsecuturis praeciperet, ne in hoc negotio ultra procederent et ut omnia hac in re facta cassarent, cum, ut coniciendum est, Mediolanenses intercessissent. Quod mandatum imperatoris a.* 1192. *Dec.* 11. *Cremonae in palatio episcopali coram Sicardo*[10] *episcopo et Bergondio abbate S. Laurentii Cremonensis aliisque testibus lectum est, carta notarii hac de re facta ab iisdem subscripta.*

Reliqua quae de rebus a Sicardo anno 1192. *gestis comperta habemus haec sunt: Die Mart.* 28. *ipse et Bergundius abbas S. Laurentii, iudices a Caelestino III. papa delegati, Cremonae compositionem quandam de ecclesia S. Michaelis de Castro-novo de bucca Adduae olim inter Lanfrancum episcopum Laudensem et Berardum abbatem S. Sixti Placentini factam, quam iam Adrianus IV. papa a.* 1157. *Mart. approbaverat*[11],

1) *Tunc ergo non fuit utile tempus imperatori hoc faciendi, ne Mediolanenses offenderet.* 2) *Quam in potestatem imperii Fridericus I. imperator receperat, et ipsi Cremonenses a.* 1188. *Oct.* 13. 21. *coacti sunt recognoscere hanc iure imperii esse, se in ea nihil iuris habere, Vignati, 'Cod dipl. Laud.' II, p.* 154 *sq., nr.* 136. *(rei Oct.* 13. *gestae testis affuit Bocardus frater Sicardi); Codex dipl. Cremon. I, p.* 167 *sq., nr.* 458. 3) *LL. Const. I, p.* 484—486, *nr.* 338—340. 4) *St. nr.* 4740. 5) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 181 *sq., nr.* 500—503. 507. *Sed cf. Ann. Cremon. p.* 9. *ad a.* 1198. 6) *Habemus exemplaria Cremonensibus et Cumanis data, LL. Const. I, p.* 492—495, *nr.* 345—347. 7) *Promisit quidem se iis bellum illaturum esse, qui violentiam his fecerint, sed non nisi post litem in curia imperatoris actam et ab his obtentam.* 8) *LL. Const. I, p.* 495—501, *nr.* 348—351. *Quod ut occultum teneretur, duo diplomata imperatoris data sunt, alterum Iul.* 26. *plenum, quod occultum haberetur, alterum Iul.* 27. *publicum, in quo foederis conditiones omissae sunt; J. Ficker, 'Beiträge z. Urkundenlehre' II, p.* 45. 9) *H. Bloch l. l. p.* 13 *sqq.* 10) *Qui subscripsit:* Ego Dei gratia Sychardus Cremonensis episcopus illud breve vidi et legi sigillatum et scriptum, ut superius legitur *etc., Toeche p.* 622 *sq., nr.* 28. *Sequente die idem mandatum Laudae a consule Cremonensi lectum est, ib. p.* 623, *nr.* 29. 11) *Vignati, 'Cod. dipl. Laud.' I, p.* 200 *sq., nr.* 168; *Jaffé nr.* 10262.

iterum confirmaverunt[1]. *Sicardo curante, qui cum quadam femina nobili Mathilde terram acquisiverat, ecclesia sancti Iohannis baptistae* in loco nuncupato Deserto[2] *in lacu Martini aedificata erat, cui idem die Sept.* 20. *statutum dedit*[3]. *Die Iul.* 4. *eiusdem anni Caelestinus III. papa Sicardo episcopo et Bergondio abbati S. Laurentii mandavit, ut de ecclesia Castelleti infra parrochiam Castri-Arquati ab abbate Tollensi constructam inquirerent*[4], *de qua causa hi Cremonae Dec.* 11, *eodem die quo mandatum Heinrici VI. imperatoris coram ipsis lectum est, sententiam tulerunt*[5].

Anno 1193. *Maii* 7.[6] *Sicardus fines ecclesiae domus Templi Cremonensis constituit*[7]. *Mense Decembri eiusdem anni Caelestinus III. papa concessit Sicardo, ut causas clericorum dioceseos Cremonensis non plus quadraginta solidis valentes sine provocatione diiudicare posset, nisi manifesta et rationabilis suspicionis ratio contra eum ostenderetur*[8].

Mense Maio eiusdem anni bellum inter Cremonenses eorumque socios et Mediolanenses eorumque societatem renovatum, in quo praeter solitas vastationes proeliaque minuta ac dubia[9] *nil grave actum est. Tum Heinricus VI. imperator, ne expeditio eius Apulica bello Lombardico impediretur, Trushardum de Kestenberg ministerialem suum in Lombardiam misit, ut pacem componeret. Quo adveniente Cremonenses a.* 1193. *Dec.* 30. *nuntios miserunt, ut loca territorii Cremonensis et Insulae Fulcherii a sinistro latere Serii fluminis, a latere igitur Cremonensi sita (non loca ab altero latere Mediolanensi fluminis sita, quae diplomate imperatoris ipsis concessa erant) occuparent. Quod nuntii Ian.* 1. 2. *anni* 1194. *exsecuti sunt*[10], *ex iure ab imperatore Cremonensibus concesso verbo, non revera illa loca occupantes. Quod Cremonenses ideo fecisse videntur, ut haec saltem loca in pace componenda obtinerent. Quod quidem minime factum est, sed indutiis inter Lombardos Ian.* 12. 14. *a.* 1194. *iussu Trushardi legati Vercellis factis*[11], *tum Apr.* 20. *pace Vercellis composita*[12] *illorum locorum nulla mentio facta est. Sed cum die Maii* 17. *partes Lombardorum hanc pacem Laudae iurarent*[13], *Cremonenses hoc fecerunt* salvis datis et concessionibus factis a domino imperatore *de Crema, et Trushardus illis confirmavit hanc pacem ita factam esse, ut* in nullo noceat vel deroget privilegiis vel promissionibus vel concessionibus vel datis factis a domino imperatore Cremonensibus de Crema et Insula Fulcherii. *Interim Cremonenses pecunia multos nobiles Cremenses corruperunt effecturos, ut Crema civitati Cremonensi subiceretur*[14].

Tum Heinrico imperatore in Apuliam profecturo per Lombardiam mensibus Maio exeunte et Iunio transeunte, Sicardus episcopus, qui die Maii 16. *Cremonae ab Aliotto de Curte supra p.* 28. *dicto emerat quae hic in territorio Comazensi episcopatus Laudensis possidebat*[15], *imperatorem in campo Roncaliano castrametatum adiit, in cuius diplomate*

1) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 181, *nr.* 499 *(carta non edita).* 2) *S. Giovanni al Deserto (comm. Grontardo, mand. Robecco d'Oglio).* 3) *Ibid. p.* 182. 185 *sq., nr.* 511. 537 *(cartis non editis).* 4) *Jaffé nr.* 16910. 5) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 183, *nr.* 520 *(carta non edita).* 6) *Maii* 17. *'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 115 *sq., nr.* 902. 7) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 184, *nr.* 530. 8) *Jaffé nr.* 17050. *Omnibus episcopis Lombardiae data est Caelestini III. epistola Oct.* 6, *Jaffé nr.* 17036. 9) *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 20 *sq.* 10) *Toeche p.* 627—629, *nr.* 37. 11) *LL. Const. I, p.* 505—507, *nr.* 356. 357. 12) *Ibid. p.* 508—511, *nr.* 358. 359. 13) *Ibid. p.* 511—513, *nr.* 360—363. 14) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 186—190, *nr.* 538—540. 544. 546—555. 556. 558. 559, *d. d.* 1194. *Ian.* 4. 5. *Mart.* 27. *Apr.* 13. *Iun.* 25. *Aug.* 13. 14. *Duae harum cartarum d. d. Apr.* 13. *et Iun.* 25. *editae sunt in 'Repert. dipl. Cremon.' I,* 172—174, *nr.* 32. 33. 15) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 188, *nr.* 550 *(carta inedita).*

monasterio S. Prosperi Regino die Iun. 7. *dato*[1] *testis affertur. De cuius rebus hoc anno gestis pauca comperta habemus; exstat investitura feudi ab eo a.* 1194. *Oct.* 15. *Cremonae facta*[2].

Anno 1195. *Maii* 30. *Cremonae quidam declaravit Sicardo episcopo agrum quendam villae Ardolae se pro feudo ab episcopio Cremonensi tenere*[3]. *Tum Heinricus imperator ex Apulia expugnata reversus die Iun.* 6. *in civitate Cumana consules Cremonenses sollemniter* lancea et confanono *investivit de castro Cremensi et Insula Fulcherii*[4] *et eodem die Iohannem Lilo de Asia-capella camerarium suum iussit castrum Cremense et Insulam Fulcherii Cremonensibus tradere*[5]. *Nec tamen tunc etiam Cremonenses praeda diu desiderata potiti sunt. Imperatore enim in Germaniam vix reverso Mediolanenses et Brixienses restiterunt et auxilium dederunt Cremensibus, ne a Cremonensibus subicerentur, parum sane curantes, quod ille Iohannes Lilo de Asia has tres civitates Cremonae die Iun.* 14. *in banno imperii posuisset*[6]. *Sed renovata die Iul.* 31. *magna societate Mediolanensi*[7] *bellum inter partes Lombardorum iterum exortum est, in quo Cremonenses die Sept.* 17. *apud locum hodie vocatum Triburgo proelio commisso inferiores discesserunt*[8]. *Iam imperator litteris missis pacem inter partes Lombardorum servari iussit, quibus neglectis Conradus episcopus Hildesheimensis et cancellarius, legatus ab imperatore in Italiam missus, a.* 1196. *Ian.* 20. *pacem praecepto suo composuit*[9], *Crema libera remanente.*

Anno 1195. *Aug.* 7. Sychardus episcopus et comes *cum Ottone de Dovaria permutationem feudi ab episcopio Cremonensi habiti fecit*[10]. *Nov.* 24. *eiusdem anni Cremoxianus Ursonus advocatus Sicardi obtinuit litem de agro villae Ardolae actam*[11].

Anno 1196. *Mart.* 1. *Sicardus Cremonae quosdam cives Brixienses feudo investivit possessionum magnarum episcopii Cremonensis ad lacum de Garda in episcopatu Brixiensi sitarum*[12]. *Eodem anno Iun.* 4. *Caelestinus III. papa Sicardo mandavit, ut vicinos et patronos ecclesiae S. Crucis Cremonensis ad monasterium Nonantulanum pertinentis, qui eam detinere et priorem capellanumque eius ordinare praesumpserant, coerceret*[13]. *Non traditum est, quid Sicardus hac in re egerit.*

1) *St. nr.* 4867; *Affarosi, 'Memorie di S. Prospero di Reggio' I, p.* 126. 2) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 190, *nr.* 560. 3) *Ibid. p.* 191, *nr.* 565. 4) *'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 175 *sq., nr.* 34. 35; *St. nr.* 4948. 4949. *Quod imperator fecit minime etiamtunc infestus Mediolanensibus, qui eodem die Mediolanensibus permiserit, ut cum Laudensibus foedus inirent; Stumpf-Brent., Acta imp. p.* 592 *sqq., nr.* 423. *Sed imperator coactus fecit quod se facturum esse pollicitus est accepta magna pecunia a Cremonensibus (supra p.* 31*).* 5) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 191, *nr.* 567 *(carta non edita).* 6) *Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 66, *nr.* 177. *Cf. Toeche p.* 419 *sq., n.* 3. *Qui male Iul.* 13. *emendare voluit pro* die Mercurii XIII. intrante Iunio *cartae, Iul.* 13. *enim fuit a.* 1195. *dies Iovis. Potius* XIIII. *pro* XIII. *legendum est.* 7) *Muratori, Ant. Ital. (fol.) IV, p.* 486. 8) *Ann. Cremon., supra p.* 9; *Notae S. Georgii et Ann. Mediolan. minores, SS. XVIII, p.* 387. 397. *Villa olim dicta Albéra nunc Triburgo vocatur.* 9) *LL. Const. I, p.* 517 *sq., nr.* 368. 369. *Iussu imperatoris in Lombardiam reversi a.* 1196. *mense Augusto, ut videtur, Cremonenses apud Albaram capti liberati sunt; Ann. Cremon. p.* 9. *Etiamtunc imperator effecit, ut pax inter Lombardos servaretur, quamvis nihil hac de re relatum sit. Conradus enim tantum praeceperat, ut Lombardi pacem servarent usque ad trigesimum diem post adventum imperatoris.* 10) *'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 116, *nr.* 906; *Codex dipl. Cremon. I, p.* 192, *nr.* 570. 11) *Ibid. nr.* 573. 12) *Ibid. p.* 193, *nr.* 580. 13) *Tiraboschi, 'Storia dell' aug. badia di Nonantola' II, p.* 324, *nr.* 377; *Jaffé nr.* 17396.

Cum imperator aestate eiusdem anni per Lombardiam in Apuliam proficisceretur, Sicardus eum Papiae adiit, ubi testis affertur in privilegio imperatoris a. 1196. *Aug.* 23. *dato monasterio SS. Hilarii et Benedicti Veneto (St. nr.* 5027*). Ibi etiam vidit Philippum ducem, postea regem, qui illius privilegii testis fuit.*

Duo sancti obscuriores colebantur Cremonae Archelaus et Ymerius, quorum alter martyr Romanus fuisse dicebatur. Huius ossa a Landone episcopo Cremonensi circa a. 880. *Cremonam translata esse tradebant*[1]. *Alterius Ymerii ossa ab Ameliensi civitate Cremonam a Liutprando episcopo Cremonensi translata esse dicebantur*[2]. *Quorum ossa in arca lapidea reposita a.* 1196. *Iun.* 16. *populo ostensa in ecclesia maiore Cremonensi collocavit post altare, quod eodem die cum sollemni processione cleri Cremonensis consecravit. Quod factum tanti duxit, ut in Cronica de eo referret*[3].

Mense Augusto eiusdem anni comites Cararii de Maxano coram Sicardo episcopo Forinovi se vasallos esse episcopii Cremonensis pro quibusdam bonis in feudo habitis agnoverunt[4]. *Die Aug.* 25. *Sicardus apud castrum vetus Genivolta, quod fuit episcopii Cremonensis, a comite Ribaldo Pergamensi redemit feuda aliquot, quae is ab episcopio Cremonensi tenuerat*[5].

Anno 1197. *Mart.* 5. *quidam homines Sicardo bona quaedam curtis Casalisbutani aliaque restituerunt*[6]. *Quo anno Sicardus, ut ipse in Cronica narrat, castrum novum Genivolta exstructum perfecit. Quod iam praecedente anno, cum Aug.* 25. *apud castrum vetus Genivolta moraretur, inceptum, ante Iul.* 22. *a.* 1197. *perfectum esse videtur. Hoc enim die* in castro Iovisaltae *Sicardus iuramentum fidelitatis recepit a Lanzone de Curte*[7] *sive de Comacio feudo Brixianorii ab episcopo investito*[8]. *Quod castrum procul dubio in favorem et auxilium civium Cremonensium exstruxit, qui hoc ipso anno castrum Ruminengum amplificaverunt et munierunt*[9], *quibus castris terra Cremonensis contra Brixienses et Mediolanenses defenderetur. Qui Oct.* 20. *Cremonae Petro archipresbytero maioris ecclesiae partem castri atque curtis Casalisbutani et decimarum ibidem colligendarum donavit*[10]. *Cum eodem Petro Sicardus a.* 1198. *Oct.* 21. *Cremonae quaedam bona permutavit*[11], *inter quae etiam dicitur decima pars Casalisbutani, iam praecedente carta eidem Petro donata, quam Sicardus a.* 1197. *Mart.* 5. *ab hominibus eiusdem curtis acquisiverat*[12].

Caelestinus papa Sicardo mandaverat, ut litem inter archipresbyterum S. Faustini de Sorbulo et abbatissam monasterii S. Alexandri Parmensis de ecclesia S. Syri de Coencia habitam diiudicaret; quam causam Sicardus Opizoni episcopo Parmensi commisit. Quem cum utraque pars arbitrum sumpsisset, is arbitrio a. 1197. *Oct.* 5. *dato controversiam diremit. Huic cum canonici S. Faustini de Sorbulo diebus Oct.* 21—23. *consensissent, Sicardus episcopus sententiam datam nomine suo subscripto confirmavit*[13].

1) *Cf. Sicardi Cron. sub a.* 875. *et quae ibidem ad a.* 1196. *adnotavi.* 2) *Cf. translationis historiam fabulosissimam, SS. III, p.* 266, *n.* 23, *et quae infra ad Sicardi Cron. sub a.* 961. *attuli.* 3) *Vide etiam quae ad a.* 1196. *Cronicae adnotavi et Ann. Cremon., supra p.* 9. 4) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 193, *nr.* 583. 5) *Ibid. nr.* 585. 6) *Ibid. p.* 195, *nr.* 597. 7) *Filio, ut videtur, Aliotti de Curte supra p.* 28. *memorati.* 8) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 195, *nr.* 598. 599. 9) *Ann. Cremon., supra p.* 9, *et quae ibidem adnotavi.* 10) *Codex dipl. Cremon. l. l. nr.* 600. 11) *Ibid. p.* 198, *nr.* 603. 12) *Supra l.* 17. 13) *Affò, 'Storia della città di Parma' III, p.* 313—315, *nr.* 18. *Subscriptio est:* Ego Sychardus Dei gratia Cremonensis episcopus fungens vices domini pape ad componendum vel definiendum de causa ista hanc compositionem domini Opizonis Dei gratia Parmensis episcopi confirmo et subscripsi.

Anno 1197. Dec. 13. quidam Homobonus de Tucengis, vir pius, simplex, Deo devotus, Cremonae dum in ecclesia S. Aegidii missae matutinali assisteret, subito defunctus est[1]. Hic ut sanctorum numero adscriberetur, impetraturus Sicardus anno 1198, ut ipse scribit, hoc anno exeunte, ut coniciendum est[2], cum multis aliis Cremonensibus Innocentium III. papam hoc ipso anno electum adiit. Inter quos fuit Osbertus presbyter ecclesiae S. Aegidii Cremonensis, qui Homoboni patrinus existens per XX annos et amplius confessionem eius saepe receperat. Huius praesertim testis de vita illius, ceterorumque Cremonensium de miraculis iuramentis receptis papa annuit Sicardo et litteris datis universo clero et populo Cremonensi a. 1199. Ian. 12. Homobonum se numero sanctorum adscripsisse nuntiavit[3].

Heinrico VI. imperatore a. 1197. defuncto, duobus regibus in Germania electis, iam nemo fuit, qui partes adversas Lombardorum compesceret. Placentinis et Parmensibus de Burgo S. Domnini et Bargone, Mediolanensibus et Cremonensibus de Crema et Insula Fulcherii, Pergamensibus et Brixiensibus de castris quibusdam contendentibus, iam parum aberat, ut a. 1198. bellum inter partes exoriretur[4]. Frustra Innocentius papa nisus est, ut pacem inter eas conciliaret, mandans a. 1199. Apr. 27. Oglero abbati Lucediensi, ut cum Milone archiepiscopo Mediolanensi et Sicardo episcopo Cremonensi atque aliis Lombardiae Aemiliaeque episcopis, quibus singulis se de hoc negotio scripsisse dixit, ad pacem inter Placentinos et Parmenses servandam intenderet[5] vel etiam ecclesiastica constrictione eos cogeret. Sed iam mense Maio Placentini et Mediolanenses bellum inchoantes, Burgo S. Domnini potiri conati a Parmensibus et Cremonensibus repulsi sunt. Mense Iunio Mediolanenses, Brixienses, Cumani terram Pergamensium ingressi depopulati sunt[6]. Hoc et sequente et anno 1201. varia fortuna inter partes pugnatum est.

Aliud negotium per multos annos tractum tangendum est. Cremonenses Guastallam et Luzzaram pignoris loco acquisivisse supra p. 31. vidimus. Iam imperii potestate sublata, omni iuris norma fracta, abbas S. Sixti Placentini illa loca recuperaturus querimoniam contra Cremonenses ad Innocentium papam detulit. Qui cum omnia sacra

1) Praesente Sicardo episcopo eum mortuum esse nullo iure dicunt Ughelli-Coleti, Italia sacra IV, p. 606; Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XII, p. 181. Quod repetivit Komorowski p. 7. 2) Postquam curia Romana c. Oct. 16. Romam rediit, quin hoc factum sit, non dubito. Ergo post Oct. 21—23. Sicardum hoc iter fecisse apparet. Die Dec. 15. Innocentius papa potestati et populo Cremonensi litteras dedit, Böhmer, Acta imp. p. 617, nr. 906, quibus nuntiavit se a Constantia imperatrice tutorem Friderici regis Siciliae pueri institutum esse ac rogavit, ne quis eorum Marcwardo de Anweiler aliisve ecclesiae inimicis favorem impenderet. Has litteras legationi Cremonensi in patriam reversurae datas esse haud absone conici posset. 3) Epist. Inn. III. I, 530, ed. Baluze I, p. 300—302. Quae litterae saepe editae sunt, Potthast nr. 573. Surius VI, p. 298. et Cherubini, Bullarium I, p. 72. diem litterarum falso habent II. Cal. Iun. pro II. Id. Ian.; Ughelli-Coleti l. l. Homobonum a. 1200. Ian. 3. sanctorum numero adscriptum esse dicunt, quod repetivit Komorowski p. 7. — Praeter has litteras adhibui Sicardi Cron. a. 1198; Vitam Homoboni, Surius, De prob. sanct. hist. (Coloniae Agr. 1575) VI, p. 294 sqq. Priorem Vitam Homoboni editam ab Aloisio Maini Mutinae 1857. 8°. nondum legi. 4) Ioh. Codagnelli Ann. p. 23. 5) Epist. II, 39, Baluze I, p. 360. 6) Ioh. Codagnelli Ann. p. 24 sq. et quae ibi adnotavi. A. 1199. Iul. 15. 17. 24. renovatum est foedus inter Cremonenses Papiensesque et Pergamenses, et die Iul. 17. Pergamenses Cremonensibus terminum belli contra Mediolanenses inchoandi usque ad Aug. 1. prorogarunt, nisi hostes (iterum) terram Pergamensium intrarent, Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p. 98—101, nr. 207. 208. VIII, p. 107 sq., nr. 276; Codex dipl. Cremon. I, p. 198, nr. 606—608. — Iam Iun. 13. Mediolanenses, Placentini, Vercellenses, Alexandrini, Astenses foedus renovaverant, Reg. Imp. V, nr. 12192.

profana promiscua haberet, ut omnipotentiam suam stabiliret, temere iura imperii usurpans se huic negotio ingessit. Iam a. 1199. *Febr.* 13, *antequam papa consecratus esset, et iterum Iul.* 8. *eiusdem anni Petro episcopo Regino, qui sane invitus hoc negotium in se suscepit, cum Cremonenses socii essent Reginorum, praecepit, ut iudex delegatus causam abbatis S. Sixti et Cremonensium diiudicaret*[1]. *Qui coactus die Aug.* 31. *misit Aldericum presbyterum de Curtenova Cremonam Cremosiano Oldoino potestati Cremonensi litteras daturum, quibus Cremonenses in iudicium ipsius de causa Guastallae et Luzzarae responsuri iam quarto citarentur. Sed potestas nuntium Sept.* 1. *ipsum adeuntem baculo vehementer percussit et in vincula conici iussit. Quo facto Albertus Codagnellus notarius Placentinus illum presbyterum comitatus a Sicardo episcopo*[2] *auxilium postulavit. Is nuntios misit, qui presbyterum liberarent, sed hic iam a duobus militibus Cremonensibus ad potestatem reductus erat, qui vix retentus, ne iterum in eum insurgeret, comiter comminatus est se presbytero oculos erui iussurum esse*[3]. *Tum episcopus Reginus Cremonensibus in iudicio comparere recusantibus iudicavit curtes Guastallae et Luzzarae esse monasterii S. Sixti atque ridiculo modo per nuntium suum illas curtes procuratori abbatis S. Sixti ita tradidit, ut hi caute extra illa loca stantes comoediam tradendi et recipiendi agerent*[4]. *Ita re quasi bene gesta episcopus Reginus*[5] *papae professus est se dehinc hanc rem attingere nolle. Unde Innocentius a.* 1200. *Ian.* 24. *Aegidio episcopo Mutinensi hanc causam commisit*[6]. *Qui Cremonensibus Mart.* 29. *in iudicium vocatis*[7] *nec comparentibus, re in longum protracta, tandem potestatem et consules eorum excommunicavit, civitatem interdicto ecclesiastico supposuit, ut papa litteris eidem a.* 1201. *Maii* 7. *datis narravit*[8], *mandans eidem, ne excommunicationem et interdictum relaxaret, nisi Cremonenses illas curtes monasterio S. Sixti restituerent aut legitimam cautionem iustitiae de praedictis curtibus et fructibus inde perceptis exequendae praestarent. Quod quin Cremonenses non fecerint, non dubito, attamen excommunicatio atque interdictum saltem anno* 1202. *soluta esse videntur, licet de hac re nihil traditum sit.*

Interea pars Cremonensium in Lombardia creverat a. 1200. *Aug.* 2. *Mantuanis cum illis foedus ineuntibus*[9], *tum Brixiae seditione orta, societate militum Brixiensium a.* 1200. *Dec.* 9. *associata Cremonensibus contra eorum hostes et contra partem populi, quae vocabatur Bruzella, eiusque ducem Narisium comitem*[10], *a.* 1201. *Aug. etiam Cremonenses civitate Brixiensi potiti eam societati militum regendam tradiderunt, quacum foedus Sept.* 28. *inierunt*[11]. *Haud infeliciter etiam anno* 1200. *et sequente pars Cremonensium contra societatem Mediolanensium pugnavit. Quo anno* 1201. *Innocentius papa iterum molitus est, ut pax inter Lombardos componeretur. Iam vere huius anni Guido cardi-*

1) *Codex dipl. Cremon. II, p.* 64, *nr.* 2. 3. 2) *Qui die Aug.* 16. *a.* 1199. *a Guazonibus ecclesiam S. Andreae de Ronca* Cremonae in palatio picto episcopii *emit, ib. I, p.* 199, *nr.* 609. 3) *Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.' IV, p.* 257 *sq., nr.* 205, *edidit cartam Alberti Codagnelli, qua hae res gestae narrantur.* 4) *Affò, 'Istoria della città e duc. di Guastalla' I, p.* 354 *sq., nr.* 45. 5) *Qui miser cum impensas iudicii, carissime quidem, scil. centum decem libr. imp., computatas ab abbate S. Sixti peteret, iussu Innocentii fraudatus est hac pecunia, Codex dipl. Cremon. II, p.* 65, *nr.* 14. 15; *Potthast nr.* 1004[b. c]. 6) *Codex dipl. Cremon. l. l. nr.* 11; *Potthast nr.* 940[a]. 7) *Codex dipl. Cremon. l. l. nr.* 13. 8) *Böhmer, Acta imp. p.* 618 *sqq., nr.* 908; *Reg. Imp. V, nr.* 5751; *cf. Potthast nr.* 1371. 9) *Odorici l. l. VIII, p.* 108 *sq., nr.* 277. *Cf. Codex dipl. Cremon. I, p.* 200, *nr.* 615—622. *Epistolas editas ab Ed. Winkelmann, 'K. Philipp' p.* 547 *sq., nr. V. VI, confictas, non revera a Cremonensibus scriptas esse apud me constat.* 10) *Odorici VI, p.* 109 *sqq., nr.* 214. *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 33 *sq.; Ann. Cremon., supra p.* 11, *et quae ibidem adnotavi.* 11) *Odorici VI, p.* 112—117, *nr.* 215.

nalis presbyter S. Mariae Transtiberim, apostolicae sedis legatus, iussu papae id studuisse videtur[1]. *Tum Innocentius papa Philippo archiepiscopo Mediolanensi, Sicardo episcopo Cremonensi*[2], *Martino priori Camaldulensi mandavit, ut pacem inter Lombardos conciliarent, qui procul dubio electi erant, ut duo eorum duarum partium Lombardorum patrocinium susciperent, tertius medius et neutrius partis eos conciliaret. Et hi iam de conditionibus pacis inter se convenerant, sed die Sept.* 1. *in ecclesia S. Petri de Pirolo*[3] *Sicardus coram legatis civitatum partis Cremonensium professus est archiepiscopum Mediolanensem et priorem Camaldulensem perficere noluisse id, de quo cum ipso convenissent, et quia* non videbatur sibi, quod *illi* elegissent viam, pro qua pax inter civitates Lombardie esse posset[4], universos iam dictos ambaxatores . . . ibi presentes omnes ab audientia *sua* absolvit et dixit, quod de cetero de hoc facto nunquam se intromitteret[5]. *Non dubito, quin illi duo conditiones pacis Cremonensibus commodiores concedere noluerint, ideo Sicardus rem infectam reliquerit. Nam inter Papienses quidem et Mediolanenses sociosque eorum iam Sept.* 7. *efficientibus iisdem archiepiscopo Mediolanensi et priore Camaldulensi pax facta est*[6].

A. 1201. *(mense Novembri) Innocentius papa scripsit Opizoni Parmensi et Lanfranco Pergamensi episcopis Cremonenses excommunicatos esse, qui Sicardum episcopum talliis et aliis oppressionibus nefariis molestassent; de qua re nusquam alibi quidquam relatum est. Eodem fere tempore papa Sicardo episcopo concessit, ut non obstante interdicto, cui civitas Cremonensis (propter litem de Guastalla et Luzzara actam) supposita esset, divina officia celebrare posset*[7]. *Civitate sua interdicto ecclesiasticorum officiorum supposita, civibus suis ipsum aggravantibus, tractatu pacis cum archiepiscopo suo habito ad irritum redacto, papa Philippum regem, cui Cremonenses favebant, impugnante, Sicardus taedio fortasse commotus est, ut patria pro tempore excedere mallet. Hoc enim fere tempore cum Bonifacio II. marchione Montis-ferrati et Petro abbate de Lucedio, monasterio a marchionibus de Monte-ferrato fundato et foto, crucem assumpsit in Terram Sanctam peregrinaturus*[8], *cum in epistola supra memorata ipsi data iam* crucesignatus *dictus sit.*

1) *Cum Innocentius in epistola p.* 36, *n.* 8. *laudata scripserit:* Sed dilectus filius noster G. tituli Sancte Marie Transtiberim presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, mandavit, sicut audivimus, sed vix credimus, sententiam ipsam *(interdicti et excommunicationis ab episcopo Mutinensi in Cremonenses latam)* spe pacis inter Cremonenses et inimicos eorum reformande suspendi. 2) *A.* 1200. *Ian* 8. *gastaldus eius consules Mozzanicae investivit de salecto dicti loci, unde episcopo decimam solverent; Codex dipl. Cremon. I, p.* 199, *nr.* 611. *Eodem anno Mart.* 8. *Innocentius papa tribus magistris Bononiensibus mandavit, ut causam antea Sicardo episcopo commissam, inter ecclesiam Parmensem et quosdam cives Mutinenses de quadam terra habitam diiudicarent; Potthast nr.* 968. *A.* 1201. *Apr.* 26. Iacopus et Matheus germani, filii quondam Guidonis Gabbi, vendunt Sychardo episc. Cremon. petiam terrae in Braida Botera. Actum Cremonae, *ut mihi V. Cl. M. Perlbach e carta collectionis comitis Morbii Hallis servatae retulit. Cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 171, *n. A.* 1201. *Aug. Innocentius papa Sicardo episcopo et capitulo Cremonensi mandavit, ut Geraldo nepoti G. magistri Cremonensis, subdiacono papae, praebendam canonicam illius magistri darent; Potthast nr.* 1456. 3) *Pirolo (comm. Roncadello d'Adda).* 4) *Winkelmann, 'Philipp' p.* 344 *sq. non bene haec verba interpretatus est.* 5) *Böhmer, Acta imp. p.* 620, *nr.* 909. *Nimis mendosum est exemplar hoc loco editum. Lege e. gr.:* et secum *(pro* secundum*)* in concordia fuerant. 6) *Sept.* 14. *iurata; Ann. Mediolan. minores p.* 391. *Iam mense Augusto hanc pacem factam esse dicit falso Ioh. Codagn. p.* 30. 7) *Theiner, Vetera monum. Slavorum I, p.* 61, *nr.* 200. 201; *Potthast nr.* 1526. 1527. *Quarum litterarum argumenta tantum exstant.* 8) *Gesta Innocentii III. c.* 47: Marchio quoque Montis-ferrati, episcopus Cremonensis et abbas de

Sane non fortuito factum est, ut cum his duobus viris cruce se signaverit Sicardus, qui in Cronica marchiones de Monte-ferrato summo favore coluerit.

Sequente anno, ut ait Sicardus in Cronica, quasi iubileo fere in tota Lombardia treuguae vinculantur in lustro. *Die enim Mart.* 31. *inter Mediolanenses Placentinosque et Papienses indutiae iam Sept.* 7. *praecedentis anni factae pace icta firmatae sunt*[1]. *Die Iun.* 2. *inter Parmenses et Placentinos*[2], *circa Iun.* 9. *inter Pergamenses et Mediolanenses sociosque eorum*[3], *Iun.* 10. 11. *inter Placentinos et Cremonenses*[4], *Aug.* 6. *inter Mutinenses et Reginos*[5], *demum Oct.* 21. 22. *inter Mediolanenses Cremensesque ac Laudenses et Cremonenses*[6] *paces vel indutiae factae sunt, in qua pace Cremonenses nihil eorum quae appetebant adepti sunt.*

Anno 1202. *usque in mensem Septembrem Sicardum in episcopatu Cremonensi munere suo functum esse nonnullis cartis docemur. Nam Ian.* 17. Sychardus *Guidonem de Pertica ecclesia SS. Iohannis et Melii de Solarolo Papiensi investivit*[7]. *Mense Iunio eum affuisse coniciendum est, cum corpus sancti Homoboni ab ecclesia S. Aegidii, in qua sepultum erat, in maiorem ecclesiam Cremonensem transferretur*[8]. *Die Iul.* 2. *nobiles de Summo multis possessionibus, de quibus iam a.* 1191. *Aug.* 14. *carta data est*[9], *iterum investivit*[10]. *Die Iul.* 11. *eo praesente testimonia dicta sunt de quadam Lucia monacha ecclesiae et hospitalis S. Sixti Cremonensis*[11]. *Die Iul.* 15. *Sicardus legem de numero et praebendis canonicorum ecclesiae de Sabloneto statuit*[12], *Iul.* 17. *Cremonae bona in villis Bina-nova et Levata sita cum Manfredo de Dovaria permutavit*[13]. *Denique Sept.* 2. *Cremonae Leonardo praeposito ecclesiae S. Agathae quasdam decimas donavit*[14].

Abhinc per tres annos Sicardus in cartis Cremonensibus non invenitur, paulo enim post diem Sept. 2. *in orientem eum cruce signatum profectum esse coniciendum est, sed qua via illo iverit, ignoramus. Constat eum non cum magna classe Veneta a.* 1202. *die Oct.* 8. *e portu Veneto profecta, quacum Bonifacius marchio Montis-ferrati ivit, Iaderam et postea Constantinopolim transvectum esse*[15], *sed fortasse cum Petro cardinali, quem in oriente comitatus est, profectus est, de quo infra dicemus*[16].

Anno 1202. *Apr.* 24. *Innocentius papa Soffredum cardinalem presbyterum tit. S. Praxedis et Petrum Capuanum cardinalem presbyterum tit. S. Marcelli apostolicae sedis legatos creavit*[17], *qui expeditionis sacrae praeparatae duces et rectores essent. Et Soffredus cum autumno eiusdem anni apud Acconem applicuisset, ibi nihil agendum in-*

Lucedio multique alii nobiles de provincia Lombardiae cum multitudine plebis innumera devoverunt se ad obsequium crucis. 1) *Reg. Imp. V, nr.* 12236; *Chronica tria Placentina p. IX.* 29, *n.* 3. 2) *Winkelmann, 'Philipp' p.* 550 *sq., nr. IX.* 3) *Reg. Imp. V, nr.* 12246; *Codex dipl. Cremon. I, p.* 203, *nr.* 12. 4) *Codex dipl. Cremon. l. l. nr.* 13. 5) *Reg. Imp. V, nr.* 12250. 6) *Böhmer, Acta imp. p.* 620 *sq., nr.* 910; *Vignati, Codex dipl. Laud. II, p.* 237 *sq., nr.* 217. 7) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 203, *nr.* 9. 8) *Cron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p.* 514. 9) *Cf. supra p.* 30. 10) *G. Sommi-Picenardi, 'La famiglia Sommi' p.* 9 *sq., nr. VI.* 11) *Codex dipl. Cremon. II, p.* 172, *n.* 12) *Ibid. I, p.* 204, *nr.* 19. 13) *Ibid. nr.* 20. 14) *Ibid. p.* 205, *nr.* 22. *Quamvis Th. Wüstenfeld hanc cartam iam in 'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 209. *recensuerit, Komorowski p.* 17. *Sicardum a.* 1202. *Romae moratum esse fabulatus est.* 15) *Nusquam obsidionem civitatis Constantinopolitanae enarrans sui ipsius mentionem fecit, ut alias adsolet, et cum cruce signati Constantinopolim obsiderent, ipse in Cilicia et Armenia moratus est.* 16) *Bocardus Casalascus frater Sicardi non cum hoc in orientem profectus est, sed Cremonae remansit, ubi in cartis a.* 1203. *Apr.* 26. *et a.* 1204. *Dec.* 22, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 207, *nr.* 29, *II, p.* 67, *nr.* 28, *occurrit.* 17) *Potthast nr.* 1667. 1668; *cf. nr.* 1703.

veniens, cum indutiae inter Sarracenos et Christianos factae essent, aliud grave negotium peragendum aggressus est. Raimundus maior filius Boemundi III. principis Antiocheni a. 1200. defunctus ex uxore Aliza vel Aelide, nepti Leonis regis Armeniae, filium Rupinum puerum reliquerat, quem Boemundus III. a. 1201. mortuus haeredem principatus Antiocheni constituerat[1]. Sed Boemundus comes Tripolitanus, minor filius Boemundi III. principis, dicens se legittimum haeredem patris faventibus Templariis et populo Antiocheno principatum Antiochenum occupavit. Inde bellum inter hunc comitem et Leonem regem Armeniae[2], tutorem Rupini, ortum. Quos ut componeret, Soffredus Tripolim, ubi die Nov. 11. advenit, profectus est. Sed cum ibi nihil proficeret, post diem Mart. 23. a. 1203. Acconem rediit, ut classem vernalem adventuram exspectaret[3]. Sed illo reversum Amalricus rex Hierosolymitanus, magister Templi, nobiles quidam Francogalli commoverunt, ut cum magistro Templi, generali praeceptore Hospitalis, aliis Antiochiam navigio rediret iterum compositurus inter Leonem regem, qui ad Antiochiam tunc advenerat, et Boemundum comitem, sed comitibus praeter unum partem comitis Tripolitani tuentibus frustra laboravit, unde reversus Margati in morbum delapsus est, inde a Petro cardinali multis litteris evocatus Acconem rediit, ubi illum invenit[4].

Petrus Capuanus autumno anni 1202. Venetiis fuit[5], ubi cruce signati convenerunt in Terram Sanctam profecturi, sed cum Veneti cruce signatos cogerent, ut Iaderam expugnaturi navigarent, frustra conatus impedire, quominus hoc fieret, a Venetis repulsus vere anni 1203. Venetiis abiit, mense Martio exeunte Beneventi fuit[6], ubi Martinus abbas Parisiensis eum invenit, quocum post diem Apr. 4. apud Sipontum mare ingressus, postquam navem ad Cyprum insulam applicaverunt, die Apr. 25. Acconem advenerunt[7]. Sicardum, qui paulo post apud Petrum cardinalem invenitur, cum eo in Terram Sanctam navigasse coniectatum est[8], quod nec negari nec comprobari potest. Sane eum Venetias adivisse, ut in Terram Sanctam cum classe magna cruce signatorum transveheretur, coniecerim, cum et marchio Montis-ferrati et abbas de Lucedio, quibuscum cruce signatus

1) Vide litteras Leonis regis Armeniae ad papam datas et responsum eius d. d. 1199. Dec. 17, Epist. Inn. III. II, nr. 252. 253, Baluze I, p. 504—507. 2) Sequentia omnia ex relatione Soffredi et Petri legatorum ad papam scripta, Gesta Innoc. III. c. 119, hausta sunt, nisi alius libellus allatus est. 3) Cf. de his omnibus rebus Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' VI, p. 16—30; R. Röhricht, 'Gesch. des Königreichs Jerusalem' p. 704—710. 4) Die Maii 7. a. 1203. Soffredus Accone cartam dedit, Röhricht, Reg. regni Hierosolym. nr. 790. 5) Gesta Innoc. III. c. 86; Innoc. III. epist. V, 161, l. l. I, p. 677; Gesta episc. Halberstad., SS. XXIII, p. 117, ubi mense Septembris Petrum Venetiis fuisse apparet; Guntheri Hist. Constantinop. c. 6, (Riant), Exuviae sacrae Constantinop. I, p. 72. 6) Innocentius papa litteris ad eum datis a. 1203. Apr. 21, Potthast nr. 1888, quibus ei mandavit, ut in Terram Sanctam proficisceretur, nisi Veneti eum legatum apostolicum reciperent, eum tunc etiam apud Venetias moratum esse putasse videtur. Quod quomodo explicari possit, non video, si vere haec epistola illa die data est. In epistola Soffredo cardinali a. 1203. Aug. 10. data (Potthast nr. 1981) papa scripsit: Petrus cardinalis legatus ante adventum (a. 1202. Dec. 1) a praesentia nostra recessit, ita quod, cum litteras tuae devotionis recepimus, navem transfretationis intrarat. 7) Guntheri Hist. Constantinop. c. 9; ad Cyprum insulam Petrum applicasse dicunt Soffredus in relatione supra laudata et Innocentius papa in epistola data a. 1204. Ian. 23, Potthast nr. 2093. Miror, quod tam brevi spatio temporis Acconem advenerit, cum in Cypro insula aliquanto tempore moratus esse videatur, cui papa in dicta epistola scripserit: confirmasti fratres et coepiscopos nostros in Cypro et correctis quae inter ipsos fuerant corrigenda etc. 8) Th. Ilgen, 'Markgraf Conrad von Montferrat' p. 14, qui perperam dixit Petrum cardinalem mense Augusto a. 1203. Roma in orientem transvectum esse; cui Komorowski p. 17. assensus est.

sit, ibi affuerint[1], *sed quando et ex quo portu Sicardus Acconem transfretaverit, nos latet.*

Petrus apud hanc urbem appulsus, expeditis aliquibus negotiis *ibidem*[2], *cum Sicardo episcopo et aliis comitibus ad partes Antiochenas et inde in Armeniam profectus est*[3]. *Tunc evenisse apparet quod Salimbene f.* 217[b]. *codicis Vaticani ex Cronica Sicardi exscripsit:* Eodem anno (1203) magister Petrus cardinalis, apostolice sedis legatus, apud Siciliam Cilicie municipium Armeno catholico *(Iohanni VII)* [pallium[4]], XIIII suis episcopis mitras et baculum me presente, in presentia regis Armeni tribuit pastoralem, recipiens ab eo debitam sancte Romane ecclesie fidelitatem[5]. *Leo enim rex Armeniae in epistola ad Innocentium papam data scripsit*[6]*:* Cum enim *(Petrus tituli S. Marcelli presbyter cardinalis)* ad partes regni nostri ex iniuncta sibi legatione . . . accessisset, dominus Iohannes catholicus . . . cum quibusdam suffraganeis suis et clero, nos cum baronibus et fidelibus nostris et pluribus nobilibus peregrinis astantibus quanta potuimus honorificentia et veneratione ob vestri reverentiam illum suscepimus. Sequentibus diebus de obedientia Armenicae ecclesiae ad sanctam Romanam ecclesiam . . . . deliberavimus . . . . . Dominus catholicus cum solemnitate celebri et obedientiam et reverentiam per manus ipsius legati secundum literarum vestrarum formam et mandatum sanctae Romanae ecclesiae et vobis exhibens, palleum a beatitudine vestra destinatum coram praedictis personis astantibus cum devotione omni et humilitate suscepit[7]. . . . . Quibus peractis de reformatione pacis inter nepotem nostrum et comitem Tripolitanum tractarunt. *Tum demum exposuit Leo rex eadem quae et Petrus cardinalis in relatione sua narravit. Cum igitur ex his coniciendum sit haec mense Iunio vel Iulio facta esse, difficilius dictu est, quonam loco haec acta sint. A. Dove*[8] *coniecit illo loco Sicardi a Salimbene allato* Siciliam *emendandum esse in* Seleuciam[9], *quocum bene convenit, quod illud oppidum* Cilicie municipium *dicatur, quod etiam regni Leonis tunc fuit*[10]. *Itaque a*

1) *Gesta Innoc. III. c.* 86. 2) *Inter Pisanos et Ianuenses Accone bellantes pacem tunc composuisse videtur, ut ex epistola Innocentii papae data a.* 1204. *Ian.* 23, *Potthast nr.* 2093, *colligendum est.* 3) *Petrus in sua relatione nihil dicit de itinere Armenico, Soffredus cardinalis vero de eo ad papam scripsit:* Dominus autem cardinalis expeditis aliquibus negotiis apud Accon ivit in Antiochiam et usque in Armeniam. *Et Sicardus in deperdita recensione Cronicae apud Salimbene f.* 217[d]. *ipse dicit se cum Petro cardinali in Armenia fuisse:* Qui *(Petrus card.)* et ipse pro amore Domini crucifixi peregrinans in Syria, sicut prius, ut ei assisterem in Armenia, sic et post in Grecia fueram comitatus eundem. 4) *Hoc verbum supplendum esse censeo.* 5) *In altera parte Cronicae Reginae c.* 178. *Albertus Milioli haec ex Cronica fratris Salimbene exscripsit.* 6) *Gesta Innoc. III. c.* 117. 7) *Eadem fere Iohannes catholicus papae scripsit, Gesta Innoc. III. c.* 118. 8) *'Die Doppelchronik von Reggio' p.* 95. 9) *Urbem scilicet Ciliciae ad Calycadnum flumen sitam, non illam Syriae haud longe ab Antiochia distantem.* 10) *Cum Fridericus I. imperator prope hanc urbem a.* 1190. *moreretur, multi auctores eius tunc mentionem fecerunt, ex quibus affero Chron. Magni Reichersp., SS. XVII, p.* 516: apud Seleuciam in terra Armeniorum; *Ann. Ratispon., ib. p.* 590: in partibus Armenie in fluvio Seleucia apud civitatem Seleph; *Arnold. Lubic. IV,* 12: transeuntes terram Armeniorum venerunt ad fluvium Saleph, ubi castrum eiusdem nominis situm erat *(scil. Seleucia); Iacob. Aquensis, Gesta Fed. I. p.* 97: ad civitatem quandam Armenie nomine Phalephy *(pro* Salephy = *Seleucia). Multi auctores referunt legatos Leonis principis Armeniae ad Fridericum I. imperatorem venisse, cum de montibus Tauri in vallem Calycadni descenderet, et Tageno atque Hist. peregrin. Larandam oppidum in confinio Lycaoniae et Armeniae (*id est Ciliciae *Tageno) situm fuisse dicunt.*

portu S. Symeonis Antiocheno Petrus legatus et Sicardus navigio Seleuciam profecti esse videntur.

Tum igitur Petrus legatus in Armenia et postea in partes Antiochenas reversus[1] *de pace inter Leonem regem et comitem Tripolitanum componenda compluribus mensibus*[2] *tractavit, rege ibidem compluries eum adeunte, sed cum Petrus cardinalis potius partes comitis Tripolitani tueri videretur, de qua re Leo rex bis graviter papae conquestus est, nihil profecit, Boemundo comite se subtrahente et rem in longum protrahente, ne a cardinalibus diiudicaretur, et cum Templariis contra regem modo clandestinis consiliis agente, modo bellum movente.*

Antequam Petrus cardinalis ad partes Antiochenas adveniret, videlicet mense Aprili a. 1203, *ut apparet, Leo rex Armeniae parte civitatis Antiochenae potitus est*[3], *sed Templariis Boemundum comitem adiuvantibus post triduum e civitate exivit. Unde rex possessiones Templariorum in regno Armeniae sitas occupavit et eos e terra sua eiecit. Tunc, ut Leo rex papae scripsit,* Petrus cardinalis Templariis confoederatus inter nos et Templarios pacem reformare quaerens, nos ad restaurationem rerum Templariis nuper ablatarum primum viva voce[4], postea secundo ac tertio et scriptis et nuntiis instanter compellebat. . . . Cum vero de concordia inter nos et Templarios nihil profici posset, dominus Petrus cardinalis, absente domino catholico, patre nostro, et venerabili Antiocheno patriarcha, super eadem causa concilium celebravit, *(in quo procul dubio Sicardus assedit),* et post appellationem nostram iteratam ad apostolicam audientiam sententiam excommunicationis in terram nostram promulgavit *vel potius, ut cardinalis in relatione sua dicit, regem excommunicavit et terram eius interdicto subiecit. Sed catholicus Armeniae et suffraganei eius hanc sententiam absente catholico datam irritam esse censuerunt. Tunc reversurus Petrus cardinalis*

1) *Leo in epistola laudata Innocentio papae data:* Ex mandato itaque ipsius legati . . . ad partes Antiochiae secundo ac tertio accessimus pro pace reformanda *et in altera epistola papae directa, Raynald., Ann. eccl. a.* 1205. § 33—35: nec postquam dominus P[etrus] cardinalis accessit, ad cuius mandatum quatuor vicibus Antiochiam accessimus et pluribus vicibus nostros delegavimus nuncios. *In priore epistola relatum est, quare rex quarto Antiochiam profectus sit.* 2) *Triplici modo Petrus in relatione sua dicit se molitum esse, ut pax componeretur, primo modo dixit se* diutius laborasse, *secundo* nihil, *ait,* profeci etiam per tres menses, *de tertio modo* habitis cum utrisque infinitis contentionibus et verbis *se infecto negotio Acconem rediisse retulit, unde sane plus dimidio anno his tractatibus consumptum esse coniciendum est. Demum anno* 1203. *exeunte vel potius vere anni* 1204. *legatus et Sicardus Acconem reversi esse videntur.* 3) *De qua re ipse rex in priore epistola ad papam data (Gesta Innoc. III. c.* 116*) retulit; quod mense Aprili factum esse ex relatione Soffredi cardinalis patet (cf. supra p.* 39*), qui narrat:* Rex autem Armeniae applicuerat circa pertinentias Antiochiae. Secunda die intravimus terras Antiochiae. Quo audito festinanter misimus ad eum nuntium et litteras, ut pro reverentia Romanae sedis et nostrae differret laedere terram, usque dum loqueremur ei. *Quod a.* 1203. *factum esse tradunt Sicardus, qui optime has res compertas habuit, in Cronica fratris Salimbene f.* 217^{b}, *'Gestes des Chyprois' ed. G. Raynaud p.* 16, § 60 *(= Marinus Sanutus III,* 11, *c.* 1, *Bongars, Gesta Dei per Francos II, p.* 203*), Ibn Ferat, Michaud, 'Bibl. des croisades' II, p.* 766 *(cf. R. Röhricht, 'Gesch. des Königr. Jerusalem' p.* 708, *n.* 1*). — 'Annales de Terre Sainte' ed. Röhricht, 'Archives de l'Orient Latin' II,* 2, *p.* 435, *referunt Leonem regem* le jor s. Martin *(Nov.* 11*) Antiochiam ingressum esse, quod repugnat iis quae ipse rex scripsit. Nescio an legendum sit* le jor saint Marc *(Apr.* 25*), quod bene conveniret cum reliquis testimoniis.* 4) *Tunc igitur quarto Leo rex in partibus Antiochenis fuisse videtur.*

de consilio patriarchae *Antiocheni,* archiepiscopi Borsensis(?), episcoporum, capituli et abbatum Antiochenae ecclesiae necnon *Sicardi* domini Cremonensis *vetuit Leonem regem et comitem Tripolitanum alteri bellum inferre*[1] *et cum Sicardo fere vere anni* 1204, *ut coniecerim, Acconem rediit*[2]. *Ubi, ut Leo rex asserit, Soffredus cardinalis sententiam Petri in regem datam moleste tulit. Instante vero comitissa Flandriae, uxore Balduini VIII. comitis, eodem fere tempore Constantinopoli imperatoris electi, quae Acconem advenerat, ut cardinales iterum inter regem Armeniae et comitem Tripolitanum pacem componere studerent, hi cum Amalrico II. rege Hierosolymitano, magistris Templi et Hospitalis sollemniter statuerunt utrumque citare,* ut absque ulla conditione se committerent iudicio *cardinalium,* et quaecunque partium hoc non faceret[3], tamquam Christiano nomini adversam eam persequerentur et spiritualiter et temporaliter[4]. *Utrumque principem citaturus mense Augusto vel Iulio exeunte*[5] *anni* 1204. *missus est Sicardus episcopus,* qui, *aiunt cardinales*[6], partes praesentatis litteris nostris moneret ad ea quae scripsimus facienda, et quicunque haec non faceret, ipse sententiam excommunicationis ex parte nostra promulgaret in eum. Accessit itaque ad eos — *et regem Armeniae in capite regni Mamistria (Mopsuestia) eum invenisse conicio*[7] —, et singulis requisitis . . ., rex Armeniae obtulit pro reverentia vestra *(papae)* et nostra treugas quadraginta dierum, quae ab altera parte non fuerunt receptae. *Tunc Leo rex mense Septembri*[8] *misit consanguineum suum Constantinum de Carmadesio procuratorem Acconem cum litteris suis, in quibus continebatur,* quod quicquid nuntius ipse faceret, rex firmum haberet et tamquam a se factum firmiter observaret. *Qui, quamvis fides publica a comite Tripolitano ei per fines eius transituro denegata esset, illaesus Acconem pervenit, quo et Sicardus reversus est. Tum Constantino de Carmadesio paciscente et Soffredo cardinali potissimum conciliante pax inter regem et Templarios facta est, excommunicatione et interdicto solutis.* Et quia comes Tripolitanus neque venit neque misit, sed nec etiam scripserat aliquid, quod pondus haberet, postulavit *Constantinus* a cardinalibus excommunicari comitem, inhiberi sibi Christianorum et maxime peregrinorum auxilium. *Quod Soffredus cardinalis, ut iustum erat, concedere voluit, qui papae retulit:* ego Soffredus advocatis seorsum domino cardinali *(Petro),* Caesariensi archiepiscopo, episcopo Cremonensi et Acconensi electo

1) Quod bene observavimus, *scripsit Leo rex papae in altera epistola,* usque quo Antiocheni et Templarii simul paganis confoederati tuguria nostra de Gastum incendere. 2) *In altera epistola Leonis regis, Raynald., Ann. eccl. a.* 1205. § 34 *lege:* Post hoc ipse P. cardinalis reversus est Accon *(pro* ac . . .*)* ibique simul ambobus cardinalibus, rege A. illustri, comitissa Flandriae et magistris Templi et Hospitalis *(pro* Hospitalariis*)*. 3) *Sunt verba cardinalium in relatione eorum.* 4) *Verba sunt Leonis regis in altera epistola ad papam data. Eadem vero verba fere in relàtione cardinalium leguntur, exscripta sunt ergo ex litteris citatoriis cardinalium et principum, ut et sequentia.* 5) *Nam Iul.* 19. *Sicardus subscripsit cartae Soffredi et Petri cardinalium Accone datae, Delaville de Roux, 'Cartulaire de l'ordre de St. Jean de Jérusalem' II, p.* 41 *sq., nr.* 1197. 6) Misimus proinde cum litteris nostris nos *(cardinales),* rex Hierusalem atque barones peregrini venerabilem Cremonensem episcopum, *et Leo rex ad papam:* proinde missus est dominus Cremonensis ad utrasque partes citandas ex parte omnium praedictorum ad ea quae statuta communi deliberatione fuerant facienda, ut, quicunque hoc non faceret, excommunicationis sententiam in eum promulgaret. 7) *Sicardus enim in altera recensione Cronicae apud Salimbene f.* 212[c]. *loco prioris recensionis, quo de Mamistria sermo est, exscripto addidit de Geon flumine civitatem praeterfluente, qui tempore quadragesimae piscibus abundaret.* 8) *Ut Leo rex in priore epistola scripsit, in altera etiam de his rebus et uberius retulit.*

(Iohanne), firmiter proposui eis, quod ego coram Deo et eis de hoc facto excusatus esse volebam, et videbatur mihi pro certo, quod instantia praedicti nuntii iusta esset et admittenda, et ego paratus eram, si placeret domino *(Petro)* cardinali, quod petebatur efficere, pro eo quod sic fuerat communi deliberatione nostra, Hierusalem regis, Templariorum, Hospitaliorum, baronum peregrinorum, qui Accone aderant, irrevocabiliter statutum atque firmatum, nec decebat taliter et sic solemniter statutum pro utilitate Christianitatis inefficax esse et illusorium, *sed Petrus cardinalis hoc facere noluit,* pro honestate Romanae ecclesiae *causa conficta et interposita dicens hoc, quod iustum erat, fieri non posse, quod cardinales Accone Constantinopolim abituri essent, unde iure Leo rex cum Innocentio papa de Petro cardinali graviter conquestus est. Medio fere mense Octobri*[1], *factis cum Sarracenis indutiis sex annorum, cardinales cum Sicardo navem ascenderunt Constantinopolim ad civitatem eodem anno a Venetis et cruce signatis captam profecturi, cum Petrus cardinalis a Balduino imperatore eo vocatus esset, Soffredus solus in Syria remanere nollet*[2]*; qui Constantinopoli* ab imperatore *Balduino* civibusque Latinis et Grecis apud Sanctam Sophyam honorifice recepti fuerunt. Qui ibidem divina officia *Sicardo episcopo* assistente celebrarunt[3]. *Atque Sicardus ibidem* ad mandatum cardinalis magistri Petri in sabbato quatuor temporum ante nativitatem Domini *Decemb.* 18. in templo sancte Sophye sollemniter ordines celebravit, *i. e. presbyteros et diacones consecravit.*

Soffredus cardinalis paulo postquam Constantinopolim advenit Thessalonicam ad Bonifacium marchionem Montis-ferrati abiit, inde Romam reversus est[4]. *Petrus cardinalis Constantinopoli remanens, cui Sicardus in negotiis tractandis astitit*[5], *male meritus est de papa, qui eum in orientem miserat. Innocentius enim epistolis datis a.* 1205. *Febr.* 17. *et Iul.* 12.[6] *in eum acriter invectus est, quod Terram Sanctam deseruisset, quo effecisset, ut innumeri peregrini et incolae Terram Sanctam derelinquentes Constantinopolim illum sequerentur, quod cruce signatos a mense Martio anni* 1205. *usque ad eundem mensem anni* 1206. *ad civitatem Constantinopolitanam defendendam remansuros voto crucis adsumptae absolvisset, quod ducem Venetum et Venetos illicito modo absolvisset. Quid vero Sicardus apud hunc Petrum anno* 1205. *egerit, ignoramus, hoc tantum patet, eum favorem cleri Constantinopolitani sibi conciliasse, qui a.* 1211. *ab eo patriarcha Constantinopolitanus electus sit*[7]. *Apparet etiam eum multos populares Constantinopoli vidisse, et coniciendum est eum pro multis eorum negotia tractavisse, nam anno* 1204. *plus mille Cremonenses Constantinopolim profecti sunt eam defensuri*[8] *et rebus suis consulturi, sicut innumeri homines ex aliis terris tunc Constantinopolim confluxerunt.*

Vergente anno 1205. *Sicardus multa expertus, sed, ut reor, parum contentus iis, quae in itinere trienni peregisset, Constantinopoli Cremonam reversus est, ubi die Dec.* 16. in palatio episcopii Cremonensis *Henricus Capra ei cartam donationis de iure patronatus ecclesiae Omnium sanctorum in burgo civitatis Cremonensis sitae tradidit*[9].

1) *Oct.* 7. *Conradus episcopus Halberstadensis apud Tyrum applicuit, inde Acconem profectus, ubi cardinales adiit, qui paulo post e portu Acconensi profecti sunt, illi vices suas committentes, Gesta episc. Halberstad., SS. XXIII, p.* 119. 2) *Gesta Innoc. III. c.* 96. 120. 3) *Sicardus in fratris Salimbene Cronica f.* 217[d]. 4) *Gesta Innoc. III. c.* 96. 5) *Supra p.* 40, *n.* 3. 6) *Potthast nr.* 2419. 2564. 7) *Infra p.* 51 *sq.* 8) *Ann. Cremon., supra p.* 11. 9) *Ut V. Cl. M. Perlbach ex carta collectionis Morbianae II,* 10. *Hallis servatae mihi et Laurentio Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 208, *nr.* 43, *scripsit.* — *A.* 1204. *Febr.* 27. *quidam a Roglerio advocato Sicardi episcopi feudo investitus iuravit,* quod Albertinus frater eius faciet eandem illam fidelitatem suprascripto domino episcopo Sycardo annuente Domino, si reversus fuit de ultra mare, *ib. p.* 207 *sq., nr.* 39.

Sequente anno die Mart.[1] 28. *Warnerius comes de Sexpila eidem episcopo quasdam res, quas ab episcopatu feudo tenuerat, restituit. Qui Sicardus die Iun.* 19. *eiusdem anni in palatio suo Cremonensi legem de numero clericorum ecclesiae parrochialis de Arciaco dedit*[2].

Eodem anno 1206. *factum esse patet quod Innocentius papa a.* 1208. *Nov.* 14. *(Potthast nr.* 3535*) Veronensibus scripsit. Mantuani loco Sancti Leonis super fluvium Zaram pontem et castrum, quod iam antea fecerant, iterum contra Reginos construxerant, unde ecclesiae Reginae* damna gravia irrogarunt. *Conquerente Petro episcopo Regino papa Sicardo episcopo, Martino praeposito, post episcopo, Mutinensi, magistro P. canonico Parmensi mandavit, ut contra Mantuanos procederent, qui eos oboedire nolentes et civitatem eorum interdicto ecclesiastico supposuerunt. Quod cum cives duobus annis sustinuissent, papa iterum mandata de iis dedit, Sicardo tum nullas partes in hac re agente.*

Anno 1207.[3] *Sicardus ab Innocentio papa evocatus, ut contra Ferrarienses procederet, qui possessionem quandam ab apostolica sede monasterio Pomposiano concessam occupavissent, eos excommunicavit et civitatem Ferrariensem interdicto supposuit, quod papa a.* 1207. *Iul.* 30. *abbati Nonantulano scripsit, iubens eum procurare, ut excommunicatio et interdictum observarentur, donec Ferrarienses illa bona restituerent, tum rem diiudicandam ad sedem apostolicam deferendam esse*[4].

Eodem anno Sicardus iussu papae aliam causam tractandam suscepit. Monasterium celeberrimum S. Columbani Bobiense ab Eugenio II. et Lucio III. pontificibus episcopo Bobiensi subditum erat, sed monachi, ut a potestate eius liberarentur, iterum iterumque conati sunt contendentes monasterium S. Columbani esse ecclesiae Romanae, iam a. 1199. *episcopo Bobiensi apud Innocentium III. papam litem intenderant; qui tunc rem non diiudicavit, sed, ut pro tempore monasterium episcopo subditum esset, decrevit*[5]. *Tum anno* 1207. *eadem lite instituta papa rem inquirendam Sicardo episcopo et Iohanni Bono abbati Omnium sanctorum Cremonensi commisit. Coram quibus a.* 1207. *Nov.* 20. *in palatio Cremonensi Ubertus episcopus Bobiensis et Conradus monachus S. Columbani rem acturi comparuerunt, episcopo in hac causa se responsurum esse negante, quod Conradus monachus et totus conventus S. Columbani excommunicati essent, et ad sedem apostolicam appellante. Sed iudices ex mandato ipsis a papa dato appellationi non deferentes, constituto procuratore ecclesiae Romanae, Conradum non excommunicatum, monasterium S. Columbani soli ecclesiae Romanae subditum esse, idem ab Uberto episcopo et multis praecedentibus episcopis Bobiensibus graviter infestatum et molestatum esse multis testibus auditis iudicaverunt*[6], *conscriptionem quaestionis et testimoniorum*[7] *ad sedem apostolicam*

1) *Hoc ex carta collectionis Morbianae II,* 11. *M. Perlbach mihi scripsit; in Cod. dipl. Cremon. I, p.* 208, *nr.* 45. *hoc Mart. aut Maii* 28. *factum esse legitur.* 2) *Ibid. p.* 209, *nr.* 56. 3) *A.* 1207. *Ian.* 6. *Belintenda abbatissa monasterii S. Iuliae Brixiani procuratorem constituit, qui investituram decimarum huius ecclesiae locorum in episcopatu Cremonensi sitorum ab episcopo Cremonensi reciperet; 'Repert. dipl. Cremon.' I, p.* 209, *quam cartam Ilgen, 'Markgraf Conrad v. Montferrat' p.* 14, *n. attulit.* 4) *Potthast nr.* 2911*; Reg. Imp. V, nr.* 5993. *A.* 1206. *Nov.* 9. *papa Ferrarienses praeter alia admonuit, ut hanc possessionem monasterio Pomposiano redderent; Reg. Imp. V, nr.* 5977. *Vera causa papae contra Ferrarienses procedendi fuit, quod hi legato Philippi regis, ut videtur, fidelitatem fecerant; cf. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Italiens' II, p.* 317 *sq.; Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 532. 5) *Potthast nr.* 886. 1065. 6) *Ughelli, Italia sacra (Romae* 1552*) IV, p.* 1296—1300*; Cappelletti, 'Le chiese d'Italia' XIII, p.* 644—648. *Ex hac actione valde memoranda haec mihi maxime adnotanda esse videntur:* Demum cognovimus per assertionem multorum clericorum et laicorum de Bobio, quod ibi habuit episcopum ab imperatoribus tantum et sic perseveravit usque huc, quod horrendum omnimodis esse videtur. 7) *Quae ex parte Rossetti, 'Bobbio illustrato' I, p.* 192—198. *edidit. Stupebis haec legens, quam christiane episcopi Bobienses monasterium S. Columbani tractaverint.*

transmiserunt, ad quam utramque partem citaverunt[1]. At Innocentius papa Uberto episcopo Bobiensi ipsum adeunte et causam agente a. 1208. Febr. 21. decrevit, ut monasterium S. Columbani episcopo Bobiensi subderetur, referens, quid Sicardus episcopus hac in re gesserit[2].

Eodem anno 1208. bellum inter adversas partes Lombardorum renovatum est. Cremonenses a. 1200. equitibus Brixiensibus sociati a. 1201. Aug. 9. cum his populum Brixiensem devicerant[3] et equitibus dominium civitatis Brixiensis dederant. Post multas seditiones societatis militum et populi Brixiensis a. 1207. Oct. 27. inter eos conciliantibus Cremonensibus pax facta est, civitate in societate Cremonensium remanente, de qua civitate Guido Lupus potestas Brixiensis anni 1208. assumptus est. Sed multis Brixianis contra Cremonenses iam mense Decembri a. 1207. coniurantibus[4], a. 1208. Apr. Mediolanenses et Placentini sociique eorum legatis missis postulaverunt et impetraverunt, ut Brixienses, ut antea consueverant, illorum societati se coniungerent, quo facto pars militum Cremonensibus amica e civitate mense Maio exiens Pontevico potita est, quod castrum fortissimum Brixiensium hi equites Cremonensibus tradiderunt. Qui tum archipresbytero et canonicis ecclesiae huius loci nescimus quid damni intulerunt vel eos aliquo modo iniuriati sunt, ut ex tabulis infra afferendis apparet.

Tum Mediolanenses et Placentini Azzonem marchionem Estensem, dominum tunc Ferrariae et Veronae, qui die Iun. 5. cum Cremonensibus foedus fecerat, terram Brixiensem ingressum repulerunt et mense Iulio legatis missis postulaverunt, ut Pontevicum Brixiensibus traderent et cum his pacem servarent; quod illis recusantibus Mediolanenses bellum inchoantes[5] die Sept. 23. Pontevicum castrum nocturno impetu facto ceperunt. Facile

1) A. 1207. Dec. 28. Sicardus agrum censualem in curte Suspirio concessit Guillelmo Cartelano de S. Salvatore, Codex dipl. Cremon. I, p. 210, nr. 65. 2) Innoc. III. epist. X, 212. 213, Baluzius II, p. 128—130. 3) Cf. supra p. 36. Ad sequentia vide Ioh. Codagnelli Ann. p. 34 sq. et quae ibidem adnotavi. 4) A. 1208. Ian. 5. Cremonenses pecuniam se daturos esse promittunt cuidam Brixiensi, qui coniurationem Brixiensium illis prodiderat; Codex dipl. Cremon. I, p. 210, nr. 66 (carta inedita). Febr. 12. eiusdem anni duo nobiles Brixienses pecunia a Cremonensibus corrupti iuraverunt se effecturos esse, ne Brixienses hoc anno Mediolanensibus se associarent; Odorici, 'Storie Bresciane' VII, p. 38—40, nr. 240. 5) Winkelmann, Acta imp. II, p. 675 sq., nr. 1008, litteras edidit, quibus Barocius de Burgo consul Cremonensis diebus Febr. 8. 12. Mantuanis ex foedere icto praecepit, ut Mantuani Brixiensibus bellum illaturi se infra paucos dies cum Cremonensibus coniungerent. Quas cartas editor anno 1208. datas esse dixit et ad hunc annum Reg. Imp. V, nr. 12310. 12311. inseruit, sed evidentissime patet eas a. 1209. datas esse. Mense Februario a. 1208. Lombardi pacem agebant. Editio illa quidem habet Anno . . . MCCVIII, indictione undecima, unde has cartas a. 1208. datas esse concludendum esset, sed in omnibus cartis Cremonensibus illius temporis anni incarnationis initium a die Martii 25. sumitur, atque indictione XII. has cartas datas esse scribit L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p. 213, nr. 88. 89, qui eas recte a. 1209. datas esse dixit. Porro foedus inter Cremonenses et Mantuanos demum a. 1208. Oct. 28. 29. contra Brixienses ictum est (Böhmer, Acta imp. p. 626 sq., nr. 916; Odorici, 'Storie Bresciane' VII, p. 45—47, nr. 244; Codex dipl. Cremon. I, p. 212, nr. 83), et Barocius de Burgo a. 1209, non a. 1208, consul Cremonensis fuit (Codex dipl. Cremon. II, p. 182; Ann. Cremon. p. 12). Inde colligendum est, has cartas a. 1209. datas esse, etiamsi in priore indictione undecima errore scribae scriptum esset. Quod Winkelmann adnotavit collatis iis quae exposui nihili habendum est. Inde etiam sequitur ea quae in Chron. Cremon. ad a. 1208. leguntur de expeditione Cremonensium mense Aprili in terram Brixiensem facta, a me edita 'N. Archiv' XXV, p. 514, a. 1209. gesta esse (dele quae ibidem n. 8. dixi).

credendum est Mediolanenses tunc demum bellum renovare ausos esse, cum audivissent Philippum regem interfectum esse, ut Winkelmann, 'Otto IV.' p. 170, *coniecit.*

Interea canonici Pontevicenses a Cremonensibus iniuriam passi ad Innocentium papam querelam detulerunt, qui Wilhelmo Balbo archipresbytero ecclesiae maioris Mediolanensis mandavit, ut causam contra Cremonenses instrueret. Hic verus Mediolanensis potestatem, consules, consiliarios infestae civitatis sine mora excommunicavit et Sicardo episcopo ex auctoritate apostolica, qua fungeretur, praecepit, ut illos excommunicatos denuntiaret[1]. *Quod cum hic non exsequeretur, iterum Wilhelmus eum hoc facere minis additis iussit*[2]. *Minime credo Sicardum illi tunc obsecutum esse, potius conicio ipsum cum civibus Cremonensibus apud Innocentium papam intercessisse, ut hic iudicem procacem compesceret. Sane papa litteris datis Ferentini a.* 1208. *Oct.* 16.[3] *causam illam Wilhelmo subtractam, quod Mediolanenses cum Cremonensibus graves inimicitias exercerent, abbati S. Petri in Caelo-aureo Papiensi terminandam commisit. Qui vir civitatis Cremonensibus amicissimae procul dubio tam mite ut ille infeste cum illis egit*[4].

Eodem anno cum summus pontifex studeret, ut Terrae Sanctae periclitanti succurreretur, Sicardum episcopum et episcopum Iporegiensem et Gerardum abbatem de Tilieto elegit, qui huic rei operam darent, Dec. 10. *omnes fideles Lombardiae et Marchiae adhortatus, ut cruce signarentur in Terram Sanctam profecturi aut pecuniam ad expeditionem sacram redundandam impenderent, dictis episcopis et abbati mandans, ut poenitentiam a presbyteris iniunctam in summam pecuniae pro expeditione sacra solvendam commutare possent, archiepiscopis et episcopis et reliquis ecclesiarum praelatis Lombardiae atque Marchiae praecepit, ut quadragesima parte omnium proventuum ipsorum omniumque clericorum soluta hanc pecuniam et ab aliis collectam dictis episcopis et abbati assignarent*[5].

Eodem anno Dec. 17. *papa Sicardo episcopo et Nigro de Oldoinis archidiacono Cremonensi mandavit, ut P. abbate S. Stephani de Cornu stupri et simoniae convicto ab abbatia remoto procurarent, ut monachi alium idoneum abbatem sibi eligerent*[6]; *quod factum esse constat, cum sequente anno Ubertus abbas huius monasterii fuerit, ut infra* *p.* 47. *videbimus.*

Bellum praecedente anno inter partes adversas Lombardorum exortum anno 1209. *mox compositum est. Wolfgero enim patriarcha Aquilegiensi legato Ottonis regis in Italiam veniente non solum pars Mediolanensium, quae Ottoni faverat, sed etiam Cre-*

1) *Hae litterae non exstant, quas scriptas esse ex sequentibus patet.* 2) *Berenzi, 'Storia di Pontevico' (Cremona* 1888*) p.* 77 *sq. Quo die hae litterae datae sint, in ipsis non legitur.* 3) *Odorici l. l. VII, p.* 48 *sq., nr.* 246. *Quae litterae habent:* Dat. Ferentini XVII. Kal. Octubris, *sed cum papa Sept.* 15. *Sorae moratus sit, iure Potthast nr.* 3518*b.* (25564) *eas Oct.* 16. *datas esse coniecit, scriba mensem, quo datae sint, ponente pro Kalendis sequentis mensis, quod saepissime factum est.* 4) *A.* 1209. *Iul.* 31. *consules Cremonenses procuratorem constituerunt, qui cum abbate S. Petri in Caelo-aureo hac de re tractaret et absolutionem excommunicationis ipsorum ab eo reciperet; Berenzi l. l. p.* 82 *sq., ubi* indictione XI. *falso legitur pro* XII. *Litterae papae datae a.* 1208. *Oct.* 16. *demum a.* 1209. *Aug.* 21. *Wilhelmo Balbo archipresbytero ab Anselmo canonico Cremonensi oblatae sunt. Quibus visis ille Cremonenses excommunicatione inani absolvit; Odorici l. l. Die Aug.* 30. *eiusdem anni quidam canonicus Pontevicensis epistolam abbatis S. Petri in Caelo-aureo sibi oblatam recipere noluit, cum ipse non procurator ecclesiae suae esset; Berenzi l. l. p.* 85. *Unde colligendum est abbatem canonicis Pontevicensibus parum favisse.* 5) *Innoc. III. epist. XI,* 185. 186, *Baluzius II, p.* 232—234. 6) *Innoc. III. epist. XI,* 192, *ibid. p.* 236.

monenses eorumque socii, qui Philippo regi gentis Suevicae studuerant, Ottoni iam legittimo regi creato sacramentum fidelitatis dixerunt[1]. *Qui Wolfgerus cum Apr.* 21. *partes Brixianorum inter se conciliasset*[2], *belli finis facta est*[3].

Die Iul. 9. *Innocentius papa apud Ottonem regem et Wolfgerum patriarcham et Heinricum de Ravensburg conquestus est, quod vicecomes quidam cruce signatus aliique peregrini iussu Wolfgeri patriarchae, ut dicebatur, nescimus qua de causa, capti essent, eodemque die Sicardo episcopo praesertim aliisque episcopis, in quorum diocesibus cruce signati capti detinerentur, praecepit, ut eos qui illos cepissent admonerent, ut captivos dimitterent, quod nisi hi intra quindecim dies facerent, eos excommunicarent ac civitates, in quibus cruce signati detinerentur, interdicto supponerent*[4]. *Caeterum nihil de hac re relatum est.*

Non paucae exstant cartae huius anni, quibus res a Sicardo gestae memorantur: Qui Iul. 22. *Cremonae consensit, ut agri quidam Casalisbutani ab iis qui eos per feudum ab episcopio Cremonensi tenebant canonicis ecclesiae maioris Cremonensis venum darentur*[5]; *Aug.* 6. *ipse Cremonae emit agrum quendam villae Sospiri*[6]; *Oct.* 4. *Cremonae tradidit agrum villae Casalicli, pro quo accepit alium villae Sospiri; Oct.* 9. *ille et Bernardus presbyter S. Donati agrum quendam villae Sexpilis Cremonae inter se diviserunt*[7]; *Oct.* 10. *ipse ibidem* investivit Albertum de Umonibus et Vivianam balesterium de Fraganesco de petia terrae in curte Suspiri[8]. *Tum Dec.* 21. Sycardus episcopus Cremonensis et comes *permutavit cum Uberto abbate S. Stephani de Cornu*[9] *monasterii ordinis Cisterciensis possessionem ecclesiarum, dans ei ecclesiam S. Laurentii de Olza et recipiens ecclesias SS. Cosmae et Damiani et S. Vitalis sitas in civitate Cremonensi, et sequente die Dec.* 22. *a notario carta de hac permutatione conscripta est, cui omnes canonici ecclesiae maioris Cremonensis subscripserunt. Innocentius III. papa hanc permutationem a.* 1210. *Iun.* 11. *confirmavit*[10]. *Privilegio dato a.* 1210. *Febr.* 18. *Guidoni priori ecclesiarum SS. Cosmae et Damiani et S. Vitalis Sicardus concessit, ut fratres earundem praelatum sibi libere eligere et novos fratres recipere possent, remisit iisdem censum olei aliaque tributa ecclesiae Cremonensi danda. Huic etiam cartae* Sychardus episcopus *et omnes canonici ecclesiae maioris subscripserunt*[11]. *Hae quatuor tabulae a.* 1209. *Dec.* 21. 22. *et a.* 1210. *Febr.* 18. *Iun.* 11. *datae in Codice Sicardi p.* 100—105. *descriptae sunt, unde excerpsi quae de iis retuli*[12]. *Iam die Febr.* 15. *eiusdem anni Sicardus Cremonae investivit nobiles de Dovaria feudo decimarum quorundam locorum*[13].

Seditiones domesticae hoc anno 1210. *ortae sunt inter Cremonenses. Populares enim contra nobiles, qui soli regimen civitatis haberent, et e quibus omnes magistratus eligerentur, commoti, quod in multis civitatibus Lombardiae eo fere tempore factum est,*

1) *Ioh. Codagn. p.* 37. 2) *Odorici l. l. VII, p.* 49—51, *nr.* 247. 3) *Reliquae civitates pacem inter se non fecisse videntur, cum hae partes Brixianorum tantum adiuvissent, non sibi bellum indixissent.* 4) *Innoc. III. epist. XII,* 75—77, *Baluzius II, p.* 340—342. 5) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 213, *nr.* 95. 6) *Ibid. I, p.* 214, *nr.* 97. 7) *Ibid. nr.* 101. 102. 8) *Quod mecum communicavit V. Cl. M. Perlbach ex carta collectionis Morbianae II,* 19. *Hallis servatae.* 9) *S. Stefano del Corno (circ. di Lodi, mand. di Codogno) inter Padum et Adduam flumina situm.* 10) *Zacharias, Episc. Cremon. series p.* 131; *Potthast nr.* 4013. 11) Dat. in palatio Cremonensi per manum magistri Petri de Crotta *(Crotta d'Adda, mand. di Pizzighettone)* nottarii capellani episcopi MCCVIIII. XII. Kal. Martii, indictione XIII. *Qui* Petrus de Crotta diaconus *subscripsit cartae a.* 1209. *Dec.* 22. *inter reliquos canonicos. Potes conicere hunc Petrum librarium a Sicardo ad conscribendam Cronicam adhibitum esse.* 12) *Cf. Codex dipl. Cremon. I, p.* 214 *sq., nr.* 104. 105. 110. 13) *Ibid. p.* 214 *sq., nr.* 107. *Ibid. nr.* 8. *altera carta sine nota temporis recensita est, qua Sicardus nobiles de Dovaria feudo decimarum investivit.*

in civitate nova praecedente anno inter se coniuraverant societatem facientes[1], *duce Guillelmo Mastalio cum gente sua nobili. In civitate nova enim, quae Cremonella fluviolo a civitate vetere dividebatur, opifices, negotiatores, institores maxime habitabant, nobiles gentes pleraeque in civitate vetere domos suas habebant. Sed et populares civitatis veteris societati civitatis novae favebant. Cum igitur Matheus de Corigia Parmensis a nobilibus potestas anni* 1210. *electus esset, societas civitatis novae Guillelmum Mastalium potestatem sibi elegit, utraque parte concertante res publica Cremonensis in summum discrimen data est. Tandem uterque electus Sicardum episcopum arbitrum sumpserunt, qui in publica contione die Martii* 11. *convocata arbitrium*[2] *inter partes dedit, in quo haec leguntur:* Ego Sycardus Dei gratia Cremonensis episcopus et comes et apostolice sedis ad predicandum et faciendum pacem in Lombardia legatus videns magnam inter cives Cremonenses discordiam eos sepe commonui et sub interminatione excomunicationis sepius sollicitavi, ut pacem inter se componerent et bellorum civilium iacturas et pericula evitarent. Cum itaque dominus Matheus de Corigia potestas Cremone et dominus Guilielmus Mastalius potestas societatis populi se meo comisissent arbitrio . . . . comunicato consilio dominorum Petri archipresbiteri et N[igri] *de Oldoinis* archidiaconi et M[artini] abbatis S. Laurentii et prepositorum Io[hannis] S. Agathe et An. S. Lutie et Wa. S. Michaelis et C. archipresbiteri de Platina et canonicorum maioris ecclesie Cremone, scilicet Homoboni *de Scortica-sanctis* et Iohannis Boni *de Giroldis* et magistri Anselmi . . . dico et precipio. *Statuit enim haec praecipua, ut populus haberet tertiam partem eorum qui potestates et consules eligerent, tertiam quoque partem omnium officiorum vel magistratuum, ut Guillelmus Mastalius quidem societatem populi, quam Sicardus confirmavit, regeret, sed cum ea iuraret se oboediturum esse praeceptis Mathei potestatis, tum alia statuit, quibus populares ab iniuria atque iniustitia nobilium protegerentur. Attamen hoc arbitrio dato etiam sequente die Mart.* 12. *inter utramque partem pugnatum est. Demum* die dominico *Mart.* 14. Gullielmus venit in publica contione in platea maioris ecclesie et ibi publice precepta Mathei potestatis civitatis veteris iuravit de voluntate et iussu domini Sichardi episcopi[3].

Interea mense Augusto anni 1209. *Otto rex in Italiam advenerat, die Oct.* 4. *a papa Romae imperator coronatus, mense Aprili anni* 1210. *in Aemiliam provinciam reversus Parmae concilium magnatum et legatorum civitatum habuit, in quo Sicardus adfuisse videtur*[4], *comitatus inde imperatorem Burgum S. Domnini, ubi privilegio imperatoris monasterio Columbae Clarae-vallis ordinis Cisterciensis dioceseos Placentinae c. Apr.* 13. *dato testis adfuit*[5]. *Mense Maio ineunte (die* 3 — 5*) cum imperator Cremonam veniret, a civibus* magnifice receptus[6], *Sicardus episcopus cum clero procul dubio ei obviam processit. Dum enim imperator in hac urbe moraretur, die Maii* 7. *ibidem Sicardus decretum de imminutione canonicorum maioris ecclesiae dedit*[7]. *Omnia, de quibus Cremonenses diuturnas lites habuerant, intacta reliquit imperator, non iis Cremam cum Insula Fulcherii ab Heinrico VI. datam concessit, sed Guastallam et Luzzaram*

1) *Ann. Cremon., supra p.* 12. *Vide de his motibus L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 294 *sqq.* 2) *Editum ab L. Astegiano l. l. I, p.* 215 — 217, *nr.* 111. *Erasi sunt nonnulli loci huius tabulae pretiosae, ut nonnulla quae Sicardus statuerat delerentur.* 3) *Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p.* 515. 4) *Ut coniecit Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 223, *n.* 1. 5) Syccardus episcopus Cremonensis, *Winkelmann, Acta imp. I, p.* 45, *nr.* 48; *Reg. Imp. V, nr.* 378. 6) *Ann. Cremon., supra p.* 12; *cf. Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p.* 515; *Reg. Imp. nr.* 398. 399. 7) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 217, *nr.* 113 *(ineditum). Quod Innocentius papa Iun.* 11. *et Oct.* 19. *eiusdem anni confirmavit.*

eos possidere passus est, nihil de his rebus statuens[1], quamvis papa eum iam a. 1209. Oct. 13. rogasset, ut haec loca abbati S. Sixti Placentino restitueret[2]. Studuit enim imperator, ne Cremonenses neve Mediolanenses eorumque socios offenderet, ab omnibus civitatibus Lombardiae auxilium accepturus ad bellum Friderico regi Siciliae inferendum, quod iam animo conceperat. Atque Cremonenses ei obsecuti sunt, dantes ei quinquaginta milites ad hoc bellum ituros[3].

Pax inter cives Cremonenses a Sicardo composita a Guillelmo Mastalio pactum ab illo statutum non servante turbata est, unde iterum diebus Iul. 1. et 3. pars civitatis novae cum parte veteris civitatis pugnavit[4]. Coniciendum est tunc iterum Sicardum studuisse, ut cives conciliaret, neque tamen quidquam hac de re relatum est.

Nondum bellum Leonis regis Armeniae et Boemundi comitis Tripolitani de principatu Antiocheno contendentium, ad quos conciliandos Sicardus cum Petro cardinali annis 1203. et 1204. studuerat, sedatum erat. Cum igitur Leo rex iterum per legatos Innocentium papam rogavisset, ut Rupino nepoti ipsius, haeredi principatus Antiocheni, iustitiam faceret, hic epistola data a. 1210. Aug. 20. Sicardo episcopo, qui olim in hac causa laborasset, mandavit, ut in orientem proficiscens inter illos pacem componeret aut, si hoc exequi nequivisset, causam diiudicaret[5]. Sed constat hoc mandatum Sicardum non exsecutum esse, excusatione fortasse valitudinis vel negotiorum gerendorum apud papam interposita. Scimus eum die Sept. 24. Cremonae adfuisse, cuius iussu hoc die litterae Petri episcopi Iporegiensis, Gerardi abbatis de Tilieto, Alberti presbyteri Mantuani, provisorum apostolicorum Lombardiae, a notario fide confirmatae sunt, quibus ius patronatus vel advocatiae ecclesiarum SS. Cosmae et Damiani et S. Vitalis Cremonensium a Ra. quondam abbate S. Stephani de Cornu fratri et cognatis traditum cassatum est[6], quas ecclesias Sicardus scilicet ab illo monasterio permutatione facta acceperat[7]. Licet vero ignoremus, quid Sicardus ab hoc die usque ad diem 29. Martii a. 1211.[8] egerit, constat eum non in orientem transvectum esse, cum nihil de hac re relatum sit, cum

1) Winkelmann l. l. p. 224 sq. 2) Böhmer, Acta imp. p. 629, nr. 919. Sicardo in itinere sacro absente Innocentius papa Cremonenses propter haec loca retenta a. 1203. iterum excommunicaverat et interdicto supposuerat, denique a. 1205. inter eos et abbatem S. Sixti pactionem composuerat, ut Cremonenses illa loca retinentes abbati annuum tributum solverent, donec imperator coronatus litem dirimeret. Cf. cartas in Cod. dipl. Cremon. II, p. 66—68, nr. 19—34, recensitas. 3) Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p. 516. Penitus reiciendum esse censeo quod Galv. Flamma mendax Manip. c. 243, Muratori, SS. XI, col. 664, scripsit et Winkelmann l. l. p. 222, n. 3. 225. attulit, Cremonenses sociosque eorum imperatori Parmae oboedire noluisse. Galvaneus hoc commentum iis quae ex Iohannis Codagnelli Annalibus exscripsit inseruit. 4) Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p. 515; cf. Ann. Cremon., supra p. 12. 5) Epist. Innoc. III. XIII, 123, Baluzius II, p. 470 sq. Non recte L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p. 217, n. 2, coniecit hanc epistolam a. 1202. Aug. 20. datam esse, quo die papa non Romae in palatio Lateranensi, ubi haec epistola data est, sed Sublaci moratus est. Et, quod multo gravius est, constat hanc causam tunc non Sicardo, sed Petro et Soffredo cardinalibus commissam fuisse, Sicardum tunc non ex mandato apostolico, sed sua voluntate Petrum adiuvisse. Porro papa in hac epistola Sicardo scripsit: Cum igitur plenam geramus de tua discretione fiduciam, et eiusdem negotii merita ex magna parte tibi sint nota, qui scilicet in itinere a. 1203. 1204. has res perceperat. Neque omnino licet epistolam in registro sub a. 1210. insertam ad a. 1202. transponere. 6) Codex dipl. Cremon. I, p. 217, nr. 117. 7) Cf. supra p. 47. 8) Hoc die Sicardus ius decimationis in parochia S. Mauricii ab aliquibus hominibus, qui hoc iure feudali ab episcopio tenuerant, emptum Dugnino archipresbytero huius parochiae pecunia soluta tradidit, Codex dipl. Cremon. I, p. 218, nr. 120. 121.

praesertim Innocentius III. papa in posteris litteris de rebus Armenicis datis Sicardi non mentionem fecerit.

Interim Ottonem imperatorem fines regni Siciliae ingressum Innocentius papa die Nov. 18. *anni* 1210. *excommunicavit et subditos a fidelitate eius absolvit et Gerardum electum episcopum Albanensem cardinalem legatum suum in Lombardiam misit, qui civitates contra Ottonem excitaret, cui in gerendo officio Sicardus maxime, ut videbimus, civibus suis consentientibus astitit. Nam Cremonenses, qui Philippo regi contra Ottonem faverant, primi Lombardorum ab imperatore excommunicato defecerunt, qui iam die* 3. *Martii* 1211. *Azzonem marchionem Estensem, antiquum socium suum, adiuvantes Hugonem de Wormatia potestatem Ferrariensem ab imperatore constitutum et partem Salinguerrae, adversarii Azzonis, inopinato impetu facto ex civitate Ferrariensi expulerunt*[1]. *Iam antea Sicardus ex mandato Innocentii papae cum abbate de Columba studuerat, ut huius civitatis episcopus post Ugucionem episcopum iam a.* 1210. *Apr.* 30. *defunctum eligeretur, sed cum trium virorum, quos papa eligendos ipsis proposuerat, unum* propter consanguineos uni parti contrarios *huic civitati praeficere dubitassent, Iordanum Paduanum iam concorditer elegissent, Azzo marchio capta Ferraria*[2] *ab iis petiit, ut electio episcopi differretur. Quod cum hi papae nuntiassent, Innocentius Iun.* 7. *ipsis et Gerardo cardinali legato praecepit, ut alium idoneum virum episcopum citius eligendum procurarent*[3]. *Quod non effectum est. Quod sciamus, demum a.* 1212. *episcopus Ferrariensis electus est.*

Cum Gerardo cardinali Sicardus mense Maio Mutinam iverat, inde Bononiam profecturi, molituri, ut Bononienses ab Ottone imperatore deficerent, cum legatus iam antea Gerardo episcopo Bononiensi litteras dedisset, in quibus continebatur, quod nullus civium Bononie debet dare auxilium Ugoni de Guarmasio vel alii ad recuperandam Ferrariam civitatem, et si hoc facere attemptarent, quod excommunicationi a predicto episcopo subicerentur. *Sed Mutinae morantem cardinalem legatum praesente Sicardo episcopo die Maii* 20. *legati Bononiensium rogaverunt, ne civitatem Bononiensem ingrederetur,* scilicet quia eius adventus poterat generare discordiam et scandalum magnum inter cives, cum certum sit et notorium, quod quidam civium Bononiensium diligerent dominum Azzonem marchionem Extensem, alii vero dominum Salinguerram, et in hoc ardore nimium sint accensi, velintque plures eorum prestare auxilium Ugoni de Guarmasio ad recuperandam Ferrariam civitatem ex precepto domini imperatoris[4]. *Quare cardinalis et Sicardus episcopus infecto negotio redierunt, Bononiensibus exinde imperatori faventibus, quos papa die Iun.* 7. *admonuit ac deterruit, ne imperatori excommunicato auxilium et favorem impenderent*[5]. *Et Sicardus Iun.* 3. *Cremonam reversus erat, quo die hominem quendam feudo investivit*[6]. *Qui Iun.* 17.

1) *Ann. Ferrar., SS. XVIII, p.* 663; *Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p.* 516 = *Ann. Cremon., supra p.* 12; *Riccob. Ferrar. Compil. chronol., Muratori, SS. IX, col.* 246; *Cron. Mutin. Alexandri Tassoni etc., 'Mon. di storia patria delle prov. Modenesi, Cronache' XV, p.* 27; *carta infra n.* 4. *laudata.* 2) *Facile inde aliquis conicere posset Sicardum ipsum molitum esse, ut Ferraria civitas caperetur.* 3) *Inn. III. epist. XIV,* 76, *Baluzius II, p.* 539. 4) *Sarti, De claris archigymnasii Bonon. professoribus I,* 2, *p.* 67 *sq.; Savioli, 'Annali Bolognesi' II,* 2, *p.* 311 *sq., nr.* 394. 5) *Inn. III. epist. XIV,* 79, *Baluzius II, p.* 540. 6) *In extremo folio Codicis Sicardi p.* 225. *haec scripta sunt:* Anno dominice incarnaçionis millesimo ducentesimo undecimo, indictione quartadecima, die tercio (t'io *cod.*) intrante Iunio Cremone in palatio domni (epi̅ *add., sed del.*) Sicardi episcopi Cremone (sua, *ut videtur, iam hoc loco sequitur*) in camera sua predictus domnus Sicardus Cremone nomine episcopii (epis̅ *cod.*) et consensu et in presentia Manfredi de Castronovo et Lanfranci Selschalchi vassallorum eius, ut conputabantur (ꝯputbāt' *cod.*), et ipse domnus epi-

Cremonae communi Castri-Leonis ius decimationis huius castri concessit[1]. *Gerardus cardinalis etiam, qui Parmam profectus erat*[2], *mox Cremonam reversus est, qui ibidem Iul.* 10. in palatio Cremonensis episcopi *data tabula in monasterio S. Benedicti civitatis-novae Cremonensis amotis sanctimonialibus canonicos regulares ordinis S. Augustini collocavit*[3].

Eodem die Iun. 7, *quo Innocentius papa Sicardo et Gerardo cardinali de ecclesia Ferrariensi scripsit, archiepiscopos Italiae et episcopos Lombardiae, inter quos Sicardum episcopum, iussit Ottonem imperatorem solemniter ac publice iterum excommunicatum denuntiare*[4], *quod mandatum litteris die Iul.* 6. *Sicardo episcopo datis*[5] *repetiit, addens ecclesiam Cremonensem* cum tota diocesi ab omni iurisdictione Mediolanensis ecclesiae perpetuo fore subtractam, *quod cives Mediolanenses, qui iam Philippo vivente Ottonem regem sectati erant, imperatori excommunicato faverent. Quo praecepto observato in tota Lombardia et in provinciis confinibus renovata sunt antiqua foedera societatum*[6], *partibus mutatis, Cremonensium societate, quae antea papae adversa fuerat, nunc eius iussa sequente, Mediolanensibus sociisque eorum, Placentinis, Cremensibus, Alexandrinis, Ezzelino de Romano, Salinguerra Ferrariensi, qui papae contra Philippum regem obsecuti erant, praecepta eius spernentibus. Unde Innocentius papa die Oct.* 8. *praecepit, ut Gerardus cardinalis legatus, qui tum etiam erat archiepiscopus Mediolanensis, civitates, quae e Mediolanensibus a legato, ut videtur, excommunicatis potestates assumerent, interdicto supponeret*[7]. *Qui legatus etiam Cremonae moratus Alexandrinos excommunicavit, quod cum Mediolanensibus aliisque civitatibus Italiae Ottonis imperatoris partes tuerentur*[8]. *Interea principes quidam Germaniae medio fere anno* 1211. *ab imperatore deficientes Fridericum regem Siciliae regem Romanorum elegerunt, papa hoc approbante; quod cum Cremonenses audivissent, statim eum regem nominaverunt*[9], *Sicardo procul dubio laudante hoc atque adstipulante*[10].

Thoma Mauroceno patriarcha Constantinopolitano nondum defuncto, sed extrema valitudine Thessalonicae laborante pars canonicorum S. Sophiae ac reliquorum praelatorum Constantinopolitanorum tres viros nominavit, quorum unum papa patriarcham

scopus affirmavit, investivit honorifice per feudum Iacobum de La:::::cha del Lardola de Rastellis de ultra Padum, nominatim de tota. *Cf. Codex dipl. Cremon. I, p.* 218, *nr.* 123.

1) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 218, *nr.* 124. 2) *Ubi Iun.* 8. *litteras dedit, Reg. Imp. V, nr.* 12394. 3) *Tiraboschi, 'Storia dell' aug. badia di Nonantola' II, p.* 347, *nr.* 408. 4) *Inn. III. epist. XIV,* 78, *Baluzius II, p.* 539 *sq.* 5) *Böhmer, Acta imp. p.* 631 *sqq., nr.* 922; *Reg. Imp. V, nr.* 6112. *Has litteras a.* 1211. *Iul.* 6, *non ante diem Febr.* 22. *anni* 1211. *datas esse, ut Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 257, *n.* 1, *censuerat, evicit J. Ficker, 'Mittheil. d. Inst. f. Oesterr. Gesch.' IV, p.* 344. 6) *Iul.* 29. 30. *Cremonenses, Veronenses, Brixienses milites expulsi, Ferrarienses, Azzo marchio foedus fecerunt; Codex dipl. Cremon. I, p.* 219, *nr.* 127. *Cf. iuramenta Veronensium Aug.* 17. 18. *facta, Odorici, 'Storie Bresciane' VII, p.* 63—65, *nr.* 251. *Et cum Cremonenses inter Brixienses et milites Brixiae expulsos pacem composuissent (cf. tabulas datas Oct.* 2. 4. *Nov.* 16, *Odorici l. l. VII, p.* 55—57. 65—68, *nr.* 249. 252*), omnes Brixienses societati Cremonensium a.* 1212. *Mart.* 6. *accesserunt (Odorici VII, p.* 52—55, *nr.* 248*), cui Mantuani iam a.* 1211. *Nov.* 22. *se associaverant, Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.' IV, p.* 299 *sqq., nr.* 253; *cf. cartas datas a.* 1212. *Mart.* 21. 22. *Apr.* 4. 12, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 220, *nr.* 141. 142; *Reg. Imp. V, nr.* 12411. 7) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 219, *nr.* 134. 8) *Schiavina, Ann. Alex., Hist. patriae Mon., SS. IV, col.* 149, *falso ad a.* 1212. *Quem locum Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 285 *sq., non recte interpretatus est.* 9) *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 39. 10) *Qui Cremonae Aug.* 20. *a.* 1211. *agrum quendam in curte Suspirii situm emit, Codex dipl. Cremon. I, p.* 219, *nr.* 132.

Constantinopolitanum crearet, videlicet Sicardum nostrum, Petrum cardinalem presbyterum tituli S. Marcelli, quem Sicardus in legatione eius in Syria, in Armenia, Constantinopoli a. 1203—1205. *adiuverat, magistrum Robertum de Curzon Parisiensem, parte Veneta cleri Constantinopolitani alium eligente, sed papa et hanc electionem et postulationem illorum trium virorum, quae non canonice factae essent, litteris Aug.* 5. *datis reprobavit*[1].

Iterum hoc anno bellum civile inter Cremonenses ortum est et die dominico Dec. 18. *acriter pugnatum, parte civitatis veteris capiente et depraedante regionem S. Pantaleonis, cuius incolae alteri parti civitatis novae favebant, occupatam a populo huius partis, qui captus est, nonnullis domibus combustis, et sic rebellio civitatis novae compressa est*[2]. *Inter hos tumultus Cremonae Dec.* 16. *obiit Gerardus cardinalis legatus, archiepiscopus Mediolanensis, et in ecclesia maiore Cremonensi sepultus est*[3], *qui iam Nov.* 30. *in hac urbe moratus est*[4]. *Quo defuncto Innocentius papa Sicardum et Aliprandum episcopum Vercellensem legatos apostolicos Lombardiae creavit*[5]. *Quod sane paulo post Gerardum defunctum factum est, oportuit enim, ut papa in Lombardia viros haberet, qui vicibus ipsius contra Ottonem imperatorem eiusque partem acturi fungerentur.*

Imperator enim rebellione principum Germaniae et civitatum Lombardiae coactus ex Apulia iam expugnata reversus est in Germaniam iturus. Qui mense Ianuario a. 1212. *in Lombardiam ingressus in civitate Laudensi curiam celebravit. Quam quidem Sicardus* quasi inanem *fuisse dicit, attamen rectores civitatum et principes partis Mediolanensis adfuere, episcoporum quidem Lombardiae nemine adveniente. Ubi imperator die Ian.* 24. *Cremam civitatem liberam esse decrevit, cassatis diplomatibus priorum imperatorum*[6], *Friderici I. videlicet et Heinrici VI, quibus Cremensis urbs Cremonensibus iam rebellibus data erat. Quod a.* 1210, *ne Cremonenses offenderet, facere noluerat.*

Decreto imperatoris de Crema libera respondit papa litteris datis Apr. 16, *quibus Opizoni episcopo Parmensi mandavit, ut partem iurisdictionis Cremensis, quae hucusque ad ecclesiam Placentinam pertinebat, Sicardo episcopo Cremonensi, qui maiorem partem illius iurisdictionis iam haberet, committeret*[7].

Iam nonnulla negotia Sicardus legatus sedis apostolicae administravit. Cum Honestus abbas et monachi monasterii Leonensis prodige viventes 1300 *librarum imperialium aes alienum contraxissent, Sicardus eo profectus in capitulo huius monasterii die Apr.* 28. *abbatem et fratres vetuit plus aeris alieni conflare, interdixit, ne abbas neve quis fratrum quidquam proprii abinde possideret, constituit tres massarios, qui intra annum debita illa quoquo modo solverent*[8]. *Cremonam reversus Sicardus legatus Maii* 5. *leges a Grimerio episcopo Placentino praepositurae S. Ulderici Placentinae datas confirmavit, quas die Apr.* 28. *iam alter legatus, Aliprandus Vercellensis, confirmaverat*[9]. *Monachi igitur Leonenses Sicardi mandata exequentes Martino episcopo Mutinensi curtem et ecclesiam S. Vincentii vendiderunt, quam venditionem Sicardus Cre-*

1) *Inn. III. epist. XIV,* 97, *Baluzius II, p.* 551. 2) *Chron. Cremon., 'N. Archiv' XXV, p.* 516; *Ann. Cremon., supra p.* 12. 3) *Necrol. eccl. Cremon., 'Archivio stor. Lombardo' VIII* (1881), *p.* 503; *'N. Archiv' III, p.* 137. *ad XV. Kal. Ianuar. falso, ut videtur.* 4) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 220, *nr.* 137. 5) *Qui primo a.* 1212. *Apr.* 28. *legati nominantur, ut infra apparet. L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 172, *n. dicit in archivo capituli Veronensis servari sententiam Sicardi de controversia inter canonicos et ostiarios ecclesiae Veronensis a.* 1212. *Apr.* 18. *datam. Conicio iam in hac carta Sicardum nominatum esse legatum apostolicum, quod affirmare nequeo.* 6) *Böhmer, Acta imp. p.* 230 *sq., nr.* 255. 7) *Böhmer, Acta imp. p.* 825, *nr.* 1139. 8) *Fr. A. Zaccaria, 'Dell' antichissima badia di Leno' p.* 187 *sq., nr.* 30; *cuius tabulae L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 220, *nr.* 145, *mentionem fecit.* 9) *Campi, 'Dell' hist. eccl. di Piacenza' II, p.* 107.

monae Iun. 5. confirmavit[1]; qui Iun. 20. et Iul. 2. Cremonae quibusdam hominibus ius decimationis quorundam agrorum concessit[2]. Idem legatus sedis apostolicae Regii die Iul. 4. archipresbytero de Campiola novem praebendas collatas a Nicolao electo Regino confirmavit[3].

Iam antea Sicardus legatus Ubertum episcopum Vincentinum a canonicis huius ecclesiae accusatum, quod possessiones ecclesiae dissipasset, ad se compluries citaverat; quem, cum statutis terminis non advenisset, sententia data ab episcopatu removit. Quam sententiam temere quidem latam, cum hoc sit unum ex illis quod (quae?) sibi apostolica sedes specialiter reservavit, Innocentius papa litteris datis[4] Iul. 7. a. 1212. confirmavit, cum ipse iam super depositione illius episcopi litteras notari iussisset. Die Iul. 9. eiusdem anni Mantuae Sicardus legatus magistrum Petrum de Crotta, capellanum suum, duas epistolas scribere iussit, alteram, qua abbati S. Thomae Cremonensi ecclesiam Cavallariae ademit, alteram, qua consules Cremonenses monuit, ut abbatem hanc ecclesiam sibi vindicantem repellerent[5].

Interea Fridericus iuvenis rex Siciliae a papa rogatus et a principibus quibusdam Germaniae vocatus Romam, inde navi Ianuensi transvectus die Maii 1. Ianuam, deinde cum Berardo archiepiscopo Barensi[6], legato papae, Wilhelmo marchione Montis-ferrati, Ricciardo comite de S. Bonifacio, legatis Cremonensium et Papiensium per marchionatum Montis-ferrati et civitatem Astensem Papiam profectus est, quam fere Iul. 21. ingressus est. Vespera diei 28. Iulii Papienses cum Friderico rege et Cremonenses[7] cum Azzone marchione, sicut condixerant, utrimque versus Lambrum fluvium profecturi clam exierunt, sequente die dominico Iul. 29. mane utrisque ad hunc fluvium convenientibus Cremonenses regem cum paucis, inter quos fuere Berardus archiepiscopus Barensis et comes S. Bonifacii, fluvium transgressum laetati et exsultantes Cremonam duxerunt, die Iul. 30. civitatem ingressi. Mediolanenses sero advenientes, rege in locum tutum iam translato, in Papienses recedentes impetu facto eos vicerunt ac fugaverunt. In civitate Cremonensi rex tribus septimanis commoratus est[8]. Apud quem Sicardus legatus summi pontificis quin partes magnas egerit in praeparando futuro itinere et in aliis negotiis administrandis, nemo dubitabit. Facile etiam aliquis coniciet Sicardum[9] cum Cremonensibus regem a Lambro

1) Zaccaria l. l. p. 196 sq., nr. 33. Quae est tabula memorata Reg. Imp. nr. 12407; cuius et mentionem fecit Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, Cod. dipl. p. 49, nr. 685. 2) Codex dipl. Cremon. I, p. 220 sq., nr. 147. 150. 3) Quam cartam a. 1884. vidi Regii apud virum clar. Venturi b. m. 4) Innoc. III. epist. XIV, 139, Baluzius VI, p. 658. 5) Codex dipl. Cremon. I, p. 221, nr. 151. Sed, ut ibidem adnotatum est, consules iustitiae Cremonenses a. 1214. Apr. 12. ad portam ecclesiae de Cavallaria proclamaverunt se hanc ecclesiam abbati S. Thomae tradituros esse, nisi intra decem dies coram ipsis adfuerit, qui possessionem illius ecclesiae sibi vindicaret. 6) Cf. Winkelmann, 'Otto' p. 321, n. 2; Ioh. Codagnelli Ann. p. 40, n. 3. Galv. Flamma, Manip. c. 244, Muratori, SS. XI, col. 664, Azzonem marchionem et Petrum Traversarium tunc regem comitatos esse falso dixit, quia Ioh. Codagn. p. 39, l. 32 sq., ex cuius Annalibus hunc locum excerpsit, eos Romae cum Friderico rege adfuisse scripsit. 7) Qui frustra Parmenses rogaverant, ut in auxilium accurrerent, Winkelmann, 'Otto' p. 521, nr. VII. 8) Cremonae Fridericum regem concilium principum ac civitatum convocasse commentus est mendax Galv. Flamma, Chron. maius, 'Miscell. di storia Italiana' VII, p. 767, huc transponens eos omnes, quos in Manipulo florum (vide supra n. 6) ex Iohannis Codagnelli Annalibus Ianuae adfuisse recte et falso scripserat, dicens hoc loco marchionem Montis-ferrati falso Bonifacium pro Guillelmo, cum Codagnellus et ipse Galvaneus in Manipulo nomen eius non retulissent. Constat Galvaneum hoc loco nullum alium auctorem secutum esse praeter Iohannem Codagnellum, neutiquam ex fonte deperdito bono hausisse, ut Reg. Imp. V, nr. 669 f. coniectatum est. 9) Cf. infra p. 55, n. 6.

fluvio in civitatem suam conduxisse. Constat eum comitatum esse Fridericum regem Aug. 20. *Cremona Mantuam profectum, in qua civitate Sicardus affuit, cum iuvenis rex Cremonensibus propter auxilium sibi latum regratiatus die Aug.* 22. *omnia privilegia avi et patris de Crema oppido et Insula Fulcherii data confirmaret, et Berardus archiepiscopus Barensis in animam eius iuraret ipsum imperatorem coronatum praedicta omnia rata et firma habiturum, castrum Cremense et totam terram Insulae Fulcherii daturum esse Cremonensibus et protecturum, ut haec ipsi obtinerent*[1]. *Ex quo facto magni momenti omnia bella Lombardica Friderici II. imperatoris postea exorta sunt*[2]. *Cum tabula de hac re demum Veronae die Aug.* 25. *legatis Cremonensibus data sit, conicies etiam Sicardum regem Mantua Veronam profectum comitatum esse, in qua civitate rex hoc die advenit, sed etiam conici posset episcopum usque ad civitatem Tridentinam in comitatu regis fuisse*[3], *quod iam fere revera factum esse crediderim, cum Sicardus legatus aliquando — nescimus quo anno et quo die — indulgentias iis concesserit, qui hospitali S. Mariae de Campeio dioceseos Tridentinae exstruendo aliquid contulerint*[4].

Interea Innocentius papa duas epistolas Sicardo dedit, alteram Aug. 1, *qua Bernardum Primum sociosque haereseos accusatos, sed purae fidei comprobatos remittens huic commendavit*[5]; *alteram Aug.* 4. *Sicardo et Aliprando episcopo Vercellensi, apostolicae sedis legatis, et Nicolao electo Regino dedit. Qui cum ipsi scripsissent Iohannem episcopum Brixiensem linguae officio destitutum, confectum senio, prae longa infirmitate inutilem esse ecclesiae Brixiensi, his mandavit, ut illum monerent et efficaciter inducerent, ut se episcopatu abdicaret, et si cedere noluisset, alium episcopum eligendum curarent, cum ille iam saepe a Gerardo electo Albanensi petiisset, ut episcopatui renunciare posset*[6]. *Sed hic interim iam die Aug.* 3. *defunctus erat*[7].

Ad litem inter abbatissam et moniales S. Mariae de Campis Aquensis et priorissam monialesque S. Michaelis de Zibido diiudicandam Sicardus legatus iudicem Gualterium abbatem S. Petri in Coelo-aureo Papiensis delegaverat, sed die Dec. 1. *a.* 1212. *procurator S. Mariae de Campis sedem apostolicam appellavit dicens Gualterium abbatem in hac causa procedere non posse, quae a papa archidiacono Aquensi commissa esset*[8]; *quod Innocentius approbavit litteris datis* 25. *vel* 27. *Iunii a.* 1213[9].

Eodem anno 1212. *Sicardus legatus Tisium episcopum Tervisinum accusatum, quod possessiones ecclesiae dissipasset, ab administratione rerum episcopatus suspendit. Huic, ad quem hoc mandatum nondum allatum esset, supplicanti a.* 1213. *Ian.* 8. *papa concessit, ut res episcopatus administraret, donec mandatum Sicardi ad eum pervenisset*[10]. *Tum vero papa hanc rem aliis inquirendam commisit, qui sententiam a Sicardo latam sustulerunt, quod ii, quos Sicardus ad causam inquirendam delegavisset, iniuste et infeste contra episcopum egissent*[11]. *Denique vero papa episcopum non immerito accusatum ideoque iure*

1) *De qua re Veronae die Aug.* 25. *tabula incomposito atque insolito more conscripta Cremonensibus data est, Böhmer, Acta imp. p.* 772, *nr.* 1074, coram domino Sycardo Dei gratia Cremonensi episcopo et sedis apostolice legato; *Reg. Imp. nr.* 670. 670*b*. 2) *Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.' II, p.* 419 *sqq.* 3) *Cum in Cronica scripserit:* Inde *(Cremona rex)* Mantuam et Veronam atque Tridentum feliciter (felicissime *in Cronica fratris Salimbene f.* 219[a]) transiens in singulis urbibus extitit gloriosus. 4) *'Delle antiche relazioni fra Cremona e Trento' (Milano* 1831*) p.* 125. *Diocesim Tridentinam intra provinciam legationis Sicardi fuisse difficile crederem.* 5) *Innoc. III. epist. XV,* 146, *Baluzius II, p.* 668. 6) *Ibid. XV,* 142, *Bal. II, p.* 661 *sq.* 7) *Successor eius electus est Albertus praepositus Regiensis, qui a.* 1213. *Maii* 22. *Brixiam advenit; Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 817. 8) *Moriondi, Monum. Aquensia I, col.* 489. 9) *Ib. p.* 488 *sq.; Potthast nr.* 4550. 10) *Inn. III. epist. XV,* 195, *Baluzius II, p.* 700. 11) *Ibid. XVI,* 19, *Bal. II, p.* 746, *a.* 1213. *Apr.* 8.

ab administratione rerum episcopatus removeri potuisse censuit, tamen ei veniam dedit eumque in gratiam recepit[1].

Cum idem papa Ubertum episcopum Vincentinum depositum (supra p. 53*) audivisset adhuc ecclesiam Vincentinam occupatam tenere, eodem anno* 1213. *Apr.* 8. *Sicardo legato mandavit, ut Nicolaum electum Reginum moneret, ut ecclesiam Vincentinam regendam susciperet*[2]*; quod factum est. Die Apr.* (14.) 16. *Sicardus Cremonae affuit, ubi Belacara de Gadio* Sychardo Cremonensi episcopo et comiti recipienti nomine episcopii *donavit particulam terrae Cremonensis, in qua ecclesia in honorem resurrectionis et S. Antonii aedificaretur*[3].

Iun. 10. *eiusdem anni papa Hubaldo archiepiscopo Ravennati et Sicardo mandavit, ut Gerardum episcopum Bononiensem, qui iam coram Gerardo electo Albanensi agnovisset se inutilem esse ad regendam ecclesiam, commoverent, ut episcopatu se abdicaret, quod si facere noluisset, eum ab episcopatu removerent et alium episcopum eligendum curarent, compellentes illum episcopum, ut pecuniam pro Terrae Sanctae succursu collectam ipsis traderet*[4]*; quod hi obtinuerunt, Gerardo episcopatum deponente ante diem Nov.* 25[5].

Impetu Mediolanensium in Papienses a. 1212. *Iul.* 29. *facto pax Lombardorum fracta est*[6]*, unde Papienses Aug.* 25. *foedus antiquum cum Cremonensibus eorumque sociis renovaverunt*[7]. *Eo quidem anno, etsi proelia parvula commissa sunt*[8]*, acriter inter partes non pugnatum est. Sequenti vero anno bellum omnium Lombardorum exortum est. Iam mense Februario Ratisponae apud Fridericum regem legati Cremonensium, Papiensium, Veronensium affuere, cum rex die Febr.* 15, *ut promiserat, Cremonensibus omnia privilegia confirmaret et praesertim ea patris avique, quibus Crema et Insula Fulcherii his datae sunt*[9]*, quo die rex etiam* precepit d. Frederico Tridentino episcopo, ut precipiat Cremensibus districte, quod debeant stare et obedire preceptis communis Cremone et stare sub eis. Insuper dedit in mandatis eidem d. episcopo,

1) *Ibid. XVI,* 160, *Bal. II, p.* 824, *a.* 1214. *Ian.* 9. 2) *Ibid. XVI,* 15, *Bal. II, p.* 743. 3) *Quae carta postera manu in Codice Sicardi p.* 156. *scripta est; Codex dipl. Cremon. I, p.* 223 *sq., nr.* 170. 4) *Innoc. III. epist. XVI,* 184, *Baluzius II, p.* 834. 5) *Matth. de Griffonibus et 'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 109. 251*; Savioli, 'Ann. Bolognesi' II,* 1, *p.* 340. *falso dixit post Nov.* 6. *hoc factum esse.* 6) *Inn. III. epist. XV,* 189, *Bal. II, p.* 693 *sq., a.* 1212. *Oct.* 21: nuper cum dilecti cives Papienses carissimum in Christo filium nostrum Fredericum Siciliae regem illustrem de nostro mandato conducerent, immo iam conduxissent et recessissent ab eo, vos . . . rupto vinculo foederis atque pacis, quae olim procurante priore Camaldulensi *(a.* 1201, *supra p.* 37*)* a nobis propter hoc specialiter destinato inter vos et eosdem celebrata extitit et iuramento firmata, abiecta denique reverentia nostra prorsus, qui per legatum nostrum *(aut Berardum archiepiscopum Barensem, qui ea hora, ut praesumendum est, cum rege iam Lambrum fluvium transierat, aut Sicardum, qui ab altera parte Lambri fluvii adfuisse potest (supra p.* 53*), qui sequentibus verbis potius significatus esse videtur),* qui nostram in partibus illis repraesentat personam, praesentes eramus, dictos cives nequiter invasistis. 7) *Reg. Imp. V, nr.* 12420. 12422*; Odorici, 'Storie Bresciane' VIII, p.* 118—123, *nr.* 281—283*; Codex dipl. Cremon. I, p.* 222, *nr.* 158—160. 8) *Ut inter Papienses et Alexandrinos, Inn. III. epist. XV,* 189, *Baluzius II, p.* 695. 9) *Böhmer, Acta imp. p.* 772 *sq., nr.* 1075. *L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 223, *nr.* 164. *edidit tabulam a notario scriptam, qui testatur illud diploma* die quintodecimo exeunte Februario *(Febr.* 14*) a Friderico rege legatis Cremonensium datum esse. Sed de numero notarium erravisse patet. Tantum enim in anno bissextili dies (Febr.* 15*)* XV. ex. Febr. *scribebatur, in annis ordinariis talis dies occurrere non potuit, cum Febr.* 14. *fuerit* XIIII. intrante Febr. *Cum in hac carta more Cremonensium a Mart.* 25. *annum incipientium annus incarnationis MCCXII. positus sit, qui fuerit bissextilis, hac re notarius in errorem ductus esse videtur, ut scriberet* quintodecimo *pro* quartodecimo, *aut* exeunte *per errorem pro* intrante *scripsit.*

ut precipiat Mediolanensibus publice, quod ipsos Cremonenses de hoc non debeant impedire nec ipsos Cremenses deffendere seu adiuvare aut eis contra Cremonam aliquod auxilium prestare[1]. *Episcopum enim Tridentinum rex legatum et vicarium suum per Lombardiam, Marchiam Veronensem, Tusciam, Romaniam constituit, quod rex die Febr.* 16. *incolis harum provinciarum scripsit*[2]. *Qui episcopus, cum Cremonensibus nunciasset se negotium eorum (de Crema et Insula Fulcherii) apud regem peregisse et se cum exercitu usque ad Kal. Martias in Lombardiam venturum esse*[3], *advenit quidem iam mense Martio vel Aprili, sed sine exercitu*[4], *misit nuncios et litteras suas ad Mediolanenses praecipiens, ut Papienses ad Lambrum fluvium praecedente anno captos dimitterent, reliquas civitates societatis Mediolanenses admonens, ut legatos ad ipsum mitterent, qui fidelitatem Friderico regi iurarent. Quae cum omnes nuncios et epistolas ne recepissent quidem, Cremonae die Maii* 2. presentia domini Sycardi Cremonensis episcopi *Mediolanenses, Placentinos, Laudenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Alexandrinos, Tortonenses, tres comites bannivit*[5]. *Eodem die consul quidam Cremonensis praecepit Parmensibus, ut ex foedere icto in auxilium Cremonensium accurrerent*[6].

Paulo post die Maii 19. *iterum Sicardus Cremonae praesens affuit, cum alius iudex episcopi Tridentini ab hoc illos adversarios Friderici regis in banno regali positos esse pronunciaret. Ex tabula nondum, quod sciam, edita, quae exstat in Libro grosso antiquo Regino f.* 14'. 15, *haec exscripsi:* Anno . . . millesimo CC tercio decimo, indiccione prima, die tercio decimo exeunte Madio, presencia domni Sicardi Dei gratia Cremonensis episcopi et domni Nigri de Olduinis archidiaconi et domni Gerardi Rivarii capellani regalis curie, magistri Martini, domni Alberti Strusii imperialis curie iudicis *etc.* Petrus de Malusio iudex episcopi Tridentini parabola et iussu domni Federici Tridentini episcopi, legati et vicarii Federici regis Romanorum electi et Sicilie, *pronunciavit ab hoc episcopo bannitos esse inoboedientes et rebelles* Novarienses, Vercellenses, Cumenses, Tortonenses[7], Allexandrinos sive Paiarenses, Placentinos, comitem Egidium Curtis-nove, Cremenses, Laudenses et comitem Narisium, comitem Albertum[8] de Casalocti[9]. . . . et similiter in ipso banno posuit idem vicarius omnes caçaros et Patarinos, qui sunt in civitate Cremonensi, nisi usque ad proximum diem Iovis *(Maii* 23*)* venerint stare preceptis domni Sicardi[10] episcopi, et qui sunt extra civitatem usque ad festum pentecostes *(Iun.* 2*)*. Actum est hoc in platea maioris ecclesie.

Cum mense Maii exeunte Cremonenses versus Cremam profecti inter Serium et Serium Mortuum fluvios prope Castellum-Leonis se munirent, nullum adiutorium praeter trecentos milites Brixienses habuerunt[11]. *Quos adorti Mediolanenses cum militibus Placentinis, Laudensibus, Novariensibus, Cremensibus, Cumanis*[12], *militibus Brixianis expulsis*[13], *Alexandrinis, Vercellensibus*[14] *die festo pentecostes Iun.* 2. *primo quidem ex castris repulerunt,*

1) *Ex tabula modo laudata.* 2) *LL. Const. II, p.* 56 *sq., nr.* 45. 3) *Böhmer, Acta imp. p.* 635 *sq., nr.* 925. 4) *Scripserat episcopus Cremonensibus se cum comite Tyrolensi et militibus de partibus montanis adventurum esse, inter eos vero qui affuere comes Tyrolensis in tabula data Maii* 2. *non commemoratur, nec quisquam scriptorum Italicorum milites Theutonicos tunc advenisse retulit.* 5) *LL. Const. II, p.* 622 *sq., nr.* 452. 6) *Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 522, *nr. VIII. Iam Apr.* 21. 23. *Cremonenses idem Mantuanis praeceperunt; Reg. Imp. V, nr.* 12436*; Codex dipl. Cremon. I, p.* 224, *nr.* 171. 172. 7) Tretonenses *cod.* 8) albtum *cod.* 9) *Sic cod.* 10) ysicardi *cod.* 11) *Sicardi Cont.; Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 817. 12) *Cremenses et Cumanos affuisse refert Cont. Sicardi, hos etiam Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 133, *et Tolosanus c.* 140, *ed. Borsieri p.* 693, *dicunt.* 13) *Partis Narisii et Alberti de Casaloldo comitum die Maii* 2. *ab episcopo Tridentino bannitorum.* 14) *Alexandrinos et Vercellenses affuisse tradunt Ann. Cremon., supra p.* 13, *et Tolosanus l. l.*

multis eorum occisis et captis[1]. *Dum vero hi per campum dispersi essent, Cremonenses denuo impetum facientes eos fugaverunt et carocium Mediolanensium ceperunt, captis hostium fere tribus milibus*[2]. *Quae victoria Cremonensibus summae gloriae*[3], *Mediolanensibus capto carocio per secula ignominiae fuit*[4]. *Attamen Mediolanenses fecerunt, quod ante hoc proelium propositum habuerant, quod ne fieret, Cremonenses versus Cremam progressi erant, medio mense Iunio Lumilinam devastantes, quod ulti sunt Cremonenses mense Iunio exeunte cum Mantuanis, Reginis, Mutinensibus fines Placentinorum ingressi et agros circa Caursium depopulati*[5]. *Eodem vero anno pars Mediolanensium alteram cladem accepit victa a Papiensibus Oct.* 2. *apud Cassellum*[6]. *Neque tamen his cladibus pars Mediolanensium adducta est, ut Ottonem imperatorem desereret, quamvis Innocentius papa epistolis minacibus Mediolanenses Alexandrinosque ac reliquas civitates huius partis molitus sit, ut eos ab imperatore deduceret.*

Qui capitulo Alexandrino a. 1213. *Iun.* 4. *scripsit se confirmare sententiam (excommunicationis et interdicti, ut videtur) legatorum suorum in Alexandrinos latam, qui debitum censum sedi apostolicae subtraxissent et Ottoni adhaerentes Wilhelmum de Pusterla*

1) *Ioh. Codagn. p.* 43 *sq.; Tolosanus l. l.* 2) *Ann. Bergom., SS. XVIII, p.* 809; *cf. Ioh. Codagn. p.* 44, *n.* 1. 3) *Ann. S. Iustinae, SS. XIX, p.* 150. 4) *Ideo Galvaneus Flamma Mediolanensis lectis Iohannis Codagnelli Annalibus commentus est, Chron. maius, 'Miscell. di storia Ital.' VII, p.* 769 *sq., Mediolanenses Cremam profectos carocium Placentinis custodiendum reliquisse, his victis Cremonenses illud abduxisse. Tum vero haec mentitus est:* Quo comperto Mediolanenses cucurrerunt post Cremonenses usque Zonevoltam cupientes suum carrochium recuperare, sed fuit tarde, quia iam erat in Cremona conductum. Tunc Mediolanenses obsiderunt Zonevoltam, contra quos Cremonenses cum carrochio suo equitaverunt, et commissa pugna episcopus Cremonensis *(noster Sicardus! cuius cronicam Galvaneus haud paucis locis exscripsit)* captus fuit, Cremonenses prostrati, nec fuit in populo Cremonensi facta tam enormis iactura. Tunc carrochium Cremonensium iam quinta vice *(! ne semel quidem hucusque!)* captum fuit et deductum Mediolanum, et episcopus Cremonensis incarceratus fuit in Mediolano. *Ibid. p.* 771. *Galvaneus exposuit, cur haec et alia mentitus sit. Longe aliter de proelio die Iun.* 2. *commisso Galvaneus Iohannis Codagnelli Annales exscribens in Manip. florum c.* 246, *Muratori, SS. XI, col.* 665, *retulit itemque longe aliter de vindicta Mediolanensium, quam in Chron. Maiore anno* 1213. *paulo post illud proelium factam esse dixit, ib. c.* 247: A. D. 1214. . . . quinta die Septembris *(quo die Cremonenses fines Placentinorum invasisse Galv. legit in Ioh. Codagnelli Ann. p.* 46*)* Mediolanenses volentes suum carrocerum de manu Cremonensium vendicare Zonevoltam equitaverunt, ubi a Mediolanensibus Cremonenses in campo prostrati sunt, nec fuit umquam in populo Cremonensi secundum Sycardum *(nostrum, cuius Cronicam Galv. legerat, quem postea ibidem captum esse dixit!)* facta tam enormis iactura. *Nec Sicardus nec continuator eius quidquam dixit de hoc proelio, quod Galvaneus commentus est, sed de pugna a.* 1213. *Iun.* 2. *commissa continuator gloriatus et laetatus, quod Cremonenses vicerint, retulit, quae Galv. legit. Qui in Chron. Maiore p.* 771 *sq. porro commentus Papienses* cum corrigiis ad collum *Mediolanensibus fidelitatem et oboedientiam iurasse addit:* O felix vindicta deperditi sive furati carrozeri, pro quo habuimus episcopum Cremonensem cum ipsorum carrochio et civitatem Papiensem ad deditionem coegimus! *Summopere cavendum est, ne quid credatur scriptori tam mendacissimo soli referenti.* 5) *Ioh. Codagn. p.* 44 *sq.* 6) *Notae S. Georgii Mediol. (Mem. Mediol.), SS. XVIII, p.* 388. 401; *Ogerii Panis Ann. Ian., ib. p.* 133, *qui Sept.* 29. *hoc proelium commissum esse dicit. Galv. Flamma, Chron. maius, 'Miscell. di storia Ital.' VII, p.* 769, *scribit a Friderico imperatore et Papiensibus mense Iulio apud Cassellas Mediolanenses victos esse.*

Mediolanensem excommunicatum, quamvis legati hoc vetuissent, potestatem elegissent[1]. *Quorum legatorum quin unus fuerit Sicardus, dubitari non poterit. Qui eodem anno Nov.* 4. *fines parochiarum S. Petri de Guirada et S. Stephani de Casale et S. Mauricii de Casa-nova, Nov.* 6. *ex parte fines huius parochiae et eius Riparoli de Foris*[2] *statuit*[3].

Haec postrema fuere, quae Sicardum per se egisse comperta habemus. Qui a. 1214. *Ian.* 9. *iam non fuit legatus sedis apostolicae*[4]. *Febr.* 5. *eiusdem anni* in spaldo castri Platinae[5] sub porticu caminatae episcopi Cremonensis *quidam de Squarzamanticis* coram Sychardo episcopo *et praesente praeter alios Arduino Pezono vicecomite eius confessi sunt se esse vasallos Sicardi, tenentes ab eo in feudo quosdam agros*[6]. *Febr.* 6. in spaldo castri Platine ad caminatam episcopi Petrobonus et socii de Muxolinis confitentur sortem infrascriptam ad manum Sychardi episcopi Cremonensis iure dominii pertinere[7]. *Mart.* 13. *Sicardus creavit Rugerium de Iudicibus, qui fines parochiarum S. Mauricii de Casa-nova et Riparoli de Foris iam ab ipso a.* 1213. *Nov.* 6. *ex parte statutos terminaret, quod iste Mart.* 26. *exsecutus est*[8]. *Die Mart.* 21. *massarii Cremonenses Nigro de Oldoinis archidiacono et Dompnetto archipresbytero maioris ecclesiae Cremonensis, non praesente Sicardo episcopo, tradiderunt crucem carocii Mediolanensis in proelio apud Castrum-Leonis a.* 1213. *Iun.* 2. *capti in ecclesia conservandam*[9]. *Denique die Apr.* 13. *quidam viri iussu Sicardi episcopi fines parochiae S. Mauricii de Casa-nova terminaverunt*[10]. *Nihil de iis, quae abhinc Sicardus gesserit, traditum est*[11]. *Vidimus igitur a mense Novembri anni* 1213. *quaedam coram eo et eius iussu, non ab ipso acta esse, unde colligendum est eum anno* 1213. *vergente valetudine correptum a papa impetrasse, ut legatione absolveretur, anno* 1214. *morbo ingravescente eum a mense Aprili fere nihil negotiorum administrare potuisse. Ita fortasse evenit, ut consules iustitiae Cremonenses a.* 1214. *Apr.* 12. *aliquid contra id quod a Sicardo legato statutum erat facere ausi sint, ut supra p.* 53, *n.* 5. *adnotavimus. Longa aegritudine excruciatus Sicardus diem extremum obiit a.* 1215. *Iun.* 8, *die Lunae post pentecosten, ut Innocentii papae litteris*[12] *et nota necrologii ecclesiae maioris*[13] *concordantibus constat. In quo necrologio legitur:* VI. Idus Iunii. Anno Domini MCCXV. Sycardus Cremonensis episcopus requievit a laboribus suis, cuius beneficio habemus crucem sanctam et corpus sancti Homoboni[14] et

1) *Inn. III. epist. XVI,* 58, *Baluzius II, p.* 775 *sq.; cf. supra p.* 51. 2) *Rivarolo Fuori (mand. Bozzolo).* 3) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 224, *nr.* 176. 177. 4) *Inn. III. epist. XVI,* 160, *Baluzius II, p.* 824: Cremonensis episcopus, tunc apostolicae sedis legatus. 5) *Piadena haud procul a fluvio Oglio (circ. Casalmaggiore). Quod castrum fuit ecclesiae Cremonensis.* 6) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 224, *nr.* 178. 7) *Quod mecum communicavit V. Cl. M. Perlbach e carta II,* 28. *collectionis Morbianae Hallis servatae.* 8) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 224, *nr.* 179. 181. 9) *Böhmer, Acta imp. p.* 639 *sq., nr.* 927. 10) *Codex dipl. Cremon. I, p.* 225, *nr.* 182. 11) *Nescio, unde Blasius Rubeus, Ughelli-Coleti IV, p.* 606. *et Zacharias, Cremon. episc. series p.* 129, *cognoverit quod scripsit:* anno MCC. *(Sicardus)* aedificavit monasterium reverendarum sanctimonialium, nunc S. Mariae Vallis-viridis, olim vero S. Laurentii Iovisaltae; dicto loco ecclesiam S. Mariae loci Bonomercii construxit et monasterium S. Abrahae secus Murlascum in loco Costae, quod postmodum unitum fuit monasterio S. Thomae de Lerno. 12) *Potthast nr.* 4989: secunda feria post pentecosten dicto *(Cremonensi)* episcopo viam universae carnis ingresso. 13) *'N. Archiv' III, p.* 136; *'Archivio stor. Lombardo' VII (*1880*), p.* 586. *Eum* mense Iunii *a.* 1215. *defunctum esse etiam in Continuatione Cronicae eius adnotatum est, annum* 1215. *obitus eius Ann. Cremon., supra p.* 13, *habent. Galv. Flamma, Manip. c.* 247, *Muratori, SS. XI, p.* 665, *falso eum a.* 1214. *mortuum esse dicit. Die* 26. *Ianuar. eum obiisse falso scripsit Blasius Rubeus, Ughelli-Coleti IV, p.* 605. 14) *A.* 1202; *cf. supra p.* 38.

brachium sancti Maximi[1] episcopi et confessoris et duo candelabra magna, item unum librum, qui dicitur Mitrale.

Presul Sicardus, virtutum mistica nardus,
Hic obiit, cuius preclua[2] fama fuit.

Eo in extremis agente, *ut ait Innocentius papa*[3], cum de convalescentia ipsius desperaretur, Cremonense capitulum H.[4] canonicum suum, Regii scolasticis disciplinis insistentem, ad certum terminum in vigilia pentecostes *(Iun.* 6*)* pro futuri electione pontificis citari fecerunt. Verum . . . dicto episcopo viam universae carnis ingresso capitulum, antequam corpus illius esset sepulturae traditum, absente canonico memorato, in quatuor de ipso capitulo et tres de clero civitatis potestatem eligendi pontificem contulerunt. . . . Habito itaque post mortem, sed ante sepulturam tamen ipsius episcopi, de futuri pastoris electione tractatu, . . . tandem illo sepulto . . . *Dompnettum* archipresbyterum concorditer elegerunt. *Cui electioni H. canonicus Regio reversus contradixit. Causa ad papam allata hic electionem cassavit,* tum quia corpore dicti episcopi nondum tradito sepulturae habuerunt de illa electione tractatum, tum quia *canonicus ille absens fuerat.*

Iam habes quae de vita Sicardi collegi. Quibus perpensis censebis eum virum prudentem, strenuum, aptum negotiis publicis atque ecclesiasticis administrandis fuisse. Ut civis Cremonensis potissimum studiosus fuit imperatorum gentis Suevicae, quibus cives Cremonenses faverent, sed oboedientissimus imperiis pontificum Romanorum, magni aestimatus praesertim ab Innocentio III. papa. Qui cum Philippum regem, cui Cremonenses adhaerebant, impugnaret, Sicardus nolens papae resistere nec cives Cremonenses offendere hac anxietate commotus videtur esse, ut in orientem proficisceretur. Fuit enim vir mitioris ingenii, pacis amans, pacificus, qui cum Cremonensibus semper fere concorditer vixerit, eos adiuverit in castris exstruendis, in negotiis publicis administrandis, concordia eorum semel tantum turbata[5], *anno* 1186. *pacem inter imperatorem et Cremonenses, anno* 1210. *pacem inter cives seditiosos composuerit, anno* 1188. *imperatorem in Germania adierit, ut ab hoc quod Cremonenses cupiebant impetraret, compluries et in Lombardia et in oriente studuerit, ut inter hostes pacem conciliaret. Sed Ottonem imperatorem excommunicatum cum Cremonensibus impugnavit, maximas tum partes agens, cum ab Innocentio papa legatus sedis apostolicae appellatus Fridericum regem electum conduceret ac moliretur, ut hostes eius et papae debilitarentur.*

Prudenter ac strenue episcopatum Cremonensem rexisse videtur ac studuisse, ut iura ac possessiones ecclesiae suae recuperaret seu servaret, qui privilegia huic ecclesiae a regibus et pontificibus concessa aliasque tabulas maioris momenti in exemplaria transscribenda atque in unum librum, dictum Codicem Sicardi, qui nunc in bibliotheca publica Cremonensi servatur, congerenda curavit[6].

Homo pius fuit ac religiosus, qui et studuit, ut novas reliquias sanctorum ecclesiae Cremonensi acquireret, ut iam habitae religiosius colerentur, ut novus sanctus a Cremonensibus colendus a papa pronunciaretur. Qui etiam in Cronica multa de sanctis scripsit.

II. De Cronica Sicardi.

Primus inter Italos Sicardus chronicon universale ab origine mundi componendum aggressus est, cum in Germania et Francogallia multa talia chronica sive a nativitate

1) Maximini *'N. Archiv' l. l.* 2) perclita *'Arch. stor. Lomb.' l. l.* 3) *Potthast nr.* 4989. 4) *Nescio an Homobonus, postea episcopus electus.* 5) *Cf. supra p.* 37. *Nisi forte in illa tabula* episcopus Cremonensis *perperam scriptus est pro episcopo alius civitatis.* 6) *Cf. quae L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. II, p.* 297, *n.* 2. *de eo iudicavit.*

Christi sive ab origine mundi incipientia a longis temporibus conscripta haberentur, Reginonis Prumiensis, Herimanni Augiensis, Mariani Scoti, Frutolfi Bambergensis, Sigeberti Gemblacensis, Ottonis Frisingensis, Adonis Viennensis, Hugonis Floriacensis, ut omittam multos alios, qui horum libris exscriptis, auctis, mutatis novos in Germania, in Francogallia, in Anglia condiderunt. In Italia ante Sicardum de historia universali libri non conscripti sunt praeter catalogos pontificum et imperatorum a nativitate Christi initium sumentes brevissimos et aridos, dico Cencium, Gilbertum, Cronicam Tiburtinam.

Dictorum librorum chronicorum nullum legerat Sicardus, ideoque in prologo hucusque inedito admodum necessaria *dicit chronica quae scribantur. Historiae universalis summarium vel breviarium componere voluit,* que nobis, *ut ipse ait,* et nunc ad exempli et cautele memoriam scripturarumque noticiam expedire videntur, in unum corpus coaugmentare, *non res gestas sui temporis copiose enarrare. Quare iniuste de eo iudicant qui conqueruntur, quod de rebus sui temporis parum novi retulerit iis qui nostro tempore historiae scribendae student. Si iuste quod sibi proposuerat et quod executus est aestimas, laborem difficilem diligenter atque idonee eum perfecisse censebis. Diligenter enim multos libros, quorum haud paucos in prologo Cronicae recensuit, perlegit, inter se contulit, exscripsit, videlicet scripturam sacram veteris et novi testamenti, Petri Comestoris Historiam scolasticam*[1], *Eusebii et Hieronymi Chronica*[2] *cum continuatione Prosperi annorum* 379—445, *tum vero etiam integrum Chronicon Prosperi ab origine mundi, cuius codicem Nonantulanum, nunc bibliothecae Victorii Emanuelis Romanae nr.* 1267, *Sicardum legisse conieci 'N. Archiv' XXVI, p.* 481—483, *in quo codice etiam Hieronymi et Gennadii libros de viris illustribus*[3], *quos excripsit, eum legisse opinor. Porro cum Isidori Hispalensis Chronica maiora, quae adhibuit, sub nomine Mileti in prologo eum attulisse apud me constet, apparet eum librum legisse similem Lemovicensi nr.* 1, *saec. XII, in quo Isidori Chronica inscripta sunt:* item brevis chronica quod Miletus Christi famulus adauxit[4]. *Cuius codicis prior pars Eusebii et Hieronymi Chronica cum continuatione Prosperi annorum* 379—445, *altera pars ab eodem librario scripta Prosperi Chronica integra usque ad a.* 455. *continent, quae Isidoriana sub nomine Mileti sequuntur*[5]. *Sed Isidori Chronica Mileti vel Melliti nomine inscripta in codicibus antiquioribus potius cum Chronicis Eusebii et Hieronymi continuatione Prosperiana annorum* 379—445. *auctis coniuncta fuisse videntur, quae et in collectione deperdita chronicorum Augiensi celeberrima exstiterint, cuius exemplar est codex olim Mogontiacensis, nunc Parisinus bibliothecae publicae nr.* 4680[6], *in quo Chronica Isidori inscripta sunt:* incipit brevis temporum expositio Melliti. *Codicem haec chronica continentem Sicardus habuisse mihi videtur, cum Prosperi chronici integri aliud exemplar eum legisse viderimus. In codice quidem olim Mogontiacensi, libri Augiensis exemplari, Prosperi Chronicis subiuncta est continuatio brevis Carthaginensis annorum* 446—457[7], *cuius nullum locum a Sicardo exscriptum inveni, attamen eum hanc legisse aliquis censere posset*[8]. *Sed Iordanis Romana et Cassiodori Chronica, quae in collectione Augiensi exstant, eum non habuisse mihi persuasum est, cum horum librorum nullum locum in Cronica eius invenerim.*

Tum Sicardus adhibuit librum deperditum, fratrem germanum vel parentem codicis olim Veronensis, nunc Vaticani Palatini nr. 927, *in quo invenit*[9] *et exscripsit epitomas*

1) *In marginibus signatam* H. Sc. 2) *Signata* Hier. 3) *Signatos* Hier de v. ill. et Genn. 4) *Auct. antiq. XI, p.* 402. 5) *Auct. antiq. IX, p.* 357 *sq.* 367. 6) *Cf. Th. Mommsen, Auct. antiq. IX, p.* 362—365. *XI, p.* 401 *sq.; 'Abhandl. d. Kgl. Sächs. Ges. d. Wiss.' VIII, p.* 573 *sqq.; H. Hertzberg in 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XV, p.* 297. 7) *Auct. antiq. IX, p.* 488—490. 8) *Vide quae sub Marciano adnotavi.* 9) *Cf. Auct. antiq. IX, p.* 259 *sq.*

duas Chronicorum Bedae cum Continuatione Constantinopolitana usque ad a. 842[1], fragmenta Historiarum Orosii, reliquias chronici Ravennatis de rebus gestis Theoderici regis Ostrogothorum, quae sub nomine Anonymi Valesiani alterius partis feruntur[2], Pauli diaconi Historiam Langobardorum cum Continuatione Romana edita SS. Lang. p. 200—203[3], quod longius exposui 'N. Archiv' XXVI, p. 473—481.

Librorum antiquorum Sicardus praeterea exscripsit Eusebii Historiam ecclesiasticam translatam et continuatione auctam a Rufino[4] et Cassiodori Historiam tripartitam[5], tum libellum Bedae et Hieronymo falso attributum, inscriptum de luminaribus ecclesiae vel de XII doctoribus ad Desiderium[6].

Inter fontes medii aevi, quorum nullum Sicardus in prologo citavit, inprimis nominandi sunt libri Pauli diaconi, Historia Romana et Historia Langobardorum iam supra dicta, ex quibus Sicardus plurima hausit, tum Gotifredi Viterbiensis Pantheon[7], Bonizonis episcopi Sutrini Decretum[8], cuius liber IV. saepissime a Sicardo exscriptus breviarium rerum gestarum pontificum Romanorum continet[9], deinde Cronica Tiburtina deperdita, de qua nuper 'N. Archiv' XXVI, p. 484—555. commentationem scripsi, ostendens eam exscriptam esse in Cronica pontificum et imperatorum Tiburtina breviore et in Cronicis apostolicorum et imperatorum Basileensibus, quos libellos infra post Sicardi Cronicam editos invenis, tum a Sicardo[10], ab auctore Chronici Urspergensis, maxime a Martino Oppaviensi. De pontificibus Romanis saeculi XII. Sicardus pleraque e Bosonis Gestis pontificum[11] exscripsit, sed amplissimam et gravissimam huius libri partem de rebus gestis Alexandri III. papae penitus neglexit, cum de his rebus paucissima quae referre voluit ipse iam memoria tradente enarrare posset. De expeditione sacra Friderici I. imperatoris retulit e libello qui inscribitur Gesta Federici I. imperatoris in expeditione sacra[12].

De rebus Cremonensibus ut referret, pauca et exigua subsidia habuit, videlicet Annales Cremonenses deperditos ab a. 1096. exordium sumentes, quos et in Annalibus Cremonensibus supra editis et a Iohanne Codagnello in Annalibus Placentinis[13] exscriptos esse demonstravit P. Scheffer-Boichorst[14]. De episcopis Cremonensibus cum nihil fere

1) Edita Auct. antiq. XIII, p. 341—343. 2) In codice Palatino reliquiis chronici Ravennatis excerpta ex Iordanis Geticis inserta sunt, quorum nullus locus in Cronica Sicardi invenitur. 3) In codice Palatino exstant et alia fragmenta, Iustini, Chronicorum Eusebii, Hieronymi, quae num Sicardus exscripserit, ignoro, cum priorem Cronicae partem non exacte perscrutatus sim. Fragmentorum Geticorum Iordanis et Historiae Gothorum Isidori c. 17—19. codicis Palatini nullum vestigium in Cronica Sicardi reperitur. 4) Signatam Ruf. 5) Signatam H. tr. 6) Hieronymi opera ed. Vallarsius (Veronae 1735) II, p. 945 sqq. Signatum De lumin. eccl. 7) SS. XXII, p. 94—307. 8) (Ang. Mai), Novae patrum bibliothecae t. VII, 3, p. 1—76, ubi liber non integer editus est, sed plurima omissa sunt. 9) Duobus locis Sicardus pauca verba ex Libro pontificali profecta habet, quae in libris ab eo lectis, quos novimus, non inveniuntur. Nescio, unde ea assumpserit, cum Librum pontificalem certo non adhibuerit. 10) Ibid. p. 484—487. 497, ubi ostendi Sicardum habuisse exemplar eius propinquum Cronicae pont. et imp. Tiburt., quae exstat; p. 515. 520 sq. Locis Sicardi ex Cronica Tiburtina deperdita exscriptis in margine adscripsi aut Tib. aut Bas., si Cronicarum Tiburtinae et Basileensis alterutra illum locum praebebat, aut utrumque, si utraque illum locum continebat. Minimis litteris hos locos exprimendos curavi, cum fontes, ex quibus hausti sint, adhuc superessent, mediis litteris, cum illi loci antea nusquam alibi reperirentur. 11) Liber pontificalis ed. Duchesne II, p. 353—446. 12) Edito a me SS. R. G., Gesta Federici I. in Lombardia p. 74—96. Sicardum hunc libellum exscripsisse primus perspexit S. Riezler, 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' X, p. 106. 13) SS. R. G. p. 3—5. 14) 'Mittheilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung' X,

conscriptum repperisset, e tabulis Cremonensibus, quas ipse in Codice Sicardiano transscribendas curavit, retulit. Nihil fere compertum habuit de celeberrimo praedecessore suo Liutprando, ignoravit hunc libros de rebus gestis celeberrimos edidisse, et cum notitiam quandam legisset, in qua hic Luizo dictus erat, duos episcopos Cremonenses, Luizonem et Liutprandum, fuisse, alterum alteri successisse opinatus est. Neque libellum Iohannis Cremonensis de rebus Friderici I. imperatoris in Lombardia gestis, quem auctor Chronici Urspergensis exscripsit, Sicardus legisse videtur.

Difficillime est cognitu, unde Sicardus ea collegerit, quae de multis sanctis, Italicis praesertim, breviter scripsit. Patet quidem eum Adonis Martyrologii codicem retractatum et auctum, anno 1181. *scriptum, qui adhuc Cremonae servatur*[1], *adhibuisse, sed cum hic liber non editus sit, non omnia, quae ex hoc assumpserit, cognosci potuerunt. Haud dubito, quin Sicardus Adonis libellum de festivitatibus apostolorum*[2] *legerit et exscripserit. De apostolis quaedam etiam transscripsit ex libro de ortu et obitu patrum, qui libro eiusdem tituli Isidori Hispalensis multis additis superstructus eiusdem Isidori nomen falso prae se fert*[3]. *Tum vero nonnullas Vitas sanctorum aliaque hagiographica in usum suum vertit, ut Passionem Marci evangelistae*[4], *Gesta Silvestri I. papae*[5], *relationem de inventione crucis vel Acta Quiriaci*[6], *Vitam Nicolai episcopi Myrensis*[7], *Vitam et Translationem Zenonis Veronensis*[8], *Passionem quandam Sigismundi regis*[9], *Vitam Simeonis eremitae monasterii S. Benedicti inter Padum et Lironem*[10]. *De Ambrosio episcopo Mediolanensi Sicardus pauca verba habet e Vita eius auctore Paulino profecta, sed duobus locis quaedam de Ambrosio narrat, quae nusquam alibi legi, nescio an Sicardus ignotam adhuc Vitam Ambrosii habuerit.*

Inter libros, quos exscripserit, Sicardus in prologo dicit Iosephi, Metodii *chronica. Sed Iosephi libros ipse non legit vel saltem in Cronica non exscripsit, quae ex his profecta habet potius ex Eusebii et Rufini Historia ecclesiastica atque ex Petri Comestoris Historia scolastica assumpsit. Methodii quae dicuntur Revelationes Sicardum dicere non voluisse patet. Quid igitur fuit Metodii chronicon ab eo laudatum? Monachus quidam monasterii Montis S. Disibodi multos locos excerpsit et ad verbum descripsit ex libro chronicorum Methodii episcopi*[11], *foetu commenticio Treverensi saeculi XII, eo consilio conficto, ut hiatus seriei episcoporum Treverensium inter primos episcopos, discipulos Petri apostoli habitos, et episcopos saeculi IV. expleretur*[12]. *Hunc librum ad Sicardum Cremonensem pervenisse sane non credes, atque collatis locis a monacho S. Disibodi allatis cum Sicardi Cronica nihil inveni, ex quo pateret Sicardum hunc librum legisse*[13]. *Quare apud me constat Sicardum nec librum, qui Methodii Chronica inscribebatur, legisse,*

p. 89—92. *Cf. quae addidi 'N. Archiv' XXV, p.* 507—512. *Iis locis, quibus hi annales deperditi exscripti sunt, in margine adscripsi* A. Crem. *Nota vero cum omnibus his locis Annales Iohannis Codagnelli conferendos esse.* 1) *De quo vide 'Archivio storico Lombardo' III (*1876*), p.* 514 *sqq.* 2) *Cum Adonis Martyrologio editum a Dom. Georgio Romae* 1745. *fol.* 3) *Qui liber editus est inter Isidori Hispal. episc. opera rec. F. Arevalo VII, p.* 374—396. *Isidori verus liber de ortu et obitu patrum descriptus est a Gotifredo Viterb., Pantheon XIV, Pistorii SS. R. Germ. II, p.* 226 *sqq. Ideoque et hunc librum Sicardus legere potuit.* 4) *Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 94 *sq.* 5) *Ibid. II, f.* 278 *sqq.* 6) *Acta SS. Maii I, p.* 445 *sqq.* 7) *Mombritius II, f.* 162 *sqq.* 8) *Acta SS. Apr. II, f.* 162 *sqq.* 9) *Fortasse brevem editam a Mombritio II, f.* 278. 10) *Acta SS. Iul. VI, p.* 334. 11) *Pistorii SS. R. G. I, p.* 358 *sqq. Qui liber Pseudo-Methodii etiam laudatus est in commentariolo S. Maximini Treverensis monasterii SS. VIII, p.* 117. *edito.* 12) *Cf. SS. XIII, p.* 296. 13) *Pleraque libri Pseudo-Methodii excerpta sunt ex Eusebii-Rufini Hist. ecclesiastica, quorum quaedam et Sicardus ex eodem libro exscripsit.*

sed nomen illius ex Historia scolastica Petri Comestoris transsumpsisse, qui nonnullis locis Methodii Revelationes citavit[1].

Qui etiam alios libellos vel scriptiunculas adhibuit, de quibus certa quae censeam non habeo. Ex priore parte Cronicae omissa retinui locum, quo de civitatibus Italiae a sociis Aeneae conditis fabulose refertur; qui locus ad verbum fere cum Chronico Veneto, Altinati vulgo dicto, convenit[2]. *Qui cum in codicibus classis* 2. *desit, in margine archetypi codicis Cronicae suppletus fuisse videtur. Ideo conicies Sicardum librum, ex quo hanc locum exscripserit, nactum esse tum demum, cum priorem partem Cronicae iam conscripsisset. Alia pauca Veneta habet, quae cum Chronico Veneto Iohannis diaconi*[3] *quodammodo concordant. Librum igitur quendam de rebus Veneticis conscriptum Sicardum adhibuisse patet. Nescio an idem codex catalogum quendam pontificum et imperatorum continuerit, cum Sicardus aliquoties annos regiminis imperatorum adnotaverit diversos ab iis, quos omnes alii auctores ab eo lecti tradiderunt, cum et duos locos in Cronica Sicardi deprehenderim*[4], *qui cum solo Chronico pontificum et imperatorum codicis Veneti*[5] *concordant.*

Ut Sicardus Prosperi Chronicorum codicem Nonantulanum exscripsisse videtur[6], *ita et alia Nonantulana ab hoc monasterio mutua accepisse videtur, ut exposui 'N. Archiv' XXVI, p.* 483, *inter quae fortasse catalogum regum Langobardorum, cum eum similem Nonantulano*[7] *catalogum habuisse appareat.*

Denique Sicardus epistolam vel epistolas Nicolai I. papae exscripsit, quas fortasse in Decreto Gratiani legit[8], *et privilegium spurium Leonis VIII. papae, quod nescio ubi invenerit. Quibus omnibus libris collatis restant tamen pauca frustula in Cronica, quae in his non inveniantur.*

Quibus recensitis patet sane Sicardum diligentissime e bibliothecis Cremonensi, Nonantulano, fortasse etiam Padolironensi et Leonensi libros conquisivisse, ut subsidia Cronicae componendae sibi compararet. Quibus non more plurimorum scriptorum illius temporis ita usus est, ut ex singulis ad verbum fere transscriberet, quae excerpenda ducebat, atque haec tamquam abaculos sive tessellas connecteret, non coniungeret, sed saepissime pluribus libris lectis quae ex his perceperat verbis auctorum non repetitis confudit ac plerumque breviavit[9]. *Quo facto quidem haud raro in graves errores inductus est, sed quis scriptorum medii aevi in chronicis conscribendis non saepe erravit? Cum rerum gestarum historiam brevius Sicardus complexus sit, singulari modo historiam Iesu Christi et apostolorum amplissimam ex evangeliis, Actibus apostolorum, Petri Comestoris Historia scolastica composuit. Maiorem sane gratiam ei haberemus, si pro hac res suo tempore gestas, in quibus ipse saepe magnas partes egit, copiosissime enarrasset, in quibus scribendis modum Cronicae brevioris sibi statutum non excessit.*

Laudandus est Sicardus, quod ingenio quodammodo critico antiquissimos atque principales auctores maxime secutus sit, praesertim fabulas plurimas Gotifredi Viterbiensis spreverit[10], *sed fabulas ecclesiasticas a plerisque illius temporis receptas, Gesta Silvestri I. papae, Passionem Marci, veras credidit, quamvis ipse non ignorasse videatur tales libellos dubiae esse fidei, qui in prologo scripserit se* ex panigericis aliis vel autenticis vel apocrifis *quaedam decerpsisse; etiam fabulam Chronici Veneti de civitatibus Italiae a sociis Aeneae conditis nimis credulus repetivit.*

1) *Ut Gen. c.* 25. 30. 31. 2) *Edito SS. XIV, p.* 1 *sqq.* 3) *SS. VII, p.* 1 *sqq. edito.* 4) *'N. Archiv' XXVI, p.* 520. 5) *Edito SS. XXIV, p.* 107 *sqq.* 6) *Supra p.* 60. 7) *SS. Lang. p.* 502. *edito.* 8) *Vel etiam fortasse in parte inedita Decreti Bonizonis.* 9) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 473 *sq.* 10) *Sed Karolum Magnum in Terram Sanctam profectum esse eidem credidit.*

Abinde a tempore Iulii Caesaris Cronicam imperatorum, quod bene advertendum est, Sicardus composuit, non Cronicam pontificum et imperatorum, qualem Cronicam Tiburtinam habuit, more Italis tum iam consueto. Nam cuique imperatorum proprium capitulum attribuit, de pontificibus Romanis in his capitibus brevius retulit, ne adnotavit quidem, quibus annis electi sint et quot annis sederint.

A nativitate Domini Sicardus indicavit, a quo anno incarnationis imperatores regnaverint; quos annos non ab antiquis, sed a recentibus tantum auctoribus, a Gotifredo Viterbiensi et in Cronica Tiburtina, relatos invenit. Quos cum inter hos auctores saepissime discrepare nec cum annis regiminis imperatorum ab antiquis traditis concordare percepisset, ipse hos secutus computavit, ut modo cum Gotifredo, modo cum Cronica Tiburtina in his conveniret, plerumque ab utroque dissentiret[1]. Initium anni Sicardus more Cremonensium a die Martii 25. fecit, ut in extrema libri parte apparet, cum ad a. 1203. scripserit quae mensibus Ianuario et Februario anni 1204. gesta sunt, ad a. 1211. res iisdem mensibus anni 1212, ad a. 1212. res mense Februario anni 1213. gestas.

De quaestionibus difficilibus de Cronica Sicardi habitis quae censeam, non hoc loco, sed in commentatione postea edenda argumentis demonstrabo, in hac praefatione tantummodo explicabo. Quae quaestiones antequam proponantur, recensendi sunt libri, qui Cronicam vel partes eius contineant.


Omnes libri eam formam Cronicae, quae e codice Vindobonensi editione Muratoriana ex parte viris doctis innotuit, praebent. Qui in duas classes discernendi sunt.

1) Prioris classis solus est codex, qui longe reliquis praestat, bibliothecae regiae *M o n a c e n s i s* Lat. nr. 314[2], olim Liber doctoris Hartmanni Schedel Nûrenbergensis, ut in schedula interiori lateri tegumenti antici illius manu scriptum legitur. Ubi Schedel librum acquisiverit, non constat. Post extremum quidem libri folium 58. insuta est tabula mutila sculteti et scabinorum Nurenbergensium, saeculo XIV. scripta[3], cartae agglutinata, sed hinc tantum colligitur librum saec. XIV. vel XV, fortasse potius demum Hartmanni Schedel tempore Nurenbergae compactum esse[4]. Ubi antea fuerit liber, ignoratur. Liber 58 foliorum membraneorum minoris formae[5] continet f. 1—7. Petri Pictavensis Arbores veteris et novi testamenti[6], f. 7'. 8. Arbores vitiorum et virtutum, f. 8—9'. Diffinitiones virtutum et vitiorum et eorum comitatus, f. 10. vacat. Haec prior pars libri manu saec. XII. exeuntis vel XIII. ineuntis eleganter minimis litteris scripta[7] olim separata exstabat. Posterior pars f. 11—58. olim separata[8] Sicardi Cronicam continet, quorum foliorum priores quatuor quaterniones f. 11—18. 19—26. 27—34. 35—42. in ultimis eorum paginis (18'. 26'. 34'. 42'.) signati sunt numeris I. II. III. IIII. Sequentes duo quaterniones f. 43—50. 51—58. non signati sunt. Extremum folium 58. minoris latitudinis quam reliqua plagulae praecedenti adligatum est[9]. Folia omnia in duas columnas divisa sunt. Prima manu saec. XIII.

1) Annos discrepantes ab illis mediis litteris, concordantes cum altero illorum minimis litteris exprimendos curavi. 2) Quem librum ablatum esse falso Muratorio relatum est; vide eius Script. rerum Ital. VII, p. 524. 3) Ritter(?) schultheiβ und wir die schepffen der stat zu Nurenberg verjehen offenlich. 4) Sed recenti tempore liber servatis antiquis tegumentis iterum compactus est, bibliopego folia nimis rescindente, ut adnotationes in marginibus foliorum scriptae laederentur. 5) Longitudinis $27^1/_2$ cm, latitudinis $18^1/_2$ cm. 6) Primi folii laesi pagina recta cartae agglutinata est, qua tegi potuit, quicquid de origine libri ibi scriptum erat. 7) F. 9. 9.' alia manu saec. XIII. quaedam addita sunt. 8) F. 11. manu, ut reor, Hartmanni Schedel hoc signum ·IC· XC· scriptum est, quo numerus bibliothecae illius indicatus esse videtur, unde eius tempore demum duas partes codicis coniunctas esse conicio. 9) In pagina 58'. vacua relicta quaedam verba scripta erant, iam detersa, quorum primum Donum . . . . . legere mihi visus sum.

Sicardi Cremonensis episcopi Chronicon.

Codex Monacensis Lat. nr. 314, fol. 56v.



Tab. I. — SS. t. XXXI.

ineuntis scripta sunt folia 11—47′[1], *quae manus saepe* ę *pro* ae *scripsit, quamvis iam eodem tempore ab omnibus fere scribis* ę *caudatum in simplex* e *versum sit, quod et sequentes huius libri scribae ubique pro* ae *posuerunt. Altera manus eodem atramento ac prima manus usa partem folii* $47^{c.d}$, *tertia saec. XIII. ineuntis f.* 47^{d}—56′. *scripsit, desinens post annalem* 1201. *scriptum, quae a f.* 53. *saepe spatium vacuum reliquit additamentis inserendis. Tum quarta manus iterum relationem brevem de rebus anni* 1201. *addidit, qua ex parte de iisdem rebus dictum est, de quibus iam in praecedente narratione relatum erat*[2], *et f.* 56′—58. *relationes de annis* 1202—1218. *et carmen de terra ingenti motu a.* 1222. *Dec.* 25. *concussa subiunxit. Alia manus, quam* II. *signavi, totum librum cum parente codice contulit, multa corrigens, cum iam scribae ipsi multa corrupta emendassent. Aut haec aut scribarum manus quaedam in marginibus adnotaverunt, praesertim argumenta rerum in textu narratarum. Modo primus scriba, modo corrector, ut videtur, in marginibus praescripserunt, quae miniator in rubricas vertens inscriberet, ut f.* 11. Incipit cronica dni sicardi Cremonensis episcopi. Prima etas. *Quae rubricae in imo margine praescriptae a bibliopego saepe ex parte, saepe omnino resectae sunt. Postrema est f.* 29′. De ptolomeo philometore. *Inde rarissimae et in textu inveniuntur rubricae, quae ubi leguntur, resecta esse quae in imo margine praescripta erant coniciendum est. Reliquas etiam capitum inscriptiones, quae desunt, resectas esse non verisimile esse censeo, quamvis quidam codices classis* 2. *eas praebeant. Facile enim scribae eas exemplo priorum supplere potuerunt. In marginibus quaedam adnotata sunt, quorum quaedam ab ipso Sicardo scripta esse ex eo coniciendum est, quod haec et in codicibus classis secundae adnotata reperiuntur, alia ut adnotationem ad a.* 1026. *de libris Bonizonis a Sicardo adscripta esse apparet*[3].

2) *numero signavi lectionem libri deperditi, ex quo omnes reliqui codices qui exstant profecti sunt, quae ex omnium eorum vel meliorum consensu cognoscitur. Id potissimum commune habent omnes libri huius classis, quod post annalem* 1201, *omissa altera relatione eiusdem anni in libro Monacensi quarta manu scripta, sequantur prologus et partes libri Hugonis de S. Victore inediti* de tribus maximis circumstantiis, *videlicet:* Filii[4] sapiencia thesaurus est — — ut universis gentibus conversionem ad dominum nuncient. Imperat, *ut in apparatu critico infra plenius indicavi, quae in libro* 2^{a} *septem paginas, in* 2^{b} *columnas* 162^{b}—164^{b}. *occupant. Tum sequitur textus libri Monacensis annorum* 1202—1218. *cum carmine de terrae motu anni* 1222, *ante quod subiuncta est continuatio brevissima annorum* 1218. 1220[5], *additis paucis sub a.* 1215. *de obitu Sicardi episcopi et de concilio Lateranensi, sub a.* 1216. *de obitu Innocentii III. papae. Omnes codices classis* 2. *ex eodem libro deperdito profectos esse et quadammodo etiam, quomodo hi inter se cohaereant, apparet ex eo, quod in* 2^{a} *sub a.* 1197. *in margine, in* 2^{b}—^{e} *falso loco in textu adnotatum sit:* Plus dixisset hic auctor, si vixisset et

1) *Sed folii* 13. *columnae primae fere duodecim versus alia manu scripti sunt. — Saec. XIV. hunc librum scriptum esse non recte dixit C. Halm in Catalogo cod. Lat. bibl. regiae Monac. I,* 1, *p.* 57. 2) *Vide scripturam paginae* 56′. *in tabula I. arte photographica redditam.* 3) *Classis* 1. *liber olim Veronae extitisse videtur. Codex enim bibl. Bodleianae Oxoniensis inter Canonicanos Misc. nr.* 288, *cartac., saec. XV. ex., qui varios libellos ad historiam civitatis Veronensis spectantes continet, f.* 68. *haec habet:* Extracta ex aliquibus cronicis antiquis ad memoriam istius civitatis *(Veronensis)* non pretermitenda. *Inc.:* Ut scribit Sicardus episcopus Cremonensis, quod in cronicis antiquis post destructionem Troie, quod multi captaverunt fugam et venerunt in Italiam, ut Eneas et multi alii, post ipsam destructionem, inter quas venit quedam mulier nomine Verona *e loco libri* 1 *infra p.* 79, *l.* 22; *neque tamen plura Sicardi verba ibi leguntur.* 4) *Sic* $2^{a.b.c.e}$, *quod in codice* 2^{d} *recte correctum est in* Fili. 5) *Pro quo anno falso positum est* MCCXXI.

vidisset depositionem Friderici et successus strennuos regis Karoli in regno Sicilie. *Quae cum in margine libri 2 adscripta fuisse appareat, non conicies hunc librum post a.* 1266. *scriptum fuisse. Omnium librorum classis* 2. *praestantissimus est*

2^{a}) *codex Athenaei seu bibliothecae civitatis Davantriensis nr.* 93 *(*1780*), cartaceus, fol., saec. XV, cuius folia numeris non signata sunt*[1]. *Quos continet duo libri, Sicardi Cronica et Iohannis Salisberiensis Policraticus de nugis curialium, eadem manu scripti sunt. In latere interiore tegumenti antici manu saec. XV. scriptum est:* Liber magistri Iohannis Marquardi. Completus Nuremberge anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, *sequitur posteriore manu saec. XV. additum:* quem legavit fratribus domus domini Florentii *(Davantriensis).*

Extracta ex diversis cronicis, *Sicardi Cronica videlicet.*

Policraticus cum tabula.

Indici capitum Policratici in extremo folio minio subscriptum est: Scriptum Nurembergꝭ per me Iacobum Crawſʒ de Herbn familiarem magistri Iohanis Marquardi de Davantria anno Domini MCCCC39.[2] durante concilio Basilieñ octava mensis Iulii. *Sicardi Cronica, quae priorem partem libri occupat, quoad scripturae formam satis bene scripta est, paginis non in columnas divisis, sed librarius quae scripsit minime intellexit, ideo verba male distinxit, sillabam alterius alteri coniungens, multa puerili modo corrupit, ut semper facillime cognosci possit, quid liber ab eo exscriptus habuerit. Partes sententiarum signis omnino non interpunxit, primas litteras sententiarum maiusculas scripsit*[3]. *Librum ab eo descriptum optimum fuisse patet, ut non possim, quin coniciam librum* 2 *ut et librum* 1 *miro casu Nurnbergam allatum fuisse, hunc a Iacobo Crauss descriptum esse. Vehementer enim erraret, qui opinaretur librum* 2^{a} *codicis* 1 *vel eius exemplaris exemplar esse. Qui etiam vestigia codicis archetypi libri* 1 *servavit, quod aliquoties librarius iis locis, quibus in* 1 *versus vacant, spatium vacuum reliquerit. Ad historiam evangelicam et apostolorum in marginibus libri* 2^{a} *permulta adscripta sunt capita Bibliae, in quibus relata legantur, ut* Luce IXb. Io. VIa. Mat. XIIIIe. f. Mar. VIf., *quod et eodem modo in libris infra dicendis* $2^{f.\,g}$ *et saepe in* 2^{b}, *multo rarius quidem in hoc codice, factum est; unde concludendum est iam in libro* 2 *haec adnotata fuisse. — Caeterum* 2^{a} *potissimum servavit quaedam in margine libri* 1 *adnotata, quae et in* $2^{f.\,g}$, *rarius in* 2^{b}, *nusquam fere in reliquis libris ex* 2 *profectis inveniuntur. Propinquiores inter se quam libro* 2^{a} *sunt sequentes codices classis* 2, *quos signavi* 2^{b}. 2^{c}. 2^{d}. 2^{e}, *videlicet*

2^{b}) *codex bibliothecae imperialis Vindobonensis nr.* 3352 *(olim Hist. eccl.* 78*), cartaceus, fol., saec. XV,* 210 *foliorum. In interiore latere tegumenti antici manu saec. XV. scriptum est:*

Speculum humane salvacionis.

Cronica Sighardi.

[*Postea additum:* Item principium cronice Ungarorum 18°. 6].

Istum librum donavit Hrbko pro comunitate Civis maioris civitatis Pragensis. Orate pro eo! *In tegumento postico manu saec. XV. scriptum est:* Liber Martini de Weissemburg[4]. *Libelli quos codex continet diversis manibus scripti sunt, et posterior pars libri postea demum cum priore compacta est, quos libros recensuit W. Wattenbach, 'Archiv' X,*

1) *Cf. 'Catalogus der Handschriften berustende op de Athenaeum-Bibliotheek te Deventer' (Deventer* 1892*) p.* 41 *sq.* 2) 39 *nigro atramento in loco raso, sed manu Iacobi.* 3) *Singulari modo primam litteram paginarum vel plures litteras primi versus paginarum helicibus ornavit. — Capitum litterae initiales minio pingendae quandoque vacant.* 4) *Tschechice dictum Wyschehrad, castrum civitatis Pragensis.*

p. 455 *sq.*[1] *Sicardi Cronica f.* 84—166. *foliis in duas columnas divisis foedissime saec. XV. et cum innumeris compendiis scripta est, ut reor, a viro Tschechico, qui saepissime* g *et* gh *pro* ch, rgius *pro* rius *posuit, ut* marghio, Lothargius, Honorgius, ragel *(pro* Rachel*)*, thetrarga *et* tethrarga *et* decrargha *(pro* tetrarcha*)*, penthargias, Anthiogia, anthiogo *(pro* Antiocho*)*, argelao *(pro* Archelao*)*, tragia *(pro* Trachia = *Thracia)*, agacius *(lege* Acatius*)*, eudogiam *(ubi* Eudochiam *codex* 2 *habebat, vera lectio est* Eudoxiam*) etc.;* v *et* ph *etiam librarius permutavit, ut scriberet* epharistus (Euaristus), cauernaum (Capharnaum), *aliaque insolita et monstruosa. Innumera foedissime corrupit, ut omnino libri a viris Tschechicis saeculo XV. scripti omnes alios quos vidi foeditate superant. Quae omnia non aequo modo per totum librum peccavit, immo aliquot partes multo deterius reliquis scripsit, ut quandoque vel potius saepe aut ebrius aut somnolentus fuisse videatur. Plurima vitiata manus praesertim secunda a me dicta, quae et non modo singula verba, sed etiam sententias longiores omissas recte supplevit e libro parente, eradens atque superscribens atque in margine vera scribens, et aliae manus correxerunt*[2]*. Aliquoties vero corrigendo nova menda addiderunt*[3]*, nonnulla omnino falso mutaverunt, libro parente, ut videtur, non inspecto. Librarius nusquam particulas sententiarum signis interpunxit, rarissime ipsas sententias litteris maiusculis inchoavit. Hic liber cum codice* 2^{c} *id commune habet, quod in utroque omnibus imperatoribus rubricae praefixae sint, quae in marginibus libri* 2^{b} *nigro atramento praescriptae, postea minio insertae sunt, cum in codice* 2^{a} *lemmata nulla inveniantur. In libro parente codicum* $2^{b.c.d.e}$ *aliquot harum inscriptionum suppletae fuisse videntur. Exemplar Cronicae Sicardi inde a tempore Karoli Magni ex hoc codice curante Gentilotto praefecto bibliothecae Vindobonensis transscriptum missum est ad L. A. Muratorium, qui illud anno* 1729. *in Script. rerum Ital. tomo VII, col.* 579—626. *edidit*[4]*, intermixtis et ex parte confusis cum illo partibus libri Estensis, de quo infra dicemus.*

1) *Cf. Tab. codd. mss. in bibl. palat. Vindobon. Lat. II, p.* 265. 2) *Difficillime manus correctorum discernuntur, ut etiam manu II. emendata esse possint, quae in apparatu critico* post correcta *esse dixi. Affero aliquot exempla verborum a librario corruptorum, manu secunda correctorum, cum talia a librario vitiata in apparatu critico omnino fere neglexerim. Manu II. recte emendata sunt* properatur *in* procurator, bodocapi *in* policarpi, agere *in* aere, farigie̅ *in* farine, consuliet *in* consurget, lyseya *in* ysaia, cecus *in* secus, betiae(?) *in* bethphage, pasasen *et alibi* pasaphen *in* parasceuen, psalmon *in* sermo, tastei *in* testes, precuderetur *in* preciperetur, transmeora *in* translacionem, ballitus *in* punitus, lucani *in* byennio, viam *in* vinum, ad habitus *in* agapitus, ciacliam *in* eracliam, in mira *in* innumera, sathoninus *in* saturninus, deochera *in* Theodora, gerolli *in* Ieronimi, elerisi *in* heresi, ut dari *in* putari, ostensium *in* astancium, utilitatem *in* auctoritatem, qui e̅e (esse) *in* quiesce, galeas *compluries in* gallias, antus *in* emptus *et* peranctus *in* peremptus *et* per (antorum *delet.*) anthorum *in* peremptorum, vespamanus in aspina *in* vespesianus *(vera lectio* Vespasianus*)* in palestina. *In hoc spicilegio orthographica manu secunda correcta praetermisi.* 3) *Ut* cesolotopia *manu II. corr. in* zelotipiam (*pro* zelotipia), argealus *in* argelaus (*lege* Archelaus), metrachodem *in* metratidem (*lege* Metridatem), erextionem *in* deleccionem (*lege* electionem), cenapis *in* synabis (*lege* synapis), *ut et librarius e. gr.* mesobothamiam *scripsit.* 4) *Cf. ibid. p.* 525. *Sed pessimis coniecturis, ut adsolet, nonnunquam textum depravavit. Ex quibus unam afferam. Ubi Sicardus scripserat:* imperator V habens filios, Henricum . . ., quem fecerat cesarem, Fredericum Suevorum ducem, Ottonem comitem, Chonradum et Philippum, ducem a t h l e t a m (atheletam *cod. Est.;* ad [*corr.* at] [led *delet.*] letam *cod. Vindob.* 2^{b}) Christo *(scilicet in expeditione sacra)*, sed ceteros (ceteris *cod. Est.*) cum regno et regalibus cesari conmendavit, *Muratorius col.* 607. *scripsit:* Fre-

Sed liber 2^{c} *artius cohaeret cum sequentibus codicibus* $2^{d.e}$ *quam cum praecedente* 2^{b}. *Est*

2^{c}) *codex archivi civitatis* ***Erfordensis*** *signatus I, Nr.* 185 [1], *cartaceus, fol., saec. XV. F.* 1—154. *eiusdem cartae, eadem forma aquatili signata, in duas columnas divisa, eadem manu* [2] *saec. XV. inelegantissime cum innumeris compendiis, cursivis quas dicimus litteris scripta sunt* [3]. *Folii* 1. *scriptura incipit in prima parte Cronicae Sicardi his verbis:* ceptum duas accepit *(scil. Cain)* uxores Ada et Zella. De Ada genuit Yabeb, qui fuit pater habitancium in tentoriis et pastorum, *duobus foliis cum prologo et prima parte Cronicae excisis* [4]. *Cronicae ad annum usque* 1220. *(*1221*) pervenienti et carmini a.* 1222. *addito subscriptum est f.* 66^{d}: Explicit Cronica Sikardi finita sub anno domini M⁰CCC⁰LXXIII⁰ In vigilia sancti Bartholomei apostoli per manus Nymernycht In scola zderasien [5]. *Sed numerum anni perperam scriptum esse pro MCCCCLXXIII. apud me constat. F.* 71^{a}—153^{b}, *quorum plagulae duodenae numeris I—VII. signatae sunt, sequuntur theologica, quae fere omnia inscriptionibus et subscriptionibus carent* [6]. *His finitis librarius f.* 153^{b}. *subscripsit:* Et sic est finis istarum cotacionum. Iam nolo scribere ulterius, quia manus est fessa et paupertate agravata, cetera sileant. *In Cronica Sicardi sententiarum particulae signis non interpunctae, sententiarum primae litterae raro maiusculae sunt. Capitum inscriptiones, quae et in* 2^{b} *leguntur, nigro atramento librarii manu scriptae sunt* [7].

Item sequentes libri $2^{d.e}$ *propinquiores inter se sunt quam libro* 2^{c}.

2^{d}) *Codex Rhedigerianus bibliothecae civitatis* ***Wratislaviensis*** *nr.* 205 *(olim signatus S IV,* 2 *p.* 12 [8]*), cartaceus, fol.,* 251 *foliorum, quorum f.* 1—225. *eadem manu saec. XV. scripta sunt. Continet f.* 1—87'. *Chronicon Veterocellense cum continuatione edita SS. R. G., Monum. Erphesfurt. p.* 704—707 [9], *descriptum ex codice Veterocellensi, nunc bibliothecae universitatis Lipsiensis nr.* 1314 [10], *vel ex eius apographo. F.* 88—131. *Cronica Sicardi desinens ut in* $2^{a.b.c}$ *cum carmine a.* 1222, *sed priore parte cum prologo omissa incipit:* Octavianus Cesar Augustus regnavit apud Romanos *etc. Ineleganter scriptus est hic liber, vilis pretii, cum iam codex parens eius fuerit mendosissimus, sed librarius, vir Germanus doctus, multa in codice parente ut in propinquis codicibus cor-*

dericum S. d., O. c., Conradum, et Philippum Ducem, **Atheleitam** Christo **nuptam**, **se et** ceteros . . . Caesari commendavit, *novam creans Friderici I. filiam Atheleitam monialem.* 1) *In schedula tegumento antico exteriori agglutinata legitur* G VII, *signum bibliothecae cuiusdam.* 2) *Praeter col.* $137^{b.c}$. 3) *Folia* 155—164, *quibus aliud signum aquatile impressum est, alia manu scriptam Bibliam pauperum continent.* 4) *Plagularum primarum duodecim olim foliorum decem tantum supersunt.* 5) *Monasterium prope Pragam civitatem situm. Hic liber igitur in Bohemia haud procul ab eo loco, quo codex* 2^{b} *originem sumpsit, scriptus est. — Sequentia quatuor folia* 67—70. *codicis* 2^{c} *vacant.* 6) *In schedula mutila tegumento antico agglutinata legitur indiculus eorum quae volumine continentur:*

Cronica zyghardi . . . . *(abscissa)*
Concordancie biblie de . . . . .
Canones super IIII^or e[wangelistas].
Quotaciones ewangeliorum per circulum [anni] tam de tempore quam de sanctis.
Biblia pauperum.
Sex libri in hoc volumine.

7) *Capitum litterae initiales minio inserendae vacant.* 8) *'Archiv' VI, p.* 97. *signatus: N.* 14. 15. *B. R. Rep. II. N.* 48 *f.* 9) Considerans historie sacre prolixitatem — — domino Iohanne XXII. electo concertacio longa fuit. *De quo Chronico egi 'N. Archiv' VI, p.* 401 *sqq.; cf. ibid. IX, p.* 395, *n.* 1. 10) *Cf. SS. R. G., Monum. Erphesfurt. p.* 498.

rupta vel male intellecta ut corrigeret studuit, unde evenit, ut aliquoties etiam veram lectionem assequeretur. Nomina propria, reliqua orthographica suo more scripsit[1]. *Sequitur f.* 131—215'. Excidium Troyane urbis composita(!) per iudicem Guidonem de Columna Messanensem. *Desinit:* Ego enim iudex Gwido de Columpnis de Messana Ditem Grecum in omnibus sum secutus, pro eo quod Ditis ipse *etc. Quod opus in triginta quinque libros divisum est. F.* 216—223. Memoriale reverendi patris domini Iacobi de Columpnia Sancte Marie in Via lata dyaconi cardinalis de prerogativa Romani imperii[2]. *F.* 223—225^a. Vaticinacio Sibille ad Romanos[3]. *Hucusque prima manus, quae sequuntur duabus aliis manibus saec. XV. scripta omisi. Nescio, num hic codex in marchia Misnensi an in Silesia scriptus sit*[4]. *Ex Cronica Sicardi huius codicis quasdam particulas E. Komorowski*[5], *ut sibi videbatur, edidit, sed potius miserrime ac foedissime corrupit, cum librum, praesertim eius compendia innumera legere nequiret*[6].

2^e) *Codex bibliothecae universitatis Wratislaviensis IV. Fol.* 101, *cartaceus, fol.,* 288 *foliorum, diversis manibus saec. XV ex. et XVI in. scriptus. Fuit saec. XVI, ut in tegumento antico legitur,* Liber . . . . Gregorii pistoris de lôbin[7], *tum canonicorum regularium S. Augustini Saganensium, e quorum bibliotheca in eam universitatis Wratislaviensis translatus est. Folia* 6—71. *in duas columnas divisa Cronicam Sicardi integram usque ad a.* 1220. *(*1221*), sed omisso carmine anni* 1222, *continent. Cui subscriptum est f.* 71: et sic est finis. Explicit cronica Sicardi Cremonensis episcopi per manus Iohannis. *Foede ac mirum quam mendose scriptus est hic liber, nullius fere pretii, nisi ut collato libro* 2^d *cognoscatur, quid codex parens utriusque, et iterum collato* 2^c,

1) *Posteriore manu in margine argumenta rerum narratarum adnotata sunt, penitus spernenda et a me neglecta.* 2) *Incipit:* Mentes hominum divinis informari virtutibus. *Desinit:* qui est benedictus in secula seculorum Amen. Explicit tractatus de prerogativa Romani imperii. 3) *Est libellus vulgatissimus, qui incipit:* Sibille generaliter omnes femine dicuntur, *desinit:* ad iudicandum venturus est vaticinando versus intonuit dicens et cet. 4) *In tractatu f.* 244—248. *altera manu scripto legitur:* secundum iuramentum per me factum venerabilibus dominis scilicet reverendissimo in Christo patri et domino domino Wenczeslao episcopo Wrat[islaviensi] *(a.* 1382—1417*)*, domino Iohanni Ienkewicz officiali necnon Gleywicz inquisitore heretice pravitatis. *Sed in tractatu de arbitrio iuris canonici f.* 249—251. *tertia manu scripto commemorantur* Iohannes ecclesie Misnensis episcopus, Albertus Knut(?) prepositus Budissensis, Symon custos Budissensis. 5) *In libro supra p.* 23. *citato p.* 57—80. 6) *Ne quis iniustius me iudicasse existimet, ex uberrima messi vel paucissima afferam:*

Codex Wrat.	*Komorowski.*
Marcus.	*p.* 62. mater eius.
Leonides pater (p̄r).	*p.* 65. Leonidas prius.
Et contra (cont̃) filius.	et totitem(!) filius.
Seipsum (Seīpm) ad litteram (lrām) castravit.	Sapum Adbraham castravit.
episcopos causa utilitatis (epōs cā utilitatƷ).	*p.* 66. episcopis eam utilitatem.
(Estant *corr.*) Exstant igitur epistole (eple).	*p.* 69. Constituit igitur episcopale.
et dicuntur (dn̄r) Veneti quasi enuetici.	*p.* 73. et rursus Veneti, qui Cuneti.
restauravit cimiteria.	*p.* 74. restauravit Anuteriam.
Ad que verba (q̄ v̄a).	*p.* 75. ad quandam.

7) *Lueben oppidi, ut reor, in Silesia inferiore, orientem et meridiem versus a Sagan siti.*

quid liber, ex quo hic codex et parens illorum profecti sunt, habuerit. Reliqua theologica quae liber 2[c] *continet praetermitto, cum hi libelli in aliis codicibus Cronicae Sicardi non inveniantur*[1].

Fragmentum maius Cronicae Sicardi in duobus codicibus continetur, in utroque descriptum ex antiquiore libro, in quo haec particula Sicardi transscripta erat ex codice optimo classis 2. *Incipit a nativitate Christi verbis:* Fuerunt ab Adam usque ad Christum VMCXCIX anni *(p.* 84, *l.* 4*). Desinit extremis verbis capituli de Tiberio Caesare:* primi habitatores[2] dicebantur Allobroges. *Continet igitur praesertim historiam evangelicam amplissime a Sicardo tractatam et actus apostolorum. Liber parens utriusque codicis proximus libro* 2[a] *ubique fere lectionem libri* 2, *adnotationes marginales, quarum nonnullae et in codice* 1 *leguntur, et numeros capitum innumeros evangeliorum historiae evangelicae adscriptos ut liber* 2[a] *habebat*[3], *qui rarissime ab huius libri capitibus adscriptis differunt. Patet igitur hunc librum ex ipso codice* 2 *vel eius apographo bono descriptum fuisse. Exemplaria eius duo sunt:*

2[f]) *codex bibliothecae universitatis Wratislaviensis I. Fol.* 68, *cartac., fol., una manu saec. XV.*[4] *scriptus. Qui opera theologica continens ab Iohanne Mulberk monasterio cuidam donatus*[5], *postea fuit canonicorum regularium S. Augustini Saganensium*[6], *tunc signatus U IV* 35. *Fragmentum Sicardi satis accurate scriptum extrema folia in duas columnas divisa* 186[d]—192[b]. *occupat, cui praescriptum est:* Cronica Sycardi episcopi

1) *Huius libri primus mentionem fecit Stenzel in 'Archiv' IV, p.* 93 *sqq.* 2) hab. primi esse diceb. 2[g]. 3) *Cf. supra p.* 66. 4) *'Archiv' IV, p.* 94 *sqq. hic codex, de quo ibi primo relatum est, anno* 1373. *scriptus esse dicitur, quia f.* 149[c]. *legitur:* Explicit glosa super ewangelium Iohannis edita per fratrem Raynaldum de Piprio ordinis Predicatorum, scribendo conpleta sub anno Domini 1373. in die sancte Gerdrudis virginis. *Sed haec ex antiquiore libro transscripta esse mihi persuasum habeo.* 5) *In prima columna folii praefixi, non numerati, manu saec. XV. scriptum est:* Hannos Mwlberk vester in omnibus dirigit subscripta:


Raynaldum de Piprio super Iohannem.
Inventorium de modo ordinate et sancte vivendi.
Soliloquium sancti Augustini.
Oraclo *(lege* Oratio*)* Augustini sancti.
De honestate mulierum Augustinus.
Tractatus de occultatione viciorum sub specie virtutum.
Sermo de piscibus.
Meditaciones sancti Augustini.
Speculum ecclesie de missa.
De VII[tem] mirabilibus que sunt in eucharistia.
Exposicio Pater noster.
Symbolum novi et veteris testamenti.
Cronica Sycardi episcopi novi testamenti.

Quibus indicata sunt, quae liber contineat. In scedula tegumento antico agglutinata legitur: Glosa super Iohannem fratris Raynaldi de Piprio ordinis Predicatorum. *In secunda columna folii praefixi alia manu saec. XV. scriptum est:* Domine abbas, intimate fratribus vestris, ut orent pro domino Iohanne de Mwlberk, oratore vestro, et pro socio suo domino Iohanne, cuius iste liber fuit, et petit pro fraternitate vestra, ut dignemini suscipere eum in fraternitatem vestram propter Deum. Valete in Christo Ihesu. 6) *Primo folio in summo margine inscriptum est:* Catalogus inscriptus Canonicorum Regul. Sagan. ad D. V. 1653.

novi testamenti. *Sed in imo margine minio praescribendum adnotatum erat:* Incipit VI. pars Cronice Sycardi . . . .[1] *Subscriptum est:* Et sic est finis partis Cronice Sycardi (Sychardi 2^g), que incipit a nativitate Domini et durat (duravit 2^g) usque ad Gayum imperatorem primum post passionem, resurrectionem et ascensionem Domini. Explicit etc.

2^g) *Codex bibliothecae universitatis* W r a t i s l a v i e n s i s *signatus I. Qu.* 300, *cartac.,* 4⁰, *diversis manibus saec XV. scriptus, continet sermones epistolares de tempore aliaque theologica. In summo margine folii* 1. *manu saec. XV ex. vel XVI. scriptum est:* Hic est liber monasterii beate Marie Wrat[islaviensis] in Arena[2]. *F.* 144—155. *fragmentum Cronicae Sicardi ut in* 2^f *legitur minus accurate quam in* 2^f *una manu saec. XV. scriptum, cui praescriptum est:* Coronica Sychardi[3]. *Subscriptio eadem est, quae in* 2^f *legitur, additis verbis post* Domini: nostri Ihesu Christi. Cui honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Librarius nonnusquam pauca verba ex libris evangeliorum addidit vel mutavit, quae omnia fere neglexi.*

Hoc schemate oculis subicio, quomodo codices octo qui supersunt[4], *quos omnes Berolini exscripsi, ex archetypo eorum communi, qui Cronicam usque ad a.* 1218. *continuatam et carmine anni* 1222. *auctam continebat (x), profecti sint.*



Exstant etiam in duobus codicibus alia brevia excerpta ex codice deteriore Cronicae Sicardi secundae classis, penitus spernenda atque vix digna quae commemorentur.

1) *Quae sequuntur legi nequeunt.* 2) *Tegumento antico agglutinata erat schedula typis impressa, quibus liber canonicorum regularium S. Augustini Wratislaviensium fuisse dicitur, nunc abscissa, procul dubio quia hoc falso dictum erat.* 3) *Perperam a librario ad inscriptionem tracta sunt verba initii fragmenti:* ab Adam usque ad Christum, *post* Fuerunt *(pro quo in hoc libro* Querunt *scriptum est, picto* Q *pro* F *a miniatore) collocanda.* 4) *'Archiv' VII, p.* 34. *G. H. Pertz inter codices bibliothecae Burgundicae Bruxellensis scripsit exstare* 5150. Chronica Sichardi. *Sed iam a.* 1885. *Ian.* 26. *V. Cl. Aemilius Ouverleaux scripsit mihi in illa bibliotheca hunc librum minime inveniri. Anno* 1826, *cum Pertz illam bibliothecam visitaret, codices Bruxellenses nondum numeris signatos fuisse, quod demum circa a.* 1839. *factum esset. Nuper Rev. P. Iosephus van den Gheyn confirmavit mihi quaerenti bibliothecam Bruxellensem Cronicam Sicardi non possidere, in codice nr.* 1485—1500. *f.* 193—244. *contineri Sychardi Summam decretalium (de qua vide supra p.* 23 *sq). Procul dubio Pertz in catalogo quodam notitiam quandam de hoc libro inveniens eum Cronicam Sicardi esse perperam opinatus est. Liber Parisinus Suppl. Lat. nr.* 798. *'Archiv' VIII, p.* 309. *dictus* Sichardus Cremonensis saec. XVII. *continet Sicardi Mitrale, de quo vide supra p.* 24.

2h) *Codex bibl. universitatis* W r a t i s l a v i e n s i s *I. Fol.* 213, *cartac., fol., saec. XV, olim monasterii Grunenbergensis, quem magister Storm a.* 1479. *vendidit, tum canonicorum regularium S. Augustini Saganensium, continet praeter theologica f.* 251—263. *excerpta ex Cronica Sicardi de rebus circa annos nativitatis Christi et ante eius nativitatem gestis. Incipiunt:* Sigardus in cronica sua dicit anno Augusti sive Octaviani X. defecit pontificatus Iudeorum. *Vidi ac sprevi.*

2i) *Codex bibl. universitatis* P r a g e n s i s *VIII. B* 11, *cartac., fol., saec. XV. a viro quodam Tschechico in Bohemia scriptus, f.* 8'—20'. *eadem excerpta praebet incredibili modo corrupta, quorum initium attuli SS. R. G., Monum. Erphesfurt. p.* 502 *sq., n.* 6.

Quamvis omnes codices Cronicae Sicardi qui supersunt citra Alpes aut per multa saecula serventur aut scripti sint, tamen unum tantum locum in chronicis citra Alpes compositis ex ea exscriptum hucusque reperi[1]. *In Italia vero, ubi nunc, quod sciam, nullus codex huius Cronicae invenitur, complures auctores eam exscripserunt, inter quos alicuius momenti est ad textum Sicardi restituendum*

U) Cronica Alberti de Bezanis abbatis S. Laurentii Cremonensis codicis Vaticani U r b i n a t i s *nr.* 394, *auctoris manu post medium saec. XIV. scripti, de qua retuli 'N. Archiv' XVII, p.* 493 *sqq. XXV, p.* 512 *sqq. Multa in ea ex Cronica Sicardi exscripta sunt, quorum partem posteriorem contuli. Nonnunquam eius lectionem plerumque cum codice nostro* 1 *concordantem adnotavi. In Annales Cremonenses pauca verba e Cronica Sicardi transsumpta esse iam supra p.* 2. *monui*[2].

Iohannes de Deo magister Bononiensis in Cronica brevissima infra edita eam prae aliis auctoribus adhibuit et in prologo[3] *laudavit Cronicam Romanam compositam ab episcopo Cremonensi. Iacobus de Varagine Ianuensis in Legenda Aurea semel*[4] *eam citavit aliisque paucis locis exscripsit. Andreas Dandulus etiam hunc librum habuit, quem quatuor locis citavit*[5], *et si fortasse aliis locis eum adhibuit, certo paucissima ex eo mutuatus est, nihil ad verbum exscripsit. Galvaneus Flamma Mediolanensis et in Manipulo florum et in Chronico maiore Sicardum saepissime citavit et in indiculo fontium utriusque operis commemoravit, sed in Manipulo florum*[6] *eius librum* apud Papiam, *in Chronico maiore*[7] *in ecclesia S. Nazarii Mediolanensi servari dixit, fortasse utrumque mentitus, nolens eum inveniri, ne ipse in mendaciis impudentissimis convinceretur. Certo quidem Sicardi Cronicam in utroque opere adhibuit et saepius exscripsit quam citavit, sed nonnunquam Sicardum dixisse mentitus est, quod hic minime scripsit, ut iam supra p.* 57, *n.* 4. *exposui*[8]. *Certissime constat Albertum de Bezanis abbatem et Galvaneum eam Sicardi Cronicam exscripsisse, quam habemus, neque aliud de*

1) *SS. R. G., Monum. Erphesfurt. p.* 534, *n.* 1. 2) *Sed saeculo XVI. Blasius Rubeus canonicus Cremonensis Cronicam Sicardi iam non vidisse videtur. Scripsit enim, Ughelli-Coleti, Italia sacra IV, p.* 606: *(Sicardus)* Scripsit Chronicorum libros, quos non habemus *(scil. canonici maioris ecclesiae). Item A. Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 32. *conqueritur, quod Cronica Sicardi perierit vel lateat.* 3) *Iam edito 'N. Archiv' IV, p.* 329. 4) *C.* 117 *(*112*), ed. Grässe p.* 489. 5) *Muratori, SS. R. Ital. XII, col.* 53 *E.* 110 *C.* 135 *C.* 170 *D. Cf. H. Simonsfeld, 'Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke' (München* 1876*) p.* 132. *Sed loci, quos hic in editione Muratoriana non invenit, in integra Cronica exstant.* 6) *C.* 1, *Muratori, SS. R. Ital. XI, col.* 539: Sycardus episcopus Cremonensis apud Papiam. 7) *'Miscellanea di storia Italiana' VII, p.* 509: In Sancto Nazario: Cronica Ptholomei episcopi. Beda ymaginis. Cronica Sicardi. *Ptolomei librum in Manip. florum dixit* apud episcopum de Torsello *aliosque libros alibi servari in utroque indiculo scripsit.* 8) *Manip. florum c.* 205, *l. l. col.* 651. *praemissis verbis* Unde Sycardus clamat, *exscripsit quae in Cronica Sicardi leguntur, sed adulteravit bis inserta voce* Mediolanenses, *ad hos referens quae Sicardus de Friderico I. imperatore dixerat.*

reliquis scriptoribus Italicis, quos dixi, censendum est, quamvis paucis locis ab his transsumptis hoc certo certius probari nequeat[1].

Iam videamus, quid collatis librorum Cronicae duabus classibus discamus. Cum in codice 1 *de anno* 1201. *bis relatum sit, altera relatione alia manu addita, sequentia a.* 1202—1218. *hac eadem manu scripta sint, cum in codicibus classis* 2. *post annum* 1201. *capita libri Hugonis de S. Victore inserta sint, tum demum relatio de a.* 1202 —1220. *sequatur, patet Cronicam Sicardi, cum primo ex archetypo in codicem parentem classis* 2. *et in codicem* 1 *transscriberetur, iam anno* 1201. *desiisse. Ex eo enim, quod de codice* 1 *diximus, qui iam ineunte saec. XIII. scriptus est, apparet etiam codicem* 1 *Cremonae ex ipso archetypo descriptum esse. Neque enim alio modo fieri potuit, ut alia manu altera relatio anni* 1201. *et sequentia adderentur. Ubi de regno Heinrici VI. imperatoris refertur in libro* 1 *post verba* post patrem regnavit annis *numerus annorum deest, in codicibus classis* 2. *sequitur* VII, *in libris infra dicendis S. C* VIII. *Hinc colligendum est in codice archetypo numerum defuisse, in diversis libris postea diversum numerum suppletum esse, ideoque Sicardum ante obitum Heinrici VI. (a.* 1197. *Sept.* 28*) haec scripsisse. Sub a.* 1198. *Sicardus, ut omnes libri habent, scripsit:* Innocentius papa . . . quendam Marchoardum, qui se quoque pupilli *(Friderici II)* iura tueri, nescio quo spiritu, fatebatur, utroque gladio dimicans eum viribus debilitavit. *(Quod demum a.* 1200. *Iul.* 21. *pugna apud Montem-regalem commissa factum est).* Sed tamen adhuc Apulia, Calabria et Sicilia vario voto vacillant. In Alamania quoque varietas est votorum, sed concertantium[2] nec equa iusticia nec equa potestas. *Haec non modo ante mensem Iulium anni* 1208, *quo Philippum interfectum esse in Italia denunciatum est, sed etiam ante mensem Septembrem anni* 1202, *quo Marquardus de Anweiler defunctus est, scripta esse mihi persuasum habeo. Censeo enim Marquardum tum, cum Sicardus haec* (viribus debilitavit) *scriberet, aliquas vires adhuc retinuisse. Confirmatur igitur quod supra diximus Cronicam a.* 1201. *desiisse.*

Porro narrata nativitate Christi omnes libri habent: Hic de infantia salvatoris partim secundum famam, partim secundum scripta, licet minus autentica, tamen quia mulcent aures et devocionis accumulant incrementum, aliqua in hoc opere subscribamus. *Voluit Sicardus procul dubio quaedam ex evangelio apocrypho Pseudo-Matthaei vel libro de ortu b. Mariae et infantia salvatoris*[3] *hoc loco exscribere, sed nihil sequitur de infantia Christi, immo in omnibus libris post haec legitur:* Nunc ad prosequendum de Herode hystoriam redeamus, *de quo ante illa dictum erat. Sequitur narratio necis puerorum Bethlehemitarum. Atque post relatam famosissimam genealogiam marchionum Montis-ferrati in omnibus libris legitur:* Nunc de Chonrado *(marchione Montis-ferrati)* ystoriam prosequamur. *Voluit Sicardus narrare, quae egregia Conradus in defendenda Terra Sancta, potissimum in obsidione civitatis Acconensis peregerit. Nihil de his rebus sequitur, sed in omnibus libris de regno Heinrici VI. imperatoris refertur. Tum deprehendi aliquoties eadem verba corrupta esse, easdem hiscere verbis*

1) *Omitto posteros auctores, qui Cronicae Sicardi mentionem fecerunt, Corium Mediolanensem et Chronicon Atestinum, laudatos a Muratorio, SS. R. Ital. VII, p.* 524, *fratrem Leonardum et Iacobum Philippum Bergamensem, quos citavit Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 31 *sq. Quorum libros si perlegeris, invenies procul dubio non omnes hos Sicardi Cronicam legisse, sed locos eius a Galvaneo Flamma laudatos attulisse.* 2) *Philippi et Ottonis electorum regum. Non dubito, quin Sicardus cum civibus Cremonensibus consentiens censuerit Philippi non modo esse maiorem potestatem, sed et meliorem iustitiam. Sed vide, quam caute de his rebus scripserit, sciens Innocentium papam Ottoni favere.* 3) *Tischendorf, Evangelia apocrypha ed. altera p.* 51 *sqq.*

omissis lacunas in codicibus utriusque classis. Hinc apparet Cronicam usque ad a. 1201. *pervenientem, cum primo describeretur, non consummatam*[1] *neque a Sicardo editam fuisse, ideoque optimo iure conicio Sicardo in oriente a.* 1202—1205. *absente eoque nescio archetypum Cronicae Cremonae relictum aut bis in* 1 *et codice parente classis* 2. *descriptum esse aut semel, ex hoc exemplari tum librum* 1 *et codicem parentem classis* 2. *transscriptum esse, in utroque libro post mortem Sicardi extremam partem Cronicae iam usque ad a.* 1218. *continuatam et carmine anni* 1222. *auctam suppletam esse. Patet etiam hanc extremam partem ex eodem libro in* 1 *et* 2 *transscriptam esse, cum eadem corrupta, eadem omissa sint in utroque libro. Scrupulos quidem difficillimos evitares, si censere posses hanc partem in* 2 *ex* 1 *suppletam esse, nec tamen admitti potest, cum etiam in hac parte liber* 1 *quaedam menda habet, ubi* 2 *veram lectionem praebet.*

Breviter hoc loco agam de gravissima quaestione saepe tractata, de qua infra et in praefatione libri duplicis Alberti Milioli et in prolegomenis Cronicae fratris Salimbene de Adam et in commentatione mea plura dicturus sim. L. A. Muratori legens codicem bibliothecae Estensis Mutinensis M 1,7, *librum duplicem Alberti Milioli ipsius manu scriptum continentem, in altera eius parte, quae inscribitur* liber cronice imperatorum *vel* Cronica imperatorum, *recte perspexit permulta e Sicardi Cronica exscripta legi, bene etiam intellexit hunc librum minime ipsius Sicardi esse:* Estensis codicis scriptor, *ait*[2], quippe qui, ut coniicio, non amanuensis, sed auctoris gloriam consectaretur, in usum suum, praeter paucas aliorum historias, illud ipsum Sicardi Chronicon magnam partem in suam invexit historiam, *atque antea:* Codicis Estensis Chronicon eodem seculo, quo Sicardus e vivis excessit, interpolatum est ab anonymo quodam, quem patria Regiensem puto; aliqua enim intermiscuit, fabulosa plane, atque exsibilanda; ac praeterea quaedam ad reges Longobardos, et alia postremo loco ad civitatem Regiensem spectantia, ac potissimum nomina consulum ac potestatum illius urbis adiecit. *Optime etiam Muratori perspexit in codice Estensi multa legi a Sicardo scripta, quae in apographo Cronicae eius ex codice Vindobonensi transscripto non inveniebat. Ratus igitur duo chronica Sicardum conscripsisse*[3], *resectis iis quae ab auctore Regiensi sibi addita esse videbantur, usque ad Karolum Magnum solas libri Estensis partes, ab illius aetate has cum textu codicis Vindobonensis confusas edidit SS. R. Ital. VII, col.* 529—626[4]. *Quod haud imprudenter factum laudavisses, si editor, quid uterque liber praebeat, accuratius discrevisset. Qui etiam a Sicardo scripta esse opinatus est, quae Iohannes Codagnellus in chronicorum collectione et Iacobus a Varagine in Legenda Aurea scripserunt, ab alio viro addita esse quaedam, quae ipse Sicardus scripserat, quaedam etiam ex priore parte libri Estensis, quae inscribitur Liber de temporibus, in alteram partem transposuit, itaque Sicardo tribuit quae Albertus Milioli ex Pauli Historia Langobardorum et Gotifredi Viterbiensis Pantheon exscripserat.*

G. Waitz b. m., cum librum Estensem examinaret, alteram partem eius minime Sicardi librum continere, quod nec Muratorium latuerat nec quemquam librum legentem latere potuit, animadvertit[5]. *Tum vero V. Cl. Alfredus Dove in libello ingeniosissime conscripto 'Die Doppelchronik von Reggio und die Quellen Salimbene's' p.* 18—23. 85—97. *(Leipzig* 1873*) docuit ac demonstravit hanc Cronicam imperatorum ab eodem viro compositam atque eiusdem manu scriptam esse, qui priorem partem eiusdem codicis,*

1) *Quod et spatiis in* 1. 2[a] *vacuis relictis indicatur.* 2) *SS. R. Ital. VII, p.* 525. 3) *Quorum alterum Mitrale inscriptum fuisse lecto loco Galvanei Flammae male coniecit. De Mitrali vide supra p.* 24. 4) *Haec editio recusa est in Patrologiae Lat. cursus compl. t. CCXIII, col.* 457—540. 5) *'Nachrichten von der Königl. Ges. d. Wiss. zu Göttingen'* 1871. *p.* 519—528, *ubi primus quae liber Estensis contineret exposuit.*

Librum videlicet de temporibus, composuit ac sua manu scripsit. Quem auctorem A. Dove quidem fratrem ordinis Minorum in conventu Regino fuisse non recte coniecit, constat potius Albertum Milioli notarium Reginum utramque partem libri composuisse ac sua manu scripsisse. Sed optime idem V. Cl. ostendit atque evicit l. l. p. 97—109. *maximam partem Cronicae imperatorum non ex ipsa Cronica Sicardi, sed ex Cronica fratris Salimbene de Adam, qui magnas partes Cronicae Sicardi in suam transsumpserit, exscriptam esse. Periit quidem prior pars Cronicae fratris Salimbene* 207 *foliorum usque ad annum* 1167, *sed ex parte a.* 1167—1212, *quam integram L. Clédat, De fratre Salimbene et eius Chronicae auctoritate (Parisiis* 1878*) p.* 67—116. *edidit, illud, quod contendit V. Cl. A. Dove, certo certius apparet. Demonstravit etiam idem V. Cl. optime ac sagacissime auctorem libri Regini duplicis prius ex Cronicae fratris Salimbene parte deperdita ad Librum de temporibus in marginibus foliorum multa adscripsisse, quorum permulta Salimbene e Cronica Sicardi transsumpsisset, tum demum, cum intellexisset plura inesse in libro fratris Salimbene memoratu digna, quibus transscribendis margines Libri de temporibus non sufficerent, Cronicam imperatorum subiunxisse, qua illa comprehenderet. A. Dove quidem, qui nec fratris Salimbene nec Sicardi Cronicarum integrum textum habebat, perspicere non potuit, quod nonnullis locis collatis certissime constat, Albertum Milioli praeter fratris Salimbene librum etiam Sicardi Cronicam exscripsisse, quod tamen fieri potuisse ipse p.* 106. *iam admisit, opinatus fieri potuisse, quod certo factum est, ut Salimbene praeter suum librum codicem etiam Sicardi a se exscriptum viro illi Regino commodasset.*

Qualis igitur fuit codex Sicardinus fratris Salimbene? Iure diceres eum simillimum codicibus nostris classium 1 *et* 2, *ex eorum archetypo descriptum fuisse, qui modo cum libro* 1, *modo cum classi* 2. *conveniat. Praebet enim Salimbene f.* 216^{c}. *et ex eius libro Albertus Milioli ad Libri de temporibus c.* 199. *in margine adscriptam relationem de anno* 1201, *quam solus codex* 1 *habet*[1]. *Uterque auctor habet quaedam verba a.* 1215. 1216. 1220. *continuationis brevis codicum Sicardinorum classis* 2, *quae in libro* 1 *non leguntur, atque bene notandum est horum alia in Cronica fratris Salimbene, alia ad Librum de temporibus post ab Alberto Milioli adiecta legi. Salimbene f.* 221^{c}. *etiam carmen de terrae motu anni* 1222. *ex Continuatione Cronicae Sicardi exscripsit. Constat Albertum Milioli in iis partibus, quae in Cronica fratris Salimbene perierunt, modo veram lectionem cum libro Sicardino* 1, *modo cum classe* 2 *communem habere, falsam etiam lectionem modo libri* 1, *modo libri* 2 *praebere. Constat etiam eum veram vel quae admitti possit lectionem habere, ubi* 1 *et* 2 *corruptam praebent. At cum haec a Salimbene, non a rudi Alberto Milioli, e Cronica Sicardi exscripta sint, illum menda codicis Sicardini e coniectura sustulisse iure conicere potes. Patet etiam aliquoties, ubi liber* 1 *et Albertus Milioli eandem habent lectionem corruptam, eum qui codicem parentem classis* 2. *Sicardinae scripsit, virum eruditum, studuisse, ut mendum corrigeret, quod alibi bene, alibi minus feliciter ei cessit.*

Sed Salimbene aliquoties habet verba aptissima, procul dubio a Sicardo scripta, ubi in omnibus codicibus nostris Cronicae eius hiscente oratione haec verba omissa esse patet. Porro Salimbene f. $217^{b\cdot d}$. *a.* 1203. 1204. *duos habet locos, quos a Sicardo conscriptos esse supra p.* 40. 43. *praesumpsi, cum nemo nisi Sicardus eos scribere potuisset, quibus dicit sese in Syria et in Armenia et Constantinopoli Petro cardinali legato astitisse. Nec tamen hi loci in codicibus nostris Cronicae Sicardi inveniuntur. Tum Salimbene ab a.* 1167, *quo eius Cronica nunc incipit, et Albertus Milioli in Cronica imperatorum et in Libro de temporibus iam fere ab a.* 1083. *multa habent de imperatoribus*

1) *Vide supra p.* 65.

Constantinopolitanis, de Terra Sancta atque expeditionibus sacris cruce signatorum, quorum multa vel quae omnia a Sicardo conscripta iure censeri potest, cum indoles Sicardina in iis deprehendatur, et cum haec apud utrumque auctorem cum relationibus Sicardinis codicum nostrorum ita connexa atque devincta sint, ut ab iis seiungi nequeant. A. Dove quidem l. l. p. 109—140. *haec omnia cum locis supra dictis a.* 1203. 1204. *addita esse censuit a fratre Salimbene, qui libellum de expeditione sacra ab auctore quodam marchionatus Montisferrati Petrum cardinalem in oriente a.* 1203. 1204. *comitato compositum exscripsisset. Sed optimo iure huic opinioni se opposuit P. Scheffer-Boichorst*[1] *ostendens ipsum Sicardum Petro cardinali legato in Syria et Armenia astitisse, ut supra p.* 39 *sqq. copiosius expositum est, ideoque illos locos a.* 1203. 1204. *a Sicardo conscriptos esse*[2]. *Elucet igitur Sicardum ab oriente reversum post a.* 1205. *sive alterum libellum de Terra Sancta et de rebus orientalibus composuisse*[3], *in quo et multa in Cronica iam antea scripta et usque a.* 1201. *perducta repetiverit, sive ab a.* 1098. *circiter alteram longiorem Cronicae recensionem conscripsisse, in qua multa de illis rebus addiderit, quod equidem multo verisimillimum, potius fere constare censeo. Sed etiam fieri potuit, ut libellum vel commentariolum de rebus orientalibus a Sicardo conscriptum clericus quidam Cremonensis — nescio an amanuensis eius — post obitum episcopi cum Cronica nondum edita in unum librum coniunxisset. Si haec tria ponis, statuendum est fratrem Salimbene aut librum a clerico Cremonensi confectum aut utramque recensionem Cronicae aut Cronicam quae exstat et libellum de rebus orientalibus exscripsisse. Sed dimittamus hanc quaestionem alibi accuratius discutiendam. Edimus Sicardi Cronicam quae exstat, sed libros Alberti Milioli et fratris Salimbene adhibuimus ad illius textum restituendum*[4], *quos cum infra edituri simus, hoc loco neglegimus reliqua Sicardina, quae in iis inveniuntur. Signavi*

A) Alberti Milioli additamenta ad Librum de temporibus codicis *M u t i n e n s i s M* 1,7, *in quibus partim eadem Sicardina, quae in Cronica imperatorum recurrunt, partim alia leguntur.*

C) eiusdem Cronicam imperatorum eiusdem codicis.

S) fratris Salimbene de Adam Cronicam codicis *V a t i c a n i nr.* 7260.

Quem ad annum usque Sicardus Cronicam perduxerit, Salimbene nos docet. Hic enim relationem de bello Hispanico anni 1212, *de quo in nostra Cronica alia relata sunt, his verbis finit:* agens gratias salvatori. Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. *Qua clausula scriptoribus medii aevi consueta Sicardum libri finem fecisse apparet. Quod ut confirmetur, Salimbene subdit:* Hic verba Sichardi episcopi deseruerunt[5], *linea rubra post haec verba ducta, quamvis etiam ex Continuatione Cronicae ad a.* 1213. *plura et, ut supra dixi, ad a.* 1215. 1216. *ex continuatione codicum nostrorum classis* 2. *pauca exscripserit. Patet igitur eum in suo codice post a.* 1212.

1) *'Jenaer Litteraturzeitung'* 1874. *p.* 455. 2) *Cui Th. Ilgen, 'Markgraf Conrad von Montferrat' (Marburg* 1880*) p.* 12 *sqq., assensus est, qui ibidem retulit quae Th. Wüstenfeld epistola de hac re data cum ipso communicaverat. Is etiam opinionem Alfredi Dove recte reiecit et quaedam bene observavit. Sed quae de modo et tempore Cronicae a Sicardo conscriptae coniecit nulla ratione nituntur. Inania E. Komorowski l. l. p.* 11—23. *de hac quaestione protulit. E. Michael, 'Salimbene und seine Chronik' (Innsbruck* 1889*) p.* 124—135. *propriam sententiam non dixit.* 3) *Hanc opinionem me proponente secutus est E. Michael l. l. p.* 130—135. 4) *Etiam verba, quae in codicibus nostris omissa esse, in illis recte scripta esse censuimus, recepimus, undeunde haec profecta sunt.* 5) *Non* defecerunt, *ut Clédat p.* 116. *scripsit. In codice clare legisse mihi videor* deseru::t *duabus hastulis detersis (non* desinunt*), credo scriptum fuisse potius* deseruert *(i. e.* deseruerunt*) quam* deserunt.

subscriptionem legisse Explicit Cronica Sichardi episcopi Cremonensis *vel similem. Iam ante extremam relationem Sicardus iter prosperum Friderici II. regis iuvenis narrans curiae Ratisbonae ab eo a.* 1213. *Febr. celebratae mentionem fecit. Conicio eum a.* 1213. *exeunte et a.* 1214. *vel etiam a.* 1215. *ineunte valetudine affectum, a negotiis remotum*[1], *quorum permulta praecedente tempore administraverat, historiae conscribendae atque Cronicae ad finem perducendae incubuisse, cum iam antea fortasse adnotasset quae in codicibus nostris de rebus a.* 1202—1213. *Febr. gestis leguntur. Non tango hoc loco quaestionem difficillimam, quo modo evenerit, ut et in hac parte a.* 1202—1212. *et in relatione anni* 1213. *ab alio clerico Cremonensi addita in Cronica fratris Salimbene plura legantur, quae Sicardus et continuator scripsisse videntur vel potius procul dubio scripserunt. Hanc partem etiam edidi, qualem nostri codices praebent, neglectis hoc loco reliquis a Salimbene traditis.*

Ut Cronicam usque ad a. 1201. *Sicardo nescio in exemplaria transscripta esse vidimus, ita neque Cronicam usque ad a.* 1213 *in. perductam ab ipso Sicardo editam esse arbitror. Quod si factum esset, a pluribus scriptoribus, non solum a fratre Salimbene, ut reor, exscripta esset. Porro eadem menda et hiatus inveniuntur in libris* 1 *et* 2 *et in AC, quorum quaedam menda aut a librario codicis* 2 *aut a Salimbene, e cuius Cronica in AC plerique loci Sicardini transsumpti sunt, aut bene aut perperam correcta, hiatus expletos esse iam supra p.* 75. *diximus. Eadem menda eosdemque hiatus in codice archetypo fuisse satis certo concludendum est. Non dico Sicardi librum autographum, cum a librario Sicardi, non ab ipso episcopo hunc librum scriptum fuisse credam. Ubi igitur* 1 *et* 2 *et AC conveniunt, illius libri lectionem nos habere existimandum est. Plerumque, non semper, veram lectionem adeptos nos esse credemus, ubi* 1 *cum A vel C vel AC convenit, minus certo de vera lectione constabit, ubi* 2 *cum A vel C vel cum AC contra* 1 *congruit. At ubi AC deficiunt, utrum* 1 *an* 2 *veram lectionem praebeat, ex ipsa, auctoribus Sicardi potissimum collatis, iudicandum est. In re dubia libri* 1 *antiquissimi et omnino aliquanto codice* 2 *melioris lectionem recepi. Huius etiam orthographiam omnino secutus sum, quam si quandoque reieci, libri* 1 *lectionem adnotavi, sed codicum classis* 2. *orthographica praeter nomina propria fere penitus neglexi. Huius etiam menda omnia vel levissima et ea quae ab ipsis librariis vel post correcta sunt et lituras atque transpositiones verborum in apparatu critico adscripsi. Longe aliter de lectione librorum classis* 2. *retuli. Insaniret enim qui omnem variam lectionem eorum, menda foedissima innumera adnotare vellet, apparatum decies textu ampliorem confecturus. Plerumque igitur, ubi lectio libri deperditi* 2 *certo cognosci potuit, hanc solam adnotavi, singulorum codicum menda, ea etiam librorum* $2^{a.f.g}$ *ubique fere neglexi. Haud raro vero lectionem mendosam turmarum* $2^{b.c.d.e}$ *vel* $2^{c.d.e}$ *vel etiam rarius* $2^{d.e}$ *adscripsi, atque nonnulla etiam, quae singuli codices, praesertim* $2^{a.b.f.g}$, *praebebant, adnotanda duxi, si alicuius momenti esse videbantur. Lectionem, quae ab Alberto Milioli vel a Salimbene in AC depravata visa est, praetermisi. Rarissime eam aliorum auctorum, qui Sicardi Cronicam exscripserunt, admisi. Difficillimum fuit iudicium saepissime de varia lectione librorum* 1 *et* 2 *in textu historiae evangelicae constituendo. In hac enim, quam omnes fere librarii memoria tenebant, facillime evenit, ut verba adderentur vel mutarentur*[2]. *Quod a librario codicis* 2 *potissimum factum esse eo probabilius videtur, quod ab eo numeros capitum evangeliorum in marginibus foliorum adscriptos esse supra coniecerimus. Quos quidem non a Sicardo adscriptos, non potius in libro* 1 *omissos esse haud facile demonstrari posset. Attamen eos omisi. Cum igitur etiam quandoque in historia evangelica verba, quae in* 1 *desunt, ex libro* 2 *uncis inclusa*

1) *Cf. supra p.* 58. 2) *Quod etiam a librariis codicum* $2^{d.e.g}$ *aliquoties factum est.*

in textum receperim, haec a Sicardo scripta esse non semper apud me constabat. Innumeri versus novi Testamenti in hac parte Cronicae non plene scripti, sed per litteras vel sillabas initiales verborum indicati sunt et in 1 *et in libris* $2^{a.b.f.g}$, *ita tamen ut singuli libri alias litteras vel sillabas initiales vel plena verba praebeant. In hac etiam re librum* 1 *secutus sum, uncis includens ea quae in hoc libro non perscripta sunt, neglecto modo breviandi reliquorum librorum. Etiam alia minuta codicis* 1 *retinui, velut* an[nis] *scripsi, ubi* 1 ā, 2 annis *habebat, numeros ad exemplum libri* 1 *expressi, distinctionem verborum eiusdem quantum fieri potuit secutus sum.*

Integram Cronicam Sicardi, historiam etiam veteris Testamenti edere non nostrum esse duximus. Edidimus ab eo capitulo, a quo Cronica imperatorum Alberti Milioli incipit, a quo loco fratrem Salimbene Cronicae suae initium fecisse coniciendum est, uno loco memorando, ex Chronico Veneto transscripto, praemisso. Quo facto quaestiones criticas qui tractare voluerit materiam iudicandi habebit.

Berolini a. d. X. Kal. Martias a. 1901.

O. HOLDER-EGGER.

INCIPIT[a] PROLOGUS SUPER CRONICAM[b] A DOMINO[c] SYCARDO CREMONENSI EPISCOPO EDITAM.

Rerum creator omnium et opifex earumdem genus humanum in ea sorte
locavit, ut sibi[d] sibique vicissim vivant, id ipsum quod vivunt ad principium[e]
omnium referentes. Huius itaque servitutis condicionem huiusve[f] crediti me de-
bitorem attendens, inter cetera philosophandi studia, licet ipse[g] minus philosophus,
scribendi conmendabile genus elegi, quo[h] pariter corpus exercitatur et spiritus.
Et[i] quidem corporis exercicio iumentum nostrum temperantiae freno conpescitur
et parsimoniae[k] feno reficitur[l]. Spiritus vero sollicitudine mens[m] proficit in
Philip. 3, 13. anteriora se extendens ceterisque proficiendi[n] materiam tribuens; si tribuit in
cf. Rom. 12, 8. hylaritate, sub debito fine[o] premium nanciscitur, ut, cum scribat[p], in libro vitae
scribatur[q]. Verum cum[r] puerilia puerorum erudimenta[s] vanaque poetarum super
veritate[t] figmenta — mithologias[u] loquor — in puerili etate[v] conscripserim, quia,
1. *Cor.* 13, 11. *cum essem parvulus, loquebar ut parvulus:* nunc veterum comentis[w] evacuatis, vetus-
Hor. Ep. II, 3, 338. tissima novis accumulans, vera de veris aut[x] *proxima veris*, cronica[y] scribo in
1. *Cor.* 13, 11. etate virili, quia *factus vir evacuavi*[z] *que erant parvuli.*

Unde sequentia[a].

Ex profetica igitur hystoria[b] Moysi famuli Dei ceterisque veteris et[c] novi canonis libris, ex cronicis preterea Iosephi[d], Metodii, Cesariensis[e] Eusebii, Iheronimi[f]

a) *hanc rubr. habent* 1. 2^{b}; *rubr. om.* $2^{a.e}$; *prior pars libri deest* $2^{c.d}$; *alia manu saec. XV.* 2^{a}: Chronica Sychardi episcopi, qui obiit anno Domini M°CC°XV°, ut legitur (?) infra in ultima pagina libri; *alia manu saec. XV.* 2^{e}: Cronica Sycardi Cremonensis episcopi. b) cronicā *fuisse videtur, sed radendo corr.* cronica 1. c) que est a dn̄o Syghardo Cremensi (!) ep. edita 2^{b}. d) sibi *om.* $2^{b.e}$. e) primum 2. — omn. *om.* 2^{e}. f) cond. ne cred. 2^{a}; huiusmōi cred. vie deb. 2^{e}. g) minus (nimis 2^{a}) ipse 2. h) ut 2^{b}; per quod *in marg. suppl.* 2^{e}. i) quia 2. — quidam 2^{b}. k) parcimonie 2^{a}; per timorem 2^{b}; psymonie 2^{e}. — freno $2^{b.e}$. l) refrenatur 2^{e}. m) mecum 2^{a}; motum 2^{b}; soll. (in via *in marg. suppl.*) virtutum 2^{e}. n) mat. (viam 2^{e}) prof. 2. o) *hoc loco punctum distinctionis habet* 1. p) scribatur *h. l.* 2^{b}; cum scr. *del.* 2^{e}. q) scribat 2^{a}; *om. h. l.* 2^{b}. r) verumptn̄ 2^{e}. s) eruditamenta 2^{b}. — vnaque 2^{a}. t) veritatem 2^{a}; sub varietate 2^{e}. u) Mycholyas 2^{b}; micholais 2^{e}. v) in puerili^te 2^{b}. — conscripseram 2^{e}. w) tormentꝛ 2^{e}. x) autem 2^{a}. y) crunica *corr.* cronica 1; cronicam 2. z) ea *add.* 2^{e}. a) *haec minio* 1; U. seq. *om.* 2^{a}; Sequitur 2^{b}; Et sequitur 2^{e}. b) hyst. *om.* 2. — fam. dei moysi 2^{e}. c) ac $2^{b.e}$. d) ioseph, i *post add.* 1; Iosephy 2^{b}. — Methodi (i *e corr.*) 2^{b}; Metudii 2^{e}. e) ceserienf 2^{b}; Casurey 2^{e}. f) Ieronimi 2.

presbiteri, Prosperi, Mileti[a], Rufini atque Gennadii[b], ex hystoria quoque[c] Romana[d] ab Eutropio[e] Pauloque diacono conpilata et ex tripartita[f] Socratis, Sozomeni[g] et Theodoriti[h] translata studio Cassiodori, rursus[i] et ex panigericis[k] aliis vel autenticis vel apocrifis[l], velut ex racionabilibus[m] campis, flosculos verborum decerpens, partim et[n] ex his que[o] veridica relatione priorum, partim fidelioribus testimoniis oculorum agnovi, cronicam, id est temporalem narracionem ab exordio mundi de temporibus et personis et gestis earum[p], non omnibus, sed que nobis et nunc ad[q] exempli et cautele[r] memoriam scripturarumque noticiam expedire videntur, in unum corpus coaugmentare satago, decerpta in serti[s] fasciculum redigendo[t]. Fateor, quod maiora meis viribus[u] attempto, sed quia[v] sunt admodum[w] necessaria, domini nostri peto suffragia salvatoris.

INCIPIT[x] CRONICA DOMINI SICARDI CREMONENSIS EPISCOPI.

Incipit[y] etas prima.

Adam nomina rebus imposuit; de cuius costa formata est Eva; de qua genuit Cahin[z], qui fuit *Gen. 2—4.* agricola, et Abel, qui fuit pastor ovium . . . .

De Sanson[a].

Post Abdon fecerunt[b] filii Israel malum coram Domino, ideoque tradidit eos Dominus[c] *Iud. 13, 1. H. Sc. Iud. 16.* in manus Philistinorum XL an[nis] . . . .

. . . .

[Socii[d] quoque Enee de Troia exeuntes et in Italiam venientes edificaverunt Adres civi- *Chr. Ven., SS. XIV, p. 33.* tatem[e], a qua dicitur sinus Adriaticus, et Aquilegiam[f] et Concordiam et Antinopolim[g], Paduam, Veronam a quadam nobili domina sic nominatam, Gardisanam, Odevercum[h], Altinam, quod et Equilum nominatur[1], Auxolum, Tarvisium[i], Mantuam, Cremonam[2], Placentiam, Crisopoli, Freynam, Mantuam[3], Veclo[k] Vercelli et alias civitates et municipia multa, quorum cives ab Enea dicti sunt Enetici]. Hisque[l] temporibus fuerunt que de Ulixe le- *Hier. et H. Sc. Iud. 21.* guntur, quod Sillam[m] fugerit, que solita erat hospites spoliare. Syrene[n] fuerunt meretrices[o], que decipiebant navigantes. Enee successit Ascanius[p] filius eius, qui secundo vel tercio anno *Hier. et H. R. I, 1.* Samsonis[q] condidit Albam civitatem. Hic genuit Iulium, a quo orta est familia Iuliorum. Qui quia[r] necdum regiminis[s] propter etatem ydoneus erat, Silvium fratrem suum[t], quem[u] summa educaverat[v] pietate, regni reliquit heredem. Regnavit autem Ascanius post patrem XXXVIII[w] an[nis].

. . . .

a) miledy 2^{b}; milecii 2^{e}. — Ruffini 2. b) gernadii 2^{a}; g'enadii 2^{b}; Generadii 2^{e}. c) quoque *om.* 2^{e}. d) *extr.* a *alia manu in loco raso* 1. e) eutropeo 2^{e}. f) *sic* 2^{a}; triptita 1. $2^{b.e}$. g) sosomeni $2^{a.e}$; zosomeni 2^{b}. h) theodorici 2^{a}; theodrici $2^{b.e}$. i) rursus *om.* 2^{b}. k) panigeri *post corr.* panigericis 1; pangıcis 2^{a}; pāgı:cꝛ 2^{b} *littera erasa;* paganis 2^{e}. l) apocrificis (apochr. 2^{b}) $2^{a.b}$; apocrif̄ 2^{e}. m) r̄onalibus 2^{e}. n) et *om.* 2. o) qui $2^{a.b}$. p) eorum 2^{e}. q) ad *om.* 2^{b}. r) cauteli 2^{a}. s) dec. incerti $2^{a.b}$; descerpta in certū 2^{e}. t) redegendi 2^{b}. u) vir. meis 2. — attemptabo 2^{b}. v) que 2^{b}. w) adm. *om.* 2^{e}. x) *rubr. om.* $2^{a.e}$; Prologo sic posito incipit execucio sui propositi. Et primo ab Adam et sic de singulis etc̨ *minio* 2^{b}, *sed in marg. manu scribae iterum* Incipit prologus super cronicam. y) *rubr. om.* 2; Prima etas *(om.* Inc.*) nigro atram. in imo marg.* 1. z) caym 2^{a}; cayn $2^{b.e}$. a) samzone *in marg.* 2^{b}; sampsone *minio* $2^{b.c}$ *(*2^{c} *in praecedentibus incipit); rubr. om.* $2^{a.e}$. b) fecit israel 2^{e}. c) Dom. *om.* 2^{e}. d) *uncis inclusa om.* 2. — q̄q *saepe pro* quoque 1. e) civ. *post del.* 1. f) aquilegam 1. g) autinopolim 1. h) *sic* 1. i) t'raruisium 1. k) veclu. (?) *corr.* veclo. 1. l) Hiis quoque 2. m) Silam 2^{a}; sylam $2^{b.c}$; filiam 2^{e}. n) Syrenes $2^{c.e}$. o) meretices 1. p) aschanius *h. l. et infra* 2. q) Sampsonis 2. r) quia qui $2^{c.e}$. — nondum 2^{c}. s) regno 2. t) suum *in loco raso* 1. u) *sic* $2^{b.c}$; q̊ 1; ꝗ (quod) $2^{a.e}$. v) edificauerat 2. w) XXXVII 2^{c}.

1) *Auxolum et Equilum nomina sunt eiusdem civitatis.* 2) Cremona *pro* Cormona *habet unus codex Chronici Veneti, SS. XIV, p. 33, n. 1.* 3) Mantuam *iterum pro* Modena *Chronici Veneti.*

Hier. [a] Ptolomeus[b] Dionisius aput Egyptum[c] regnavit an[nis][d] XXX. Aput Iudeos Alexandra[e] *H. Sc. Mach. II. 7.* mortuo viro regnavit an[nis] VIIII, que primogenitum Yrcanum[f] declaravit pontificem. Tem- *H. R. V, 9.* poribus Dionisii orta est heresis Phariseorum. Aput Romanos Albanorum civitas capta est *Hier.* occasione civilis belli premissi, et bellum gladiatorum[g] fuit in Campania. Post hec[h] *H. R. VI, 1. 5.* nova bella consurgunt in Hyspania[i], in Pamphilia et in Cecilia[k], in Macedonia, in Dalmatia; de *ib. 6—9.* omnibus triumphavere[l] Romani. Nicomedes[m] rex Bythinie[n] populum Romanum heredem instituit. Lucullus[o] Metridatem iterum insanientem Bizantium, que nunc est Constantinopolis, fugavit et oppressit. Interea novum bellum in Italia[p] oritur, non levius bello *Hier.* Anibalis[q]. Lucullus victa Armenia, Mesopotamia et Nisibi[r] capta primus imperator est appellatus. *H. R. VI, 10. 11. et Hier.* Alter Lucullus capta Cabile[s] et ceteris urbibus de Besis[t] triumphavit usque ad Danubium et de profugis in Rodopeiis[u] montibus et multis aliis. Confecto bello Macedonio[v], adhuc manente[w] Metridatico Creticum reparatur, ad quod[x] Metellus missus cepit universam provinciam; *Hier.* unde Creticus est appellatus. Hisque[y] temporibus Marcus Portius Cato[z] stoychus philosophus agnoscitur. Defuncta Alexandra Yrcanus filius Alexandri et Alexandrae sedit in sede *H. Sc. Mach. II, 8. 9.* pontificali aput Iudeos an[nis] XXXIIII; quem multum persecutus est Aristobolus frater eius; sed Yrcani consiliarius erat Antipater Ydumeus, cuius consilio fugit Yrcanus[a] ad Aretham regem Arabum, qui venit in Iudeam, obsedit[b] Iherusalem. Audiens ergo Pompeius, qui erat in Armenia, dissensionem fratrum, ascendens Iherusalem cepit[c], templum profanavit[d] et equos, ut dicitur, in porticibus stabulavit. Ob quam rem dicitur, quod, qui[e] fuerat in preliis fortunatissimus[f], post hec[g] fuit infortunatus. Pompeius itaque Ierosolimis tributum imposuit, Yrcanum pontificem confirmavit, Aristobolum captivavit, et rediens *H. R. VI, 12—14.* Romam, administrationem Syriae et Iudee[h] Scauro conmisit. Hic est qui Hyspaniam[i], Albaniam, Armeniam, Asyam[k], Syriam, Lusitaniam, pyrratas[l], Metridatem et Iudeam subiugavit[m, 1]; *Hier. H. R. VI, 15.* unde[n] imperator est appellatus. Sed Catillina[o] contra patriam coniuravit, qui demum in agro *Sall. Cat. 57. 60.* Piceno[2] cum suis confussus[p] est. Postmodum Gabinius Scauro succedens[q] gentem *H. Sc. Mach. II, 10. 11.* Iudeorum per pentarchias[r], id est V conventus, divisit. Sub Gabinio militabat Marcus Antonius[s]. Gabinio successit Crassus factus preses Syriae; qui ut Parthos[t] comprimeret, templum auro expoliavit; quo merito auro in os[u] infuso interiit; cui successit Cassius. Iulius vero *H. R. VI, 17.* Cesar de Germanis, Gallis, Britanis[v] triumphavit et omnes inter Renum et Rodanum et Alpes *Hier.* usque[w] occeanum subiugavit. Apius[x] rex populo Romano Lybiam[y] testamento concessit. Eisdemque[z] temporibus Virgilius in pago qui dicitur Andes iuxta Mantuam[a] nascitur, qui postea Cremone studuit, Mediolani togam induit et inde Romam venit. Oratius Venusi nascitur. Appollodorus Grecus[b] orator, Titus Livius storicus[c] et Curio promtus[d]

a) De Ptolomeo (Pthol. 2^{c}) Dyonisio *rubr.* $2^{b.c}$. b) Ptholomeus *semper fere* 2. *C.* — dyonisius $2^{b.c.e}$. c) egiptios 2. d) ā 1 *plerumque.* e) alexandro *post corr.* alexandra 1; allex. *semper fere* $2^{b.c.e}$. f) yrchanum *h. l.* $2^{a.c}$; hyrcanum *h. l.* 2^{b}; *om.* 2^{e}. g) gladiatorium 2. h) hoc 2^{b}; h^c $2^{c.e}$. i) yspania $2^{a.c}$. *C*; hispania 2^{b}. k) *sic* 1. $2^{a.c}$; sicilia, s *e corr.* 2^{b}; cicilia 2^{e}; corlia *C*; Cilicia *Paulus.* l) triumphare $2^{b.c.e}$; triumphauerunt *C.* m) nycomedes $2^{b.c}$; Nichomedes *C.* n) bitinie $2^{a.c.(e)}$; bytinie 2^{b}; bithinie *C.* o) loculus *h. l.* $2^{c.e}$; Luculus *C*; iterum *iam h. l. add.* 1. — mitridatem *C.* p) ytalia *semper* 2. *C.* q) hanibalis $2^{b.e}$; Primus imperator Lucullus (luculus 2^{c}; lucillus 2^{e}) est appellatus *add.* 2. r) nisibis $2^{a.c}$; nysibis 2^{b}; nisib9 2^{e}. s) Luc. captabile 2. *C.* t) de Besis *om.* 2. u) rodopeis $2^{a.c.(e)}$; rodopegis 2^{b}; rodopiis *C.* v) *sic* 1. 2. *C.* w) manenti 2^{a}. — me||metridatico, *secundum* i *e corr.* 1; mitridatico *C.* x) quam 2^{a}; quem $2^{c.e}$. y) Hiis quoque $2^{c.e}$; His *C.* z) catho 2. — stoycus $2^{b.e}$. *C.* a) *sic* $2^{a.c}$. *C*; yrchanus 1 *h. l.*; hircanus $2^{b.e}$. b) et obs. *C.* c) eam et *add. C.* d) prophanauit 2. *C.* e) *sic* 2. *C;* qui *om.* 1. f) prius *add. C.* g) hoc 2 (h^c $2^{b.c.e}$). h) syrie exinde 2. i) yspaniam $2^{a.c}$. *C*; hispaniam $2^{b.e}$. k) asiam $2^{b.(e)}$. *C.* l) pirratas 2; pyratas *C.* m) pompeius *add.* 2. n) et *add. C.* o) catolina 2; Sed et catelina *C.* p) *sic* 1; confusus 2; confessus *C*; *forte* confossus *legendum.* q) succudens 1. r) pentharchias 2. s) anthonius $2^{b.c.e}$. t) partos 2. u) eius *add.* 2^{b}. v) britanis 2. w) ad *add.* 2. x) Appius *C.* y) libiam 2. *C.* z) eius namque 2^{b}; Eisdem quoque 2^{e}; Eisdem *C.* a) Marciam 2. b) gracus *(vel* gratus*)* 2. c) *sic* 1. *C;* stoycus 2. d) *sic C;* pronitus *ut videtur* 1; promptus 2.

1) *Haec Sicardus ex Pauli Hist. Rom. VI,* 12—14. *et Orosii Hist. VI,* 23. *collegit.* 2) in agro Piceno *hoc factum esse perperam scripsit Sicardus, quia Sall. Cat. c.* 57. *legit:* Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat, *neglegens Catilinam cum altero exercitu pugnasse.*

orator claruerunt. Rediens Iulius de Gallia victor Romam, exercitu dimisso aput [H. R. VI, 19.] Ariminum, quesivit alterum consulatum, sed contradictum est a Pompeio, Marcello et Catone; ideoque Iulius Cesar solvit Aristobolum Rome ligatum, et mittens eum[a] cum exercitu [H. Sc. Mach. II, 2.] sperabat obtinere Iudeam; sed ab amicis Pompei[b] occisi sunt Aristobolus et Alexander filius eius. Alius vero filius Antigonus fugit ad quendam Ptolomeum, qui accepit sororem Antigoni uxorem et genuit Lysaniam[c], qui post fuit Abyline[d] tetrarcha. Et reversus [H. R. VI. 19. 20.] Iulius ad exercitum contra patriam se armavit. Pompeius autem et omnis senatus et universa nobilitas de Urbe aufugit et in Greciam transivit et contra Cesarem bellum paravit. Cesar itaque[e] vacuam Urbem ingressus se dictatorem fecit. Inde vadens in Hyspaniam[f] exercitum Pompeii superavit. Inde transiens in Greciam[g] cum Pompeio in Emathia dimicavit. Unde [H. Sc. Mach. II, 13.] Lucanus:

Bella per Emathios plus quam civilia campos[h]. [Phars. I, 1.]

Pompeius victus fugit in Alexandriam, ut a Ptolomeo rege[i] Egypti peteret auxilium. Sed[k] [H. R. VI, 21. 22.] Ptolomeus occidit eum et caput et anulum misit ad Cesarem. Cesar autem Alexandriam ivit et cum Ptolomeo navali certamine dimicavit et superavit; cuius corpus in lorica aurea in Nilo fuit in- [Hier.] ventum. Eo mortuo regnum Cleopatre[l] sorori eius, cum qua consuetudinem[m] stupri habuerat, dedit, [H. R. VI, 22.] que regnavit an[nis] XXII[n]. Antipater[o] autem in prelio fuerat cum Pompeio, sed eo[p] mortuo [Hier. H. Sc. Mach. II, 13. 14.] Cesari adhesit et Egyptios ad obsequendum Cesari sua prudencia inclinavit. Eius[q] ergo gratia Cesar pontificatum[r] confirmavit Yrcano[s], fecit Yrcanum regem et Antipatrem Iudee[t] procuratorem. Postmodum in Thesalia[u, 1], Affrica, Yspania[v] cum Pompeii fautoribus pugnans [H. R. VI, 22—25.] de omnibus triumphavit, et Romam[w] triumphator rediens singulare imperium obtinuit. [Hier.]

[x]Iulius Cesar aput Romanos regnavit an[nis][y] IIII et[z] men[sibus] VI[a]. Fuerat autem [H. Sc. Mach. II, 16.] Rome imperatum sub VII regibus an[nis] CCXLIII[2]. Postea vero[b] sub consulibus res acta est an[nis] CCCCLXIIII[3]. Cepitque Iulius imperare anno primo Cleopatre et anno XX. ponti- [Hier.] ficatus Yrcani. Cum igitur honores ex sua voluntate prestaret et senatui ad se venienti non [H. R. VI, 25.] adsurgeret[c], coniuratum est[d] contra eum, et XXIII[e] vulneribus dolo[4] Bruti et Cassii confossus est, vir quo nullus umquam bellis magis enituit, nam quinquagies dimicavit; quo nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas epistolas simul[f] dictavit. Tantae fuit bonitatis, ut, quos armis subegerat, clementia magis vinceret. Ab hoc Cesare principes Romanorum cesares appellati sunt. [Hier.] Obiit autem anno etatis suae LVI. Cuius corpus conbustum est pro rostris et[g] tumulatum in [H. Sc. Mach. II, 16.] columpna que Iulia nuncupatur. Ante mortem eius fulmen cecidit in foro, quod de[h] nomine eius statue superposito C litteram capitalem abrupit[i]; et fenestre thalami eius tanto strepitu sunt aperte, quod domum ruituram crederet. Eadem die date fuerant ei, cum iret in Capitolium, littere mortis indices, que in manu occisi nondum solutae fuerunt invente. Post mortem eius tres soles apparuerunt in oriente, convenientes in unum corpus solare, significantes, quod trium potestates redirent in monarchiam. Rome basilica Iulia dedicatur. Antonius[k] mensem [Hier.] Quintilem Iulium nominavit, quia in eo Iulius natus est. His temporibus bos in suburbano[l] [H. R. VI, 25.] Rome ad arantem locutus est, frustra se urgueri[m] dicens, in brevi magis[n] defuturos homines

a) eum *om.* 2[e]. *C.* b) pompey (= pompeii) 2[a. (b). e]; pompegii *C.* c) lisaniam 2[a. b. e]. *C.* d) abiline 2. *C.* — tecrarcha 1. e) utique *C.* f) yspaniam 2. *C;* hispaniam 2[b]. g) *sic* 2. *C;* grecia 1. h) c. *tantum* 2 (centum 2[b]); quam CC. *C.* i) rege — Ptolomeus *om.* 2[a]. — egipt. *semper fere* 2. k) Sed et *C.* l) *seq.* regn *statim del.* 1. m) *sic* 2. *C. Paulus;* stupri ſ consuet. 1. n) XXIII 2. o) Antipar 1. p) *sic* 2. *C;* eo *om.* 1. q) Cuius 2[c. e]. r) ponti|penificatum, peni *expunct.* 1. s) yrchano *h. l.* 1; hyrcan. 2[b], hircan. 2[e] *utroque loco;* et *add.* 2. t) iude 2; iudicem *C.* u) tessalia 2[c. (e)]; tesalia *C.* v) hispania 2[b. e]. w) triumph. romam 2; triumph. *om. C.* x) De Iulio Cesare *rubr.* 2[b. c]. y) ā *vel* an̄ *et* men̄ *semper fere* 1. *C.* z) et *om.* 2[a]. *C.* a) VII *C.* b) *sic* 2. *C;* Posteáve 1. c) assurgeret 2. d) *sic* 2. *C;* est *om.* 1. e) XXIIII 2[a]. f) *sic* 2. *C;* simul *om.* 1. g) *seq.* co *del.* 1. h) de *om.* 2. i) abrubit 1. k) Antoniū *manu II. corr.* Antonius 1; anthonius *plerumque* 2[b. e], *postea* 2[d], *rarius* 2[c]. l) suburno *manu II. corr.* suburbano 1. m) urgueris 1; urgeri 2[a. c. e]; orieri 2[b]. n) magis *om.* 2[b].

1) *Hoc male scripsit Sicardus neglegenter lectis his verbis Pauli VI,* 22: Caesar Pharnacem . . ., qui Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto . . . vicit. 2) *Petri Comest. Hist. scol., Mach. II,* 16, *ed.:* annis ducentis quadraginta. 3) *Ibid.:* annis quadringentis quadraginta quatuor. 4) *Haec* (dolo — Cassii) *ex Petri Com. Hist. scolast., Mach. c.* 16.

Hier. quam frumenta. Sergius[a] Sulpicius iurisperitus et Publius[b] Servilius Hysauricus[c] claruerunt. Cassius in Iudea templum exspoliat[d].

H. R. VII, 10. [e]Octavianus Cesar Augustus regnavit aput Romanos an[nis] LVI et men[sibus] VI[f], annis XII *Oros. VI, 18.* cum Antonio, XLIIII[g] solus. Anno ab Urbe condita DCC°X°, quidam dicunt DCC minus VIII. *H. R. VII, 1. 2.* Nam Antonius occisores persequebatur, quos senatus fovebat. Ergo contra Antonium[h] missi sunt duo consules et cum eis tercius, scilicet Octavianus[i] adolescens XVI annorum[k], natus patre Octavio[l] senatore, maternum genus trahens ab Enea per Iuliam familiam, nepos Iulii Cesaris. Cui Cesar suum dedit nomen et hereditatem testamento reliquit. Igitur hii profecti contra Antonium iuxta Mutinam vicerunt eum, et ecce rursus civilia bella. Sed post duo consules mortui sunt, et illi exercitus Cesari paruerunt. Qui cum Antonio pacem fecit et *H. Sc. Mach. II. 10. 15. 17.* cum exercitu et Antonio Romam rediit. Interim Antipater bibens[m] venenum mortuus est, IIII[n] habens filios, Fasellum[o] procuratorem Iudaee[p], Herodem procuratorem Galileae, *H. R. VII, 2. 3.* Iosippum, Feroram[q], et filiam Salomam[r]. Itaque reversi sunt Antonius[s] et Octavianus[t], mortem Cesaris vindicantes occiderunt Cyceronem[u] oratorem et multos nobiles, et post [contra[v]] Brutum et Cassium dimicantes optinuerunt, diviseruntque inter se rem *H. Sc. Mach. II. 20—22.* publicam. Octavianus[w] Yspaniam, Galliam et Ytaliam, Antonius Asiam[x], Pontum, Syriam[1] et Orientem; qui de Faseloy et Herode procuratoribus tetrarchas effecit[z]. Sed rex Parthorum[a] Iherusalem obsedit et Antigonum in regnum restituit, tradens ei Yrcanum et Faselum[b]. Herodes autem fugiens venit Romam et coronatus[c] est in regem super Iudam[d]. Rediens Herodes cum Romanis cepit Iherusalem[e]. Antonius occidit Antigonum et confirmavit Herodi *H. R. VII, 6. 7.* regnum. Ad hec[f] Antonius repudiata sorore Cesaris Octaviani Cleopatram duxit uxorem[g]. Cuius suasu, quia cupiditate muliebri cupiebat in Urbe regnare, movit bellum contra Octavianum; quod factum est Aecium[h], qui locus est in Epyro[i]; sed victus fugit et seipsum occidit. Cleopatra venit ad Cesarem volens eum[k] sicut ceteros ad libidinem specię provocare, sed non est flexus, immo eam[l] custodiri precepit; que[m] sibi aspidem admisit[n], et mortua iuxta An- *Hier.* tonium sepulta est. Egyptus itaque Romano imperio per Octavianum subacta est anno XV° regni[o] eius; aput quam[p] regnatum fuerat post Alexandrum[q] per XII reges an[nis] *H. Sc. Mach. II. 24. 25.* CCXCVI[r]. Herodes autem contra regem Arabum ab Antonio missus fuerat, sed rediens in gratiam Cesaris admissus est; et amplians ei regnum tradidit ei Trachonitidem et Ituream et totam maritimam usque Pyrum[s] Stratonis, deditque ei Cesar CCCC Galathas satellites, *H. R. VII, 8.* qui postea vocati sunt Herodiani[t]. Bellis toto orbe confectis Octavianus[u] Romam rediit et monarchiam obtinuit et rem publicam auxit. Unde et Augustus est[v] nominatus. A quo prin- *Prosp.* cipes Romani vocantur augusti, et mensis[w] Sextilis ab eo Augusti nomen accepit. Multas *H. R. VII, 9. 10.* enim provincias, multa regna, prius a Romanis victa, sed[x] discesserant, et quedam invicta Romano imperio subiugavit. Nam et Scite et Finales Indi, qui vix nomen Romanum audierunt, mittentes ei munera amiciciam petiverunt. Finales diximus, quia tres sunt Indiae[y]: una Ethiopum, alia Medorum, tercia Finalis iuxta occeanum[z]. Hic[a] naturae donis plurimum abundavit[b], litteralibus studiis usque adeo studuit,

a) Servius *C. Hier.*; sarius 2^{b}. b) *sic* 2. *C*; pupilius 1. c) ysaricus *C*. d) exspoliauit $2^{b.c.e}$. e) De Octauiano Cesare *rubr.* $2^{b.c}$; *incipit* 2^{d}. — Octouianus *h. l.* 1. f) V *C*. g) XL 2. h) *sic* $2^{a.b}$. *C*; anthonium *h. l.* 1. $2^{c.d.e}$. i) octouian. *h. l. et raro alibi* 2^{b}. k) an 1. 2^{e}. *C*; annis 2^{c}. l) octauiano $2^{c.(e)}$. *C*; *om.* 2^{d}. m) ven. bibit et mort. 2; mort. est bibendo ven. *C*. n) habens IIII 1. o) phasellum $2^{b.d}$; phaselum 2^{c}; phazellum 2^{e}. p) iude $2^{a.b.c.e}$; iudeorum *C*. q) forosam 2; ferroram *C*. r) saloniam 1, *ut videtur*; solomam $2^{d.e}$. s) anthonius *h. l.* 1. $2^{d.e}$. t) octouianus *h. l.* 1. (2^{b}); ant. oct. et mortem 2. u) ciceronem $2^{a.b.c}$. *C*. v) *sic* 2; *om.* 1; hec *C*. w) Octouianus 1. 2^{b}. — hyspaniam $2^{d.e}$; hispaniam $2^{b.c}$. x) asyam $2^{a.b.c.d}$. y) *sic* 1. 2^{c}; fasello $2^{b.e}$. *C*; fassello 2^{a}; phasello 2^{d}. z) *sic* 2. *C*; fecit 1. a) partorum 2. b) fasellum 2. *C*. c) corona *manu II. corr.* coronatus 1. d) iudeam 2^{d}. *C*. e) Iher. *om.* 2; et *add. C*. f) hoc $2^{a.e}$ (h^{c}); Adhuc $2^{c.d}$. g) ux. *om.* 2. h) *sic* 1. 2; apud Actium *Paulus*. i) egipto 2. k) eos 1. l) cust. prec. eam 2. m) q̊ *manu II. corr.* q́ 1. n) dimisit $2^{a.b}$; diuisit $2^{c.d.e}$. o) eius regni 2. p) etiam *add.* 2. q) alexand' 1. r) 300 minus quatuor 2^{b}. s) ad pyrum (pirum $2^{c.d.e}$) 2. *C*. — straconis *ut videtur* 1. 2^{a}; stracōnis $2^{c.d.e}$; strationis 2^{b}. t) Nota qui dicuntur Herodiani in ewangelio *in marg.* $2^{a.b}$. u) octouianus *h. l.* 1. 2^{b}. v) nomin. est 2. w) etiam *add.* $2^{a.b}$. x) *sic* 1. 2; *forte* que *suppl.* y) Nota tres Indias (indiaas 2^{a}) *in marg.* $2^{a.b}$. z) iuxta occ. *om.* 2. a) hec $2^{c.e}$. b) habundauit 2. — liberalibus 2^{e}. *Paulus.*

1) *Syriae nomen Sicardus inseruit ex Petri Com. Hist. scolast., Mach. II, c.* 20.

ut[a] nullus dies laberetur[b] in procinctu, quin legeret vel scriberet vel declamaret[c]. Rarus fuit ad *H. R. VII, 10.* recipiendas amicicias, sed acceptas[d] firmiter retinebat; civitatem ornavit[e], glorians, quod de latericia fecerat marmoream. Temporibus Octaviani Cesaris Augusti Falcidius *Hier.* legem tulit, que Falcidia nominatur. Virgilius, Oratius, Ovidius Naso, Varus[f] et Tucca[g], Emilius Veronensis, Quintilius Cremonensis poete[h], Cornelius et Salustius ystorici, Artorius[i] medicus Augusti, Varo[k] philosophus, Albucius[l] Novariensis[m] et Messala[n] Corvinus rethores claruerunt. Temporibus Octaviani fluxit fons olei de terra trans Tyberim e[o] taberna meritoria per totam diem, *H. R. VII, 8.* significans gratiam Christi[p] ex gentibus; et circulus ad speciem celestis arcus circa solem apparuit eiusdem gratiae significativus. Ad cuius tempus elucidandum aliquot annos, qui ad rem pertinent, singulariter et evidentius declaremus.

Anno igitur Augusti X° defecit pontificatus Iudeorum. Anno XI° alienigena[q], filius Anti- *Hier.* patri[r] Ascalonite et matris Cypridis Arabice, suscepit, ut prediximus, a Romanis Iudaicum regnum; cuius principatus[s] modo per duces, modo per reges, modo per pontifices fuerat actenus[t] a Iudeis optentum. Inminente vero Christi nativitate ad alienigenam trans- *H. Sc. Mach. II. 22.* latum est, ut adimpleretur illud propheticum: 'Non deficiet[u] princeps', vel *non*[v] *auferetur* *Hier.* *sceptrum de Iuda nec dux de f[emore]*[w] *e[ius], donec veniat qui m[ittendus] est, et ipse e[rit] ex[pectatio]* *Gen. 49, 10.* *gentium.* Sed Herodes conbussit libros genealogie[x] gentis Iudeae[y], ut deficientibus probationibus *Beda.* crederetur ad eam[z] pertinere. Hic conplentur LXVIIII anni ebdomade Danielis, que faciunt *Hier.* annos CCCCLXXXIII. Defecit etiam successio generis sacerdotalis[a], cum emeretur sacerdotium a Romanis.

Anno Augusti XLI. natus[b] est[c] Iohannes Baptista, qui[d] exultavit in utero matris et *Luc. 1. et H. Sc. Evang. 1—3.* natus solvit linguam patris. Predixerat enim angelus Zacharie sacerdoti[e] seni, quod de Elisabeth[f] sterili et sene filium generaret; quod quia discredidit[g], factus est mutus. In VI. vero mense missus est[h] angelus[i] Gabriel in civitatem Nazareth ad virginem Mariam[k], desponsatam Ioseph[l], dicens: 'Ave Maria, g[ratia] pl[ena], D[ominus] t[ecum]. Bene[dicta][m] t[u] in m[ulieribus]'; et predixit ei, quod de spiritu sancto conciperet et pareret filium, qui vocabitur[n] filius Dei. Que respondens: 'Ecce ancilla Domini, fiat michi secundum[o] verbum tuum'. Statim de spiritu sancto concepit. Et quia dederat ei signum de conceptione Elisabeth, ivit ad eam et salutavit eam; et ut facta est vox salutationis[p] in auribus eius[q], exultavit infans in utero eius; et ait Elysabeth ad virginem: 'Benedicta tu in mulieribus[r], et bene[dictus] f[ructus] v[entris] t[ui][s]. Et beata quae credidisti, quoniam[t] perficientur que dicta sunt tibi a Domino'. Et ait Maria: 'Magnificat anima mea Dominum[u]'. Peperit igitur Elisabeth filium, in cuius octavo die innuebant patri eius, quem vellet vocari[v] eum; et scripsit dicens: 'Iohannes est nomen eius'. Et[w] apertum est os eius, et prophetavit dicens: 'Benedictus d[ominus] D[eus] I[srael], quia[x] visitavit et f[ecit] r[edemptionem] p[lebis] s[uae]'. Eodem anno[1], ut Tertullianus ait, vel pocius XLII° imperii Cesaris *Hier.*

a) vel *add.* 2[a. b. c. e]. b) haberetur 1. c) declinaret 2[b. c. e]; dictaret 2[d]. d) acceptam 1. e) exornauit 2. f) Varrus 2[d]; varius 2[a. b. c. e]. *C.* g) dūcka 2[b]; Cucta 2[d]; cūcta 2[e]; nicea *C;* et T. *om.* 2[c]. h) et *add.* 2. *C.* i) *sic* 2. *C;* arthorius 1. k) varro 2[e]. l) abbucius 1. m) *sic C;* nouaciensis 1; nocuensis 2[a]; nonocuensis 2[b]; nouomensis 2[c. d. e]. n) mesali (mesalli 2[c]; messal 2[e]) 2; mesali et *C.* — corintius 2[c. d. e]. o) ex 2. p) *sic* 2. *C;* Chr. *om.* 1. q) anenigena *alio atram. corr.* alienigena 1. r) *sic* 1. *C;* antipatris 2. — ascolonite 2[c. d]. s) principatu *statim corr.* principatus 1. *C.* t) hactenus 2[a. d]. u) deficiat 2[b]; defecit 2[c. d]; Non — vel *om.* 2[e]. v) Gen̄ 49. *in marg.* 2[a]. w) *multa verba versuum sacrae scripturae sequentium litteris initialibus tantum significata sunt in plerisque libris, pleraque quidem plene exscripta* 2[c. d. e], *uncis inclusis indicavi quae liber* 1 *breviata habet, in libris* 2 *alia aliter breviata sunt.* x) genealosie 1; geneologie 2[(a). b]. *C;* genealoye 2[d. e]. y) iude 2[a. b. c. e]. z) eum 2. *C.* a) *sic* 2. *C;* sacerdotis 1. b) conceptus 2[d. e]. c) in Septembri (in 2[e]) X. die *add.* 2[c. d. e], 2[e] *post* baptista. d) qui *om.* 2[b]. e) *sic* 2. *C;* sac. *om.* 1. f) helisabeth *h. l., bis* helysabeth 2[a]; elizabeth *semel* 2[a], *semper fere* 2[c], *semper* 2[e]; elizabet *semper* 2[b], *semel* 2[c]; elyzabeth *semper* 2[d]. g) descendi:it *corr.* discredidit 1. h) est *om.* 2[a. c. d]. i) *sic* 2. *C;* Gabriel ang. 1. k) *sic* 2. *C;* Mariam *om.* 1. l) in cuius domo iam erat secundum Crisostomum *add.* 2[d]. m) Bened. tu in mul. *om.* 2[c. d. e]. *C;* Dom. — tu *om.* 2[b]. n) vocaretur 2[c. d. e]. o) fem 1. p) *seq.* tue *expunct.* 1. q) meis *statim corr.* eius 1. r) *sic* 1. 2[c. d. e]; inter mulieres 2[a. b]. *Vulg.* s) amen *add.* 2[b]. t) in te *add.* 2. u) etc *add.* 2[b]; 2[d. e] *add.:* Circa tempus (partus 2[e]) Iohannis Maria recessit secundum Theophilum, licet aliqui dicant (Sed quidam dicunt 2[e]) eam ibi mansisse usque ad partum. v) vocare 2[b]. w) Et — eius *om.* 2. x) *om.* 2[a]; qui 2[c]; et quia fecit etc 2[b].

1) *Scilicet anno* 41. *Octaviani.*

Hier. Luc. 2, 7. Augusti et XXXII. regni Herodis Maria peperit filium suum primogenitum[a]. Hic est finis quinte *Isid. Beda.* etatis, que senectuti[b] conparatur, eo quod in hac plebs Ebrea[c] multis malis oppressa est, et continuit generationes XIIII.

Tib., Isid. II. Fuerunt[d] autem ab Adam usque Christum[e] anni V milia[f] CXCVIIII. A diluvio III milia *Beda.* minus XLIII. Ab Abraham duo milia XV[g]. A David MCLVI. A transmigratione Babilonis DLXXXVIIII, alii dicunt DLXXXVI. Ab Urbe condita DCCLII, quidam aiunt XXXIIII[h, 1].

[Incipit sexta etas de Christianitate[i]].

Hier. Oros. VI, 22. Natus est[k] itaque dominus noster Iesus Christus in Bethleem[l], quia, cum Augustus circa *Luc. 2, 1. 2.* XII[m] annos[n] in pace regnasset[2], exiit edictum ab eo, ut describeretur universus orbis; et hec descriptio prima[o] facta est in Iudea a preside Syriae Cyrino. Ob quam descriptionem Iudas *Ruf. I, 2, 3.* Galileus, de quo Lucas meminit in Actibus apostolorum, concitavit populum ad disscessionem[p], *Luc. 2, 3—21.* suadens non solvere tributa, ne perderent libertatem. Ob hanc itaque descriptionem ibant omnes[q], ut singuli profiterentur[r], in suam civitatem. Ascendit et[s] Yoseph de Nazareth in Bethleem, eo quod esset de domo David, ut profiteretur cum Maria sibi[t] desponsata. Natum mater[u] pannis involvit in presepio, quia non erat ei locus in diversorio. Nato in nocte Domino, pastoribus in eadem regione gregem custodientibus, angelus[v] apparuit eis[w] dicens: *Ecce evangelizo vobis gaudium*[x], *quod erit omni populo, quia natus est hodie salvator, qui est Christus dominus, in civitate David;* et subito est[y] facta cum angelo multitudo celestis miliciae dicentium: *Gloria in excelsis Deo et in t[erra] p[ax] h[ominibus] b[onae] v[oluntatis].* Venientes ergo pastores in Bethleem cognoverunt de verbo, quod dictum erat eis de puero[z]. Consummatis[a] diebus octo puer circumciditur, et Iesus ei nomen *H. Sc. Evang. 6.* imponitur[b], quod impositum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur. Dicitur, quod huius[c] circumcisionis pellicula sit ab angelo in templo[c*] Domini Karolo Magno portata et[d] per eum Aquisgrani delata[e], sed demum per Karolum Calvum translata sit aput Carosium[3]. *ib. 7.* Terciadecima die ecce magi ab oriente venerunt, de finibus Persarum scilicet et Caldeorum, ubi est fluvius Saba[f], a quo regio Sabea vocatur. Qui[g] paucis diebus super dromedarios longa terrarum spacia transmearunt; qui transeuntes per Iherosolimam[h] dicebant: *Ubi est, qui natus est, rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente et v[enimus]*[i] *a[dorare] e[um].* Hec stella in nativitate Domini orta est, non in firmamento, sed in aere[k]; quae consummato magorum officio in preiacentem materiam resoluta est. Hanc videntes magi regem natum phylosophati sunt, nam et magi philosophi nuncupantur. Erant[l] enim docti vaticinio Balaam, *Num. 24, 17.* qui dixerat: *Orietur stella ex Iacob, et con[surget] homo*[m] *de Israel.* Quod audiens[n] *H. Sc. Ev. 7. 8. et Matth. 2, 3—12.* Herodes turbatus est; et cum docuisset magos, quod Christus secundum prophetas erat in Bethleem nasciturus, dixit[o], ut per[p] eum redirent, quod[q] invenerant nunciantes. Progredientes itaque magi ad diversorium stella duce venerunt, et invenientes puerum, obtulerunt singuli aurum, thus et myrram. Et responso accepto in somnis, ne r[edirent] ad H[erodem], per[r]

a) 2[a. b] *in marg.:* Nota nascitur Christus Ihesus. b) senectui 2. c) hebrea 2. *C:* quinta etas *in marg.* 1. d) *incipiunt* 2[f. g]. — autem *om.* 2. *C.* e) ad Chr. 2. *C.* f) M. V̈ 1; Chr. V milia CXCIX anni 2. g) et XV 2. h) XXXIII *C;* DCCXXXIIII 2. i) *uncis incl. habent* 2[b. c. g]; *om.* 1. 2[a. d. e. f]; de Christi nativitate 2[c]. k) est *om.* 2[c. d. e]; *seq. locus rasus* 1. l) bethlehem *semper* 2[b. c. d]. m) 42 2[g]. n) *sic* 2; a 1. o) prima *om.* 2. p) *sic* 1; dissensionem 2. q) homines 2[b]. — ut *om.* 2[c]; et sing. ut 2[d]. r) proficerentur 1. 2[a. b. g] *ut videtur;* proficiscerentur 2[e]. s) autem 2[a. c. f. g]; autem *add.* 2[c]; etiam 2[b]; et *om.* 2[d]. — Ioseph 2[a. d. f. g] *semper,* 2[c. e] *aliquoties:* Iosep 2[b]. t) desp. sibi 2[c. d. e]. u) pannis mater 2. v) ang. *om.* 1. w) ei 1; *om.* 2[e]. x) magnum *add.* 2[d]. y) facta est 2[a. b. c. e. f. g]. z) puō 1. a) Cons. d. octo *om.* 2. b) impon. nomen 2[a. b. d. f]; nomen ei impon. 2[g]. c) eius 2[b]. c*) templum 2[e. f. g]. d) et — delata *om.* 2; *in marg.* 2[a. f. g]: Nota (*om.* 2[g]) de pellicula circumcisionis Domini (*om.* 2[g]). e) *emendavi;* aqgñi deleta 1. f) Sabba 2[c. d]. g) ꝗ (quod) 1. h) ierosol. 2[d. f. g]; yerosol. 2[c]; irl̃m 2[b. e]. i) cum muneribus *add.* 2[e]. k) s; mare 1. l) E||Erant 1. m) *sic* 1. 2; virga *Vulg.* n) *sic* 1. 2[g]; Her. audiens 2. o) dixit *om.* 1. p) ad 2[d. e. f. g]; red. per eum 2[b]. q) quid 2[a. e]; ꝗ (quem) 2[f. g]. r) scil. (s; = sed 2[d. g]; *om.* 2[e]) per aliam viam cond. 2.

1) *Sic Cron. apostol. et imp. Basil.* 2) *Oros. VI,* 22: Caesar Augustus . . . cunctis gentibus una pace conpositis Iani portas . . . . clausit, quas ex eo per duodecim fere annos . . . obseratas, *quae Sicardus male interpretatus est.* 3) *Hoc corruptum nomen iam habet Petrus Comestor. Est Carofium diocesis Pictavensis.*

Bonizo IV, 60. cathedram sacerdotalem et ibi successorem instituisset. Aiunt quidam, quod tercio[a.1], *Ruf. II, 13. 14.* alii[b] secundo anno Claudii[2] Romam venit Petrus; quem prevenerat Symon magus, et in tantum excreverat, quod a Romanis tamquam deus honore potiretur; sed adventus Petri Symonem *Oros. VII, 6.* obscuravit. Anno V. Claudii inter Theram et Therasiam insula de profundo emicuit XXX stadiorum extenta. Anno VI.[3] tanta fames fuit Rome, quod imperator vix furorem plebis *Hier.* evasit. Post hec[c] Claudius patri[d] Agrippe filium Agrippam substituit in regnum Iudeorum, et *Act. 15. 16. H. Sc.* regnavit aput Iudeos annis XXXVI[e]. His temporibus facta est dissensio[f] inter Paulum *Act. 79—85.* et Barnaban[g], ut discederent abinvicem. Cum Paulus pervenisset[h] Lystram, circumcidit[i] Tymotheum filium mulieris fidelis Iudeae de patre gentili, et profectus est cum eo, et[k] profecti sunt in Frigiam, Galatiam, Asiam[l] et Macedoniam; vir enim[m] quidam Macedo nocte per visionem dixit Paulo: 'Transiens in Macedoniam adiuva nos'. Transivit igitur et Lydiam[n] purpurariam baptizavit et phitonissam liberavit; sed instigantibus dominis phytonisse[o] cesi sunt et incarcerati, sed facto terremotu soluta sunt vincula[p] et[q] aperta carceris hostia. Custos timens eos fugisse voluit se occidere. Cui Paulus: 'Nil mali tibi feceris, hic enim sumus'. Et procidens ad pedes Pauli baptizatus est et domus eius. Mane cum Paulus dixisset se civem *Act. 17. 18.* Romanum esse, timuerunt lictores; et venerunt[r] Thesalonicam[s], ubi facta est Iudeorum sedicio. Et cum venissent Athenas, exposuit titulum are dedicatae ignoto Deo, et adhesit ei Dionisius[t] Ariopagita. Et cum venissent Corinthum[u], adheserunt ei Aquila et Priscilla[v], qui erant artis scenofactorie, et Tytus[w] et Crispus archisinagogus; fuitque ibi per annum et VI menses[x], *H. Sc. Act. 91. et Act. 18. 19.* quoniam audivit per visionem, quod multus esset ibi populus. Et cum esset in Zenchris[y] portu Corinti[z], caput ex voto sibi totondit. Post hec[a] peragratis[b] superioribus partibus[c] invenit Apollo et alios[4] baptizatos baptismo[d] Iohannis; quos baptizavit in nomine Christi[e]. Post hec[f] docuit per biennium in scola cuiusdam Tyranni, et multi conversi sunt videntes[g] virtutes, que fiebant manibus[h] Pauli, cuius sudaria vel semicincia[i] ponebantur super egrotos, et sanabantur. Tunc quibusdam exorcistis demonium[k] adiurantibus per Iesum, quem Paulus predicabat, respondit demonium: 'Iesum et[l] Paulum novi, vos qui estis?' et invaluit contra eos*. *Act. 20.* Ad hec[m] Demetrius argentarius Diane[n] sedicionem magnam fecit in plebe; proposuit Paulus venire Iherosolimam; et cum veniret Troadam[o] et nocte predicaret ibi[p], adolescens eunuchus[q] somno gravatus cecidit de fenestra et mortuus est; quem Paulus suscitavit. Et cum *Act. 21.* venisset Ephesum[5], monens ecclesiam, valefecit ei. Postmodum Cesaream[r] cum venisset et intrasset domum Philippi diaconi, cui erant IIII[or] virgines prophetantes, supervenit Agabus, qui zona Pauli sibi manus et[s] pedes ligavit, prophetans, quod Paulus Iherosolimis ligaretur. Cum venisset Ierusalem, introivit ad Iacobum; ubi ad vitandum scandalum[t] Iudeorum *H. Sc. Act. 98. et Act. 22.* purificavit se in templo secundum legis consuetudinem. Sed postmodum apprehenderunt

*) *In marg. adnot.* 1: Contra iniustos ministros.

a) anno *add.* 2[b.c.d.e]. b) quidam *add.* 2[b]; quod *add.* 2[c]. c) hoc 2[b.d]; h[c] 2[c.e]. d) pr 2[c.e]. e) XXVI 2[c]. *Hier.* f) discensio 2[a]. g) barraban 1; barnabam 2[a.b.e]; barnaba 2[c.d]; ita *add.* 2. *Act.* 15, 39. h) venisset 1. — lynstriam 2[a]; listriam 2[b.c.e]; lystriam 2[d]. i) cir||circumcidit, cir *del.* 1. — thimoteum 2[b]; thymotheum 2[c.d]; thimotheum 2[e]. k) et *om.* 2. l) asyam 2[a.c.d]. m) enim *om.* 2[b]. n) liddiam 2[a.b.c.e]; lyddiam 2[d]. o) phit. 2[b.c.d.e]; phyt. *etiam supra* 2[a]. p) vingula 1. q) afferta *add.* 2[c]; auferta et *add.* 2[d]. r) lict. aduenerunt 2[b]. s) thessolonicam 2[b.d]; tessolonicam 2[c]; thessalonicam 2[e]. t) dyonisius 2[b.c.d.e]. u) chorintum 2[b.d.(e)]. v) prixilla 2. w) titus 2[a.e]. x) m̄ 1; mensibus 2[b.c.d.e]. y) cenchris 2. z) corinthi 2[b.c.e]. a) hoc 2[a.e]; h[c] 2[b.c]. b) peragatis 2[a.b], *del. et corr.* peractis 2[b]; in *add.* 2[c.d.e]. c) *e corr.* 1; partis 2[a]. d) *seq.* penitentię *expunct.* 1; *cf. Act.* 19, 4. e) patris 2. f) hoc 2[a.e]; h[c] 2[c.d]; *om.* 2[b]. g) *seq.* uid *del.* 1. — virtutem que fiebat 2[b]. h) ꝑ manus, ꝑ *eraso corr.* manubus 1; *cf. Act.* 19, 11. i) semiathia 2[a]; semicericia 2[b]; *alio modo corrupt.* 2[c.d.e]; *in marg. adnot.* Semicincia 1. k) demonia 2[b.c.d.e]. l) noui et P. scio (*ut Act.* 19, 15) qui vos estis 2. m) hoc 2[a.b]; h[c] 2[c.d.e]. n) dyane 2[b.c.d.e]. o) troadem 2[a.b.c.(d)]. p) ibidem 2[b]. q) *sic* 1. 2; Eutychus *Act.* 20, 9. r) cesariam 2[b.c], 2[b] *semper*. s) ad 2[b]. t) saadalum iuderum *corr.* scand. iudorum 1.

1) *Fortasse Prosperum Sicardus hoc dixisse opinatus est, qui Claudium anno XIV. a passione Domini imperatorem factum scribit, ad a. XVI. haec refert.* 2) *Hieronymus hoc dicit.* 3) *Orosius hoc potius a. X. Claudii factum esse scribit.* 4) *Sicardus male interpretatus est versum Act.* 19, 1. 5) *Neglegenter legit Sicardus versum Act.* 20, 16: proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum, *quo non iret.*

eum; et cum stringeretur loris, ad flagella dixit: 'Hominem Romanum licet vobis flagellare?' Et *Act. 22. 23.* cum princeps sacerdotum predicantis os percuti iussisset[a], ait: 'Percuciet[b] te Deus, paries dealbate'. Et cum argueretur[c], quod principem maledixerit, ait: 'Nesciebam principem esse'; et ut dissensionem faceret inter eos, cum essent Pharisei et Saducei, dixit: 'Ego Phariseus sum'. Cum autem quidam vovissent[d] occidere eum et pararent[e] insidias, pervenit verbum ad tribunum Lysiam, qui salvum fecit eum deduci ad Felicem presidem in Cesaream, quem Claudius anno imperii sui XI° presidem instituerat, fueratque iam in presidatu *Hier. et* per biennium. *Ruf. II, 21.* Hic Felix quendam Egyptium, falsum prophetam, qui multa virorum milia congregaverat, ut irrueret in Iherusalem, de quo Actus apostolorum faciunt[f] mentionem, in fugam convertit. Cum itaque Paulus coram Felice fuerit accusatus, Felix *Act. 24.* liberam concessit ei custodiam. Anno VIIII.[g] Iudeos tumultuantes Roma eiecit. Anno *Oros. VII, 6.* XIIII. Claudius moritur et post mortem inter deos relatus et consecratus est et divus appel- *Hier. et H. R. VII, 13.* latus. Cuius temporibus descriptione facta Romae LXVIII centena XLIIII milia, alibi[1] dicitur sexies mille milia DCCCCXLI milia, hominum inventa sunt. Eiusque temporibus XXX milia[h] Iudeorum in die pasche constipatione populi in foribus templi necantur, ut dies festus *Ruf. II, 19.* converteretur in luctum. Palemon Vincentinus[i] gramaticus Rome fuit insignis; qui interrogatus *Hier.* est, quid interesset inter guttam et stillam. Respondit: 'Gutta stat, stilla cadit'. Huiusque[k] temporibus Persius Vulteranus scripsit satyram et Marcus evangelium suum. *Isid.*

[l]Anno ab incarnatione Domini LVIII. Nero aput Romanos regnavit a[nnis] XIII[m] et men- *Bas. Hier. et H. R. XIII, 14. 15. et Tib.* [sibus] VII, dies[n] XXVIII. Hic fuit similis Galicule[o] avo suo et eo peior, quia[p] matrem, amitam, uxorem, fratrem et magistrum occidit, scilicet Senecam Cordubensem[q], patruum Lucani. Et civitatem incendit, ut[r] similitudinem ardentis Troie[s] videret; in re militari nil ausus fere Britaniam perdidit et Armeniam[s*]. Qui tante fuit luxurie, ut retibus aureis et funibus purpureis piscaretur; Rome termas edificavit. Anno II° imperii sui Festum Felici substituit[t] presidem Palestinae, a quo Paulus Cesarem appellavit; cui Festus: 'Cesarem appellasti, ad *Act. 25. 26.* Cesarem ibis'. Cum rex Agrippa venisset Cesaream ad salutandum Festum, indicavit Festus regi de Paulo; coram quo Paulus eciam peroravit. Cum itaque Paulus XXV.[u] anno dominice *Act. 27. 28.* passionis iter arripuerit[v] in Ytaliam navigandi, tempestate inminente utile fuit navi- *et Hier. de v. ill. 5.* gantibus concilium Pauli; et cum Mitilene[2] insule navis applicuisset, accensa pyra collegit Paulus sarmenta, que cum imponeret super ignem, vipera prodiens invasit manum eius; qui excuciens bestiam nichil mali passus est; ibidem quendam febrientem[w] et dissenteria[x] laborantem per manus impositionem sanavit. Demum[y], cum Romam adpropinquaret, occurrerunt ei[z] fratres usque[a] Forum Apii et Tribus Tabernis. Cumque Romam venisset, predicavit verbum Dei et domini nostri Iesu Christi primo Iudeis, postea[b] Iudeis et Grecis et *H. Sc. Act. 120. 121.* omnibus audire volentibus[c]; et mansit biennio in suo conducto hospicio, libera scilicet custodia. His temporibus fuit[d] Hermes, qui dicitur scripsisse librum Pastoris nomine titulatum[3].

Anno imperii[e] Neronis VII. Iacobus frater Domini, Iherosolimitanus episcopus, de pinnaculo *Hier. Ruf. II, 23.* templi pertica fullonis iactatus[4] mortuus est. Hic ex utero matris suae sanctus fuit, vinum et siceram non bibit, animal non manducavit, ferrum in caput eius non ascendit, oleo non est perunctus, balneo non est usus; orando callos in genibus[f] fecit ad modum cameli. Ideoque vocatus est Iustus

a) precepisset 2. b) percuciat 2[b]. c) arguerent 2. — *in marg. adnot. ad l.* 4: Utilem discodiam (!) 1. d) nouissent (?) 1; voluissent 2[b. c. (d). e]. e) prepararent 2. f) *sic* 2. *C;* ment. fac. 1. g) Claudius *supplendum, quod deest* 1. 2. *C, signo* ⁊ *posito* 1. h) *sic C;* milia *om.* 1. 2. i) vicentinus 2[a. b. c]; *corrupt.* 2[c]. k) Huius quoque 2. l) De Nerone *rubr.* 2[b]; Imperator sextus *rubr.* 2[c]. m) XXX mensibus 2. n) diebus 2. o) gallicule 2. *C.* p) qui 2[b]. q) Senecam *in marg.* 1. r) et 2[b]; ad *C.* s) troye 2[b. c. d. e]. s*) ermeniam 2[c. d. e]. t) *sic* 2. *C;* instituit 1. u) post XXV (XXX 2[a]) annos 2. v) arripuit 1. w) febricitantem 2; q. autem febr. 2[b]. x) dissentinia *manu II. corr.* dissenteriā 1. — laborare 2[b]. y) Deinde 2[a. b. c. d]. z) fr. ei 2. a) ad *add.* 2[b. c. d. e]. b) postea Iudeis *om.* 2. c) nolentibus 1. d) dicitur fuisse 1. e) VII. Ner. imp. 2; VII. imp. Ner. *C;* De Iacobo *in marg.* 1; Iacobus frater dn̄i *in marg.* 2[a. b] (interfectus est *add.* 2[b]). f) gen. *bis scr., alterum del.* 1.

1) *Aut in Prosperi aut in Hieronymi chronicorum codice numerum corruptum Sicardus legisse videtur.* 2) *Perperam hoc nomen pro* Melita *Sicardus scripsit.* 3) *Haec Sicardus lectis Hieronymi de viris illustr. c.* 10. *et Eusebii-Rufini Hist. eccl. III, c.* 3. *scripsisse videtur.* 4) *Alius libellus, fortasse carmen de Iacobo compositum, hoc loco adhibitus est, quia alii auctores, ut Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 544, *cum his verbis conveniant.*

Ruf. II, 23. Hier. de v. ill. 2. et Oblias, id est munimentum[a] populi, et dictus[b] frater Domini, quia fuit secundum quosdam filius Yoseph, putativi[c] patris Domini, ex uxore virginem[d] precedente, non autem, ut hereticus ait, ex virgine post nativitatem Domini Yoseph viro coniuncta, vel quia fuit filius Marie, sororis beatae virginis. Hic unam canonicam scripsit epistolam[e], quam etiam[f] quidam aiunt ab alio editam, licet ipsius obtineat auctoritatem. Hic iuravit se non comesturum panem ab hora passionis Domini, donec videret[g] resurgentem. Unde post resurrectionem dedit ei Dominus dicens: 'Frater mi, comede, quia filius hominis resurrexit a dormientibus'. Hic XXX an[nis] sedit episcopus, iuxta templum sepultus est. De morte *P. Marci.* Marci evangeliste multipliciter scriptum est[h. 1]. In Passione sua legitur, quod imperantibus Gaio et Iunio, alibi, quod primo Neronis anno, alibi[2], quod VIII. mortuus est. *Ps.-Isid. 54. Ruf. II. 15.* Hic Petri in baptismate filius et in sermone discipulus fuit. Hic evangelium in Ytaliam[i] scripsit rogatu Romanorum, ut quod Petrus docuerat verbo litterarum memoria conservarent. *P. Marci.* Post hec[k] in tota regione Egypti evangelium predicans, in Alexandria[l] sedit episcopus, licet *Ps.-Isid. 54. P. Marci.* sibi pollicem amputasset, ut sacerdocio reprobus haberetur; qui Anianum sutorem calcei[m] sui graviter vulneratum sputo sanavit et in quadam civitate Egypti[3] baptizatum ordinavit episcopum. Multos quoque alios infirmos sanavit[n], leprosos mundavit, demoniacos liberavit. Demum ecclesia constructa[o] per fratres in loco qui Buculus nominatur, insidiatores[p] ipsius in mense Parmuthi, id est Aprili, et festivitate Serapiaca[q] fune trahentes eum dicebant: 'Trahamus bubalum[r] ad [locum] Buculi[s]'. Sanctus vero Domini gratias agens domino[t] Iesu Christo[u], dicens: 'In manus tuas, Domine[v], con[mendo] s[piritum] m[eum]', expiravit. Et tunc, cum[w] gentiles reliquias eius vellent[x] conburere, facte sunt tenebre, tempestas et ymber. Posuerunt ergo iusti corpus eius in Alexandria[y] in loco lapidis excisi, cum gloria venerantes[z] memoriam eius. Quod longo tempore post Venetias creditur esse translatum[4], ubi colitur et veneratur[5]; et merito ad Ytaliam translatum est, ubi eius evangelium primo predicatum est. Cuius discipulus fuit Hermagoras[a] Aquilegiensis, Hermagore[b] vero Syrus et Iuventius[c], Papienses episcopi, discipuli claruerunt[6].

Anno XII. Neronis et XXXVI. post passionem Domini[7] et LXX. ab incarnatione[8] *Beda, Ruf. II, 25. III, 2.* — alibi dicitur XIIII.[d] Neronis[9] et XXXVIII. dominice passionis[10] — Nero Petrum occidit

a) muramentum $2^{a.b}$, *post corr.* moramentum 2^{b}, *et sic* 2^{c}; incitamentum $2^{d.e}$. b) est *add.* 2. c) putaui 1. d) virgine $2^{a.d}$. e) regłam *corr.* epłam 1. f) tn̄ (tamen) 2^{b}. g) dominum *add.* 2 *ut supra p.* 98, *l.* 1. h) De Marco *in marg.* 1; Marcus ewangelista *in marg.* 2^{a}; De morte sancti Marci *in marg.* 2^{b}. i) *sic* 1. 2. *C;* ytalia 2^{b}. k) hoc 2^{a}; hc $2^{b.c}$. l) egipti *add.* $2^{a.b.c.d}$. m) calcii $2^{c.e}$. n) *sic* 2. *C;* curauit 1. o) consecrata 2^{b}. p) insidiatões 1. q) Serapiacha $2^{a.b}$; serapiachia $2^{c.d.(e)}$. r) *sic* $2^{a.b}$. *C;* bubulum 1; bubanum $2^{c.d.e}$. s) *sic* 2; locum *om.* 1. *C;* bubali 1; loca bubali *Passionis Marci ed. certe falso.* t) nostro *add.* $2^{c.d.e}$. u) *sic* 1. 2^{d}. *C;* et *add.* $2^{a.b.c.e}$. v) *sic* 2. *C;* dom. *om.* 1. — etc. *pro* conm. — meum 2^{b}. w) *sic* 2. *C;* gent. cum 1. x) vell. *om. C;* vell. rel. eius 2. y) allexandriam 2^{b}. z) 9 *add.* $2^{c.d}$. a) ermagoras $2^{a.b}$ (*corr.* herm. 2^{b}); hermogoras 2^{e}. b) ermagore $2^{b.c.(e)}$; hermogore 2^{d}. c) invencius 2; yvencius *C.* d) *seq.* et XX *del.* 1.

1) *Pseudo-Isidor., De ortu et obitu patrum c.* 54: Quem alii asserunt martyrio coronatum, Hieronymus autem affirmat in pace ecclesiae migrasse ad caelum. 2) *Scil. ab Hieronymo de viris ill. c. 8; ab Isidoro de ortu patrum c.* 83, 146; *Gotifr. Viterb. XIV, Pistorii SS. R. Germ. II, p.* 229; *Adone de fest. apost. p. XLIII.* 3) *Alexandriae episcopum Anianum ordinatum esse satis perspicue tradit Passio Marci, Mombritius, Vitae sanct. II, f.* 95, *ut et Hieron. in Chronicis dicit. Quod Sicardus aut neglegentius legens non perspexit aut scribere noluit, quia ipsum Marcum Hieronymo aliisque auctoribus episcopum Alexandrinum fuisse putabat.* 4) *Cf. infra ad a.* 823. 5) *Cf. Iohannis Chron. Venetum, SS. VII, p.* 5: Ubi et actenus veneratur *(Marci sedes).* 6) *Cf. Adonis Martyrol. Sept.* 12; *de Hermagora Chron. Venetum (Altinate), SS. XIV, p.* 37. 7) *Sic Isidor., De ortu patrum c.* 68, 7; *Gotifr. Viterb. XIV, Pistorii SS. R. Germ. II, p.* 227. 8) *Hoc scripsisse videtur, quia in Cron. Tiburt. deperdita ut in Cron. Tiburt. exstante et Basil. LXXI. annus ab incarnatione primus annus Lini, successoris Petri, positus erat.* 9) *Hoc dicunt Hieron. in Chron. et de viris ill. c.* 1. *et Petrus Com. Act. c.* 126. *et Ado, De fest. apost. p. XLI.* 10) *Hoc dicit Cron. Tiburt. ex Libro pontif.*

crucis patibulo[a], capite deorsum verso, sicut elegit, et sepultus est in Vaticano iuxta viam triumphalem. [Hier. de v. ill. 1.] Fuit autem Galyleus de vico[b] Bethsaida, princeps apostolorum, episcopus Anthyocenus[c] [Bonizo IV, 60. et Tib.] VII an[nis] posteaque[d] Romanus, et sedit Rome an[nis] XXV[e], men[sibus] III, diebus[f] VI. Qui cum adhuc esset in Anthiochia[g], duas scripsit[h] epistolas canonicas; sed de secunda propter [Hier. de v. ill. 1.] stilum, quod eius fuerit, dubitatur. Qui evangelium[i] Mathei et Marci tradidit ecclesiis Dei [Bonizo IV, 59. 60.] legenda[k] et evangelio Pauli seu Luce tribuit auctoritatem. Qui adventum Domini et ordi- [ib. 62.] nationes in eo constituit et, ut beatus Ambrosius ait, quadragesimale ieiunium ecclesie tradidit [ib. 68.] observandum. Eodemque die Paulum[l] gladio occidit. Hic fuit Iudeus, Gamalielis[m] discipulus, [Beda et Hier. de v. ill. 5. et Ps.-Isid. 40.] qui XIIII scripsit epistolas, sed propter stilum de ultima dubitatur, et creditur esse Barnabe vel[n] Luce vel Clementis; et cum ad Paulum Seneca scripsisset epistolas[o], Paulus quoque scripsit ad eum[1]. Est autem sepultus Paulus in via Hostiensi anno XXVII[p], ut quidam [Hier. de v. ill. 5.] aiunt[2], post passionem Domini. Causam necis eorum aiunt quidam fuisse, quia, cum [Isid.] Symon magus se Dei virtutem assereret et ad patrem volare promitteret, cum a demonibus in aere ferebatur, orantibus Petro et Paulo deiectus est. Hii duo, sicut ait Clemens, [Ruf. III, 30.] uxores habuerunt. Nam Petrus, cum uxorem vidit[q] duci ad passionem, gavisus ait[r]: 'O coniunx, memento Domini'. Paulus negat se[s] suam circumducere, ut expeditius posset predicationi vacare. Petrus cum Rome[t] esset, per omnem Ytaliam, Gallias, Hyspanias[u], Affricam Siciliamque[v] et [Bonizo IV, 61—63.] insulas[w] interiacentes sacerdotes instituit, licet Mediolanenses[x] ecclesiam suam mentiantur a Barnaba sumpsisse principium. Denique sibi Clementem substituit successorem. Metuens autem Clemens, ne posteris transiret in vitium, coegit Linum et Cletum pontificari, qui quoque fuerunt Petri[y] discipuli. Disciputi vero Pauli fuerunt Dionisius[z] Ariopagyta, qui [Ruf. III, 4.] aput Athenas sacerdotium adeptus[a] est, et Crescens et Trophimus[b], qui ad Gallias[c] profecti sunt, et Lucas, qui ad eius doctrinam scripsit evangelium et ad[d] eius sequelam Actus apostolorum[*, 3]. Demum Nero, cum a Romanis quereretur ad penam, quia magnam [H. R. VII, 14. 15. et Tib.] partem senatus occiderat, a senatu fugatus est et occisus; dicitur autem[e, 4], quod semetipsum[f] occidit; et in eo omnis Augusti familia consumpta est. Temporibus Neronis [Hier.] Lucanus poeta claruit, qui deprehensus in coniuratione quadam[g] brachium ad secandas venas prebuit. Statius[h] rethor, qui et[i] Thebaidos appellatur[5], et Cornutus poeta, magister

*) *In marg. eadem manu adnot.* 1: Quod Orosius[6] X persecutiones Christianorum X plagis conparat Egyptiorum. Sicut enim contradixerunt Moysi et[k] X plagis afflicti sunt, sic Romani persecuti sunt decies Christum et totidem penis afflicti. Prima itaque persecutio extitit sub Nerone impio.

a) De Petro *in marg.* 1; Petrus occiditur *in marg.* 2a. b) vico *om.* 2b. — bethsayda 2a.(c).e; betzaida 2b. c) antyocenus 2a; anthiocenus 2b.(c); anthiochenus 2e. d) postea 2b.e. e) et *add.* 2. f) dies 1. g) antyochia 2a.c.d. h) scripserat 2b. i) *sic* 1. 2. k) legendum 2b. l) occ. Paulum gladio 1; Paulum occ. gladio *C.* m) *sic* 2. *C;* gamalis 1; De Paulo quod uxorem habuit *in marg.* 1; Paulus *in marg.* 2a. n) et 2e. *C.* o) *sic* 1. *C;* lr̄as (litteras) 2. p) *sic* 1. 2. *C.* q) *sic* 2. *C;* duci vidit 1. r) est 2; dicens *add.* 2d, *post superscr.* 2b; ait *add.* 2e; Nota apocrifum de uxori[bus apostolorum *absc.*] *in marg.* 1. s) negat circumd. suam (se *om.*) 2. t) esset Rome 2. u) yspanias 2a; hispanias 2b.d; hyspaniam 2e. v) siciliam 2. w) ins. *om.* 1. x) medioneses, *manu II.* la *superscr.* 1; moderenenses 2b. y) disc. Petri 2. z) dyonisius 2b.c.d.e. — ariopagita 2. *C.* a) *sic* 2. *C;* est ad. 1. b) trophinus 2. *C.* c) galathas 2. d) *sic* 2. *C;* ad *om.* 1. e) ā 1; autem *om.* 2. *C;* et dicitur 2b.c.d.e. f) se ipsum 2. *C.* g) *sic* 1. *C;* quadam *om.* 2. h) *sic* 1. 2d; Sicanis 2a; Stanis 2b.c.e; Oracius *C.* i) ad 2d.e. — thebaydos 2b.c.d.e. k) et *eadem manu superscr.* 1.

1) *Cf. Hieron. de viris ill. c.* 12. *Sicardus eorum epistolas spurias procul dubio legit.* 2) *Hieron. de viris ill. c.* 5: anno post passionem Domini tricesimo septimo. *Sive mendo libri a Sicardo lecti seu ipsius errore* XXVII *pro* XXXVII *scriptum esse reor. Sed mirum, quod Sicardus non viderit hoc dissentire ab eo quod supra dixerat Petrum a.* 36. *vel* 38. *post passionem et cum eo Paulum occisum esse.* 3) *Cf. Eusebii-Rufini Hist. eccl. III,* 4. 4) *Hoc dicitur a multis auctoribus, quos Sicardus legit, ab Hieronymo videlicet, Prospero, Orosio VII,* 7, 13, *Paulo Hist. Rom. VII,* 15, *Gotifredo Panth. XXI,* 9 *(ubi:* se ipsum occidit*). Cron. Tiburt. deperdita sola cum Cron. Tiburt. exstante et Basil. habuit:* a senatu hostis iudicatus . . . interfectus est. 5) *Nota iocosum errorem Sicardi.* 6) *Hist. VII,* 27.

[*Hier.*] Persii[a], claruerunt, sed Cornutum Nero misit in exilium. Terremotus Rome et in Asia [*Got.* 21, 10.] fuerunt magni[b]. Fulmen cecidit ante mensam Neronis. Eiusque temporibus[1] Clodoveus[c] Remis angelo de celis[d] oleum deferente baptizatus est. Processus autem[e] et Martinianus, Nazarius[f] et Celsus martyrio coronati sunt[2].

[*Hier. et H. R. VII, 17—20.*] [g]Anno Domini LXXII. post mortem Neronis Galba in Yberia[h], Otto Rome, Vitellus[i] in Germania, Vespasianus[k] in Palestina electi sunt ad imperium. Nero namque contra Iudeos Vespasianum miserat. Sed Galba VII° mense capite truncatur, Otto levi prelio victus[l] seipsum occidit, Vitellius[m] a ducibus Vespasiani occiditur. Itaque[n] Vespasianus, exercitum filio Tyto conmendans, Romam venit et confirmatus regnavit annis VIIII et[o] men[sibus] XI, d[iebus] XXII. Qui moderatissime rexit imperium. Erat enim iustus, largus, lenis, patiens, inmemor offensarum. [*Ruf. III, 5.*] Ecclesia que Iherosolimis congregata fuerat responso accepto transivit ad castrum Pellam[p] [*Hier.*] nomine trans Iordanem. Ablatis inde iustis viris Tytus anno II. imperii patris Iudeam et Iherusalem diebus azimorum subvertit[q]. Diebus merito, quibus Dominum occiderant, occi- [*et Ruf. III, 6.*] duntur, alii gladio, alii fame, usque adeo, quod matres filios comederent[r]; alii vero igne conbusti sunt, alii venumdati, alii captivati, usque ad decies centena milia. Hic est [*Ps. 79, 14.*] igitur ille secundum prophetam *aper de silva*, qui devastavit eam[3]. Fuerunt [*Hier.*] autem a prima edificacione templi, que fuit sub Salomone, usque ad hanc ruinam anni MCII, alii[4] dicunt MLXXXVIIII; a secunda, que fuit sub Dario, DXC; a captivitate sub Antyocho[s] CCXXXVIII, a passione Domini XXXVIIII vel pocius quadraginta, super Ysaiam[5] [*Ruf. III, 8.*] legitur XLII. Hanc destructionem hec prodigia precesserunt[t]: scilicet cometes et stella similis gladio et inmensus fulgor[u] repentinus in templo et voces dicentes: ‘Transmigremus hinc’, et ianua ferreis vectibus munita sponte patefacta, currus et quadrigae et armatorum cohortes in aere, et vitula in sacrificiis agnam enixa, et prophetia cuiusdam rustici clamantis[v] et nil aliud in ore habentis quam verba hec: ‘Vox ab oriente, vox[w] ab occidente, vox a IIII ventis, vox super Iherusalem et templum[x], vox super sponsam et sponsum[y], et ve Israelitis[6], et [*Haimo.*] divisio civium, quia pars templum, pars tenuit arcem, pars reliquam civitatem; unde Ysaias: [*Is. 66, 6.*] *Vox populi*[z] *de civitate, vox de templo*[7]. [*Ruf. III, 11.*] Post excidium urbis e[a] diversis locis convenerunt in unum apostoli ceterique discipuli, qui supererant, et elegerunt Symeonem[b] vel Symonem[8], [*H. R. VII, 19. et Hier.*] Cleophe filium, Iacobo successorem. Temporibus Vespasiani Achaia[c], Lithia, Rodus, Byzantium[d], Samos, Trachia[e] et multae aliae regiones, quarum quedam libere, quedam[f] sub regibus degebant amicis, sub Romano rediguntur[g] imperio. Capitolium incenditur, quod reedificare incepit.

[*Hier. et H. R. VII, 21.*] [h]Anno Domini LXXXII.[9] Tytus Vespasiani filius regnavit aput Romanos an[nis] II et men[sibus] II; qui fuit Greca et Latina lingua[i] disertissimus, facundus, pius, largus, dicens

a) persay 2[b]; pisii 2[d]; parisii 2[c]. b) magni *om. C;* asya (2[a. c. d]) magni fuerunt 2. c) olodoueus 1. d) celo 1. 2[e], *eadem manu corr.* celis 1. e) autem *om.* 2[b. c. d. e]. f) nazareus 2[c. e]; nazarinus 2[d]. g) Cesar 7[us] *rubr.* 2[b]; De Vespesiano *rubr.* 2[c]. h) lyberia 2[c]; hibernia 2[d]; hiberia 2[e]; ybernia *C.* i) *sic h. l.* 1. 2. *C.* k) vespesianus *saepe* 2[b. c. e]. l) ductus 2. m) vitellus *h. l.* 2[b. d]. *C.* n) Ita 2[b. e]. o) et *om.* 2. *C.* p) bellam 2[b]. q) De destructione Iherusalem *in marg.* 1. r) *sic* 1. 2[e]; comederunt (ꝯmed.) 2[a. b. c. d]; comederant *C.* s) anthiocho 2[b. e]; anthyocho 2[c]; Nota annos edifi[ca]cionis diversi temporis templi *in marg. manu II.* 1. t) Prodigia *in marg.* 1. u) fulgur 2[c. d. e]. v) *sic* 2. *C;* sic *add.* 1. w) vox ab occ. *om.* 2. x) *sic* 2. *C;* et *add.* 1. y) et sum 1. 2[a. b] *(scribendum* et-sum*), manu II. in marg. corr.* et sponsum 1. z) dn̄i (domini) 2[d. e]. a) ex 2[c. d. e]. *C.* b) Sym. vel *om.* 2[d. e]. *C;* vel Sym. *om.* 2[a]. c) achaya 2[b. e]. lycia 2[b]; licia 2[c. d]. d) bisancium 2[a. c. d. e]; bysantium 2[b]; bizancium *C.* e) tracia 2[b. c]. f) q̄ (que) 1; ꝗ dca 2[b]. g) n *in hac voce erasum* 1. h) De octavo cesare Tyto et Vespasiano *rubr.* 2[b]; Imperator octavus Tytus *rubr.* 2[c]. i) *sic* 2. *C;* lingua *om.* 1. — dissertissimus 2[a. b. e]. *C.*

1) *Nimium Gotifredi errorem Sicardum haud deprehendisse nota.* 2) *Cf. Adonis Martyrol. Iul. 2. Iun. 12; eiusdem lib. de fest. apostolorum, Martyrol. ed. Dom. Georgio p. XLVII.* 3) *Ut ait Haimo episcopus Halberstatensis in libro qui inscribitur. In Esaiam Commentariorum libri tres (Coloniae* 1531. 8⁰*) l. II, c.* 27, *f.* 88′*; quem librum Sicardus infra citavit et compluribus locis exscripsit.* 4) *Scil. Beda.* 5) *In libro Haimonis II, c.* 32, *f.* 111′. 6) Hierosolymis *Eusebius-Rufinus.* 7) *Haec ex supra dicto libro Haimonis l. III, c.* 66, *f.* 246. 8) Simeon qui et Simon *Hieron.* 9) *Hunc annum habuit catalogus imperatorum Italicus in Cron. Tiburtina deperdita exscriptus;* LXXXI. *Cron. apost. et imp. Basil.*

nullum debere tristem ab imperatore discedere. Unde cum quadam[a] die recordatus fuisset[b] in cena *Hier. et H. R. VII, 21.* se nil illo die[c] cuiquam prestitisse, ait: 'Amici, hunc diem perdidi'. Hic amphiteatrum edificavit, in cuius dedicatione[d] V^{M} ferarum occidit. Temporibus eius, scilicet anno II, Cletus Lino in episcopatu successit, quem Petrus presbiterum ordinavit.

[e]Anno Domini LXXXIIII. Domicianus aput Romanos regnavit annis XV, quidam dicunt *Bas., Hier. et H. R. VII, 23.* XIII[1]. Hic superbissimus fuit, ut[f] se deum et dominum iussit appellari et aureas et argenteas statuas in Capitolio[g] sibi erigi, mensem Octubrem[h] Domitianum suo nomine dici, augustam[i] vocari; verumtamen Rome multa opera fecit: Capitolium, forum, porticus divorum[k], Ysium et Serapium, horrea pyperataria[l], Pantheon et Stadium et multa alia. De Dacis et Germanis triumphavit. Eunuchos[m] fieri prohibuit et vites in Urbe seri. Philosophos[n] et mathematicos de Urbe eiecit, Christianos persecutus est*. Iohannem apostolum[o] in ferventis olei dolio posuit, et *Ps.-Isid. 43.* cum inde illesus exisset, in Pathmos[p] insulam relegavit, ubi Apochalipsim scripsit, scribens VII *Got. 21, 13. Apoc. 1, 4.* ecclesiis, que sunt in Minori[q] Asia, in qua prius[r] Paulus evangelizavit[s]; sed postea in divisione apostolorum, ut prediximus[2], Iohannes eam obtinuit, et in VII civitatibus[t] episcopos velut eorum archiepiscopus ordinavit. Omnes quoque de genere David Domi- *Ruf. III, 19. 20. et Hier.* cianus occidit, ut nullus superesset[u] de regali origine, exceptis quibusdam, qui dicebant non deberi sibi terrenum imperium, sed celeste; quos ob vilitatem eorum liberos abire permisit. Demum[v], cum multos nobiles de senatu occidisset, suorum coniuratione *H. R. VII, 23. et Hier.* occisus est. Cuius temporibus Clemens Cleto in episcopatu successit, secundus per *Bonizo IV, 63.* Petri electionem, quartus[w, 3] per gradum, qui statuit canonem ante fractionem eukaristie dici[x] et episcopos electione cleri et consensu plebis institui[y] et sedem episcopalem in loco eminentiori[z] et baptizatos in fronte[a] perungi et a ministris altaris [castitatem[b]] servari. Qui demum in exilio positus marinis fluctibus inmersus est. Appollonius[c] et Eufrates philosophi claruerunt. *Hier.* Quintilianus Rome scolam habens salarium[d] de fisco primus accepit. Iosephus a Vespasiano captus[e] *Hier. de v. ill. 13.* Romam venit et multa conscripsit[f], presertim XXIIII[4] libros Antiquitatum ab exordio mundi usque ad XIIII. annum huius Domiciani; unde statua Rome donatus est. Iuvenalis satyram *et Ruf. III, 9.* scripsit. Multi martyres passi sunt. Et multa[g] sub Domitiano Rome portenta fuerunt. *Hier.*

[h]Anno Domini XCVIIII. Nerva aput Romanos regnavit an[no] I et men[sibus] IIII, vir[i] *Hier. et H. R. VIII, 1.* strennuus et modestus, qui missos in exilium per Domitianum solvit. Idem creditur de Iohanne apostolo, qui reversus [est][k] Ephesum, ubi est metropolis Asiana[l]. Audi fabulam, *Ruf. III, 23.* non fabulam de Iohanne, sed rem gestam. Cuidam episcopo quendam[m] iuvenem conmisit; episcopus abusus est eo, iuvenis princeps latronum effectus est; cum[n] repeteret eum Iohannes, ait episcopus: 'Domino[o] mortuus est'; cui Iohannes: 'Bonum te custodem fratris anime dereliqui'; demum[p] per Iohannem ad penitentiam revocatus est.

[q]Anno Domini[r] C. Traianus[s] imperator aput Romanos regnavit an[nis] XVIIII[t] et men- *Bas., Hier. et H. R. VIII, 2.* sibus VI. Hic fuit tantae civilitatis[u] et fortitudinis, ut omnibus precedentibus principibus merito[v]

*) *Manu II. in marg. adnot.* 1: Secundam persecucionem.

a) quodam 2^{a}. b) fuit 2. c) *sic* 2. *C;* die *om.* 1. d) edificacione $2^{d.e}$. e) De Domiciano IX^{us} *rubr.* 2^{b}; Imperator nonus Domicianus *rubr.* 2^{c}. f) *sic* 1. *C;* et 2. g) *sic* 2. *C;* capitulo 1. h) *sic* 1. *C;* octobrem 2. i) augustum $2^{d.e}$. *C.* k) *sic C;* duorum 1. 2. l) pyparataria 1; piperataria 2; piperatoria *C.* — Pantheon *in marg. etiam adnot.* 1. m) eunuchus $2^{b.c.d}$. n) Philos. — Urbe *om.* $2^{c.e}$. o) et *add.* 1. p) pathmas *corr.* pathmos(?) 1; patmos $2^{b.c}$. q) asia (asya $2^{a.d}$) minori 2. r) Paulus prius 2. s) eugelizavit 1. t) ciuitates 2. u) regali superesset (de *om.*) 2. v) *sic* 1. 2^{e}. *C;* Deinde $2^{a.b.c.d}$. w) quartus *om.* 1; De Clemente *in marg.* 1. x) dici *om.* $2^{d.e}$. y) instituit 2. z) poni *fort. supplendum, ut habet Ioh. de Deo.* a) fonte $2^{a.b.c.d}$. b) *supplevi; om.* 1. 2. *Ioh. de Deo.* c) Appollinus (appolinus 2^{b}; Apoll. 2^{d}) $2^{a.b.c.d}$. d) *sic* 2^{b}. *C;* scolarium 1. 2^{e}; sollarium 2^{a}; solarium $2^{c.d}$. e) *sic* 2. *C;* captus *om.* 1. f) scripsit 2. g) Et multa *et* Rome *om.* 2^{b}. h) Cesar X^{us} *rubr.* 2^{b}; Decimus imperator Nerva *rubr.* 2^{c}. i) iste *add.* 2; fuit *add.* *C.* k) *sic C;* est *om.* 1. 2. l) Asyna 2^{a}; asyana $2^{c.d.e}$. m) qndam 1; quidam 2^{a}. n) *sic* 1. *C;* et cum 2. o) *sic* 1. *C;* domine 2. p) deinde $2^{b.c.d.e}$. q) Cesar XI^{us} *rubr.* 2^{b}; Imperator undecimus Trayanus *rubr.* 2^{c}. r) d'no 1. s) trayanus *semper* $2^{c.d}$; troyanus *semper* $2^{b.e}$. — imp. *om.* 2. *C.* t) XVIII 2. u) ciuitatis *corr.* ciuilitatis 1. v) merito *manu II. superscr.* 1.

1) *Cron. Tiburt. deperdita habuit cum Cron. Basil. et catalogis Italicis:* ann. XIII, men. V. 2) *P.* 99, *l.* 23. 3) *Bonizo:* tertius vero per gradum. 4) *Hieron.:* viginti.

H. E. VIII, 2—4. et Hier. preferatur. Nam cum alii post Augustum imperium defendissent, iste nobiliter ampliavit. Nam Asia et Babilonia[1] capta usque ad Indie fines accessit[a]. De Dacis et Sythis[b] triumphavit. Hyberos[c], Sauromatas, Arabas[d] et Bosforanos in fidem[e] accepit. In mari Rubro classem instituit, ut fines Indie subiugaret[f], Armeniam, Assyriam[g], Mesopotamiam subiugavit et provincias fecit[h]. Nil elegit[i] iniustum ad augendum fiscum[k], sed persecutor fuit[l] Christianorum. Nam cum Plinius cuiusdam provinciae[m] procurator eum consuluisset, si Christianos occideret, cum nil mali in eis reperiret preter obstinationem non sacrificandi[n] et antelucanos cetus ad canendum cuidam Christo ut deo, respondit puniri[o] oportere. Demum Traianus aput Seleutiam[p] Ysauriae, ut dicitur, mortuus est; cuius ossa in urna aurea delata in foro sub columpna sunt. *Bonizo IV, 64—66.* Solus omnium intra Urbem in foro sepultus est. Temporibus cuius sederunt Anacletus, qui statuit non minus quam a tribus episcopos[q] ordinari et ordinationes publice fieri. Euaristus, qui[r] statuit VII diacones[s] episcopos habere. Et Alexander, iuvenis etate, sed[t] moribus senex, qui[u] statuit in sacrificio aquam vino[v] misceri, et addidit in canone[w]: *qui pridie* usque *quocienscumque*, et instituit, ut hec oblatio ex azimo fieret et modica foret, dicens: *quanto paucior, tanto pocior*[2]. Rursus precepit aqua salibus exorcizata et benedicta populum aspergi.

Ruf. III, 23.31. et Hier. de v. ill. 9. Got. 14, 3. Isid. Hier. de v. ill. 9. Eiusque temporibus Iohannes apostolus et evangelista[x] dormivit in Domino. Hic est Iohannes filius Zebedei, qui supra pectus Domini in cena recubuit, cui Christus in cruce[y] virginem virgini conmendavit[3]. Qui ab exilio reversus Ephesum scripsit evangelium, in quo docuit de divina nativitate contra Cherintum et Ebionitas, qui dicebant Christum non fuisse ante Mariam, et que alii pretermiserant adimplevit. *Ruf. III, 25. Hier. de v. ill. 9. 18.* Scripsit etiam tres epistolas canonicas[4], sed de duabus dubitatur. Aiunt enim quidam eas fuisse cuiusdam Iohannis presbiteri, quem Papias, Iohannis auditor[5], connumerato[z] Iohanne cum aliis apostolis seniorem appellat. Unde et[a] in epistolis senior appellatur. Cuius sepulcrum similiter aput[b] Ephesum est, ubi et sepultus est beatus Iohannes.

Hier. Chr. et de v. ill. 16. Anno[c] post passionem Domini LXVIII. eiusque temporibus Symon Iherosolimorum episcopus crucifigitur, et Ignatius Antyochenus[d] episcopus a Petro tercius Romam perductus, bestiis traditur devorandus, sed reliquie superfuerunt, que in Antyochia[e] delate sunt. *Ruf. III, 36. IV, 14.* Hic statuit antyphonas decantandas[6] et multas scripsit epistolas, unam Policarpo episcopo Smyrne[f], apostolorum discipulo, Anthiocenam[g] conmendans ecclesiam[h]. *ib. III, 27. 28.* Temporibus quoque Traiani fuit Menander Samaritanus magus, Symonis magi discipulus. Et Ebiones[i] heretici surrexerunt, legem servantes et unum evangelium, quod[k] secundum Hebreos appellant[l], Christum purum hominem confitentes; qui[m] Ebiones dicti sunt, id est pauperes, a paupertate scientie. Zerintus[n] quoque, qui[o] futurum terrenum regnum Christi post resurrectionem et *ib. IV, 14.* corruptionis opera predicabat; quem cum[p] vidisset Iohannes evangelista balneas ingressus, *ib. III, 29.* balneo[q] exivit dicens: 'Fugiamus, ne balneae se corrumpant'. Similiter Nicholaite[r], Nicholaum

a) accepit 2. b) *sic* 1. 2^{d}. *C;* scithis 2^{a}; siccis 2^{b}; sycthis 2^{c}; De — accepit *om.* 2^{e}. c) iberos 2^{b}. — sauramatas 1. d) *sic* 1. *C;* arabes 2. e) finem $2^{a.b.c}$. f) subiugauit *corr.* subiugaret 1. — ermeniam $2^{c.d.e}$. g) syriam 2. h) et prov. fecit *om.* 2. i) *sic* 1. *C, sed* egit *emendandum est* (agens *Paulus*), *et* l *litteram post corrigere voluisse quidam videtur* 1; *om.* 2; *in marg. adnot.* 1: Iustum infidelem. k) reputans *add.* 2. l) *sic* 2. *C;* christ. fuit 1. m) prov. *bis scr., alterum expunct.* 1. n) sacrificandā 2^{b}; sacrificand^{m} 2^{c}. o) punire $2^{c.d.(e)}$. — oporteri 2^{b}. p) soleutiā 1; zeleuciam 2^{b}. q) epīs (episcopis) $2^{c.d.e}$. r) officium *add.* 2 (2^{d} *post* statuit) *ut saepe, ubi de statutis pontificum de officio ecclesiastico relatum est, quod in marg. libri* 2 *saepe adscriptum fuisse apparet.* s) diachonos 2^{a}; dyacones $2^{b.c}$; dyaconos 2^{e}. t) et 2^{b}. u) *seq.* iterum senex *expunct.* 1; officium *add.* 2. v) in vino 2. w) canonice, ce *expuncto corr.* canone 1. x) De Iohanne eua *in marg.* 1; Iohannes ewan^{ta} *in marg.* 2^{a}. y) moriens matrem *add.* 2. z) ꝯnuāto 1. a) et *om.* $2^{c.d.e}$. b) est aput Eph. 2. c) XII^{us} *rubr.* 2^{b} *falso h. l.* d) antyocenus 2^{a}; anthiocenus $2^{b.(c)}$; anthyocenus 2^{d}; Anthiochenus 2^{e}. e) anthiochia $2^{b.e}$. f) smirne $2^{a.b.c}$. g) antyocenam $2^{a.d}$; anthyocenam 2^{c}; anthiochenam 2^{e}. h) eptam 1. i) hebiones $2^{c.d}$; heresim e . . . *(absc.) in marg.* 1. k) quo $2^{a.b}$. l) appellatum $2^{c.d}$. m) ꝙ (quod) 1. — ebione 2. n) Seruitus 2^{a}; Cherintus $2^{b.c.d.e}$. o) qui *om.* 2. p) cum *om.* 2^{b}; Alia heres[is] *(absc.) in marg.* 1. q) in balneo $2^{a.b.c.e}$; de balneo 2^{d}. r) nicolaite 2^{a}; nycolayte $2^{b.d}$; nicolayte $2^{c.e}$; De nicola[itis] *(absc.) in marg.* 1. — Nicolaum $2^{a.c}$; nycolaum $2^{b.d.e}$.

1) Babiloniam *pro Babylone habet etiam Gotifr. Viterb. XXII,* 15. 2) *Bonizo:* quanto potior, tanto parcior. 3) *Cf. Isidor. de ortu patrum c.* 77, 111*; Pseudo-Isidor. ibid.* 43. 4) *Hieron. de viris ill. c.* 9: Scripsit et unam epistolam; *Eusebius-Rufinus Hist. eccl. III,* 25: Iohannis tamen extant praeterea epistolae *etc.* 5) Iohannis auditor *ex Eusebii-Rufini Hist. eccl. III,* 39. *vel Hieronymi de viris ill. c.* 18. 6) *Cf. Hist. tripart. X,* 9.

diaconum imitantes, qui cum argueretur de zelotipia, in medio produxit uxorem, aiunt *Ruf. III, 29.* quidam ad abutendum[a], alii ad libidinis contemptum. Plinius etiam orator et hystoricus[b] *Hier.* extitit. Terraemotus magni fuerunt in Asia, Galatia[c], Capadocia et Anthiochya[d].

Anno Domini CXX. Adrianus aput Romanos regnavit an[nis] XXI, men[sibus] X, d[ie- *H. R. VIII, 7.* bus] XXI[1]. Hic cognominatus est Elyus[e]; facundissimus fuit et diligentissimus circa errarium[f] et militum *Got. 21, 16. H. R. VIII, 7.* disciplinam. In utraque lingua peritus, pater patrie dictus, tributa Urbis relaxavit, Alexandriam *Hier.* a Romanis subversam publicis instauravit expensis et ad[g] instaurationem civitatum Nicomedie[h], que terraemotu corruerant, de publico dedit expensas. Atheniensibus sibi[i] legem petentibus de libris[k] Draconis et Solonis[l] iura conposuit. Sed contra Sauromatas[m] bellum gessit, Iudeos secundo Romano imperio rebellantes anno secundo imperii sui cepit. Anno octavodecimo — super Ysaiam dicitur[2] L[n] fere anno post captivitatem[o] Romanorum — bellum Iudeorum finem accepit, Iudeis[p] *Haimo. Hier.* penitus oppressis[q]; ex quo tempore etiam introeundi Iherosolimam ablata est eis licentia. Primo Dei nutu[r], sicut prophete vaticinati sunt, deinde Romanis interdicentibus; et cum ipse restauraverit[s] eam, ab Elyo[t] dicta est Elya. In fronte porte cuius[u], que respicit ad Bethleem[v], titulus in marmore positus est, eam Romane[w] potestati subiacere. Quidam aiunt eam dici Elyam a Tyto Vespasiani[x] filio, qui eciam Elyus vocabatur. In templo vero statuam suam *H. Sc. Ev. 138.* erexit. Unde in evangelio: *Cum videritis abhominationem desolationis stantem in loco sancto;* quod autem[y] predixerat Ysayas[z]: *in sempiternum non reedificetur*, subintellige[a]: in statum pristi- *Haimo. Is. 25, 2.* num[3]. In hac restaurata Iudeis prohibitis Christianos habitare permisit, secundum quod *Got. 21, 16.* predixerat Ysaias[4]: *Semen sanctum erit id quod steterit in ea.* Ubi anno XX. Marcus *Is. 6, 13. Hier.* primus ex gentibus fit episcopus. Adrianus enim precepit Christianos absque obiectu criminum[b] minime condempnandos. Adriani temporibus Xistus[c] Rome sedit episcopus, qui[d] statuit, *Bonizo IV, 67. 68.* ne sacra contingantur nisi a ministris, et ut corporale sit de albo lineo panno. Xisto[e] successit Thelesphorus, qui ante natalem Domini clero VII ebdomadibus carnis indidit[f] abstinentiam et ieiunio quadragesime[g] septimam addidit septimanam[5] et statuit in natali Domini missam nocte celebrari et *Gloria in excelsis Deo*, ymnum scilicet[h] angelicum, in missarum sollempniis de- *Tib. et Bonizo.* cantari[i]. Eiusque temporibus fuit Quadratus Athenarum episcopus, apostolorum discipulus, qui *Hier. Chr. et de v. ill. 19.* scripsit pro Christianis utile opus. Faustinus et[k] Iovita et sancta Christina[l] coronati sunt martyrio[6]. Terraemotu[m] Nicopolis et Cesarea[n] corruerunt. Basilides heresiarcha *Hier.* surgit in Alexandria, qui prodigiosa fabularum figmenta conposuit, ut[o] infra dicemus[7]. *Ruf. IV, 7.*

[p]Anno Domini CXLII[0] Tytus Antoninus[q] aput Romanos regnavit an[nis] XXII et men- *Hier.* [sibus] III. Qui Pius propter clemenciam dictus est, pater patrie, quia cautionibus incensis debita *H. R. VIII, 8.* relaxavit, errarium opulentum servavit, regibus[r] amicis non minus venerabilis quam terribilis. *et Isid.*

a) ad utendum ad, *alterum* ad *del.* 1. b) ystoricus 2[a]; historiacus 2[b.c.d.(e)]. c) galathia 2[a]; gallacia 2[c.d.e]. — Capad. *om.* 2[b.c.d.e]. d) antyochia 2[a.d]; anthiochia 2[b.c.e]. — Cesar XIII[us] Adrianus *rubr., et in marg.* XIII[us] 2[b]; Adrianus tredecimus *rubr.* 2[c]. e) elius 2[b.e]; helyus *C.* f) *sic* 1. 2. *C.* g) ad *om.* 2[d.e]. h) nycomedie 2[b.c.d]; nichomedie *C.* i) atheniensibś 1. k) libri 1. *C.* l) scolonis *C;* scalonis 2. m) Sauromathas 2[a.d]; sarmatas *C.* n) primo 2. o) *seq.* iudeorum *del.* 1. p) iudeos 2[b.c.d.e]. q) oppressit 2. r) nuptu 1. s) restaurauerint 2[b.c.d.(e)]. t) elio . . . elia *h. l.* 2[c.e], *post l.* 16. 2[b.c.e]. u) ciuitatis 2. v) bethlehem 2[b.c.d]. w) romani 2[c.d]. x) filio Vesp. 2. y) an 2[c.d]; adhuc 2[e]. z) *sic* 2[a] *(infra l.* 20. 2[a.e]*)*; esyayas, *prius* y *del.* 1; ysaias 2[b.c.d.e]. a) stubintellige 1. b) *sic* 2. *Hieron.;* criminis 1. c) Sixtus 2[a.b.e]. *C;* syxtus 2[c.d]. d) officium *add.* 2. e) Sixto 2. f) indicit 2[d] *solum;* indixit *fort. corrigendum.* g) iei. XLVII add. 1; iei. XL sept. 2[a]; iei. quadragesimali sept. 2[b.c.d.(e)]. h) scil. *om.* 2. i) decantare 2[a]. k) et *om.* 2. l) x̄piana 2[a.e]; cristina 2[b]. — mart. cor. sunt 2. m) Terre motus 2[a.c.d]. n) cesaria 2[b.c]. o) *seq.* ita *expunct.* 1. p) De Tyto Antonio (tytho anthonio 2[b]) *rubr.* 2[b.c]. q) antonius *h. l.* 2[a]; anthonius 2[b.c.d.e]. r) et *add.* 2.

1) *Paulus Hist. Rom. VIII,* 7: obiit . . . imperii anno vicesimo primo, mense decimo, die vicesimo. 2) *Ab Haimone l. II, c. 6, f.* 29. 3) *Haec ex Haimonis l. II, c.* 25, *f.* 82. 4) *Ut exposuit Haimo l. II, c. 6, f.* 28'. 29. 5) *Bonizo IV,* 68: Sunt qui dicunt eum quadragesimale instituisse ieiunium, beatus vero Ambrosius . . . . dicit quadragesimale ieiunium a beato Petro traditum esse ecclesiis, Telesphorum tantum clericis praecepisse septem hebdomadibus ante pascha ab esu carnium abstinendum. *Hinc Sicardus quod dicit effecisse videtur, nam Liber pontif. et qui ab eo pendent tradunt Telesphorum instituisse,* ut VII ebdomadas ante pascha ieiunium celebraretur. 6) *Cf. Append. ad Adonis Martyrol. Febr.* 15, *ed. Dom. Georgio p.* 638. 7) *P.* 110, *l.* 8 *sqq.*

Hier. Tib. Huius Antonini[a] anno I° Yginus Rome fuit[b] episcopus, qui[c] clerum conposuit et gradus distri-
Bonizo IV, 70. 71. buit et unum patrinum in tribus sacramentis aut singulos in singulis assignavit.
Cui successit Pius, qui ab angelo didicit pascha in die dominico celebrandum, quod adhuc
et Tib. secundum legem servabatur[d]. Pio substituitur Anicetus[e], qui[c] statuit, ne clericus
Prosp. comam nutriat. His temporibus Valentinianus et Cerdo et Marcion heretici Romam venerunt.
Valentinianus dicebat[f] duo esse principia, profundum et silentium, et ex his XXX orta secula.
Cerdo[g] quoque et Marcion[h] duo principia, bonum et malum; ambo resurrectionem carnis[i]
negabant, anime tantum salutem[k] promittebant. In Alexandria vero Basilides suam doctrinam
evomuit, docens[l] CCC^os LXV celos secundum numerum dierum anni, unde hoc[m] nomen
'Abraxas' conmendabat, quia numerum istum contineat[n]. Cuius discipuli[o] se Gnosticos
nominabant[p] a presumptione excellentioris scientiae, sed ab aliis dicebantur Borborite, id est
Hier. de v. ill. 21. cenosi, a turpitudine, quam in mysteriis exercebant, contra que[q] scripsit[r] doctus Agrippa.
Isid. Eisdem[s] quoque temporibus fuit Galienus medicus, qui Pergami[t] natus, claruit Rome. Et
Ruf. IV, 14. et Bonizo IV, 71. Aquila post[u] LXX fuit interpres, natione Ponticus[v]; et Policarpus, Iohannis apostoli[w] discipulus,
Smirnensis[x] episcopus, alibi dicitur[1] Ephesinus, orationis voto Romam venit, qui obvians
Bonizo IV, 70. Marcioni dicenti: 'Cognosce nos', respondit: 'Cognosco primogenitum Sathanae'. Praxedis[y], Poten-
tiana Rome virgines claruerunt.

Tib., Hier. et H. R. VIII, 9—13. [z]Anno Domini CLXV° Marcus Antoninus[a], qui et Severus, et cum eo frater Lucius
Aurelius regnavit aput Romanos annis XVIIII et men[se] I. Usque ad hoc tempus singulares
fuerunt augusti, hic primum bini. Hii Seleutiam ceperunt, de Parthis[b] triumpharunt. Contra
Germanos et Sarmatas[c], Marcomannos, Squados[d], Dacos, Wandalos, Suevos, Pannonios dimicarunt.
Ruf. V, 5. Et[e] cum siti[f] exercitus estuaret[g], quibusdam militibus Christianis, qui sub eo militabant,
orantibus contra[h] spem largissimus ymber effusus est in exercitu, sed in hostes fulgur et ignis.
Hier. et H. R. VIII, 13. Marcus defuncto fratre filium suum Commodum[i] fecit regni consortem. Multis multa lar-
gitus est, ita quod erarium[k] exhausit. Pecuniam, que fisco debebatur, tabulis incensis remisit,
et ne quid bonitati deesset, severiores[l] leges novis constitutionibus temperavit; adeo magnificus fuit,
ut C simul leones exhibuerit[m]. Cumque Smyrna[n] civitas Asiae terraemotu corruerit, per
decennium ad ipsius[o] instaurationem tributa remisit. Octavo anno Marcii[p] Antonini Sother[q]
Bonizo IV, 72. 73. Rome fit episcopus, qui constituit, ut monacha pallam non contingat, et instituit de sponsis
benedicendis[r]. Post quem Eleuterius, qui[s] confirmavit, ut nulla esca a Christianis repudietur[t].
Hier. Quo mandante Lucius rex Britanicus Christianus effectus est. Sed persecutio in Christianos
invaluit, ita quod Policarpus in Asia et multi alii et[u] in Galylea plurimi martyrium susti-
et Ruf. III, 35. nuerunt[v]. Sed Iustinus phylosophus et Theophilus Anthiocenus[w] et Papias Ieropolitanus, Appol-
linaris[x] Asianus, Dionisius[y] Chorintus et Melito Sardensis[z] episcopi claruerunt. Sed Tacianus et
Prosp. Bardesanes heretici venenosas doctrine fialas effuderunt[a]. Dogmatizabat namque
Ruf. IV, 29. Tacianus nuptias et fornicationem ad paria iudicanda. Qui evangelium unum ex quatuor con-
posuit, quod Diateseron[b] nominavit, et adhuc habetur a multis[2]; cuius discipuli Taciani et Enora-

a) antononi *corr.* antonini 1; antonii 2^b. c. (e); anthonii 2^d. b) fit 2^a. c. d. e. c) officium *add.* 2 (of. 2^a). d) seruatur 2^d. e. e) anicletus 2. f) duo dic. 2; N[ota] hereticos Valentinian̄ et Cerdo et Marcion et eorum he[re]ses *in marg.* 1. g) Credo *h. l.* 2^a; serdo *h. l. et l.* 5. 2^b. h) Marcio 2^a. c. e. i) *sic* 2. *C;* carnis *om.* 1. k) sal. *bis scr., alterum expunct.* 1. l) dicens 2. *C.* m) h̄ 1. n) continebat 2^a. d. e. o) discipulos 2. *C.* — segnosticos 1. 2^a. b. *C;* segnosticas 2^c. d. e. p) *sic* 2^b *solum;* nominabat 1. 2^a. c. d. e. *C.* q) quam 2. r) *sic* 2. *C;* doctus scripsit 1, *ubi seq.* g. s) *sic* 2^a*;* Eiusdem 1. 2^b. c. d. e, u *expuncto corr.* Eisdem 1. t) *seq.* ḡ *expunct.* 1. u) Et aquilapus (aquilappus 2^b. (e)) 2. v) porticus 2. — et *om.* 2. w) ewangeliste 2. *A* (evang.). x) firminensis 1; smyrnensis 2^c. d; smyrenensis 2^c; seunensis *A.* y) braxsedis 2^b; et *add.* 2. z) De Marco Anthonio *rubr.* 2^b. c. a) Antonius 2^a. *C;* anthonius 2^b. c. d. e. b) partis 2^b. d. e. — triumpharunt 2^b. c. d. e. *C.* c) Sarmathas 2^a. c. d. — marchomannos 2^c. d. d) scados 2. e) Et *alio atram. post suppl.* 1. f) sui 2^d. *C.* g) estuaret *alio atram. in loco raso* 1; exstuaret *C.* h) contra *om.* 2^b. i) ꝯmodum 1. 2^c. d; comodum 2^a. b. k) errarium 2^a. c. e. l) seniores 2^b. e. *C.* m) exhibuerit 1. n) smirena 2^a; smirna 2^b. c; smyrna 2^d; simirna *C.* o) *sic* 1. *C;* eius 2. p) *sic* 1. 2^a. b. c. *C;* marci 2^d. e. — Antonii 2^a. c. *C;* anthonii 2^b. (e); *om.* 2^d. q) Soter 2^a. b. d. e. r) dened. *corr.* bened. 1. — Postquam 2^a. b. c. — eleuterus 2^a; eleutrius 2^b. c; eleutherius 2^d. s) officium (of. 2^a) *add.* 2. t) repud. — Christianus *om.* 2. u) et *om.* 2^e. *A.* v) sustinerent 2^b. c. e. w) Anthyocenus 2^b; anthyocenus 2^c. x) appolinaris 2^b; Apollinaris 2^d; appolinaris 2^e. *A.* — Asyanus 2^a. c. y) dyonisius 2^b. c. d. e. — Corinthus 2^a. b. *A.* z) ensis *alio atram. in loco raso* 1. a) claruerunt 1. b) dyateceron 2^a; dyatheceron 2^b. c. d. e.

1) *Scilicet a Bonizone IV, 71.* 2) *Non sane Sicardi tempore.*

tite[a] vocati sunt et[b] postea Severiani a Severo discipulo eius. Hisque[b*] temporibus tanta fuit pestis per Urbem[c] et orbem, quod pené usque ad internitionem Romanus deleretur exercitus. Acticus[d] phylosophus extitit.

[*Hier.*]

[e]Anno Domini CLXXXIIII. Comodus Marci[f] filius regnavit aput Romanos an[nis] XIII[g]; nichil paternum habuit, nisi quod contra Germanos dimicavit. Septembrem a suo nomine Comodus nominari voluit. Termas Rome fecit[h]. Uxoris poculo est occisus[1]; ádeo nequam fuit, quod etiam mortuus hostis humani generis diceretur, quia multos[i] nobilium interfecit[k]. Huius temporibus Hyrenes[l] Lugdunensis episcopus, Policarpi discipulus[2], Demetrius Alexandrinus, Serapio Anthiocenus[m] claruerunt episcopi et Panthenus[n] phylosophus theologus Alexandrinus et Apollonius[o] martyr[3] et Theodocio[p] Ephesinus interpres et Clemens Alexandrinus, qui multa conscripsit[q]. Protus et[r] Iacinctus[4] et Eugenia martirio coronati sunt. Hisque[s] temporibus fuerunt Catafrige[t], a Frigia dicti heretici, qui secundas nuptias condempnabant. Quorum auctor fuit Montanus, qui se Paraclitum nominabat, habens secum duas[u] mulieres, Priscam et[v] Maximillam, insani spiritus, que se prophetissas esse iactabant. Hisque[w] temporibus Victor Eleutero[x] in apostolica sede[y] successit. Cuius temporibus mota est questio in Asia, si celebrandum sit pascha in XIIII. luna. Unde Victor precepit orientalibus, ut cum Romana ecclesia pascha die dominico post lunam XIIII. celebrarent[z].

[*Hier. et H.R.VIII*,15. — *Hier.* — *Isid. Hier. Chr. et de v. ill.* 38. — *Prosp. et Ruf. V*, 14. — *Ruf. V*, 22-24. *et Hier.* — *Bonizo IV*,74. *et Tib.*]

Anno Domini CLXXXXVII. Helyus[a] Pertinax regnavit aput Romanos[b] men[sibus] VI. Hic septuagenario maior[c], cum prefecturam Urbis ageret, ex senatus consulto[d] imperare iussus[e] [est[f]], et quia pertinaciter resistebat, Pertinax dictus est[g]. Quem cum senatus rogaret, quod uxorem suam[h] vocaret augustam, respondit sufficere, quod regnaret invitus. Pertinax scelere Iuliani occiditur.

[*Hier.* — *Got.* 21, 21. *Hier.*]

[i]Anno Domini CLXXXXVII. Iulianus aput Romanos regnavit men[sibus] VII, quem aput pontem Milvium[k] Severus occidit[l].

[*H.R.VIII*,17. — *Hier.*]

[m]Anno Domini CXCVIII. Severus aput Romanos regnavit annis[n] XVIII. Hic fuit ex Affrica oriundus, philosophus civilibus studiis clarus, sed parcus; multa bella feliciter gessit. Nam Parthos[o], Arabas[p], Britannos superavit et quendam Clodium[q] Albinum, qui fuerat in morte Pertinacis et se cesarem in Gallia[r] fecit, aput Lugdunum[s] occidit. Ut receptas provincias securitate muniret, vallum fecit a mari ad mare per CXXXII milia passuum. Termas Rome fecit. Christianos persecutus est. Demum Eboraci moritur in Britania[t]. Cuius temporibus Zepherinus[u] Rome fuit episcopus, qui precepit altaris vasa fore vitrea, que prius erant lignea. Narcissus Iherosolimitanus claruit et Symachus[v] interpres quartus[w], et Leonides pater Origenis martirio coronatur. Et contra filius Origenes in Alexandria studiis enutritur[x], Clementis

[*Hier. et H. R. VIII*, 18. 19. — *Bonizo IV*,75. — *Hier. et Isid.*]

a) *sic* 1. 2; deuoratice *A;* Encratitae *Prosper.* b) et *om.* $2^{b.c.d.e}$. b*) Hiis quoque (t. q. 2^{d}) $2^{d.e}$. c) (or *del.*) urbem 1; orbem et urbem $2^{c.d.e}$. d) *secundum* c *e corr.* 1. e) De Comodo Marco (marci 2^{b}, *in marg. nigro atram.* marko) *rubr.* $2^{b.c}$. f) znarci 1. g) XIIII $2^{a.e}$. h) fecit *om.* 2^{a}. i) multos *om.* 2. k) interfector 2. — Cuius 2^{b}. l) hireneus *A.* m) antyocenus $2^{a.d}$; antiocenus 2^{c}; anthiochenus 2^{e}. n) pantenus 2^{a}; pantherus 2^{b}. o) apolonius 2^{a}. *A;* appolonius $2^{c.e}$. p) theodotio *A;* theodocioc̣, *extremo* c *expuncto* 1; theodosius 2^{a}; theodocius $2^{b.c.d.e}$. q) scripsit 2. — Prothus $2^{a.(b).d.e}$. r) et *om.* 2. s) Hiis 2^{a}; Hiis quoque $2^{d.e}$. t) cathafrige 2. u) *seq.* uxores *expunct.* 1. v) et *om.* 2^{b}. w) Hiis quoque $2^{d.e}$. x) eleuterio $2^{a.b}$; eleutherio 2^{d}. *C.* y) sede *om.* 1. z) ebr *e corr.* 1. — De Elyo Pertinace *rubr.* $2^{b.c}$. a) elyus $2^{a.b.d}$; elius $2^{c.e}$; helius *C.* b) ℞ ap ℞ 1, *ubi* ℞ *plerumque pro* regnavit. c) aior, *loco ante hanc vocem vacuo relicto* 1; ator *C.* d) *sic* $2^{a.c.d}$. *C;* consultu 1. $2^{b.(e)}$. e) iusus (*vel* uisus) 1. *C;* missus $2^{c.d.e}$. f) *sic* 2. *C;* est *om.* 1. — et *om.* $2^{c.d.e}$. g) est *om.* 2^{b}. h) suam *bis scr., alterum del.* 1. i) De Iuliano cesare *rubr.* $2^{b.c}$. k) miluinū 2^{a}. l) etc̨ *add.* 2^{a}. m) De Seuero cesare *rubr.* $2^{b.c}$. n) annis *om.* 1. o) partos $2^{a.(e)}$. p) arabes 2. — britanos $2^{a.b.(d)}$. *C.* q) cloclium 2. r) galilea 2. s) lugdirnum 1. t) Britannia $2^{a.c}$. u) Seuerinus $2^{b.d}$; Sophori9 2^{c}. v) *sic* 2. *A;* symacus 1; simachus 2^{b}. w) quar *alio atram. in loco raso* 1; *om. A;* quartus int. 2. x) nutritur $2^{c.d.e}$; eruditus *A;* eruditur *Hier. et Isid.*

1) *Cf. Aurelii Victoris Epit. c.* 17. *et ex ea Landolfus, Hist. misc. l. IX; Gilberti Chron., SS. XXIV, p.* 124*; Paulus VIII,* 15: uxoria obscenitate depravatus . . . obiit morte subitanea, ut strangulatus vel veneno interfectus putetur. 2) Policarpi discipulus *ex Hieron. de viris ill. c.* 35, *ut videtur. Cf. Eusebii-Rufini Hist. eccl. V,* 20. 3) Apollonius martyr *ex Eusebii-Rufini Hist. eccl. V,* 21. *vel Hieron. de viris ill. c.* 42. 4) *Protum et Iacinctum sub Galieno passos esse infra p.* 114, *l.* 22. *Sicardus scripsit. Cf. Adonis Martyr. Sept.* 11. *Dec.* 25.

Ruf. VI, 3, 6. et Got. 21, 23. discipulus fuit, scipsum ad litteram castravit, multos ad fidem convertit, multa conscripsit, in[a] omni scientia peritus fuit, a[a*] XVIII. sue etatis anno docuit, sed plus nocuit, quia *De hom. c. 3.* sicut melior in bonis, sic peior[b] in malis.

Hier. et H.R. VIII, 20. [c]Anno Domini CCXVII.[d] Antoninus Severi filius, proprio nomine Bassianus[e], regnavit aput Romanos an[nis] VII et[f] men[sibus] VI, dictus[g] cognomento Caracalla[h], a genere vestis, qua utebatur[i], et eius nomine Antoniana[k] vocata est; termas Rome fecit, que dicte sunt Antonianae. Inpaciens libidinis[1] fuit usque adeo, quod novercam duxit uxorem; nichil memoriale *Isid.* preter que diximus fecit. Temporibus huius quinta edicio inventa est in Iherico[m], cuius *Hier. de vir. ill. 55.* auctor non apparuit. Ammonius[n] Alexandrinus canones ewangeliorum conposuit. Iherosolimis *Hier. et Ruf. VI, 9.* Alexander adhuc vivente Narcisso episcopus ordinatur propter etatem, habebat enim CXVI[o] annos, cum eo[p] pariter ecclesiam rexit. Sed Tertulianus sanctam impugnavit[r] ecclesiam: *Prosp.* et persecutio magna fuit Christianorum. Nam Felicitas et Perpetua pro Christo passe sunt aput *Ado, Nov. 23.* Kartaginem[s] et septem[t] fratres, filii Felicitatis.

H.R. VIII, 21. et Hier. [u]Anno Domini CCXXIII. Macrinus aput[v] Romanos regnavit an[no] I et men[sibus] II, nil dignum memoria fecit.

Hier. [w]Anno Domini CCXXIIII. Marcus Aurelius Antoninus[x] aput Romanos regnavit an[nis] IIII. Hic extitit inpudicus usque[y] adeo, quod nullum genus[z] obscenitatis obmisit. Cuius[a] *Tib. Bonizo IV, 76.* imperii anno primo Calixtus Rome fit episcopus, qui fecit ecclesiam trans Tyberim et con- *Hier.* stituit quater in anno ordinationes fieri et ieiunia celebrari. Elyogabalum[b] templum fuit[c] Rome *Bonizo IV, 76.* edificatum, et Capitolium incensum, et sinistra manus Iovis fulmine fuit[d] liquefacta[e]. In Pale- *Hier. Isid.* stina vero Nicopolis edificatur, quae prius Emaus vocabatur. Sexta edicio inventa est Nicapoli[f].

Hier. Anno Domini CCXXVIII. Alexander aput Romanos regnavit an[nis] XIII. Hic Xersen regem Persarum vicit et discipline militaris tam severus[g] corrector fuit, ut quasdam legiones tumul- *H.R. VIII, 23. et Got. 21, 28. et Hier.* tuantes exauctorizaverit[h]. Ulpianum, Paulum, Papinianum iuris peritos assessores habuit. Termas[i] edificavit. Eunuchos reprobavit, dicens esse tercium genus hominum nec videndum nec in usu[k] habendum; demum aput Maguntiam decollatus est[1]. Huius temporibus[l] Urbanus Rome *Tib. et Bonizo IV, 77.* fit episcopus, qui convertit Valerianum virum sancte Cecilie, et primus instituit ecclesias habere predia et constituit sacra vasa aurea vel argentea vel stagnea[m]. Post hunc Poncianus ibidem[n] *Hier.* fit episcopus. Origenes vero, qui in Alexandria claruit, ad Cesaream Palestinae transivit. Et corpus beati Thome apostoli[o] de India translatum est in Edissam[p] Syrie civitatem[2]. *Ruf. VI, 24.* Agapitus martyrio coronatur[3]. Sed Berillus hereticus[q] ecclesiam impugnavit. Sa- *Prosp.* bellius hereticus desipuit[r], cuius discipuli Sabelliani et Patripassiani dicti sunt, quia[s] idemtitatem et trinitatem dogmatizantes patri asscribebant eciam passionem.

a) *sic* 1. *A;* et in 2. a*) *sic* 1. *A;* anno et. sue XVIII. (a *om.*) 2. b) melior *eadem manu corr.* peior 1. c) De Antonio (anthonio *nigro atram. in marg.* 2[b]) Bassayano (Bassagyano 2[c]) *rubr.* 2[b.c]. d) V *e corr.* 1. — Antonius 2[a.b.e]; Anthonius 2[d.c]. e) Bassayanus 2[a.b]; Bassagianus 2[c.e]; Bassagyanus 2[d]; bassanus *C.* f) et *om.* 2[b.c.d.e]. *C.* g) dictus *om.* 2. h) *sic* 1. 2; caracalla *C.* i) utabatur *corr.* utebatur 1. k) an:oniana *littera erasa* 1; anthoniana 2[b.d.e], *et ita l.* 7. l) bi *e corr.* 1. m) ico *alio atram. in loco raso* 1; ierico 2[a]; Ierecho 2[b]; yericho 2[c.e]; ihericho 2[d]. n) Amonius 2. *C.* o) CXV 2. p) eo *om.* 2. q) *sic* 2. *C;* erexit, *prius* e *in loco raso* 1. r) eccl. impugn. 2[a.e]. s) cartaginem 2[a]; carthaginem 2[b.c.d.e]. t) VII septem 1. — fratres *in loco raso* 1. u) De Macrino (materno 2[c]) *rubr.* 2[b.c]. v) aput roma *in loco raso* 1. w) De Marco Aurelio (Aurelo 2[c]) *rubr.* 2[b.c]. x) Antonius 2[a.c]; anthonius 2[b.d.e]. y) adeo usque *corr.* usque adeo 1. z) *sic* 2. *C;* genus *om.* 1. a) Cuius *om.* 2[a]. b) elyograbalum 2[a.b.d]; eliograbalum 2[c.e]. c) Rome fuit 2. d) fuit *om.* 2. e) in pa etč *sequitur* 1, *quod ad sequentia* In Pa[lestina] *spectare patet, quae in margine archetypi suppleta fuisse videntur, adnotatis illis litteris in textu, quibus illa hoc loco inserenda esse significaretur.* f) neapoli *post corr.* ineapoli 1; meapolis 2[a.c]; ineapolis 2[b]; Neapolis 2[d]; *om.* 2[e]; Nicopoli *Isid.* — De Allexandro *rubr.* 2[b.c]. g) militans transeuerus 2. h) exauctoriauerit 2 (exauctorizat 2[d]); exauctorizaverit *C.* Wlpianum 2[b.c.d.e]. i) Temes 1. k) usui, i *expunct.* 1. l) temporis 1. m) stagnee 2[b.c.d]. n) ibi 2[c.d.e]. o) quod *add.* 2. p) edyssam 2[a]. — ciuit. syrie 2[b.c.d.(e)]. q) *seq.* epc *expunct.* 1. r) *emendavi;* disposuit 1. 2. *C* (deposuit 2[c]). s) qui 2[c.d.e].

1) *Eadem verba habet Cron. S. Barthol. (infra).* 2) *Haec e Passione Thomae, Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 337, *profecta sunt. Cf. Ado, De fest. apost. ed. Dom. Georgio p. XLII.* 3) *Sub Aureliano imperatore hunc martyrium passum esse dicit Ado, Martyr. Aug.* 18.

[a]Anno Domini CCXLI. Maximianus aput Romanos regnavit an[nis] III. Hic ex corpore *Hier.* militari primus ab[b] exercitu sine senatus auctoritate imperator electus est; qui fuit persecutor ecclesiarum. Sub quo Pontianus Romanus pontifex in Sardiniam deportatus martyrio coro- *Bonizo IV, 78. et Tib.* natus est.

[c]Anno Domini CCXLIIII. Gordianus aput Romanos regnavit an[nis] VI. Quo Romam *Hier. et H. R. IX, 2.* ingresso Pupienus[d] et Albinus, qui imperium arripuerant, interfecti sunt. Hic Parthos, Persas[e] et Medos superavit, sed fraude Phylippi occisus est. Cuius tempore Antherus[f] Rome fit episcopus, qui passiones martyrum statuit esse legendas et episcopos causa utilitatis posse *Bonizo IV, 79.* transferri[g]. Cui successit Fabianus, qui testimonio sancti spiritus super caput eius in columbae specie *Isid.* descendentis dicitur ordinatus; qui statuit crisma singulis annis consecrari et[h] vetus *Bonizo IV, 80.* conburi.

[i]Anno Domini[k] CCL. Philyppus aput Romanos regnavit an[nis] VII. Qui filium suum sibi[l] *Hier.* equivocum regni[m] consortem effecit et urbem sui nominis in Trachia[n] construxit. Et primus omnium ex Romanis imperatoribus in Christum credidit et, ut dicitur, Christianus effectus *et Isid. Ruf. VI, 25.* est; cui[o], cum vellet in paschali sollempnitate conmunicare, negavit episcopus, donec peccata[p] confessus staret inter penitentes, quod patienter fecit. Hic thesauros[q] beato Sixto *Tib.* donavit. Filius[r] Phylippus adeo severus fuit, quod nullo commento ad videndum moveri *H. R. IX, 3.* potuerit[s]. Senior Verone, iunior Rome occiditur. Horum anno secundo fuit Romane[t] urbis *Hier.* millesimus annus expletus, unde sollemnitas magna celebrata est tribus diebus et tribus noctibus. Huius temporibus[u] fuerunt heretici dicentes animas simul cum corporibus interire, cum *Ruf. VI, 27. 28.* corporibus[v] iterum suscitandas. Item et[w] alii nomine Elcheseite[x], qui licet de novo[y] et veteri Testamento quibus voluerint[z] testimoniis uterentur[a], tamen[b] multa refutabant, ut apostolum, et dicebant se habere librum de celo lapsum.

[c]Anno Domini CCLVII. Decius aput Romanos regnavit an[no] I et men[sibus] III. Hic *Hier. et H. R. IX, 4.* de Panonia[d] natus fuit, civile bellum oppressit, filium cesarem fecit; et cum Phylippos[e], patrem et filium, occidisset, in odium eorum Christianos persecutus est et beatum Laurentium et Ypolitum[1] interfecit. Huius tempore[f] Alexander Iherosolimorum episcopus martyrium subiit, Felicissimus et Agapitus, Fabianus pontifex Romanus, Abdon et Sennen[g]. Beata Agatha[h] *Ado.* Cathanensium martyrio coronatur[i. 2].

[k]Anno Domini CCLVIII. Gallus cum filio Volusiano aput Romanos regnavit an[nis] II *Hier. et Beda.* et men[sibus] IIII. Quorum temporibus Cornelius Rome fuit episcopus, qui sacerdotibus *Bonizo IV, 82. 83.* concessit pro fide iurare. Sub quo[l] dum apostolorum corpora furarentur, factus est terremotus in Urbe[m], fueruntque corpora aput catacumbas[n] inhumata per annum, que postea Cornelius sepelivit. Post quem Lucius Rome sedit episcopus, qui precepit, ut duo presbiteri et tres *et Tib.* diaconi episcopo[o] assistant propter bonum testimonium. Lucio successit Stephanus martyr, qui precepit vestimenta sacra nisi a sacris hominibus et in sacris usibus non contingi. Lucio[p] et Stephano Cyprianus scripsit epistolas[q] et Dionisius Alexandrinus episcopus. Qui *Hier. Chr. et de v. ill. 69.* cum scripta legeret hereticorum, a fratribus est reprehensus, sed visionem audivit sibi *Ruf. VII, 6.* dicentem: 'Lege omnia, quecumque[r] in manus tibi[s] venerint, quia sic probare singula queque et discere[t] potes'. Novatus Romanus presbiter[u] hereticus exstitit, a quo Novatiani dicti sunt, *Prosp.*

a) De Maximiano *rubr.* $2^{b.c}$; imperatore *add.* 2^{b} *in rubr., non in marg.* b) *sic* 2; et 1; et ab *C.* c) De Gordiano *rubr.* $2^{b.c}$. d) pupigenus $2^{c.d.(e)}$. e) parsas 2^{a}; persyas $2^{c.d}$. f) anterus $2^{b.d.e}$. g) transferre $2^{c.d.e}$. h) et *om.* 2. i) De Philippo *rubr.* $2^{b.c}$. k) Dom. *om.* $2^{b.c.d}$. — CC *post superscr.* 1. l) *sic* 2. *C;* sibi *om.* 1. m) *sic* 2. *C;* et *add.* 1. n) tracia $2^{b.c}$. o) qui $2^{b.c.d.e}$. p) pecc. *om.* 2. q) *sic* 2. *C;* b. Sixto thes. 1. r) Fil. *om. C;* phil. fil. $2^{a.b.c.d}$. s) potuit $2^{c.d.e}$. t) Rome 2. u) Hiis diebus 2; His temp. *C.* v) *sic* 1. *C;* animas *add.* 2. w) *sic* 2. *C;* et *om.* 1. x) helceseite 2^{a}; helsezeide 2^{b}; helcheseite 2^{c}; helcheseyte 2^{d}. y) licet deno 1. z) uoluerit 1; uoluerat *C;* voluerunt $2^{d.e}$. a) *sic* 2. *C;* uteretur 1. b) *sic* 2. *C;* ut *add.* 1. c) De Decio *rubr.* $2^{b.c}$. d) pannonia $2^{a.c.d}$. *C.* e) philippus $2^{b.c.(e)}$; *om.* 2^{d}. f) tp̄is 1. g) Senen $2^{a.b}$. *A:* sennes 2^{d}. h) agata $2^{a.b}$. — catenensis 2^{a}; kathenenſ 2^{b}; cathenenſ $2^{c.e}$; Cathanenſ 2^{d}; Cathaniensis *A.* i) coronantur $2^{a.d}$. k) De Gallo et Volusiano (volusione 2^{b}) *rubr.* $2^{b.c}$. l) Suquo 1. m) orbe $2^{c.d}$. n) catecumbas 2. o) ass. episc. 2. p) Luci9 1. q) ep̄ias 1. r) que 2^{b}. s) tuas 2. — venerunt $2^{a.b.c.e}$. t) addiscere 2^{b}; dicere $2^{c.d.e}$. u) presb. *om.* 2^{b}.

1) *Cf. Adonis Martyrolog. Aug.* 13. 2) *De his Adonis Martyrolog. refert sub diebus Aug.* 6, *Ian.* 20, *Iul.* 30, *Febr.* 5. *Cf. Bedae Chron.* 370.

Prosp. sed se Catharos appellabant, id est mundos, propter mundiciam, quam sibi arrogabant. Secundas nuptias non admittebant, reconciliacionem penitentibus[a] denegabant. Horum temporibus *Hier. et H. R. VIII, 3.* fuit pestis, que pene genus[b] humanum extinxit[1].

Hier. et H. R. IX, 6. [c] Anno Domini CCLVIII. Emilianus, natione Maurus, aput Romanos regnavit mensibus[d] II. Tercio namque mense luit penam tyrannidis occupate.

Got., Beda. Hier. et H. R. IX, 7—9. [e] Anno Domini CCLVIIII. Valerianus et Galienus, Valeriani filius, aput Romanos regnaverunt[f] an[nis] XV. Valerianus in Retia[g] electus est ab[h] exercitu, Galienus Rome a senatu. Valerianus persecutus est Christianos, sed non diu, quia, dum bellum[i] gereret in Mesopotamia, captus est a Sopore rege Persarum et aput Parthos ignobili servitute consenuit. Nam Sopor[k] equum ascensurus pedem eius cervicibus inponebat. Galienus vero[l] prius feliciter, demum perniciose gessit imperium. Nam eo in omnem lasciviam dissoluto Germani venerunt usque ad Ravennam, Alamanni[m] vastatis Gallis[n] transierunt Ytaliam. Datia perditur, Grecia, Macedonia, Pontus et Asya per Gothos[o] depopulantur. Quadi[p], Sarmate Panonias[q] occuparunt, Parthi Mesopotomiam et Syriam. Germani[r] obtinuerunt Yspanias[s] ceperuntque Tereconem[t] civitatem. Horum igitur imperium Romano fuit[u] nomini perniciosum illorum ignavia seu[v] infelicitate. Galie[w] demum per Postumum et Victorinum[x], qui in Gallia purpuram accepit, receptae[y] sunt. Demum *V. Zen.* Galienus Mediolani moritur. Temporibus Galieni fuit Zeno Veronensis episcopus, qui Galieni filiam demoniacam liberavit, cui[z] rex coronam donavit[2]. Hisque[a] temporibus *Bonizo IV, 85.* Romae sedit[3] episcopus Dionisius[b], qui parochias divisit et propter[c] penitentes in singulis[d] presbi- *Hier. Chr. et de v. ill. 67. Ruf. VII, 12.* teros ordinavit. Cyprianus primo rethor, deinde presbiter, demum Carthaginensis[e] episcopus, coronatur[f] martyrio, eodem die quo Cornelius, sed non eodem anno. Similiter et Marinus civis Ihero- *Ado, Sept. 11.* solimitanus militaris martyr effectus est, Prothus[g] etiam[h] et Iacinctus[4]. Sed Paulus *Prosp.* Samosatenus[i] hereticus extitit, qui Christum solum hominem confitebatur, et Manes, a quo *Ruf. VII, 27.* Manichei, qui fuit de Persia[k], qui nunc[l] dicebat se Christum, nunc Paraclytum[m], et fecit duodecim discipulos adinstar Christi.

Got., Hier. et H. R. IX, 11. [n] Anno Domini CCLXXIIII. Claudius aput[o] Romanos regnavit an[no] I et[p] men[sibus] VIIII. Hic parcus fuit, modestus[q], iustus et regende rei publice ydoneus. Qui Gothos Yliricum[r] et Macedoniam vastantes prelio vicit, Alamannos[s] prope lacum Benacum superavit; ob que clypeus aureus et aurea statua fuit ei in Capitolio collocata, et post mortem divus appellatus est. Cuius[t] *Ado, Ian. 20.* temporibus Marius[u] et Martha cum filiis Audifax et Abacuc[v] de Persida[w] causa orationis Romam venerunt, ubi martyrio coronati sunt[5].

Hier. et H. R. IX, 12. [x] Anno Domini CCLXXVI. Quintilius frater Claudii a senatu imperator eligitur, sed XVI. die sui[y] imperii aput Aquileiam[z] occiditur.

a) petentibus $2^{b.c.d.e}$. — negabant 2. b) *sic* 2. *C;* hum. genus 1. c) De Emiliano *rubr.* $2^{b.c}$. d) mens. *om.* 1. e) De Valeriano et Galieno *rubr.* $2^{b.c}$. f) R. 1. *C;* regnauit 2^{e}. g) rethia 2 (lethia 2^{b}). h) in 2. i) *sic* 2. *C;* duellum 1. — gererent $2^{c.d.e}$. k) sapor *h. l.* 2^{a}. l) enim 2^{b}. — primus 2^{a}. m) almani $2^{b.e}$. n) galliis *C.* — transiuerunt 2^{a}. o) gentes 2^{b}. p) sarmate squadi 1. q) pannonias $2^{a.b.d}$. *C.* r) Germaniam 2^{a}. s) hispanias $2^{b.e}$; hyspan. $2^{c.d}$. t) terreconem 2. u) fuit *bis scr.* 1. v) se 2^{a}; sue 2^{b}; siue 2^{c}. w) *sic* 1. *C;* gallie 2. x) victorium 2^{a}. y) recepti 2^{b}. *C.* z) cui — donavit *om.* 2. a) Hiis quoque $2^{d.e}$. b) dyonisius $2^{b.c.d.e}$. c) per 2^{a}. d) singulas 2 (singulos 2^{b}). e) cartaginensis 2^{a}. *A;* kartagiensis 2^{b}. f) ordinatur, *eadem manu superscr.* coro 1; mart. coron. 2. g) protus *C; om.* 2. h) *sic* 2. *A;* etiam *om.* 1. i) samos aterius 1; samos actenus *C;* Samosathenus 2^{a}; zamozatenus 2^{b}. k) perside *C.* l) tunc 2. m) paraclitum 2. *C.* n) De Claudio *rubr.* $2^{b.c}$. o) regn. aput Rom. 2 (aput Rom. *om.* 2^{b}). *C.* p) et *om.* $2^{c.d.e}$. *C.* q) imodestus 1. *C.* r) hybricum $2^{b.d}$; hylliricum 2^{c}. s) alman⁹ 2^{b}; alemanos 2^{d}; Almanos 2^{e}. t) In cuius 2^{b}. — tempis 1. u) marus, a *e corr.* 1. v) abacuch 2^{a}; abacuck 2^{b}; abakuk $2^{c.e}$; abacuk 2^{d}. w) persia $2^{b.c.d.e}$. x) De Quintilio *rubr.* $2^{b.c}$. y) *sic* $2^{a.b.c.e}$. *C;* imp. sui 1. 2^{d}. *Hieron.* z) aquilegiam $2^{d.e}$. *C;* equilegiam $2^{a.(c)}$; aquiliam 2^{b}.

1) *Cf. Eusebii-Rufini Hist. eccl. VII,* 20. 2) *Haec e Vita Zenonis* § 4—6, *Acta SS. Apr. II, p.* 70 *sq.* 3) *Sixtus II. papa omissus est.* 4) *Protus et Iacinctus iam supra p.* 111. *sub Commodo commemorati sunt. Eos sub Galieno passos esse Sicardus in Adonis Martyrologio Sept.* 11. *legere potuit.* 5) *In codice Cremonensi martyrologii Adonis a.* 1181. *scripto legitur, ut Zacharias, Cremon. episc. series p.* 260, *scribit:* Insuper apud Cremonam natalis sanctorum Marii et Marthae, quorum filiorum Audifax et Abacum corpora in Saxoniam portata fuerunt, ubi maximo coluntur honore.

[a]Anno Domini CCLXXVI. Aurelianus aput Romanos regnavit an[nis] V et men[sibus] VI, *Got., Hier. et H. R. IX, 13.* vir in bello potens[b], haud dissimilis Alexandro. Qui tribus[c] preliis in Ytalia[d], scilicet aput Placenciam et Ticinum[e], victor extitit. Tetricum, qui adhuc Galliam tenebat[f], superavit et Aurelianis[g] civitatem edificavit et Zenobiam[h] uxorem quondam Odenati, que mortuo *Got. 21, 35.* viro adhuc Orientis tenebat imperium, superavit aput Inmas[i], non longe ab Anthyochia[k]. Cum *Hier. et H. R. IX, 13. 15.* itaque triennio Romanum[l] orbem ab invasoribus liberasset[m], ingrediens Romam triumphum habuit quasi receptor Orientis et Occidentis, precedentibus eum Tetrico et Zenobia, a qua Rome Zenobia familia nuncupatur. Hic primus aput Romanos diadema capiti suo imposuit et aurata veste usus est. Hic Romam firmioribus muris cinxit. Templum soli edificavit, populo usum porcine carnis instituit[n]. Demum, cum Greciam introisset, inter Constantinopolim et Herachiam[o] fulmen iuxta ipsum cecidit, et non multo post occisus est et inter deos[p] adnumeratus est. *et Got.* Huius temporibus[q] Paulus Samosatenus[r] hereticus in Antyochenos[s] *Ruf. VII, 24—26.* concilio dampnatus est.

[t]Anno Domini CCLXXXII. Tacitus aput Romanos regnavit men[sibus] VI, vir egregius, *Hier. et H. R. IX, 16.* sed nichil potuit morte preventus.

[u]Anno Domini CCLXXXII. Florianus aput[v] Romanos regnavit men[sibus] II et diebus XXIII[1], nil egit dignum[w] memoria.

[x]Anno Domini CCLXXXIII. Probus aput Romanos regnavit[y] an[nis] VI, men[sibus] III, *Hier. et H. R. IX, 17.* vir militaris et civilis, qui Gallias a barbaris occupatas recepit, et cum bella innumera peregisset, pacem orbi[z] recuperavit, dicens milites[a] in brevi necessarios non futuros[b]. Cuius temporibus Felix Rome sedit episcopus, qui constituit missas super[c] memorias martyrum *Bonizo IV, 86—88.* celebrari. Cui successit Marcus, qui statuit, ut nullus, etiamsi maioris probitatis et[d] scientiae, preponat se prius ordinato. Hic sanctus martyrium evasit. Cui successit Euticianus[e], qui suis manibus multos martyres sepelivit, et novas fruges et uvas benedici constituit. Et invaluit heresis Manicheorum dogmatizans duo principia, bonum et malum, purgationem per sua *Prosp.* sacramenta promittens[f]; non recipiebant vetus Testamentum[g] et novum corrumpebant; que usque[h] in hodiernum diem venenum effudit.

[i]Anno Domini CCLXXXVIIII. Carus aput Romanos regnavit an[nis] II cum filiis *Hier. et H. R. IX, 18. 19.* Numeriano[k] et Carino, quos cesares instituit. Carus vero, cum[l] Parthos et Persas vicisset, super Tygridem[m] fulmine hictus[n] interiit. Numerianus[o] per insidias, Carinus in prelio[p] brevi tempore occiduntur. Quorum tempore Gaius[q] Rome sedit episcopus, qui statuit, *Bonizo IV, 89.* ut VII Romani diacones soli pape[r] ministrent.

[s]Anno Domini CCXC. Diocletianus[t] aput Romanos regnavit an[nis] XX. Hic Herculium[u] *Got., Hier. et H. R. IX, 20—23.* Maximianum cesarem fecit, qui pacem Gallie reformavit. Ideoque ex cesare[v] fecit augustum, assumens eum[w] in consortem imperii. Et quia Britania, Affrica, Egyptus et Oriens occupabantur, Constantium quoque[x] et Galerium cesares fecit. Constancio privignam Herculii[y] dedit uxorem nomine Theodoram, Galerio suam filiam dedit uxorem[z] nomine Valeriam. Cum his igitur et[a] per hos Britaniam recepit et Galliam et Affricam et Egyptum. Cum itaque

a) De Aureliano *rubr.* 2[b.c]. b) potent *corr.* potens 1; petens 2[a]. — haut 2; aut *C.* c) tribus *manu II. in marg. suppl.* 1. d) ytaliam 2[a]. e) thicinum 2[b]; tycinum 2[c.d]. f) *sic* 2. *C;* ten. *om.* 1. g) aurelianus 2[c.d.e]. h) cenobiam 2[b]. i) vernas 2. k) autyochia 2[a.c.d]; anthiochia 2[b.(e)]; antiochia *C.* l) *sic* 1. *C;* orbem rom. 2[a]; urbem romanam 2[b.c.d.e]. m) superasset *manu II. corr.* liberasset 1. n) constituit 2. o) *sic* 1. *C;* Eracliam 2. p) *sic* 1. *C;* diuos 2. *Paulus,* at deos *in marg.* 2[a]. q) tempis 1. r) Samosathenus 2[a.c.d]; zamozatenus 2[b]. s) antyoceno 2[a]; antiocene 2[b]; anthioceno 2[c.d]; anthiocheno 2[e]. — consilio 2[a.b.c.e]. t) De Tacito (Catico 2[b]) *rubr.* 2[b.c]. u) De Floriano *rubr.* 2[b.c]. v) ap9 1. w) *sic* 1. *Paulus;* mem. dignum 2. *C.* x) De Probo *rubr.* 2[(b).c]. y) regn. *om.* 1. z) ibi 2[b]; urbi 2[c.d.e]. a) in breui mil. 2. b) futuro *manu II. corr.* futuros 1. c) supra 1. d) ac 2[c.d.e]; prob. conscientię 1. e) Emicianus (*vel* enucianus) 2. f) ꝓmittens 1. *C.* g) t. 1. h) usque *om.* 2[c.d.e]. i) De Caro et filiis *rubr.* 2[b.c]. k) Numerario 2. l) cum *om.* 2[a.b.c.e]. m) tigridem 2[a.b.c.e]. — fulm. *om.* 1. n) *sic* 1; ictus 2; hultus *C.* o) Numerarius 2. p) prelio *om.* 1; filio 2[b]. — brevi *om.* 2[a]. q) gayus 2[b.d]. r) pp̍ 1. — ministrarent 2. s) De Dyocleciano *rubr.* 2[b.c]. t) dyoclecianus *semper fere* 2[b.c.d.e]. u) herculum 2[a]; erculeum *plerumque* 2[b]; erculium 2[c]. v) cesare *C;* Id. et cesarem 2. w) in cons. eum 2. x) quoque *om.* 2. y) *sic* 2[a]. *C;* hercissii 1; erculi *h. l.* 2[b.(e)]; herculi 2[c.d]. z) *sic* 1. *C;* ux. *om.* 2. a) et *om.* 2[b.c.d.e].

1) XXIII *Sicardus legisse videtur pro* XX in *Pauli, Hist. Rom. IX,* 16.

Hier. et H. E. IX, 26—28. Diocleclanus victis hostibus tam gloriose regnaret, primus se ut deum adorari[a] precepit et gemmas vestibus inseri[b] iussit et calciamentis. Prius enim imperatores salutabantur ut iudices et sola purpura privatum habitum exercebant[c]. Termas Rome[d] fecit. Dioclecianus et Maximianus Rome triumphum habuerunt, precedentibus victis hostibus et preda victorum. Demum Dioclecianus Nichomedie[e], Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt et privatam vitam elegerunt, dicentes se propter etatem minus aptos[f] et ydoneos regimini rei publicae. Quod de nullo fuit auditum[g]. *Bonizo IV, 90. 91. et Tib.* Temporibus Diocleciani et Maximiani Marcellinus[h] Rome fit episcopus, qui conpulsus est a Diocleciano sacrificare[i] incensum ydolis. Sed collecto concilio CXV episcoporum dicentium: 'Collige[1] causam tuam in synu tuo[k]', talem in se sententiam tulit: 'Iudico me deponendum et anathaematizo[l], quicumque corpus meum sepulture tradiderit'. Et pergens ad Dioclecianum confessus est se Christianum. Quo audito Dioclecianus eum[m] decollari precepit. Cui successit Marcellus, cui[m*], cum iacuisset per XXX dies corpus martyris inhumatum, beatus Petrus apparuit in visione dicens: 'Marcelle, sepeli corpus fratris mei Marcellini iuxta me, ut quos non separavit martyrium, quosque[n] iustificavit Dei gracia, non separet sepultura'; quod et factum est, quia secus pedes[o] apostoli sepultus est. Post hec[p] Marcellus cimiteria fecit propter sepulturas martyrum, XXV titulos in Urbe[q] constituit et dioceses[r] propter eos qui convertebantur[s] adaugens divisit. Quem[t] Dioclecianus ad custodienda animalia publica[u] in domo Lucine damnavit, quae[v] ecclesiam rerum suarum fecit heredem. In qua vitam finivit et sepultus [est[w]], ubi eius nomine ecclesia titulata est. Hisque[x] temporibus ingens fuit per totum orbem Christianorum[y] persecutio et[z] ecclesiarum subversio et *Beda.* martyrum multiplicatio, ita quod in uno mense XVII milia martyrum[a] coronati sunt. *Ruf. VIII, 5. 6.* Hisque[x] temporibus passi sunt Dorotheus[b] et Gorgonius cubiculares regii aput Nicomediam[c]. *Ado.* Sed Gorgonius translatus est Romam. Firmus et Rusticus Bergomates et Alexander, Eufemia[d] et Anastasia et Sebastianus, vir militaris, et Victor[e] similiter miles[2], Felix et Fortunatus et Pancracius puer, et in Campania sanctus Erasmus episcopus[f] martyr, et gloriosi martyres Primus et Felicianus, Vitus, Modestus et Crescentia, Simplicius, Faustinus et Beatrix, Cyriacus, Largus et Smaragdus et Panthaleon[g] aput Nicomediam, Genesius martyr aput[h] Romam aliusque Genesius martyr aput Arelatum[i. 3]. Felix et Adauctus[k] et Nicomedes[l] et Mauricius cum sociis suis, Cosmas et Damianus, Dionisius et Domninus[m. 4], Rusticus et Eleuterius[5] et Quintinus Virmendensis[n], et IIII Coronati et Theodorus[o] et Romanus et Grisogonus[p] et Saturninus et Lucia virgo et Gregorius presbiter et martyr, cuius passio aput Spoletum[6], sed corpus per episcopum translatum creditur[q] esse Cremonae[7].

a) adorare 2[b. c. d. e], *corr.* adorari 2[b]. b) misceri 1; iniseri *C.* c) *sic* 1. 2. *C; an* exornabant *emendandum?* d) fecit Rome 2[a. b. c. e]. e) nicomedie 2[a. c. (e)]. *C;* nycomedie 2[b. (d)]. f) aptos et *om.* 2. *C.* g) auditurus 2[a]. h) *sic* 2. *C;* marcellus 1. i) inc. yd. sacr. 2. k) tuo *om.* 2. l) *sic* 1. m) iussit *add.* 1. m*) cuius 2[c. d]; *om.* 2[e]. n) quousque 2[a. c. d]. o) pedes *om.* 2. — apostolum 2[b. c. d. e]. p) hoc 2[a]. q) orbe 2[c. e]. r) diocenses 1; dyoceses 2[c. d. e]; dyocyses 2[b]. s) et *add.* 2[b. c. d. e]. t) Qm̃ (Quam) 1. u) publ. *om.* 2. v) qui 2[a. c. d. e]. w) est *om.* 1. x) Hiis quoque 2[c. d. e]. y) Christ. *om.* 2[b]. z) et *om.* 2. a) martirio *add.* 2[d]. b) doretheus 1; doroteus 2[a]. c) nycomediam 2[b. c. (d)]. d) euphemia 2[a. b]. e) uictoꝶ 1. f) martir episc. 2. g) pantaleon 2[a. b. c]; pantheleō 2[d]. h) aput — Gen. martyr *om.* 2[b]. i) relatū 1. k) audactus 2[a]; auctus 2[e]. l) nycomedes 2[b. (c. d)]. m) et Domn. *om.* 2. n) vir medensis 1. 2[e]; vir mendensis 2[a. b. c. d]. o) Theodorius 2[a]; theoderius 2[b. e]; et Theod. — virgo *om.* 1. p) Crisogonus 2[b. d. e]. q) traditur 2[a. (b)].

1) tolle *editio Bonizonis Maiana; sed* collige *etiam Martin. Oppav. p.* 415. *et Cron. Minor C* 2, *Monum. Erphesfurt. p.* 558, *qui haec ex Bonizonis Decreto descripserunt.* 2) *Cf. Adonis Martyrol. Sept.* 9. 16, *Dec.* 25, *Ian.* 20, *Maii* 8. 3) *Cf. ibid. Iun.* 9, *Maii* 12, *Iun.* 3. 8. 15, *Iul.* 29, *Mart.* 16, *Iul.* 28, *Aug.* 25. 4) *Cf. ibid. Aug.* 30, *Sept.* 22. 27, *Oct.* 9. 5) *Nescio, quomodo evenerit, ut Sicardus Dionysium, Rusticum, Eleutherium sub Diocletiano imperatore passos esse dixerit.* 6) *Cf. Adonis Martyrol. Oct.* 31, *Nov.* 8. 9. 18. 24. 29, *Dec.* 13. 24. 7) *In codice Adonis martyrologii Cremonensi in margine ad III. Non. Febr. recentiore manu adscriptum legitur, ut refert Zacharias, Episc. Cremon. series p.* 261: Eodem die natalis sancti Gregorii martyris apud Cremonam in ecclesia sancti Michaelis maioris. *Cf. carta Oberti episcopi Cremonensis data a.* 1162. *Apr.* 27, *edita a Sanclemente, Episc. Cremon. series p.* 284: *cf. infra sub a.* 994.

[a]Anno Domini CCCX. Constantius et Galerius, qui prius cesares erant, creantur (*H. R. X, 1.*) augusti et diviserunt orbem, et[b] Constantius Ytaliam, Gallias et Affricam, Galerius vero[c] Ylliricum, Orientem et Asiam obtineret[d]; sed Constantius, vir egregius et civilis, fisco divitias non accumulans[e], dicens publicas opes melius a privatis haberi quam intra unum[f] claustrum servari, (*cf. Oros. VII, 25, 15.*) solis Gallis[g] voluit esse contentus; amicus fuit Christianorum, quos in sua religione[h] consistere concessit. Obiit autem Eboraci[i] et inter divos relatus est. (*H. tr. I, 7. H. R. X, 1. 9.*) Reliquit vero tres notandos filios[1], scilicet Constantinum de Helena[k] concubina et Dalmatium et Constantium de Theodora (*Oros. VII, 25, 16.*) uxore[l] legitima[2]. Dalmatius genuit alium Dalmatium, Constancius vero Gallum et (*H. tr. VI, 1.*) Iulianum, sed Constantinus concubine filius successit ei, rex in Britania factus[m]. Galerius, vir (*Hier et H. R. X, 2—4.*) militaris, in Yllirico[n] moratus duos cesares fecit, Maximinum, quem prefecit[o] Orienti, et Severum, cui dedit Ytaliam. Sed interim Maxentius filius Herculii Maximiani Rome a pretorianis augustus[p] appellatur[q]. Veniens ergo Severus in Ytaliam a Galerio missus Urbem obsedit, sed a militibus desertus est[r] et fugiens Ravennam interfectus est[r]. Respiravit Herculius Maximianus ad resumendum fastigium, intendens nudare filium. Profectus est igitur[s] ad Constantinum, cui Faustam filiam dederat in[t] uxorem. Sed et[u] cum eum interficere vellet, detectis[v] insidiis per filiam, que viro detexit, fugit Herculius Marsiliam[w], ubi mortuus est. Per idem tempus Galerius fecit Licinium imperatorem, imperii sibi[x] consortem. Sicque Galerio defuncto res publica a quatuor imperatoribus regebatur, Constantino, Maxentio, Licinio et Maximino[y]. Maximinus[z] persecutione facta in Christianos moritur aput Tharsum, sicque Licinius solus obtinuit Orientem.

[a]Constantinus autem, cum iam regnasset V an[nis], affectavit tocius orbis imperium; (*H. R. X, 4. 5.*) et cum sollicitus esset, quem deum in bello haberet auctorem, in VI°[b] anno regni sui con- (*H. tr. I, 4. Inv. crucis.*) gregata multitudine barbarorum super Danubium contra eum, vidit in somnio[c] crucis signum[d] (*H. tr. I, 4. 5.*) in celo splendere et audivit sibi dici Grece: 'toitoninica[e]', quod Latine sonat: 'In hoc (*et Ruf. IX, 9.*) vince[f]'. Iussit igitur hoc signum ex auro et preciosis[g] lapidibus fabricatum in vexillo et armis portari. Fretus igitur hoc signo et sacerdotum consilio, qui dicebant ei, quod Christus in hoc signo vicit mortem, diabolum et infernum et victoriosus[h] celos ascendit, audacter congressus est[3] et obtinuit; veniensque Romam movit bellum adversus Maxentium et vicit (*H. R. X, 4. et Hier.*) eum et occidit aput pontem Milvium; et ita Constantinus Roma potitus est et Italia[i]. Adhuc Dioclecianus vivebat, et in villa sua moritur et solus omnium privatorum inter deos refertur. (*Hier.*) Licinius orientalis[k] imperator Christianos persequitur; sub quo Basilius Pontinus episcopus martyrio coronatur; sed demum Thesalonice[l] privatus occiditur. Constantinus ergo monarcus[m] (*H. tr. III, 12.*) effectus est, qui tres filios, scilicet Constantinum[n], Constantium et Constantem, cesares instituit, qui preessent Galliae[o], Orienti et[p] Ytaliae; de Gothis, Cypris[4] et multis aliis triumphavit; (*H. R. X, 6. 7. et Hier.*)

a) De Constancio (Constantino 2[c]) et Galerio *rubr.* 2[b. c]. b) *sic* 1. *C;* et *om.* 2; *lege* ut. c) vero *om.* 2. — yliricum 2[b]. *C;* hilliricum 2[c]; hyliricum 2[d. (e)]. d) *sic* 1. 2. *C. Paulus;* obtinuit 2[e]. e) *sic* 1. *C;* accumulauit 2. f) *sic* 2. *C. Paulus;* cl. unum 1. g) *sic* 1. 2. *C.* h) cons. regione 2; consist. *om. C.* i) eboracii 1. k) elena 2[a]. l) uxo *in loco raso* 1. m) est *add.* 2[b. c. d. e]. n) ylirico 2[a. b. (c)]; hylirico 2[d]. o) *sic* 2. *C;* pfecit 1. p) *seq.* fili *del.* 1. q) applatur 1. r) est *om.* 2[b]. s) ig. *om.* 2[c. d. e]. *C.* t) in *om.* 2[b]. u) et *om.* 2[b. e]. v) detextis, x *adrasum* 1. w) marciliam 2[c. e]; massiliam ubi et *C.* x) sui 2[d]. *C.* y) *sic* 2[a]. *C;* maximiano 1. 2[b. c. d. e], a *expuncto corr.* maximino 1. z) Maximianus *h. l.* 2[d] *solum;* maxim⁹ 2[c]; Max. — Orientem *om.* 1. a) De Constantino *rubr.* 2[b. c]. b) *sic* 2. *C;* VII° 1. c) sompno 2; sopno *C.* d) figuram *C;* signum crucis 2. e) *sic* 1. 2[a]; tontonica 2[b]; toytūica 2[c. e]; *corrupt.* 2[d]. *C.* f) *sic* 2. *C;* vinces 1. g) *sic* 2. *C;* lap. prec. 1. 2[e]. h) victoriosius 2[a]. i) ytalia 2. k) orientis *C;* imp. orient. 2. l) thessalonice 2[b]; tessolonice 2[c]; thessolonice 2[d]; Thessaloyce 2[e]. m) monarchus *C;* monarcha 2. n) *sic* 1. *C;* constantium constantinum 2. o) galilee 2[a. b. c. d]. p) *sic* 2. *C;* et *om.* 1.

1) Is successores filios tres reliquit *dicit Paulus Hist. Rom. X,* 9. *de Constantino Magno, non de hoc Constantio Chloro.* 2) *Hoc recte coniecit Sicardus collatis locis Pauli Hist. Rom. IX,* 22: Constantius privignam Herculi Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos, Constantini fratres, habuit, *et Hist. trip. VI,* 1: Constantinus . . . duos habuit ex eodem patre, non ex eadem matre, germanos, quorum unus Dalmatius, alter Constantius vocabatur. 3) *Cum barbaris scilicet super Danubium congregatis, ut Sicardus loco historiae inventionis crucis c.* 1, *Acta SS. Maii I, p.* 445, *inserto dicere voluisse videtur, qui relationem fabulae huius miro modo cum narrationibus Historiae tripart. et Eusebii-Rufini illi repugnantibus coniunxit.* 4) *Hieron.:* Calocerus in Cypro res novas molitus opprimitur, *unde Sicardus hoc* de Cypris *effecit.*

[*Hier. et H. E. X, 8.*] multas leges conposuit, sed uxorem Faustam occidit. Constantini temporibus [*Bonizo IV, 92—94.*] Eusebius Rome sedit episcopus, sub quo, ut quidam aiunt, inventa est crux domini nostri Iesu Christi, et baptizatus est Iudas, qui et[a] Cyriacus vocabatur. Eusebius Constantinum cathezizavit[b]. Eusebio successit Melchiades, qui statuit, ne die dominico nec[c] V[a] feria ieiunaretur; cui intra missarum sollempnia revelata sunt nomina IIII[or] Coronatorum, que prius latebant [*Prosp.*] incognita. Tymotheus[d] Rome pro Christo patitur, cuius martyrium Melchiades[e] dedicavit[f, 1]. [*Bonizo IV, 93.*] Sed et hic Melchiades martyrio coronatus est. Omnes[g] pontifices preter Marcum huc usque [*Hier., G. Silv.*] martyres extiterunt[2]. Post hunc Silvester Rome fit episcopus, qui prius propter perse- [*Bonizo IV, 94. H. tr. III, 12.*] cucionem[h] Christianorum in monte Syrapte[i] latebat. Quo latente Constantinus[k], qui variis [*G. Silv.*] curis implicitus[l] distulerat baptizari, lepra percussus est. Qui, cum ei consultum fuisset, ut in[m] puerorum sanguine lavaretur, audiens maternos fletus ait: 'Dignitas Romani imperii de fonte nascitur pietatis'; et sic pietas imperatoris pii iussit matribus filios reddi; propter quam pietatem proxima nocte misit dominus Iesus apostolos suos Petrum[n] et Paulum ad eum, qui suaserunt, ut per Silvestrum baptismum acciperet et per orbem ecclesias restauraret. Citatus ergo Silvester ad eum veniens monuit, ut per ebdomadam ieiunaret, templa ydolorum clauderet, incarceratos relaxaret, elimosinas[o] faceret. Quibus peractis baptizavit eum; coram quo[p], Cratone philosopho et Zenophylo[q] illustri iudicibus, superavit XI Iudeos de fidei nostre articulis disputantes, probans, quod tres sunt persone et unus deus, et quod Christus deus est, et quod ipse sit, qui a prophetis pronunciatus[r] est; XII[m] vero Iudeum superavit vivificando thaurum[s], quem verbo Iudei occiderant. Ad hec[t] igitur Helena mater augusti, que iudayzare[u] inceperat, ad fidem conversa est, et ad maiorem nostre fidei assertionem cuiusdam draconis ora conclusit. Proinde Christiana religio brevi tempore multiplicata est et per orbem usquequaque[v] diffusa est, et que hactenus in latebris convenit, exnunc auctoritate principum[w] predicavit publice Christi et ecclesie [*Hier.*] sacramentum[3]. Nam edicto Constantini templa gentilium subvertuntur, ecclesiae construuntur. [*Bonizo IV, 95.*] Nam et ipse[x] ecclesiam beati Petri, terram, ut est cernere, ipsemet fodiens, et alias patriarchales [*Beda. G. Silv.*] Rome construxit. Refugientibus ad[y] ecclesias inpunitatem promisit. Decimas ad hedifica- [*H. tr. I, 9.*] tionem ecclesiarum censuit offerendas et per iudices exigendas; dominice diei vacationem indixit[z], crucis patibulum prohibuit. Signum crucis in numismate[a] figurari precepit; [*Got. 22, 3. Bonizo IV, 94.*] possessiones ecclesiis concessit. Nam et regalia Silvestro dedit et statuit, ut omnes episcopi [*Got.*] subsint Romano pontifici, sicut iudices imperatori. Et ut[b] ecclesia in tranquillitate maneret, [*H. R. X, 8.*] Bizancium[c] secessit, quam fabricis et honoribus ad tantum fastigium provehere molitus est, ut [*Oros. III, 13.*] Rome faceret emulam[d], et secunda Roma diceretur[4]; que a Constantino Constantinopolis[e] appellatur. Silvester itaque[f] Rome sedens auctoritate[g] pontificali publice usus est, [*Bonizo IV, 94.*] qui statuit, ne Romanus presul[h] ab aliquo iudicetur, et ne presbiter nisi XL testibus condempnetur, et ne maior a minore accusetur, et ne clericus ante laicum iudicetur. Preterea nomina [*G. Silv.*] dierum in ferias conmutavit[5] et in IIII[a] et[i] VI[a] feria et[k] sabbato ieiunium diffinivit propter

a) *emendavi;* et qui 1; et *om.* 2; et quiriacus *C.* b) cathe *in loco raso* 1; cathecizauit 2; catheticauit *C.* c) ne 2[a]; uel 2[e]. d) Timotheus 2[a]; Thimotheus 2[b. e]; Thimoteus 2[c]; Thymoteus 2[d]. e) sanctus Melch. 2; sanctus papa Melciades *C.* f) dedic. — Melchiades *om.* 2. g) romani *add.* 2. h) persecionem *corr.* persecucionem 1. i) sirapte 2[a]. k) qonstantinus *corr.* Const. 1. l) *seq.* osten *del.* 1. m) in *om.* 2[c. d. e]. n) pe et pa 1. o) *sic* 1. 2[a. b]. *C.* p) et *add. C fort. recte.* q) zeno phylopho 1; et zenopho 2[a]; et senopho 2[b]; et cenopho 2[c. d. e]; et Çenone phylosofo *C.* r) *sic* 1. 2[c]. *C;* pnunc(c)iatus 2[a. b. d]; *om.* 2[e]. s) thaurum *om.* 1; tauro *C.* t) hoc 2[a]. u) iudeizare 2[a. d]. v) usque qua 1. w) *sic* 1. *C;* principis 2. x) *sic* 2[b. c. d. e]. *C;* ipse *om.* 1; ipse — cernere *om.* 2[a]. y) ad eccl. inpun. *om.* 2[c. d. e]. z) induxit 2[c. e]. a) numismaste 1. b) *sic* 2. *C;* ut *om.* 1. c) bisancium 2. d) emolam 2[b. c. d]. e) ꝯstinopolis *corr.* ꝯstaninopolis (!) 1. — apellatur 1. f) it. *om.* 2[a]. g) aut[te] 1; *om.* 2[b]. h) *sic* 2. *C. Bonizo;* pontifex 1. *Ioh. de Deo.* i) et in 2[d. e]. k) et in 2.

1) cuius — dedicavit *ex Gestis Silvestri, Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 279. *Cf. Acta SS. Aug. IV, p.* 534. 2) *Cf. Cencii Catal., 'Archiv' XII, p.* 65. *Gotifr. Viterb. part. XXVIIII, p.* 281. *idem dicit sub Eusebio papa. Marcus demum Silvestro successit, ut et Sicardus infra p.* 121, *l.* 7. *habet, qui Bonizonem IV, c.* 87. *secutus Marcum iam supra p.* 115, *l.* 22. *posuit et secundum Bonizonem eum martyrium evasisse dixit.* 3) *Cf. Hist. trip. I,* 7. 4) *Cf. Gratiani Decr. I, dist.* 22, *c.* 3: *(Constantinopolis)* quod sit nova Roma. 5) *Hoc nusquam alibi legi.*

dominicam sepulturam. In dominico vero[a] die sollempnizandum[b] propter resurrectionem *[G. Silv.]* et in[c] V. feria propter ascensionem. Qui quoque statuit, quod presbiter crismate liniat *[Bonizo IV, 94.]* baptizatum in vertice, et precepit in ecclesia uti[d] dalmatica semiplena, que pocius fuit collobii nomine appellanda[1]. Sed his temporibus Arrius[e] presbiter Alexandrinus multos suae *[Prosp.]* associavit[f] inpietati, dogmatizans patrem[g] et filium et spiritum sanctum non esse unius[h] essentie; contra quem[i] Nicena fuit synodus congregata CCCXVIII[k] episcoporum; ubi cum de fide *[Ruf. X, 2.]* tractaretur, imperator ait ad sacerdotes: 'Deus[l] dedit vobis potestatem de nobis iudicandi, vos autem non potestis ab hominibus iudicari'. Item: 'Vos estis dii, non est conveniens, ut[m] homo iudicet deos, sed ille[n] solus, de quo dicitur: *Deus stetit in synagoga deorum*'. Ubi simbolum apostolorum fidei est[o] exaratum, et multa preterea per episcopos constituta. Donatus quoque impie *[Prosp.]* dogmatizavit, baptizatos rebaptizans[p] et filium minorem patre et spiritum minorem filio docens. Aiunt quidam[2], ut in Tripartita[q] ystoria legitur, quod Constantinus *[Hier.]* ultimo suae etatis anno baptizatus sit[r] ab Eusebio Nicomediensi episcopo. Distulerat enim[s] *[H. tr. III, 12.]* tanto tempore baptizari, desiderans hoc[t] in Iordane fluvio promereri; alii[3], quod baptizatus[u] *[Got.]* a Silvestro, rebaptizatus ab isto Arriano, eo quod in dogma declinaverit[v] Arrianum. *[Hier.]* Quod si verum est[w], proh dolor! usus bono principio, malo concluditur fine, sed abhorret[x] a vero, *[Isid. Bonizo IV, 94.]* ut catholica indubitanter credit ecclesia. Demum cum[y] Constantinus bellum pararet in Persas, iuxta *[Hier.]* Nicomediam mortuus est anno etatis suae LXVI[z], regni similiter[a] XXX°I°, cuius mortem *[H. E. X, 8.]* crinita[b] stella prenunciavit[c]. Cuius temporibus Alexander Alexandrie fit episcopus, for- *[Hier. H. tr. I, 12.]* tissimus evangelii predicator, Pannucius[d] confessor et episcopus Egyptius. Quirinus episcopus Scisianus[e] *[Ruf. X, 4. Hier.]* martyrio coronatur[f]. Eusebius episcopus Cesariensis agnoscitur, qui fuit clavis scrip- *[De lumin. eccl. 4.]* turarum, qui cum Pamphile et[g] martire multa conscripsit[h]. Metodius, qui fuit Tyri episcopus, *[Hier. de v. ill. 81. 83.]* multa conposuit, qui ad extremum temporibus Constantini vel, ut[i] quidam aiunt, Decii et Valeriani martyrio coronatus est. Iuvencus[k] presbiter Hyspanus[l] evangelia versibus *[Hier.]* dictavit heroycis. Spiridion[m] Cyprorum fuit episcopus, ad cuius caulas[n], cum adhuc laycus *[Ruf. X, 5. H. tr. I, 10.]* esset[o], fures accedentes[p] nullo ligante subito[q] ligabantur. Cui filia defuncta de quodam deposito interroganti respondit. Cuius horreum, cum fideliter mutuantibus[r] occurreret plenum, cuidam fraudatori exinanitum apparuit. Qui quoque cibis aliis[s] deficientibus[t] cuidam peregrino defecto[u] carnes porcinas obtulit in quadragesima comedendas, et ne peregrinus

a) die vero 2[a. b. c]. b) sollempnizantium 2; sollempniçatum *C.* c) et tercia et V. 2 *(pro in lecto* III*).* d) *sic* 2. *C. Bonizo;* eccl. indalmatica 1. e) archius *manu II. corr.* arrius 1, *et in marg. manu II. adnot.:* Archius *(superscr.* vel arrius) hereticus 1; ãrcius *C;* Arrius hereticus *in marg. adnot.* 2[a]; de ario *add. in textu post* presb. 2[d]. f) *sic* 2. *C;* inpietate *(corr.* inpietati) assoc. 1. g) p. et f. et s. s. 1, *unde* pater et filius et spiritus sanctus *C.* h) sce *add.* 2[c]; seu *add.* 2[d]. i) quam 2[a] *(saepe pro* quem*). C.* — vicena 2[a. b]; vicina 2[d]. k) CCCXLIIII 2. l) *sic* 2. *C;* dedit deus 1. m) quod 2[b]. n) *sic* 1. *C. Rufin.;* solus ille 2. o) *sic* 2. *C;* exar. est 1. p) retro baptizans 2[a. b. c. d]. q) *sic* 2[b]; triptita 1. 2[a. c. d. e]. *C.* r) est 2. s) in *add.* 2[b]. t) hec 2[a]. u) baptizatur 2[a. c. d]. v) declinauit 1. — arriani 2 (auriani 2[a]; ariani 2[b]). w) est *om.* 2. x) abh. a vero *om.* 2, *in* 2[a] a . . . . . *scripto et spatio vacuo relicto.* y) Const. dum 2. z) LXIII° 2[b. d]; LVI. *C.* a) *sic* 1; sim. *om. C;* regni sim. XXXI. *om.* 2. b) crismata 2. c) pronunciauit 2[b]. d) *sic* 2. *A. C;* panucius 1. e) *sic* 1. 2[a]; sicianus 2[b]; socianus 2[c. (d). e]; sysianus *C;* sciscianus (?) *A;* episcopus *iterum add.* 2[b. c. d. e]. f) coronantur 2[b. e]. g) *sic* 1 (pãphile). 2 (pamphylo 2[d]); *legendum* Panphilo martire. h) scripsit. Methodius 2. i) Const. velut (velud 2[b. c. d]) 2. k) Inuentus *(vel* Inuencus) 2; Iuuentus *C.* l) yspanus 2[a]. *C;* hispanus 2[b. d. e]. m) spiridon 2[a]; spiridiori 2[b. c. d. e]; Spiridum *C.* n) caulus *corr.* caulas 1. o) fuisset 2[b]. p) ede *e corr.* 1. q) *sic* 2. *C;* ligab. sub. 1. r) inuitirantibus 1; in uictualibus *C.* s) *seq.* refen *expunct.* 1. t) qui *add.* 2[b. c. d. e]. u) deficienti 2.

1) *Haec Sicardus scripsisse videtur, quia in Gestis Silvestri, Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 279′, *legit:* In illo igitur tempore Euphrosinus nomine quidam episcopus ex orientis partibus venit. . . . . Hic candidissimo collobio induebatur . . . . . Sicque factum est, ut a sancto Sylvestro presbyteri eius vel diacones collobiorum sumpsissent initium. *Quem locum Sicardus infra p.* 121, *l.* 25 *sq. exscripsit.* 2) *Hieronymus, Prosper, Isidorus inter auctores a Sicardo adhibitos hoc dicunt. In Hist. trip. III,* 12. *Constantinus extremo vitae tempore Nicomediae baptizatus esse dicitur, non legitur, a quo baptizatus sit.* 3) *Scil. Gotifredus Viterb., Panth. XXII,* 2, *hoc dicit.*

H. tr. I, 11. comedere vereretur, precomedit[a]. Antonius maximus[b] extitit monachorum[c], cuius esca sal[d], panis et aqua, prandii tempus solis occasus. Amos Egyptius[e] duxit uxorem, cum qua XVIII an[nis] in virginitate permansit; qui fluvium transiturus, cum se nudum erubesceret intueri, repente in ulteriorem partem fluminis translatus est[f]. Uticianus[g] etiam nunc extitit, qui cum intercederet pro quodam capto et non audiretur, ianuae clausae carceris sunt reserate[h] Dei virtute et vincti cathenae disrupte[i].

V. Nic. Beatus etiam[k] Nicolaus, de Patera[l] urbe et Licia regione oriundus et Mirensis episcopus, multis coruscavit miraculis, qui suis meritis[m] suffragatur naufragis[n] et potenter et presto succurrit afflictis. Qui cum adhuc viveret, nocte in visione apparuit Constantino et eparcho[o] ipsius, minitans[p] pro quibusdam stratilatibus[q], quos iniuste dampnare disposuerant[r], nisi absolverent[s] ipsos, quia[t] invocaverant nomen eius. Eos igitur Constantinus absolvit et beato Nicholao[u] per ipsos munera misit, mandans non minari, sed orare.
a) De Karolo Lodowici (ludwici, *in marg. nigro atram.* lodewici 2^{b}) senioris filio *rubr.* $2^{b.c}$. b) luduic. (*et* ludouic.) *aliquoties* 2^{a}; lodewic. (*et* lodeuic.) *saepe* 2^{b}; lodowic. *saepe* 2^{c}. c) iunonioris 1. d) et imp. et 1. e) inuentus 2. f) baygarie $2^{a.c.d}$; bauarie 2^{b}; bawarie 2^{e}; baguarie *C.* g) franchefort 2^{a}; francheferth *C;* frankofůrt 2^{b}; frankenwort $2^{c.(d.e)}$. h) teothon. 2^{b}; teoton. 2^{c}; theutun. 2^{d}; teuton. 2^{e}; theothon. *C.* i) Karolū lomānus, olū *del.* 1; karolomann. (carol. $2^{d.e}$) 2 (*C l.* 4). k) auulfum 1; arnulph. *h. l. et l.* 14. 2^{a}; arnolf. 2^{c} *h. l.*, 2^{d} *semper;* arnolph. *semper* $2^{b.e}$, *alibi* 2^{c}. l) De Karolo minore (minori *nigro atram. in marg.*, iuniori *minio* 2^{b}) *rubr.* $2^{b.c}$. m) iunior $2^{d.e}$. n) et de 2^{a}. o) normani 2. p) *sic* 2. *A;* imp. carolus *(h. l.)* 1. q) godofredus 2; godefredus *A;* regem normannorum *in marg.* 1. r) efectus 1. s) carolus 1. t) monachus $2^{a.c.d}$; mocha *post corr.* monarcha 2^{b}. u) lumbardia $2^{b.c.d.e}$. v) placenciam 2. w) *sic A;* sufroni n̄ 1; suffronium 2. x) archelay $2^{a.b}$. *U.* y) cremoniam $2^{d.e}$. z) asignauit 1. a) Hiis 2^{a}; Hiis quoque $2^{d.e}$. *C.* b) De Arnolpho (Carolomanni filio 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$. c) Karomanni 1; Karolomanni 2. *C.* d) efectus 1. e) *sic* 2^{a}; bergamensi 1; pergamum $2^{b.c.d.e}$. *A.* f) ā 1; annos 2^{e}.

1) Lotharii filius *Sicardus perperam addidit, quia in Pantheon XXIII,* 20. *legit, quod supra p.* 155, *l.* 12. *exscripsit, Lothario I. tertium filium fuisse Karolum, quamvis l.* 5. *repetiverit, quae ibidem XXIII,* 22. *de hoc Karolo, filio Ludowici II. regis, dicta sunt.* 2) Hic — Provincie *etiam e Gotifr. Pantheon XXIII,* 20. *male coniectavit, ubi:* Lotharius imperator tribus filiis suis regnum . . . . partitur . . . . Karolo Provinciam tradens; *cf. supra p.* 155, *l.* 14. 3) *Sicardus dicere voluit procul dubio diploma Karoli III. imperatoris datum a.* 882. *Febr.* 15, *Mühlbacher, Reg. Imp. I, nr.* 1588, *quod exstat in Codice Sicardi p.* 12. *Zacharias, Cremon. episc. series hoc diploma inscripsit:* Privilegium de libertate ecclesiarum, *quam inscriptionem nescio an e Codice Sicardi exscripserit.* 4) *Landonem tempore Karoli III. episcopum fuisse Sicardus didicit ex huius diplomate dato a.* 883. *Aug.* 1, *Reg. Imp. I, nr.* 1629, *quod est in Cod. Sicard. p.* 15. 5) *Cf. notitia infra p.* 175, *n.* 1. *edita et supra p.* 34. 6) *Nota Sicardum omisisse quod Bonizo habet:* Longobardis rebellantibus. 7) *Cf. Gotifr. Pantheon XXIII,* 24: Eos autem qui post eum *(Arnolfum)* confuse . . . regnaverunt . . . invasores et non augustos appellare consueverunt.

[a]Anno Domini DCCCCII.[1] Lodovicus regnavit an[nis] IIII; aput Theotonicos[b] regnavit *Tib., Bas.*
Henricus[c] Saxo, sed diadema capiti non imposuit[2]. His temporibus Ungari[d]
depopulantur Ytaliam, scilicet anno Domini DCCCCVI[e], octavo Kal. Octubris[f, 3]. 899. *Sept.* 24.
Posteaque[g] de anno in[h] annum sepe reversi sunt et depredati[i].

[k]Anno Domini DCCCCVII.[4] Beringarius[l] primus regnavit an[nis] VI. Cuius[m] tempore *ib.*
sedit Sergius papa, qui Christoforo fuerat substitutus.

[n]Anno Domini DCCCCXIII.[5] Beringarius secundus regnavit an[nis] VI[o, 6]. Cuius *ib.*
tempore sedit Anastasius in papatu[p]. Cui successit Lando; Landoni Iohannes, qui filius
[fuit[q]] Sergii pape[7]. Aput Theotonicos regnavit primus Chonradus[r]. Huius Beringarii *Got.* 23, 27.
cancellarius nomine Iohannes Cremone fuit episcopus, qui comitatum extra civitatem per V miliaria impetravit[s, 8].

[t]Anno Domini DCCCCXX.[u, 9] Ugo regnavit an[nis] VI. Aput Theotonicos regnavit *Bas.* *Got.* 23, 28.
Henricus. His temporibus Daibertus[v] Cremone fuit episcopus[10].

[w]Anno Domini[x] DCCCCXXXI. Beringarius tercius regnavit an[nis] VIII. His tempori- *Bas., Tib.*
bus Iohanni successerunt[y] hoc ordine: Leo, Stephanus et[z] Iohannes, item Leo itemque[a] Stephanus, postea Marinus et Agapitus.

[b]Anno Domini DCCCCXLIIII.[11] Lotarius[c] regnavit annis II. *ib.*

a) De Lodewico (ludowico teutunicorum imperatore 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$. b) theutonicos 2^{a}; teutonicos 2^{b}; theutunicos $2^{c.d.e}$; theothonicos *C.* c) heinricus *semper fere* 2^{a}; heynricus *semper fere* 2^{d}. d) *sic* 2. *A. C;* yt. depop. ung. 1. e) DCCCCVII. *A;* DCCCVII. *C.* f) *sic* 1 (octubr̄). *A. C;* octobris 2. g) postea 2. h) *sic* 2. *A. C;* ⁊ (et) 1. i) predati $2^{c.d.e}$. k) De Berengario primo *rubr.* $2^{b.c}$. — *littera initialis* A *minio addenda deest* 1. l) *sic* 1. 2^{e}; Berengarius *semper fere* 2. *C.* m) Cuius — annis VI (*l.* 7) *post* impetravit (*l.* 11) *scripta* 2. n) De Berengario II⁰ *rubr.* $2^{b.c}$. o) III *C.* p) papam 2. q) *sic C;* fuit *om.* 1. 2. r) choradus 1; Conradus 2. *C.* s) *cf. supra n.* m. t) De Hugone *rubr.* $2^{b.c}$. — Anno — Henricus *om.* 2^{e}. u) DCCCCXIX. 2; DCCCCXXIII. *C.* — hugo 2. v) *sic* 2^{a}; dialbertus, i *expunct.* 1; daybertus $2^{c.d}$. *U;* dalbertus 2^{b}; albertus 2^{e}. w) De Berengario tercio *rubr.* 2^{c}. x) dom. *bis scr., alterum del.* 1. y) successit 2^{e}. *C.* z) et *om.* $2^{b.e}$. a) item 2. b) De Lothario (Lothargio 2^{b}) *rubr.* $2^{b.c}$. c) Lotharius *h. l.* 2. *C.*

1) *Cron. Basil. et Chron. ex cod. Veneto hunc habent ad a.* 903, *sed Cencius et Chron. Amiat. et Ann. Ceccan. cum Sicardo ad a.* 902. 2) *Haec* (regnavit — imposuit) *leguntur post hunc Ludowicum in Chron. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 113; *cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 520 *sq. Heinricum I. bis posuit Sicardus, hoc loco falso ante Conradum I.* 3) *Hoc die a.* 899. *pugna inter Italos et Ungaros ad Brentam fluvium commissa est; cf. Catal. abb. Nonant., SS. Lang. p.* 572; *Dümmler, 'Ostfränk. Reich' ed.* 2. *III, p.* 507. 4) *Ad a.* 907. *hunc habet Chron. ex cod. Veneto; ad a.* 908. *Cron. S. Barthol. (infra), Ann. Ceccan., Chron. Amiat., Cenc.; Cron. Basil. ad a.* 912. 5) *Ad a.* 916. *hunc habent Cron. Basil. et omnes catalogi propinqui. Sicardum hoc loco et alibi annos incarnationis mutasse reor, quia hos cum annis regum in catalogo suo adnotatis non consentire animadvertit.* 6) *Annos quatuor ei adscribunt Cron. Basil. et S. Barthol., Ann. Ceccan., Chron. ex cod. Veneto; annos VII Tiburt.* 7) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 485. 8) *Haec ex diplomate Berengarii I. dato a.* 916. *Sept.* 1, *Codex dipl. Langob. col.* 810 *sqq., nr.* 468. *Ex eiusdem diplomate dato a.* 918. *Dec.* 26, *ib. col.* 828, *nr.* 480, *Sicardus didicit Iohannem Berengarii I. (non II, nam duo, non quatuor Berengarii reges fuere, ut Sicardus Cronicam Tiburt. secutus scripsit) cancellarium fuisse. Utrumque diploma descriptum est in Codice Sicardiano p.* 17. 18. 9) *Ad a.* 921. *hunc habent Cron. Basil. et alii duo catalogi, alii ad a.* 922. *et* 924. 10) Dagibertus *vel* Dahibertus *hic episcopus in cartis nominatur. Cf. L. Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 31 *sqq., nr.* 15—23. 25, *quae cartae datae sunt a.* 931—960. 11) *Ad a.* 948. *et sequentem ad a.* 950. *habent Hugo et Ann. Ceccan. (et Cron. Basil.), alii catalogi ad alios annos.*

Bas., Tib. Got. 23, 29. [a]Anno Domini DCCCCXLVII.[b] Beringarius[c] quartus regnavit an[nis] XI; qui regnum Ytalie cum imperio adeptus est, et regnavit cum Aldeberto[d] filio suo. Aput Theotonicos regnavit primus Otto, Henrici filius. His temporibus Saraceni Capuam invaserunt, anno[e] *Bonizo.* scilicet Domini DCCCCXLVIIII[1]. Romani[f] quoque patriciatus sibi tyrannidem usur- *Tib. Got. 23, 29.* parunt[g]. Agapito vero successerunt Iohannes, Benedictus et Leo. Cum igitur[h] has persecutiones et preter has ad tyrannidem Beringarii maximam persecutionem[i] pateretur ecclesia, ad Ottonem[k] regem Teutonicorum[l] a sede apostolica legati mittuntur de tyrannide Beringarii conquerentes; unde hic primus Otto filium suum nomine similiter Ottonem in Ytaliam misit[2], qui de Beringario[m] triumphavit, totam Ytaliam subiugavit. Adelbertus[n] vero[o] in Corsicam fugit. Proinde rex Otto a Iohanne papa[p] coronatus imperatoris nomen acquisivit[q]; et sic imperium ad Theutonicos pro gloriosa et victoriosa ecclesie defensione transivit.

Bas. Got. [r]Anno Domini DCCCCLXI.[3] primus Otto aput Romanos regnavit an[nis] VI; qui Iohanni pape Leonem substituit, eo quod cum Adelberto[s] convenit. Sed[t] eiecto Leone Iohannes a Romanis restituitur. Cui defuncto Benedictus substituitur; sed imperator Benedictum deposuit et Leonem restituit, et filium suum sibi equivocum ab eo coronari optinuit. Hic Leo papa donationes factas a Iustiniano imperatore, Ariperto rege, Pipino et Karolo ecclesie[u] Romane in[v] regno Ytalie de consensu[w] cardinalium episcoporum, presbiterorum, diaconorum et tocius cleri et[x] populi Romani[y] imperatori[z] Ottoni remisit et sibi suisque successoribus concessit et largitus est, ut regnum Ytalicum ab invasoribus liberarent et perpetuo tuerentur[4]. Huius maioris Ottonis temporibus Luizo[a] Cremone fuit episcopus, qui corpus beati Ymerii de oppido Sancti Flaviani sito in episcopatu Ymeliensi[b] Cremonam transtulit[5].

a) De Berengario (quarto 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$. b) DCCCCXL::::VII (IIII *eraso?*) 1. c) Beringardus *h. l.* 1; Berengarius $2^{a.b.c.d}$. *C.* — quartus *om.* 2^{b}. d) *sic* 1. $2^{a.b.(c.d)}$; alberto *C;* adalberto 2^{e}. e) scil. anno $2^{b.c.d.e}$. f) Romam 2. g) usurpauerunt 2. h) has ig. 2. i) pat. eccl. pers. 2. k) hottonem, h *expunct.* 1. l) *sic h. l.* 1. 2^{b}; theoton. 2^{a}; teutun. $2^{c.d}$; theutun. 2^{e}. m) *sic h. l.* 1. $2^{a.e}$; bereng. $2^{b.c.d}$. n) *sic h. l.* 1; aldebertus $2^{a.b.c.(d)}$; adalbertus 2^{e}. o) qui 2. p) papa *om.* 2. — coronatur 2. q) aquisiuit 1. r) De Ottone (primo 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$, *minio* Otto primus 2^{b}. s) *sic h. l.* 1. 2^{c}. *C;* aldeberto $2^{a.b}$; adalberto $2^{d.e}$. t) Sed *om.* 2^{b}. u) ecl'e 1. v) in r. Yt. *om.* 2. w) remisit *seq. iam h. l., expunct.* 1. x) *sic* 2. *C;* et *om.* 1, *ubi* pop. cleri *corr.* cleri pop. y) roma. 1. z) *sic* 2. *C;* imp. *om.* 1. a) luyso 2^{b}; luiso $2^{c.d.e}$. b) immeliensi 2^{b}; hymelien $2^{c.d.(e)}$. — cremonē 2^{b}.

1) *Nusquam, quod sciam, hoc relatum est. Cron. Basil. ad a.* 999, *Cron. Tiburt. ad a.* 981. *ex Annal. Casin.* 1001/2. *habent:* Hoc anno Sarraceni venerunt super Capuam, *unde ex Cron. Tiburt. deperdita haec sumpta et ad a.* 949. *transposita esse censeo.* 2) *Hoc falsissimum Sicardus scripsit male interpretatus locum Gotifredi XXIII,* 29: Otto autem . . . filium suum Ottonem tunc in regnum sublimavit. Deinde collecto exercitu in Ytaliam . . . intravit, *scil. Otto I, sed Ottonem II. hoc fecisse male Sicardus opinatus est.* 3) *Ad a.* 961. *hunc habet Chron. ex cod. Veneto, ad a.* 962. *Cron. Basil. et reliqui catalogi.* 4) *Haec profecta sunt ex privilegio spurio Leonis VIII, LL. Sect. IV. Const. I, p.* 674 *sqq., nr.* 450 *(Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 3706*).* 5) *Haec non ex historia translationis Hymerii SS. III, p.* 266 *sq., n.* 23. *edita, sed ex codice Cremonensi Adonis martyrologii sumpta sunt, ex quo haec edita sunt a Zacharia, Cremon. episc. series p.* 269 *sq.; 'Arch. storico Lombardo' III* (1876), *p.* 524: Sepultus *(Ymerius episcopus Meliensis)* autem cum magno decore in arca lignea in sancti Flaviani ecclesia. Procedente vero tempore, scilicet temporibus Ottonis maioris imperatoris, a quodam Cremonensi episcopo nomine Luizo concessione Miliensi episcopo translatus est Cremonam et in maiori ecclesia decenter sepulture traditus. *Luizonem in hac relatione dictum episcopum esse Liutprandum infra memoratum Sicardus non perspexit.*

[a]Anno Domini DCCCCLXVI.[1] secundus Otto aput Romanos regnavit an[nis] XXVIII. Cuius[b] temporibus Leoni pape successit Iohannes, qui a prefecto Urbis captus et in Campaniam in exilium missus fuit[c], sed imperator de persecutoribus supplicium sumens et apostolicum restituens vindicavit. Iohanni successit Benedictus, qui quoque a Cinthio[d] Theodore filio captus, in castro Sancti Angeli retrusus et strangulatus est. Benedicto successerunt Bonus, itemque Bonus[2] et Bonifacius, Benedictus et Iohannes, qui in castro Sancti Angeli fame afflictus mortuus est. Rursus Iohannes, itemque[e] Iohannes, Gregorius[f], post quem Iohannes, Silvester, Iohannes aliusque Iohannes. Hisque temporibus Liuthprandus[g] Cremone fuit episcopus. *Bas., Tib.*

[h]Anno Domini DCCCCXCIIII. tercius Otto aput Romanos regnavit an[nis] VI[3]. Cuius temporibus terre motus per X[4] dies totam Ytaliam agitavit*. Eiusque temporibus venerabilis Odelrigus[i] Cremone fuit episcopus[5], qui archam beato[k] Ymerio fabricavit[6] et[l] corpus sancti[m] Gregorii martiris Cremonam[n] de Spoleto[o] portavit[7] et ecclesiam sancti Laurentii, quondam capellam foris murum[p] civitatis, edificans in monasterium instituit[q] et ditavit[r, **, 8]. *Tib., Bas.*

[s]Anno Domini millesimo primo defunctis Ottonibus absque heredibus Henricus Claudus dux Noricorum, id est Baiguarorum[t], eligitur a principibus; qui regnavit an[nis] XXIIII[u], imperavit autem an[nis] XI[v], qui multa prelia vicit. Cuius temporibus Iohanni pape successerunt hoc ordine: Sergius, Benedictus, Iohannes et Benedictus, qui eiectus fuit de papatu, et Silvester substitutus; sed et[w] hoc eiecto[x] Benedictus substituitur[y]; quo rursus eiecto Gregorius[9] substitutus est, quem imperator Henricus deposuit et ultra montes *Got. 23, 32. Bas., Tib.*

*) 2[e] *add.:* Hiis quoque temporibus sanctus Adalbertus martir factus est.

**) 2[d] *add. h. l.:* Tempore illo Adalbertus martir factus est.

a) De Ottone secundo *rubr.* 2[b.c]. b) huius 2[b]. c) est 2[c.d.e]. d) q. atinthio 1; a chincio 2. — theodori 2[b.d.e]. e) aliusque 2[c.d.e]; it. Ioh. *om.* 2[a]. f) Greg. p. q. Ioh. *om.* 2. g) luitprandus (*vel* liutpr. 2[b]. *U)* 2[a.b.(e)]. h) De Ottone tercio *rubr.* 2[b.c]. i) *sic* 1; Oldericus *U;* Odericus 2. k) vero 2[a]. l) et — portavit *om.* 1. m) beati 2[e]. — georgii 2[d]. n) *sic U* (de Sp. Crem.); cremona 2[a.b.c.d]; creuone 2[c]. o) spoletho 2[b]; spoleta 2[d]. p) mur̄ 2[c]; muros 2[d]; muris 2[e]. q) inst. *om.* 2[b.d]; inst. et *om.* 2[a.c.e]. r) dicauit 2[a.b.c]? s) De Henrico Claudo (dux *add.* 2[c]) *rubr.* 2[b.c]. t) baiguariamorum, *deleto* iam *corr.* baiguarorum 1; barigarorum 2[a.(b).c]; barigariorum 2[d.(e)]; baguariorum *C.* u) XXIII *C.* v) X *C.* w) et *om.* 1; Mutatio assidua apostolicorum *alia manu in marg.* 1. x) hic deiecto 2[b]. y) *sic* 1. *C. Ioh. de Deo;* restituitur 2.

1) *Ad a.* 965. *Ottonem cum Ottone II. habent Cron. Basil., ad a.* 968. *reliqui catalogi. Secundus Otto hic dicitur falso in Cron. Basil., ubi ei anni XXVIII adscribuntur, cum reliqui catalogi eis VIII annos attribuant.* 2) *Hic falso bis positus est a Sicardo. Iam in Cron. Tiburt. et Basil. legitur* Bonus *pro Dono.* 3) *Ad a.* 996. *hunc habent Cron. Basil. et plerique catalogi. Annos V (non VI) ei tribuunt Cron. Tiburt., Ann. Ceccan., Chron. ex cod. Veneto, Hugo.* 4) *Ann. Casin., Cron. Tiburt., Basil.:* per XV dies. 5) *Odelricum tempore Ottonis III. episcopum fuisse Sicardus discere potuit ex diplomatibus Ottonis III. nr.* 97. 204—206, *Dipl. II, p.* 508. 614—617, *quae in Codice Sicardiano exstant.* 6) *Loco p.* 158, *n.* 5. *laudato codicis Cremonensis martyrologii Adonis legitur:* Nam temporibus Oldelrici subsequentis episcopi quidam cubicularius eiusdem presulis missionem vovit criptam construere in sancti patris honore, suae tantummodo salutis causa. Qua decenter expleta, qui detinebatur vinculo infirmitatis, factum est compos statim pristinae sanitatis. 7) *Cf. supra p.* 116, *n.* 7. 8) *Haec* (et ecclesiam — ditavit) *e carta Odelrici episcopi data a.* 990. *Maii* 31, *Codex dipl. Longobard. col.* 1501 *sqq., nr.* 853; *Codex dipl. Cremonae I, p.* 38, *nr.* 51, *profecta esse videntur.* 9) *Gregorium recte dixit Sicardus Iohannem archipresbyterum in Cron. Basil. et Tiburt. vocatum, fortasse collato Gotifr. Pantheon XXIII,* 36.

Got. 23, 36. transportavit, et Clementem substituit. Huius[a] Henrici capellanus[1] nomine[b] Landulfus Cremone fuit episcopus, qui monasterii sancti Laurentii[2] et Cremonensis populi fuit acerrimus persecutor. Quocirca populus ipsum de civitate eiecit et palatium turribus et duplici muro munitum[c] destruxit[3]. Proinde, licet episcopio[d] multa conquisierit[e], tamen multa per superbiam, multa per inerciam perdidit.

Bas. Huius etiam Henrici temporibus luna III diebus sanguinea facta est[f. 4], sal[g] defecit, et fames valida fuit. Eiusque temporibus, scilicet anno Domini millesimo XVI[h], Symeon heremita migravit ad Dominum, qui canonizatus est a papa Benedicto. Cuius corpus iacet ad Sanctum Benedictum inter Padum et Lironem[i. 5].

Bas., Tib. [k]Anno Domini millesimo XXVI.[6] Chonradus[l] aput Romanos regnavit an[nis] XVI. Cuius temporibus Clementi[m] successit Damasus in papatu*. Aribertus Mediolanensis fuit archiepiscopus, et Ubaldus[n] Cremone fuit episcopus; qui quoque in[o] monasterium Sancti Laurentii persecutus est[7], et aput Lacum[p]-obscurum pugnans[q] *Tib.* impugnatus est[8]. Defuncto Chonrado[r] vacavit imperium.

*) *Eadem manu in marg.* 1: Quere libros, quorum unus inscribitur 'Ad amicum', alius 'In Ugonem scismaticum'[9].

a) temporibus *add.* 2^{b}. b) eius nom. $2^{b.c}$; nom. eius 2^{d}. — landolphus $2^{b.c.e}$; landolfus 2^{d}. c) muratum *U. C.* d) epi (episcopi) 2. e) conquisierint $2^{b.c}$; conquisierunt $2^{d.e}$. f) Luna sanguinea *tertia manu in marg.* 1. g) *sic* 1. $2^{a.b.c}$. *Bas.*; sol $2^{d.e}$. *A.* h) M°XV. 2 (M° 50 2^{b}). i) lircerem 2; larionem *A.* k) De Conrado (Cunrado 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$. l) Choradus 1; Conradus *semper* 2 (cunradus 2^{c}). *C.* m) succ. Cl. 2. n) baldus 2. o) in *om.* 2^{b}. *U, quod fortasse delendum est.* — monasterio 1. p) locum 2^{a}. q) pugn. *om.* 2^{b}. r) chorado 1.

1) *Landulfum Heinrici II. capellanum fuisse cognovit Sicardus ex diplomate Heinrici II. dato a.* 1007, *Stumpf nr.* 1486, *MG. Dipl. III, p.* 203, *nr.* 172, *quod est in Codice Sicardi.* 2) *Diplomate dato a. (*1004*).* 1009. *Oct.* 9, *MG. Dipl. III, p.* 107 *sq., nr.* 85, *Stumpf nr.* 1523, *Heinricus II. petenti Landulfo episcopo interdixit, ne Lampertus abbas S. Laurentii Cremonensis bona huius monasterii diminueret. Hoc solo diplomate, quod est in Codice Sicardi, lecto Sicardus Landulfum persecutorem monasterii S. Laurentii dixisse videtur, neque aliunde eum hoc comperisse credo, ut et lecto diplomate Conradi II. n.* 3. *laudato, quo Cremonenses rebellionis contra Landulfum arguuntur, hunc persecutorem populi Cremonensis reprehendit.* 3) *Haec ex diplomate Conradi II, Stumpf nr.* 2129; *Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 63, *nr.* 56, *quod est in Codice Sicardi, extracta sunt, ubi* turrim unam *legitur, quod Sicardus in* palatium *vertit. Cf. de his rebus H. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' II, p.* 204 *sqq.* 4) *Cf. Ann. Casin.* 1015, *Cron. Tiburt., Basil., (Martin. Oppav. p.* 466*):* Luna versa est in sanguine[m]; *'N. Archiv' XXVI, p.* 485 *sq.* 5) *Haec procul dubio e Vita s. Simeonis, Acta SS. Iul. VI, p.* 334. *Simeonem a Benedicto VIII. canonizatum esse Sicardus didicit ex epistola eius (Jaffé ed.* 2. *nr.* 4055*) Vitae in codice subiecta.* 6) *Cron. Basil. hunc habent ad a.* 1027. 7) *Hac de re nusquam quidquam relatum est. Sed Sicardus hoc coniecisse videtur ex diplomate Heinrici III. dato a.* 1040. *Ian.* 17, *Stumpf nr.* 2163, *quod est in Codice Sicardi, quo rex prohibet, quominus abbas S. Laurentii de bonis huius monasterii quidquam decernat sine licentia Hubaldi episcopi.* 8) *Ignoramus, quando hoc factum sit, et qui episcopi hostes fuerint. Sed conicio hoc spectare ad ea quae Conradus II. in epistola ad Cremonenses scribit, Stumpf nr.* 2128; *Astegiano, Codex dipl. Cremonae I, p.* 64, *nr.* 57: Volumus et firmiter iubemus, ut pecuniam, quam promisistis vestro seniori episcopo pro schaccho et incendio et preda, quam fecistis super illius castella, adimpleatis. *Alia coniecit Astegiano l. l. II, p.* 273 *sq.* — *Nota Sicardum nihil compertum habuisse de coniuratione Hubaldi cum Ariberto archiepiscopo Mediolanensi et captivitate eius, de qua re vide Bresslau l. l. II, p.* 256. 266 *sq.* 9) *Bonizonis est uterque liber. Haec a Sicardo scripta esse videntur, qui in Bonizonis Decreto IV,* 109. *et*

[a]Anno Domini millesimo XL. Henricus Conradi filius aput Romanos regnavit an[nis] *Got. 23, 36.*
XVII. Cuius temporibus in papatu sederunt: [Leo[b]], qui cum[c] Romanis — alia *Tib., Bas.*
littera cum Normannis[d] — in Apulia dimicavit, Victor, Stephanus; cuius tempore Patarea[e] Mediolani *Bonizo IV, 109.*
exorta est. Post quem[f] Benedictus et[g] Nicholaus. Eiusque temporibus, scilicet anno
Domini millesimo LII[h], Bonifacius marchio sagitta in spineta occisus[i] est[1]. Et 1052.
quidem, ubi sagittarius pedes et genua fixit, radix omnis aruit, et herba cum germine[k] in circuitu ibi[l] ulterius non germinavit, ut Dei nutu apparerent latentis[l*] vestigia occisoris[2].

[m]Anno Domini millesimo LXIII. Henricus[n] aput Romanos regnavit an[nis] XVI. *Tib.*
Quem filius eius usque adeo persecutus est, quod ei[o] regalia resignavit. His temporibus *Got. 23, 41. ib. 37. 40.*
Robertus Wiscardus[p] invasit Apuliam et etiam Romam impugnare presumpsit[3]. Ieru- *ib. 38.*
salem a paganis capitur[4]. Nicholao[q] successerunt: Alexander, qui cum Candalo[r] Par- *Tib.*
mensi episcopo sub[s] contentione fuit electus[5], sed optinuit; et Gregorius, qui captus *Bas.*
est a quibusdam Romanis aput[t] sanctum altare nocte[u] natalis Domini, sed eodem die dimissus[v] in suo statu receptus est[6]. Arnulfus[w] autem Cremone fuit episcopus. Hisque[x]
temporibus, scilicet anno Domini millesimo LXX, civitas Astensis capta fuit ab Ada- 1070.
leida[y, 7]. Deinde sequentibus temporibus sequentia provenerunt: Anno[z] Domini
millesimo LXXXIII° Nonantulam obsedit comitissa Matildis[8]. Anno Domini 1084.
millesimo LXXXIIII. valida fames Ytaliam occupavit[9]. Anno Domini millesimo 1085.
XCVI. multitudo peregrinorum per Cremonam[a] transeuntium mare transivit; qui *cf. A. Crem.* 1096.

a) De Henrico (*minio* De Heynrico primo) *rubr.* 2^{b}; De Henrico Conradi filio *rubr.* 2^{c}. b) Leo *om.* 1. 2. c) con 1. d) mormānis 1; normanis $2^{a.b}$; alia litt. cum Norm. *om.* $2^{c.d.e}$. e) pathera $2^{b.d}$. f) quem *om.* 2^{b}; Postquam 2^{a} *plerumque.* g) et *om.* 2^{b}. — nicolaus $2^{a.c.(e)}$; nycolaus $2^{b.d}$. h) M°XLII° $2^{c.e}$. i) *sic* 1. *U;* est occ. 2. k) germinet 1. *U.* l) ubi 2. l*) lam̄tis (?) 1. m) De Henrico II° (2°, *minio* Heynrico secundo 2^{b}) *rubr.* $2^{b.c}$. n) secundus (II^us^) *add.* $2^{c.d}$. o) et 2^{e}; et ei 2^{b}. p) guiscardus 2. *C.* q) nicolao $2^{a.c.d.e}$; nycolao 2^{b}. r) *sic C;* huisisandalo 1; huius andalo 2. s) sub *om.* 2^{a}. *C.* t) apūt 1. u) *bis scr., alterum del.* 1. v) est et *add.* $2^{b.c.d.e}$. w) arnolphus $2^{b.c.e}$; arnolfus 2^{d}. x) Hiis quoque 2. y) andalcida 2^{a}; andalcia $2^{b.c.d.e}$; adleida *C.* z) Anno — Matildis *om.* 2^{c}. a) cremone $2^{b.c.d.(e)}$.

ex hoc descripta in libro Bosonis legerit, Liber pontif. ed. Duchesne II, p. 353 *sq.:* Ceterum si quis . . . . gnarus esse voluerit, legat librum, quem dictavi, qui inscribitur 'Ad amicum', et ibi inveniet haec ordinabiliter esse digesta, *et infra:* si quis scire voluerit, legat librum, quem scripsi in Ugonem scismaticum, et ibi inveniet ad plenum lucidata quae voluerit. *Et Boso infra:* Cetera vero huius ystorie diligens lector in libello B. Sutrini episcopi qui inscribitur 'Ad amicum' inveniet. 1) *Cf. E. Steindorff, 'Jahrb. Heinrich III.' II, p.* 172 *sq.* 2) *Eadem narrat Vitae Mathildis Epitom. Regiensis, SS. XII, p.* 374, *n.* 89. 3) *Cf. Gotifr. Pantheon XXIII,* 40, *v.* 14; *Cron. Tiburt. (Chron. ex cod. Veneto):* Robertus Guiscardus dux intravit Romam, et pugna ibi facta *etc. (scil. a.* 1084. *contra Heinricum IV). Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 516. 4) *Gotifr. XXIII,* 38: conculcata erat atque detenta. 5) *Cf. Chron. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 14: Hic sub contentione ordinatur cum Cadalo Parmensi episcopo; *Bonizo (et ex eo Boso):* de Alexandro papa et de lite, quam habuit cum Cadolo Parmensi, et de eius victoria. *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 520. 6) *Cf. ibid. p.* 485. 7) *Cf. Ogerii Alferii Cron. Ast. c.* 6, *Hist. patr. Mon. III, col.* 675: A. D. MLXX. VIIII. Kal. Madii civitas Astensis capta fuit a comitissa Alaxia; *Guill. Venturae Mem. Ast. c.* 25, *ib. col.* 734: MLXX. die XI. Madii civitas Ast capta et destructa fuit. *Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' I, p.* 632, *n.* 66. 8) *Cf. Cron. Ioh. de Bazzano a.* 1084, *'Cronache Modenesi' XV, p.* 9; *Meyer v. Knonau l. l. III, p.* 566 *sq., n.* 47. 9) *Hoc Ioh. Codagnell., Ann. Placent. p.* 3. *recte ad a.* 1085. *habet. Quos Annales conferas ubique, ubi* A. Crem. *in margine adscripsi. Cf. de hac fame Bernold., SS. V, p.* 443; *Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662; *Ann. Cavenses, SS. III, p.* 190 = *Ann. Seligenstad., SS. XVII, p.* 31, *Casin., Ceccan.; Cron. Ioh de Bazzano l. l.*

cf. A. Crem. transactis annis tribus Ierusalem Dei gratia recuperaverunt. Anno Domini mil-
1098. lesimo XCVIII. primo cepit guerra de Crema[a], frixorium[b] Cremonensium.

Tib. Boso. Anno Domini millesimo centesimo Pascalis[c] papa creatur, quem quidam ex Romano clero usque adeo persecuti sunt, quod tres papalia insignia induentes[d] eos in summos pontifices erigere[e] presumserunt; sed demum ab eodem[f] Pascali confusi et[g] prostrati sunt. Anno
1101. Domini millesimo CII. Ferrariam[h] obsedit comitissa Matildis[1].

cf. A. Crem. 1107. Anno Domini millesimo CVII. Cremonenses, Laudenses et[i] Papienses incenderunt burgum Terdone[k] in mense Augusto[2].

Tib., Bas. [l]Anno Domini millesimo CX.[3] Henricus Henrici filius aput Romanos regnavit an[nis]
Got. 23, 42. XV; qui Romam hoc anno, scilicet millesimo CX[4], pro sua consecratione veniens
Bas. papam[m] Pascalem cepit et in vinculis duobus mensibus et ultra detinuit[n], eo quod[5]
Got. 23, 39. 41. Boso. patrem prohibuerat sepeliri, ita quod per V annos iacuit in feretro, et quia nolebat eum[o] consecrare, nisi iuramento firmaret, quod de investituris ecclesiarum, episcoporum[p] et abbatum, se ulterius non intromitteret. Demum reconciliatione facta coronatus est. Modus autem reconciliationis hic fuit, scilicet quod apostolicus invitus et coactus privilegium imperatori de investituris [dedit[q]] ecclesiarum, episcoporum et abbatum; et quod electus non consecretur, nisi prius a rege laudetur et investiatur. Sed post idem[r] papa synodum in Lateranensi basilica celebravit, in qua cassatum est a patribus illud privilegium, potius pravilegium[r*] appellandum, per violentiam regis extortum[s]. Huius Henrici temporibus Valterus[t] Cremone fuit episcopus. Cui Ugo[u] successit electus. Eiusque
cf. A. Crem. 1110. temporibus, scilicet anno Domini millesimo CX, fuit bellum inter Mediolanenses et Cremonenses aput Brixianorium[v], Cremonensibus pernitiosum. Eodem anno[w] civitas Novarie[x] destructa est[6]. Sequenti vero anno, scilicet millesimo CXI,
1111. civitas Laudensis capta est a Mediolanensibus et[y] destructa.

Boso. cf. A. Crem. Anno vero[z] Domini millesimo CXIII. predicta fuit synodus celebrata, et Cremona incendio concremata[7].

1115. Anno Domini millesimo CXV. comitissa Matildis moritur et aput ecclesiam sancti Benedicti inter Padum et Lironem[a], quam ditaverat, sepelitur; quam Teutaldus[b] avus construxerat, et Bonifacius pater eius possessionibus ampliaverat.

cf. A. Crem. 1117. Anno Domini millesimo CXVI. terre motus magnus in Ianuario[8] fuit, propter
Ian. (3). quem maior Cremonensis ecclesia corruit, et corpus confessoris Ymerii diu latuit sub ruina. Anno Domini millesimo CXVI[c].

a) cremona 2. b) tixorium 2. c) paschalis *semper* $2^{b.c.d.e}$. d) inducentes, c *expuncto corr.* induentes 1. e) eligere 2^b. f) ab eodem *bis scr. f.* 52'. *et* 53. 1. g) et *om.* 2^e. *C.* h) ferraream $2^{c.d.(e)}$. i) et *om.* 2. k) cerdone 2^a; therdone 2^b; tredone (credone?) $2^{c.d.e}$. l) De Henrico (heynrico *minio*) secundo *rubr.* 2^b; De Henrico Henrici filio *rubr.* 2^c. m) Pasc. papam 2. n) tenuit $2^{b.c.e}$. o) eum *om.* 2^b. p) *sic* 2. *U;* episc. *om.* 1. q) dedit *om.* 1. 2^a. r) illud 2^a. r*) puilegium $2^{c.d.(e)}$. s) exortum 1; extinctum *C.* t) galterus 2^a; galcrius $2^{b.c}$; galerius $2^{d.e}$. u) hugo 2. v) brixanorum $2^{a.e}$; brixianorum (bryx. 2^d) $2^{b.d}$; birixanos 2^c. w) anno *om.* $2^{c.d}$; tempore 2^e. x) *sic C;* laudensis 1. *U;* Nov. — civitas *(l. 24) om.* 2. y) est 2^c; est *add.* 2^d; et a Med. destr. 2^e; et destr. fuit a Med. *C.* z) vero *om.* 2. a) lirionem 2^c; liconem $2^{d.e}$. b) *sic* 1. *U;* theudaldus 2^a; teudaldus $2^{b.c.(d.e)}$. c) *sic* 1. 2^a, *reliquo columnae f.* 53^a. *(paginae* 2^a*) spatio,* 10 *linearum* 1, 2 *linearum* 2^a, *et initio sequentis, f.* 53^b. 9 *linearum* 1, 4 *linearum* 2^a, *vacuo relicto, hac columna incipiente* XVIIII. (XIX. 2^a) Gelasius 1. 2^a; A. D. MC (XVI. *del.*) XIX. Gel. 2^b; A. D. MCXIX. Gel. $2^{c.d.e}$. *C.*

1) *Cf. Donizo II,* 13, *SS. XII, p.* 397 *sq.; Ann. Ferrar., SS. XVIII, p.* 663, *ad a.* 1101 = *Riccobaldi Ferrar. Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 122. 2) *Diem indicant Ann. Cremon., supra p.* 3. 3) *Ad a.* 1110. *Heinricum Cron. Tiburt. deperdita fortasse habuit cum Catalogis Cencii et Amiatino, reliqui catalogi Italici eum ad a.* 1111. *habent. In Basil. numerus anni excidit.* 4) *Annum* 1111. *recte habent Cron. Tiburt. et Basil. et Boso.* 5) *Nota mirum errorem Sicardi.* 6) *Ab Heinrico V. rege. Cf. Donizo II,* 18, *SS. XII, p.* 18; *Ekkeh., SS. VI, p.* 244; *Chron. regia Colon. p.* 50; *Ottonis Fris. Chron. VII,* 14. *Quod neque Ioh. Codagn. neque Ann. Cremon. habent.* 7) *Cf. Ann. Cremon. suppl. (infra).* 8) *Diem indicant Ann. Cremon., supra p.* 3.

[MC]XVIIII. Gelasius Pascali successit. Qui cum in Urbe concorditer fuisset[a] electus et in sede locatus, fugiens imperatoris Henrici festinum adventum aput Capuam consecrationis benedictionem accepit. Imperator autem Mauricium Bracharum[b] archiepiscopum intrusit; quem populus Romanus Burdinum vocavit. Gelasius vero per Pisas et Ianuam transiens aput Sanctum Egidium applicuit[c], et Cluniacum[d] usque perveniens ibi viam universe carnis ingressus est[e] et sepultus. *Tib. Boso.*

Anno Domini millesimo C⁰XX⁰ Calixtus papa creatur, aput Cluniacum electus. Qui cum esset ex patre Burgundie comite natus, sicut inter seculares clarissimus, sic inter ecclesiasticos fuit eximius. Qui cum ad Urbem et sedem apostolicam festinaret, Pisanam ecclesiam consecravit; Sutriumque[f] accedens Burdinum[g] cepit intrusum. Qui pro palefredo[h] camelo insidens in transverso et pro freno caudam manibus[i] tenens et pro pallio rubeo pilosa pelle vestitus, Urbem rediens in comitatu pontificis precedebat, et sic multipliciter illusus, in Cavensi[k] monasterio intrusus[l] vitam finivit. Videns igitur imperator, quia non est scientia, non est potentia contra Dominum, rediit ad pacem ecclesie, remittens omnem investituram et quicquid spiritualium privilegio violenti[m] extorserat, et concedens[n] canonicam fieri electionem et consecrationem sic ait: *In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Henricus*[o]. *Tib. Boso.*

Anno quoque Domini M⁰C⁰XX⁰ fuit prima guerra de Parma[p], qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glarea[q] conflixerunt[r]. *cf. A. Crem.* 1121?

[s]Anno Domini MCXXVI. Lotharius aput Romanos regnavit an[nis] XII. Qui quia progeniem Henrichorum[t] nimis acriter persequebatur[u], contra eum Chonradus[v] electus est. Sed eo per conpositionem cessante Lotharius confirmatus est[1]. Eodem anno MCXXVI. civitas Cumana capta est a Mediolanensibus in Augusto[2]. Eodem quoque[w] anno gelavit Eridanus, ut super glatiem[x] currus et equi discurrerent. *Bas., Tib.* *cf. A. Crem.* 1127. *Aug. (26).*

Lotharii temporibus sedit Honorius in papatu. Qui cum fuisset electus sub contentione Teobaldi[y] presbiteri cardinalis, humiliter mantum[z] deposuit. Fratres itaque[a] videntes humilitatem ipsius[b] unanimiter ei obedientiam prestiterunt. Hic cum descenderet in Apuliam, ut cum Rogerio dimicaret, investigans fraudem baronum, saniori consilio Rogerium de ducatu Apulie investivit. Hic per P[etrum][c] presbiterum cardinalem patriarchas[d] Aquilegiensem et Venetum[e] deposuit. Huic Innocentius papa successit. Qui quoque sub contentione[f] cum Petro Petri-Leonis presbitero[g] cardinali, cui Anacletus nomen imponitur, fuit electus. Innocentio clerus, sed Anacleto[h] preter Frangepanos Romanum vulgus adhesit. Anacletus crucifixum aureum aureasque coronas et ecclesiarum thesauros accipiens in Apuliam se recepit et Rogerium regem esse concessit. Innocentius vero navigio Pisas pervenit et inter Pisanos et Ianuenses treuguas[i] posuit. Indeque[k] proficiscens aput Sanctum Egidium concilium celebravit[3]. *Boso.* *Bas. Boso.* *Bas.* *Boso.*

a) fuit $2^{c.d.e}$. b) bracarum $2^{a.c.d.e}$. c) *sic* 1. 2^{e}. *C;* applicauit $2^{a.b.c.d}$. *Boso.* d) cluniatum *alio atram. corr.* cluniacum 1; clauiacum 2^{a}; clunacum $2^{c.e}$. e) ingr. et sep. est 2. f) *sic* 2. *C. Boso;* subtriumque 1; *cf. supra p.* 150, *l.* 17. g) burgundinum $2^{b.c.d.(e)}$. h) palafredo $2^{a.c.e}$. *C.* i) manu *corr.* manibus 1. k) cenobio vel *add.* 2^{d}. l) vitam fin. intr. 2. m) *sic* 1. 2. *U. C.* n) ɔcedns 1. o) etc. *add.* $2^{d.e}$. *U. C.* p) prima guerra de Parma *minio in marg.* 1. q) claria 2^{b}; gl͞ia 2^{c}; glā 2^{d}. r) *spatium trium linearum vacuum rel.* 1. 2^{a}. s) De Lothario (Lotario 2^{c}) *rubr.* $2^{b.c}$. t) henricorum $2^{b.c.e}$. *(C);* heinricorum 2^{a}; heynricorum 2^{d}. u) *sic* 2. *C;* prosequebatur 1. v) conradus *semper* 2. *C.* w) *sic* 1 (q͞q). *U; om.* 2^{e}. *C;* eodemque 2. x) eius *add. C.* y) theobaldi 2. z) *sic* 2. *U. C;* manum 1. a) vid. it. 2. b) *sic* 2. *U. C. Boso;* eius 1. c) p. 1. *U. C; om.* 2^{a}; petrum $2^{b.c.d.e}$. d) patriarcham 2. e) venatum 2. f) contemptione *C;* conditione 1. 2. *U* (condiccione). g) cum *add.* $2^{c.d.e}$. h) anacletos 1. 2^{e}. i) treugas 2. *U;* treguas conposuit *C.* k) Inde 2^{b}. *U.*

1) *Sicardus procul dubio locum Gotifredi Viterb., Pantheon XXIII,* 47. *secutus est, ubi:* Iste *(Lotharius)* per omnia humiliavit proieniem Heinrici imperatoris. Contra quem dux Fridericus et frater eius Conradus . . . rebellarunt . . . Conradus . . . factus est rex contra Lotharium . . . pacemque cum Lothario componens dimisso regno quievit. 2) *Cf. supra p.* 3, *n.* 10. 3) *In brevius contrahens quae Boso narravit:* apud Sanctum Egidium prospere applicavit. Procedens autem . . . apud Claromontem primum concilium sollempniter celebravit *in errorem Sicardus incidit.*

Boso. Transiens in Frantiam a Lodoyco[a] rege Francorum et Henrico rege Anglorum[b] honorifice
receptus[c] est. Progrediens in Lotoringiam[d] a rege Lothario promissionem accepit, quod
eum ad beati Petri sedem reduceret. Rediens itaque Remis secundum et aput Placentiam tercium
concilium celebravit. Reversus Pisas inter Pisanos et Ianuenses pacem conposuit, et[e]
recolens beneficia sibi a Pisanis et Ianuensibus collata Pisane concessit[f] ecclesie primatum Sardinie et tres episcopatus in provincia Corsice. Ianuensem vero exemit a subiectione[g]
Mediolanensis[h] ecclesie eamque metropolim faciens subiecit ei Bobiensem et quosdam
Corsicanos episcopos. Dum hec agerentur, ecce rex Lotharius festinus promissor advenit.
Rex igitur et pontifex Urbem pariter adierunt, ubi pontifex sedem in Lateranensi ecclesia, et[i]
rex imperiale optinuit diadema. Post hec imperator in Alamaniam, et pontifex revertitur ad civitatem Pisanam, ubi quartum concilium celebravit. Et quoniam Rogerius Petrum[k] heresiarcham agnomine Anacletum adhuc in errore fovebat, christianissimus imperator, ecclesie
catholicus[l] advocatus, de Alamania rediens cum summo pontifice Apulie[m] fines invasit et
Is. 62, 8. totam potenter *fortitudinis*[n] *brachio* subiugavit. Rogerius autem in Siciliam fugit.
Pontifex igitur et imperator comitem[o] Rainonem ducem fecerunt Apulie. Sicque pontifex ad
Urbem, et imperator in[p] Teutoniam cum gloria remearunt. Petrus vero heresiarcha in errore
suo[q] conputruit et defunctus est. Cuius sectatores alium elegerunt, quem Romani Carnicorium
nominabant. Demum ad pedes summi pontificis misericordiam postulantes misericorditer recepti sunt. Auctoritate huius summi pontificis[1] Conpostelana[r] ecclesia facta
cf. Tib. 1142. est metropolis. Hic pontifex Tyburtum[s] cum Romanis obsedit; sed multi capti sunt
1145? et occisi[2]. Demum reversi Romani[t] de Tyburtinis cum victoria triumpharunt[3].

Lotharii temporibus Otbertus[u] Cremone fuit episcopus, qui sancti Ymerii, quod
cf. A. Crem. 1129. diu latuerat, corpus invenit et[v] anno Domini MCXXVIIII. in scrinio ferrato recondidit.
1132. Hic Lotharius anno Domini[w] MCXXXII. Cremam[x] cum Cremonensibus
1133. per mensem obsedit. Sequenti anno, scilicet MCXXXIII, constructum est
castrum Pizleonum[y] seu Pizguittonum[z]. Deinde cum[a] Cremonenses imperialem
1136. offenderint[b] maiestatem, anno Domini MCXXXVI. idem victorius[c] imperator
Sanctum[d] Bassianum et Soncinum ceterasque terras eorum depopulatus invasit et
legem de feudis condidit edictalem[4].

cf. Tib. [e]Anno Domini MCXXXV°IIII. Chonradus aput Romanos regnavit an[nis] XII.
Hic est Chonradus, qui Lothario cessit[f] electus[5] et[g] per concordiam principum
Got. 23, 48. denuo fuit electus. Cuius temporibus in papatu sederunt Celestinus, Lucius — qui
armata manu Capitolium[h] ascendit. Sed Romani vi deiecerunt[i] eum[k] — et Eugenius, qui
Boso. cum esset abbas Sancti Anastasii, ex insperato[l] concorditer electus est. Qui propter metum civium

a) *sic* 1. *U;* lodoico *C;* luduico 2[a]; lodewico 2[b]; lodevico 2[c]; ludwico 2[d. e]. b) anglorum 1; anglicorum 2[e]. c) susceptus 2[b]. d) lothoring. 2. *U. C.* e) et *om.* 2[b]. f) conc. — subiectione *om.* 2[e]. g) subitione 1. 2[b]. h) *sic* 1. *U;* eccl. Mediol. 2; Mediol. *om. C.* i) et — Alamaniam *om.* 2[e]. k) petrus *eadem manu corr.* petru 1. l) *sic* 2[a. b]. *U;* cathol. *om.* 1; kathol. 2[c. d. e]. m) aculie 2[c. e]. n) in fort. *C: cf. infra p.* 166, *l.* 22. o) com. *om.* 2. — ramonem 2[b. c. d. e]. *C:* romane 2[a]; raynonem *U.* p) ad 2[d. e]. *Boso.* — theutoniam 2[a]; teuthoniam 2[b]. *C;* theutuniam 2[c]. q) suo *om.* 2. r) *sic* 1. *C;* compostellana 2[a]. *(U);* cum postellana 2[b. c. d. (e)]. s) tiburt. *h. l.* 2[b. c. d. e], *l.* 21. 2[a. (b). c. e]. t) romam 2. u) orbertus 1. *U;* obertus 2. v) eciam 2[c. d. e]. w) Dom. *om.* 1. — M. C. XXXIII. *radendo corr.* M. C. XXXII. 1. x) Cremam cum *om.* 1; cremonē cum 2[b]. y) bisleonum 2[b]; pisleonum 2[c. (d). e]; pizelionum *U.* z) pizguitonum 2[a]; pisguitonum 2[c. d. e]; bisquitonum 2[b]. a) cum *om.* 2. b) *sic U;* offenderent *corr., ut videtur,* offenderint 1; offenderunt 2[a. c. d]; defenderunt 2[b]; obsiderunt 2[e]. c) *sic* 1. *U;* victorinus 2. d) Sanctum *om.* 2[b]. e) De Conrado *rubr.* 2[c]. f) successit 2[b]. g) et — electus *om.* 2. h) *sic* 1. *C;* asc. Cap. 2. i) *sic* 1. *C;* Rom. inde eiecerunt (proicerunt 2[b]) 2. k) *sic* 2. *C;* eum *om.* 1. 2[e]. l) inspirato 2[b. c. (d). e].

1) *Non ab hoc Innocentio II. papa, sed a Calixto II; cf. Boso l. l. p.* 378*; Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 6823. 2) *Anno* 1142*: cf. infra sub hoc anno: Cron. Tiburt. hoc falso ad a.* 1135. *habet. Cf. Bernhardi, 'Jahrb. Konrad III.' p.* 350. 3) *Cf. Cron. Tiburt. ad a.* 1135. *(infra) et quae ibi adnotata sunt.* 4) *LL. Const. I, p.* 175 *sq., nr.* 120. *Sicardus hanc legem legisse videtur, cum Ann. Cremon. habeant:* fecit leges. 5) *Cf. supra p.* 163, *n.* 1.

fugit in arcem Monticelli et inde ad monasterium Pharfense[a], ubi gratiam consecrationis accepit. *Boso.*
Verum quamvis ab initio fuissent[b] [ei[c]] cives infesti[d], tamen auctore Deo, qui *spirat* *Ioh.* 3, 8.
ubi vult, quia[e] *potens* erat[f] *in opere et sermone*, conversi sunt ad pastorem et episcopum *Luc.* 24, 19.
animarum suarum et eum cum gaudio magno et sollempni processione receperunt in
Urbe. Chonradi regis temporibus, scilicet anno Domini MCXXXVIIII[1], magna *cf. A. Crem.* 1139.
pars Cremonensium a Mediolanensibus aput Cremam capta carceralibus est[g] vinculis mancipata. Anno[h] Domini MCXLII. Innocentius, quem[i] prediximus, 1142.
Tyburtum obsedit[2]. Anno Domini MCXLVI.[k] pestis erucarum invaluit[3] super *cf. A. Crem.* 1147.
terram et bona terre consumpsit; unde sequenti anno fames nonnullos maceravit egentes; et[l] tamen eodem anno, scilicet[m] MCXLVII, rex Chonradus, zelo Dei accensus, insignitus crucis munimine transmeavit, et cum eo pariter Lodoycus[n] rex Galliarum[4]. In quo exercitu Fredericus Frederici[o] ducis Suevorum[p] filius super omnes extitit strennuus et gloriosus. Quod[q] ei fuit occasio, ut postmodum a principibus vocaretur ad regnum[r].

Anno[s] Domini MCXLVIIII. Placentini aput Tabianum[t] capti fuerunt. *cf. A. Crem.* 1149.

Anno Domini MCLII. Fredericus[u] aput Romanos regnavit an[nis] XXXVII; qui *cf. Tib.* 1152.
fuit miles strennuus[v] et magnanimis[w], mitis et[x] affabilis, illiteratus[y], sed morali experientia doctus, quia[z]

mores hominum[a] multorum vidit et urbes[5].

Cuius temporibus multa et varia sequentia provenerunt. Nam eodem anno *cf. A. Crem.*
Domini[b], scilicet MCLII, Medexana[c] capta est a Cremonensibus et Placentinis,
penitus et[d] destructa. Anno[e] Domini MCLIII. Ascalona capta est a Christianis. 1153.
Anno Domini MCLIIII. rex Fredericus primo in Italiam[f] venit, qui civitatem 1154.
cepit Astensem, turres et muros destruens civitatis[6]. Anno Domini MCLV. 1153.
Anastasius papa creatur[7]. Arnaldus[g] hereticus auctoritate regis[h] comburitur[8]. 1155.
Terdonam rex idem cepit, funditus[i] et destruxit. Deinde Romam[k] festinans multos *cf. A. Crem.*
subiugavit heriles. Anno Domini MCLVI. Adrianus papa creatur[9], qui regem 1154.
Fredericum inunxit et imperiali diademate coronavit. Imperator autem Romanos 1155.
impugnavit nolentes ei fidelitatem et ius debitum exhibere. In quorum acrimoniam et imperialem ultionem Tyburtinum[l] censuit municipium restaurari[10]. Post hec[m]

a) *sic* 1. $2^{a.b}$. *U;* pharphense $2^{c.d.e}$; farfense *C.* b) fuisset $2^{d.e}$. c) *sic C;* ei *om.* 1. 2. *U.* d) infeesti, e *expuncto corr.* infesti 1. e) ꝗ (quod) $2^{c.e}$; qui 2^{d}. f) erat *om.* 2. g) et 2^{a}; vinc. est $2^{d.e}$; est *om. U.* h) Anno — obsedit *om.* $2^{d.e}$. i) ꝗ (quod) 1. k) MCXLII. 2. l) et *om.* 2^{b}. m) scil. *om.* 2. *C.* n) lodoicus *C;* luduicus 2^{a}; lodewicus 2^{b}; lodowicus 2^{c}; ludwicus $2^{d.e}$. o) fredereci 1; frideric. *saepe* $2^{a.c}$; fredric. 2^{d}; fridric. 2^{e}. p) sue *e corr.* 1; fil. ducis swev. (sweuie 2^{d}) $2^{d.e}$. q) et quod $2^{b.c.d.e}$. r) *spatium quatuor linearum vacuum rel.* 1. 2^{a}. s) vero *add.* $2^{a.b.c}$. t) cabianum 2^{a}; thabianum $2^{b.c.(d.e)}$. u) Frederecus *corr.* Fredericus 1. v) strennus 1; strenuus $2^{a.e}$. *U. C.* w) *sic* 1. *C;* magnanimus 2. *U.* x) et *om.* 2. y) illustratus 2. z) *sic* 1. $2^{b.e}$. *U. C;* qui $2^{a.d}$; quam 2^{c}. a) *sic C;* mult. hom. 1; hom. vidit mult. 2; mult. *om. U.* b) scil. Dom. 2; Dom. *om. C.* c) madexena 2. d) est $2^{c.d.e}$; et pen. *C.* e) Anno — Christianis *om.* 2. f) ytaliam 2. *U. C.* g) arnoldus $2^{b.c.d}$; arnolphus 2^{e}. h) imperatoris 2^{e}. *C.* i) et fund. 2^{b} *(post superscr.).* 2^{e}. k) *seq.* uidens *del.* 1. l) tyburtinuit 2^{a}; tiburtinunt 2^{b}; tiburtinum 2^{c}; tiburtiniis 2^{d}; tyburtium 2^{e}. m) hoc 2^{a}; hc 2^{b}.

1) *Cf. supra p.* 4, *n.* 7. 2) *Cf. supra p.* 164, *n.* 2. 3) *Ann. Cremon. hoc ad a.* 1147. *habent cum Ann. Brixiensium cod. A, SS. XVIII, p.* 812. 4) *Cf. Gotifredi Pantheon XXIII,* 51, *p.* 263. 5) *Horatii Epist. II,* 3, 141. 6) *Hoc Ioh. Codagn. in Ann. Placent. p.* 5. *non ex Ann. Cremonensibus deperditis, ut videtur, habet, in Ann. Cremon. non legitur.* 7) *Potius a.* 1153. 8) *Ex Gotifr. Pantheon XXIV,* 5, *v.* 11—14. *Sicardus hoc de Arnaldo cognoscere potuit.* 9) *Potius a.* 1154. 10) *Cf. Cron. Tiburt. et Cron. Basil. (infra).*

in Alamaniam[a] cum triumpho rediit imperiali. Anno[b] Domini millesimo CLVII.
cf. A. Crem. 1157. Mediolanenses castrum Papiensium nomine Vegevalum[c] destruxerunt, Terdonam
1158. reedificaverunt[d]. Anno Domini MCLVIII. imperator in Ytaliam rediens Brixienses et Mediolanenses[e] impugnavit, Laudam[f] fundavit, Mediolanum obsedit; sed federe facto discessit[g]. Et regalibus resignatis pacem cum Lombardis[h] conposuit
1159. *cf. A. Crem.* et leges[i] in Roncalibus[k] condidit. Anno Domini MCLVIIII. turres Placentinorum et munimina iussu[l] destruxit[1]. Eodem anno Cremam cum Cremonensibus ob-
1160. *Ian. 27.* sedit et VI° Kalendas Febr.[m, 2] dissipavit. Eodem[n] anno Obertus Cremonensis
1159. episcopus corpus sancti[o] Gregorii martiris transtulit in ecclesiam sancti Michaelis. His temporibus Alexander papa creatur. Qui sub contentione[p] fuit electus[q]
1164. cum Octaviano[3], qui agnominatus[r] est Victor. Quo scismatis[s] in errore defuncto
1168. Guido de Crema, Pascalis agnominatus[t], accessit. Cui similiter in errore defuncto Iohannes de Struma, Calixtus agnominatus, in scismate[u] fuit similiter substitutus. Hos tres heresiarchas imperator manutenuit et scisma per X et VII[v] annos in
Apoc. 22, 11. ecclesia fovit. Et quia dignum est, ut[w] *qui in sordibus est sordescat adhuc*[x], medio
1160. tempore multa mala intulit, multa quoque[y] perpessus. Nam anno Domini M^{o}CLX^{o} cum Mediolanensibus aput Carcanum[z] pugnavit, et utriusque[a] adversa fuit for-
1162. tuna. Sed anno Domini MCLXI. Mediolanum cepit, inquilinos in IIII^{or} burgis habere[b] patiens[c] incolatum. Deinde in civitatibus pro sua voluntate constituit potestates. His ita[d] victoriose peractis in Alamaniam[e] rediit imperator victoriis
1167. gloriosus. Tempore procedente Romanis Tusculanum impugnantibus, et cancel-
Is. 62, 8. lariis[4] *in fortitudinis brachio* eam defendentibus, cum Romanorum multa[f] milia cecidissent, anno Domini MCLXVII.[g] festinus imperator venit ad Urbem et Pascalem heresiarcham aput Sanctum Petrum in sedem apostolicam intronizavit. Etiamve[h] cum Romani sancti Petri ecclesiam incastellassent, non perferens[i] patienter, atrium prophanando conbussit. Propterea[k] nutu Dei, qui nullum[l] malum preterit impunitum[5], omnes pene[m] suos mortalitatis pestilentia perdidit. Sed et[n]
cf. A. Crem. contra eum eodem anno MCLXV^{o}II. civitates Ytalice[o] conspirarunt Mediolanum reedificantes. Pro[p] dolor! etiam illa non fuit[q] expers coniurationis, quam in archi-

a) almaniam 2$^{b.c.e}$; alemaniam 2^{d}. b) Anno — reedificaverunt *om.* 2^{c}. c) vegenalum 2. d) rehedif. 2^{a}. *U. C.* e) et Med. *om.* 2. f) laudiam 2; laudum *C.* g) *sic* 1. *C;* discedit 2. *U.* h) lombardos *corr.* lombardis 1; lumbardis *semper fere* 2$^{b.c.d.e}$. i) legem 2. k) *sic* 2. *U. C;* rancalibus 1. l) iusum *C;* iussa 2^{d}; *om.* 2^{e}. *U.* m) *sic* 1. *C;* februarias 2^{a}; februarii 2$^{b.c.d.e}$. n) Eodemque 2$^{b.c.d.(e)}$. o) beati 2$^{c.d.e}$. p) contemptione *C;* conditione 1. 2; *cf. supra p.* 163, *n.* f. q) *sic* 1. *C;* creatus 2. — c. octouiano 2$^{b.c}$. r) cognominatus 2^{e}. *C.* s) sismatis 1. t) nominatus 2^{b}. u) sismate 1; cismate 2^{b}. v) per XVII 2$^{a.b.d.e}$; XVIII *U. C.* w) quod 2^{b}. x) huc 2$^{a.d}$; hoc 2^{c}. y) qq 1; q̄qȝ (queque) *C;* multos quoque processus. Nam 2$^{a.c}$; multosque processus. Nam 2$^{b.d.e}$. z) *seq.* calcauit *del.* 1. a) *sic* 1. 2. *U;* utrisque *C.* — fuit.adv. 2^{e}. *U. C.* b) *emendavi;* hr̄ 1; hinc *C;* *om.* 2. c) ꝑciens 2. d) *sic* 1. *U. C;* itaque 2. e) alamanniam *saepe* 2^{a}; almaniam 2$^{b.d.e}$. f) *sic* 2. *U. C;* multa *om.* 1. g) MCLXII. 2; M centum LXIIII. *C.* h) *sic* 1. *U;* Etiamne *C;* Et 2. i) preferens 2. k) preterea 2$^{b.(d).e}$. l) *sic* 2. *C;* illum 1. m) *sic* 2. *U;* penes 1. *C.* n) et *om.* 2$^{b.e}$. *C.* o) ytalie 2^{d}. *C.* p) *sic* 1. *U. C;* proch 2. q) huius *add. C.*

1) *Cf. Otto Morena, SS. XVIII, p.* 608; *Ioh. Codagn. Ann. p.* 6; *Ioh. de Mussis, Muratori SS. XVI, col.* 453. 2) *Ann. Cremon., supra p.* 5, *et Ioh. Codagn. Ann. p.* 6: in conversione sancti Pauli. *Sed dies a Sicardo datus verus est. Die enim Ian.* 26. *se imperatori tradiderunt, Ian.* 27. *exercitus eius castrum ingressus est et destruxit.* 3) *Eadem fere verba in Chron. ex cod. Veneto p.* 115. 4) *Rainaldo archiepiscopo Coloniensi et Christiano archiepiscopo Moguntino. Fortasse Sicardus etiam dicere voluit Philippum cancellarium, postea archiepiscopum Coloniensem, qui ibidem fuit.* 5) *Ioh. Codagn. Ann. p.* 8. *de eadem re locutus di[illegible] eator,* apud quem nullum remanet malum impunitum.

summo[a] constituerat aliarum[1]. In se vertit manum, cum pestiferum sibi malleum[2] 1167.
proprio malleo reincudit. Sed divina ultio et[b] ultionis augmentum, ut filius
patrem, libertus patronum, famulus dominum, aut quivis[c], de quo[d] fuerat meritis
presumendum, iamiam hostis improvisus feriat venerandum[3] amicum. Redeuntem[e]
igitur imperatorem[f], itinere per planiciem intercluso, per abrupta[g] et invia montium transire oportuit[h], quousque[i] ad Alamanica[k] regna pervenit.

His temporibus fuit Presbiter[4] nomine Cremonensis electus, qui, licet alias[l] 1163.
meritis et scientia dignus, tamen propter scisma deiectus est, et ut adimpleatur 1167.
quod vulgo in proverbiis dicitur: 'Cui accidit una, non erit illa sola'. Sequenti
anno, scilicet M°CLXVIII, Lonbardi[m] coloniam, id est novam colonorum habita- 1168.
tionem, facientes eam[n] ab Alexandro papa[o] Alexandriam vocaverunt. Alii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam usque in hodiernum diem appellant[5]. Eodem
quoque[p] anno Romani vires resumentes Albanum[q] expugnaverunt et expoliantes *(Apr. 8).*
bonis omnibus incenderunt[6].

Sequenti anno, scilicet[r] M°CLXVIIII, civitas Cremona cepit murorum muni- 1169.
mine cingi.

Demum rediens imperator in Italiam[s] anno Domini MCLXXIIII. Segugiam[t] 1174.
1) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 29. *et quae ibidem adnotavi; Gest. Fed. I. in Lomb. App., SS. R. G. p.* 64. 2) *Haec iam supra p.* 176, *l.* 22 *sq. et supra l.* 1 *sq. relata sunt.* 3) *Cognomine Crassum. Cf. Niketas Choniat. ed. I. Bekker p.* 697 *sq. Quem iam anno* 1200. *occisum esse apparet.* 4) *Alexius IV. Aliquanto tempore post necem Iohannis Crassi, anno* 1201. *ineunte, ut videtur, in rebellione Manuelis Camyzis Alexium effugisse narrat Niketas l. l. p.* 711. 5) *Cf. cartam pacis, Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 203, *nr.* 13. 6) *Quod iam a.* 1201. *fecit; Chron. regia Colon. p.* 199. *Cf. Winkelmann, 'Jahrb. Philipp' p.* 524 *sq.; supra n.* 4. 7) *Heinricus Dandulus.*

1203. rum et Warancorum[a] desevit atrocitas, eos impugnans[b], capiens et occidens.
Cumque cives ammoniti[c] legitimum dominum recipere recusarent, irruentes Latini
viriliter in urbem ipsam ceperunt et palatium obsederunt[d] et conprehenderunt.
(Iul. 18). Demum capta urbe et depopulata[e] et[f] ex magna parte conbusta tyrannus aufugit[g];
Ysachius[h] restituitur, et Alexius adolescens in mense Iulio[1] in ecclesia sancte
Sophie magnifice coronatur. Postea cum Greci Latinos publice iniuriis multis[i]
afficerent et privatim occiderent, Latini urbem conbusserunt et predam maximam
exportaverunt[k]. Ad hec[l] cum se tyrannus Andrenopolim[m] recepisset, imperator
iuvenis collecto exercitu cum baronibus eum fugavit[n] et[o] Traciam sibi subiugavit.
Sed cum peregrini magnis remunerandi promissis instarent[p], beneficiorum ingratus
clam et palam beneficis[q] adversatur. Igitur inter eum et Latinos zizaniis semi-
1204. (Ian. 27). natis Greci, habentes eum exosum, quendam Constantinum[2] imperatorem efficiunt,
populus autem Alexium Murçuflium[r] coronavit. In qua contentione prepotens fuit
Alexius ille Murçuflius. Adolescens vero Alexius, cum vix VII[s] regnasset men-
(Febr. 8). sibus, suffocatur. Pater eius Ysachius[t] moritur. Murçuflius tyrannus a peregrinis[u]
de solutione[v] impetitus solvere diffitetur. Quapropter Veneti pariter et peregrini
civitatem unanimiter agrediuntur[w], universam regionem in circuitu depopulantur
et Murçuflium, dum[x] die quadam in nemorosis lateret insidiis, effugant[y], fratrem
eius et vexillum et yconam regiam[3] capientes[z].

(Apr. 12). Anno Domini MCCIIII. Veneti cum baronibus ceperunt urbem Constantino-
polim. Murçuflius, qui se imperatorem putabat, fugit de urbe[4]. Alius ad impe-
(Apr. 13). rium, scilicet Ascari[a. 5], a civibus fatuis[b] eligitur. Set veniente[c] luce a Latinis
Blacherna[d] et Bucaleonum[e] palacia occupantur. Quid plura? Grecorum strage
data multorum gens Latinorum urbem Constantinianam[f] in mense Aprili victo-
riose obtinuit. Ad hec[g] barones Baldoinum[h] Flandrie comitem in[i] imperatorem
(Maii 16). diademate coronarunt, votis communibus[k] imperium sortientes. Nam quarta cessit
imperatorie maiestati, trium[l] quartarum medietas cessit Venetis, et cetera pere-
grinis. Marchio vero Bonifacius optinuit Tesalonicam[m]. Murzuflius[n] autem Alexium

a) *sic* 1. 2[d. e]; maranchorum *U;* Miraraneorum (*corr.* Miaran.?) 2[a]; vuaramñorum 2[b]; vuaraue'ru 2[c]; Guarangorum *S. C.* b) ipugnas 1. c) amoniti 2[a. c]; commoniti *S. C.* d) conpr. et obs. *corr.* obs. et conpr. 1; et conpr. *om.* 2[c]. e) ppdulata 2. f) et *om.* 2; et in magna 2[c]. g) tyramnus affugit 1; effugit 2[b]. h) ysacius *h. l.* 1. i) *sic* 2. *U. S. C;* multis *om.* 1. k) exportarunt *S. C.* l) hoc 2[a. b. c] (h[c]). m) in andrinopolim *U;* Andrinopoli *S. C.* n) effugavit *S. C.* o) et — subiugavit *eadem manu in marg. suppl.* 1. p) benef. ingr. inst. 1. *U.* q) *emendavit Murat.;* beneficiis 1. 2. *U. S. C.* r) murzufl. *plerumque* 2[a]. *U;* murzifl. *h. l. U;* mursufl. *semper* 2[b. d], *semel* 2[a. e], *bis* 2[c], *postea* mursifl. 2[c. e]. s) regn. sex mens. *S. C.* t) ysacius 1; alibi ysaac (ysaak 2[c]) *add.* 2[c. d. e]; Isachus *U.* u) peregrinus *corr.* a peregrinis 1; de solut. a peregr. 2. v) pecunie *add. S. C.* w) *sic* 1. 2[a. c. e]. *(U);* aggred. 2[b. d]; adoriuntur et *S. C.* x) dum *om.* 2. — quadam die 2. y) effugatur 1; effugarunt et *S. C;* infugant *U.* z) *spatium quatuor linearum* 1, *unius lineae* 2[a] *vacuum rel.*
a) aseuri 2[a]; ascēri 2[b]; asueri 2[c. e]; ascuri *e corr.* 2[d]. b) facilius 2; facius *U;* infatuatis *S. C.* c) adveniente *S. C.* d) *sic S. C;* balcerna 1; bracherna 2; balacherna *U.* e) buchaleonum 2. *U;* bugaleonum 2[b]; buccaleonum *S. C.* f) *sic* 2[a. b]. *S;* costinianam 1; constantiniam 2[c. d. e]. g) hoc 2[b. c]; Adhuc 2[d. e]. h) badionum *corr.* baldionum 1; baldoneum 2[b]; baldoynum *U;* balduinum *S. C.* i) et 2[a]; in *om.* 2[b. c. e]. k) *sic S;* conniuentibus 1. 2[d]. *U. C;* conviuentibus 2[a. b. c. e]. l) triumve *S. C.* m) *sic* 1. *U;* thesalonicam 2[a. b]. *S. C;* thessalonicam 2[(d). e]; tessalonicam 2[c]. n) *sic h. l.* 1. 2[a].

1) *Potius die Aug.* 1. 2) *Nicolaum Canabum potius.* 3) *Niketas p.* 751: ἡ τῆς θεομήτορος εἰκών, ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων ποιοῦνται συστράτηγον, τοῖς ἐναντίοις ἑάλωκεν 4) *Cf. posteram Sicardi relationem, Sal. f.* 217[c. d]. 5) *Theodorus Lascaris.*

tyrannum adiens et intendens eum[a] aliquo[b] modo seducere[c] lumine privatus est[d]. 1204.
Rediensque in[e] urbem a Latinis misericordiam impetravit. Set rursus[f] cum proditionis moliretur insidias, de columna Tauri[g] per sententiam[h] precipitatus est. Ascari quoque trans Elespontum fugato Latini victores[i] fere totam Grecorum monarchiam obtinebant. Eodem anno Greci quasi excitati Latinis expulsis se in Andrenopolim[k] receperunt[l].

Anno Domini[m] MCCV. Baldoinus imperator Constantinopolitanus Grecos in 1205.
Andrenopoli[n] congregatos obsedit. Set a Blacis[o] forinsecus congregatis[p] et Cumanis
ipse imperator cum quibusdam baronibus[q] suis captus est et occisus. Exercitus *(Apr. 14).*
autem illesus reversus est Constantinopolim. Cui prefuit Henricus frater imperatoris, duce Venetie iam mortuo. Marchio quoque Bonifacius, qui regnavit in Tesalonica[r], a Grecis et Blacis multa passus est. Fuit hoc anno Grecis blanda, Latinis adversa fortuna[s].

Anno[t] MCCVI. Et[u] in orientali et in[v] occidentali imperio et[w] aput Antio- 1206.
chiam predictis ex causis inter predictos certatur illustres[s].

Anno Domini[x] MCCVII. Bonifacius marchio Montis-ferrati occiditur in 1207.
prelio[y], filios relinquens Wilielmum in Ytalia et Demetrium aput Tesalonicam successores[z].

Anno Domini[a] MCCVIII. Sopita est seditio regum[b] de occidentis imperio 1208.
concertantium. Nam Philippo in thalamo nequiter[c] occiso successit feliciter Otto. *(Iun. 21).*
De quo noctu quidam previderat visionem se[d] [esse[e] Dei gratiam] dicentem, futura[f] his versibus prophetantem, scilicet:

Suflu da[g] *terre rex*[h] *Otto xer*[i] *erret Adulfus*[k. 1].
Xer[l] *dolor Otto tibi. suspice*[m]*: finit*[n] *ibi*[o. 2].

Anno[p] MCCVIIII. Innocentius papa coronavit regem Ottonem. Coronatus 1209.
contra patrem, coronatorem suum, et[q] contra matrem ecclesiam et contra regem[r] *(Oct. 4).*

a) eum *om.* 2. b) aliquos (*om.* modo) 2^{b}; aliquo (= aliquomodo) $2^{a.e}$. c) subducere $2^{c.d.e}$. d) est *om.* 2^{b}. e) ad *S. C.* f) cum rursus *S. C.* g) columpna thauri 2. h) per sent. *om.* 2. i) victoriosi *S. C.* k) Andrinopoli *S;* Andrinopolim *U. C.* l) *spatium quinque linearum vacuum rel.* 1. m) Dom. *om.* 2^{a}. n) andrepoli 1; andrenopolim 2^{d}; andropolim 2^{e}; andrinopolim *U;* andrinopoli *S. C.* o) set ablaicis 1; sed ablatis (2^{b}?). 2^{d}. *U;* sed abbatis 2^{a}; sed albatis 2^{e}; a blaccis *S;* a blactis *C.* p) aggregatis *S. C.* q) ex bar. *S. C.* r) thesalonica $2^{a.b.e}$. *U;* tessalonica 2^{c}; thesselonica 2^{d}, *et sic fere infra l.* 17. s) *spatium quatuor linearum vacuum rel.* 1. t) Domini *add.* $2^{d.e}$. *S.* u) Et *om.* $2^{d.e}$. *U. S. A.* v) in *om.* 2. *S. A.* w) et *om.* 2. x) Dom. *om.* $2^{a.b.c}$. y) occ. imperio $2^{c.(d).e}$. z) *spatium quinque linearum vacuum rel.* 1. a) Dom. *om.* $2^{a.b}$. b) regni $2^{b.c.d.e}$. c) *sic* 2. *U. S. C;* neq. *om.* 1. d) sed 2^{a}; sic *U.* e) *sic S. C; uncis incl. om.* 1. 2. *U.* f) et fut. *S. C.* g) Sufflu da *U;* Suffluda 2; Sufflo. da *S. C.* h) rexer. *S. C falso.* i) rex 2. k) *emendavi, ut a primo et retro lecti versus voces et litterae eaedem reddantur. Si hoc loco legis* Adolfus, *quod melius cum libris manu scriptis convenit, initio versus ut* Suflo da *scribas oportet;* erat adosus 1. 2; errat adoffus *U;* Errat adolfus *S. C.* l) per 2; Proch 2^{c}. m) suscipe 2. n) *sic* 2. *U. S. C;* finit 1. 2^{e}. o) *trium linearum col.* 57^{b}. *et trium linearum sequentis col.* 57^{c}. *spatium vacuum rel.* 1; De Innocencio papa *rubr.* 2^{c}. p) domini *add.* $2^{d.e}$. q) et *om. S. A.* r) regem *om.* $2^{c.d.e}$.

1) *Archiepiscopus Coloniensis.* 2) *In his versibus litteris pro numeris scriptis anni numerum latere conicies. Sed cum scripseris*

sVfLVDa terre reX otto Xer erret aDVLfVs
Xer DoLor otto tIbI sVspICe fInIt IbI,

numerum MDCCCXII. computabis. In posteriore relatione, Sal. f. 218^{b}, *Sicardus hos versus non bene exposuit.*

1209. Sicilie pupillum, cui preter ecclesiam non erat adiutor, sese confestim armavit.
1210. Propterea sequenti anno, scilicet anno[a] MCCX, venerabilis[b] papa Innocentius iam
(Nov. 18). dictum Ottonem[c] imperatorem excommunicavit. Ipse vero nichilominus marchionem[1] cum exercitu misit in Apuliam. Postea[d] vero per Tusciam[e] iter faciens quedam loca per vim, quedam per deditionem[f] obtinuit. Deinde properans[g] in Capua iemavit[h].

1211. Anno Domini[i] MCCXI.[k] progrediens per Apuliam[l] civitates et loca per deditionem usque Policornu suscepit. Dum hec agerentur, principes Alamanie Fre-
(Sept.) dericum regem Sicilie, quondam imperatoris Henrici filium, de quo prediximus,
(Oct.) imperatorem[m] elegerunt, citantes eum, ut[n] in Alamaniam properaret; quo audito
1212. imperator festinans rediit. Qui[o] aput Laudam[p] curiam[q] quasi celebravit inanem[2].
(Ian.) Hestensis[r] enim marchio[3] iam[s] cum Papiensibus et Cremonensibus et Veronensibus consensu summi pontificis fedus inierant[t] contradictionis[4]. Inglorius igitur
(Febr.) Alamaniam intravit[u].

(Apr.) Anno[v] MCCXII. predictus rex Sicilie Romam veniens a summo pontifice et[w]
(Maii 1). a Romanis magnifice receptus est. Deinde[x] navigio Ianuam attingens per eorum manus et Guilelmi marchionis[y] Montis-ferrati usque Papiam deductus[z] est. Cui
(Iul. 29). (Iul. 30). Cremonenses[a] ad Lambrum alacriter occurrentes eum Cremonam[b] cum tripudio et
(Aug.) hastiludio[c] deduxerunt. Inde Mantuam et Veronam atque Tridentum feliciter[d]
(Sept.) transiens in singulis urbibus[e] extitit gloriosus[5]. Exinde per Curiam intravit[f] in
(Dec. 9). Alamaniam, et a principibus de die in diem [fidelitates[g] accipiens, apud Magon-
1213. (Febr.) tiam[h] coronatur. Postmodum apud Ratisbonam] sollempnem curiam celebrans a rege[i] Boemie[6] et ab aliis multis principibus fidelitates[k] accepit[l].

1212. Eodem anno, scilicet MCCXII, Almiramomelin[m] rex Mauritanie[7] veniens in Yspaniam[n] cum infinita multitudine Saracenorum minitabatur[o] non solum Yspaniam[p], set et Romam, immo Europam capere universam. Set auxiliante gratia et misericordia domini nostri Ihesu Christi et[q] s[ollertia][r] domini pape Innocentii reges Arragonum[s, 8] et Navarre[t, 9] et Castelle[10] occurrerunt paganis et eos de
Iul. 16. finibus Esperie[u] fugaverunt XVII.[v] Kalendas Augusti. Eodem anno quidam

a) anno *om.* 2. b) vener. *om.* 2b. c) Ott. *om.* 2b; imp. Ott. 2a. c; imp. exc. Octonem *S.* d) *sic* 1. *U;* Post 2; posteaque per *S. A.* e) tussiam (cussiam) 2b. c. (d). e. f) dedicacionem 2a. (e), *etiam l.* 7. 8. 2a. g) prepans 1. h) hyemauit 2a. b. d. *S. A;* yemauit 2c. e; *spatium quatuor linearum vacuum rel.* 1. i) Dom. *om.* 2a. b. c. k) *post haec dimidia linea erasa* 1. l) aculeam 2b. m) in imp. *U. S.* n) ut *om.* 2a. o) Q 1. p) laudan 2a. b. q) cunciā 1. r) hestiensis 2b. e; hostiensis 2a. c. d. — vero 2e. *U.* s) iam iam 2a. t) *sic* 1. 2c. d. *U;* intrant 2a; inirent 2b; inyerunt 2e; inierat *S. A.* — condiccionis 2a. u) in Al. introiuit *S. A; spatium trium linearum vacuum rel.* 1. v) domini *add.* 2e. *S. C.* w) et *om.* 2a. x) inde 2c. d. e. y) marchio 1. z) ductus 2a. b. c. d. a) cremon̄|tes 1. b) cremonē 2b. e. c) astililudio 1. d) felicissime *S. C.* e) ciuitatibus *S. C.* f) introiuit *S. C.* — in *om.* 2. g) *uncis incl. ex S. C suppl., om.* 1. 2. h) magentiam *S.* i) cel. arge 1. — bohemie 2a. c. d. k) felicitates 2. l) *spatium sex linearum vacuum rel.* 1. m) *sic* 1. 2a. *C;* almeramomelen 2b; almiramomelyn 2c; almiramome 2d; ammiralidus 2e; almiramamolinius *S.* n) hispanias 2b; hispaniam 2d. e. o) *sic S. (C);* micabatur 1; minabatur 2. p) hispaniam 2b. c. d. e; yspanias (sed etiam *S*) *S. C.* q) et *om.* 2a. r) *conieci;* .ſ. 1. 2a; sancti 2b. c. d. e. s) aragonum 2a. b. d. (e). t) nauarie 2c. d; naverre 2b; nauarrorum 2e. u) exsperie 2a; experie 2b; ex parte 2d; exire 2e. v) VIIº 2b.

1) *Azzonem Estensem. Cf. 'N. Archiv' XXV, p.* 516, *n.* 2; *infra p.* 188. 2) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 39. 3) *Azzo VI.* 4) *Vide praef. p.* 51, *n.* 6. 5) *Vide quae Sicardus in postera relatione, Sal. f.* 219a, *addidit.* 6) *Ottocaro I.* 7) *Mohammed-el-Nasir rex de Marocco.* 8) *Petrus II.* 9) *Sancho VII.* 10) *Alfonsus III.*

minus X annorum infans[1] cum infinita multitudine pauperum venit de Teutonia 1212. asserens sine nave transiturum mare et Ierusalem recuperaturum[a].

CONTINVATIO.

Anno[b] MCCXIII. die sancto pentecostes, qui fuit eo anno in festo sanctorum 1213. *Iun. 2.* Marcellini et Petri, scilicet secundo[c] die intrante Iunio, Cremonenses in auxilium[d] Papiensium[2], quorum multi in transitu regis de Papia ad Cremonam capti fuerant[3], aput Castrum-Leonis cum carrocio[e] convenerunt, non habentes in auxilio nisi CCC milites Brixienses. Et ecce *factus est repente sonitus*[f] Mediolanensium cum *Act. 2, 2.* suo carrocio velocius et fortius quam poterant adversus Cremonenses festinantium. In quorum auxilio convenerant Placentini milites[g] et sagittarii[h], Laudenses et Cremenses[i] milites et pedites[k], Novarienses et Cumani milites et de Brixiensibus totidem aut plures. Circa horam terciam inceptum est prelium[l]; pugnatur viriliter[m] et fortiter ab utraque parte usque in horam nonam. Circa nonam[n] vero horam Cremonenses impetum facientes in eos straverunt ex eis multitudinem copiosam. Et[o] captum carrocium eorum et multa milia pugnatorum induxerunt[p] in Castrum-Leonis[4].

[Anno[q] M°CCXV. obiit presul Sighardus[r] mense Iunii[s, 5], huius presentis 1215. *Iun. (8).* operis conpilator. Eodem anno mense[t] Novembri dominus Innocencius papa *Nov.* aput Lateranum celebravit concilium[u]].

Anno[v] MCCXVI. Cremonenses et Parmenses ingressi[w] episcopatum Placen- 1216. *(Aug. 26).* tinorum multas eorum villas conbusserunt; et in eorum[x] reditu soli Cremonenses *(Aug. 29).* ceperunt[y] Pontenurum, et fugatis Placentinis usque ad Montale[z], cum multa preda et multis captivis ad castrum[a] redierunt. Secundo vero die cum[b] Mediolanensibus *(Aug. 30).* et Laudensibus[c] et Cremensibus[d] et Placentinis inter Fontanam[e] et Caurcium[f] pugnaverunt; et licet magna pars Cremonensium et Parmensium iam reversa fuisset domum, tamen postremi, qui remanserant, viriliter pugnantes eis omnino restiterunt[g] et inimicis spe[h] frustratis[i] cum[k] gaudio et exultatione domum remearunt[6].

a) *spatium quatuor linearum vacuum rel.* 1. b) *hic annalis om.* 2^{e}; domini *add.* 2^{d}. c) 2^{a} 2^{b}. d) auxilio *S. C.* e) corrocia *(infra l. 9.* corrocio) 2^{a}; carracio $2^{b.d}$. f) sonus 2^{d}. *S. C. Vulg.; seq.* papiensium *del.* 1. g) *sic* $2^{b.c.d}$. *S. C*; mili 1. 2^{a}. h) *sic distinctum in* 1. i) Cremonenses 2^{a}. *S. C.* k) pedetes *corr.* pedites 1. l) bellum 2^{d}. m) fort. et vir. 2. n) vero nonam $2^{a.b.c}$; vero horam nonam 2^{d}. — horam *om.* $2^{a.b.c}$. o) Et — Leonis *alia coaeva manu in marg. suppl.* 1. p) introduxerunt 2. q) *uncis incl. desunt* 1, *ubi spatium duarum linearum vacuum rel.*; domini *add.* $2^{d.e}$. r) *sic* 2^{a}; sycardus $2^{b.c}$; sichardus 2^{d}; sicardus 2^{e}. s) iulii 2^{d}. t) mensis 2^{d}. — nouembris $2^{b.c.d}$. u) consilium 2^{b}. v) domini *add.* $2^{d.e}$. — M°CC°XVII. 2^{b}. w) sunt *add.* $2^{b.c.d.e}$. x) eodem $2^{a.b}$. — rediti 1; redditu $2^{c.e}$. y) receperunt $2^{c.d.e}$. — pontenorum $2^{(c).d.e}$. z) montare multa $2^{c.d.e}$. a) castra $2^{a.c.d.e}$. b) cum *om.* $2^{c.d.e}$. c) Laud. et *om.* 2. d) cremonensibus $2^{c.e}$; Crem. et *om.* $2^{b.d}$. e) fontana 2^{b}; fontunam 2^{e}. f) *sic* $2^{a.b}$; canurciū 1; carrociā 2^{c}; taurerum 2^{d}; thauricium 2^{e}. g) restit'iūt 1. h) spe *om.* $2^{d.e}$. i) frustratiis 2^{a}; prostratis $2^{b.c.d}$. k) domum cum g. et exult. rem. 2.

1) *Nicolaus dictus ab Ioh. Codagn. Ann. p.* 42. *et Ogerio Pane Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 131. 2) *Ne Mediolanenses Lumilinam provinciam Papiensium invaderent.* 3) *A.* 1212. *Iul.* 29. *Quod in postera relatione Sicardi, Sal. f.* 219[a], *sub a.* 1212. *relatum est.* 4) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 43 *sq.; Ogerii Panis Ann. Ian. p.* 131, *et reliquos, quos attuli ad Ioh. Codagn.* 5) *Cf. praef., supra p.* 58. 6) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 57—60*; Ann. Parm. mai. p.* 666*; Tolosanus c.* 151, *ed. Borsieri p.* 608, *qui omnes de duobus proeliis die Aug.* 29. *et Aug.* 30. *commissis referunt; Ann. Cremon., supra p.* 13.

1216. Iul. (16). [Eodem[a] anno obiit dominus[b] Innocencius papa aput Perusium[c] mense Iulii[d]; cui Honorius papa substitutus fuit].

1218. Anno [Domini[e]] MCCXVIII. Mediolanenses[f] viribus resumptis cum infinita multitudine, Placentinorum videlicet[g], Papiensium, Vercelensium[h], Novariensium, Turriensium[i], Tertonensium, Cumanorum et Alexandrinorum[k], Laudensium[l,1] atque Cremensium[m] et aliorum multorum, ad petitionem Placentinorum presumserunt ire ad Burgum Sancti Domnini[n], dicentes se velle et posse illud[o] tradere in (Iun. 6). manibus Placentinorum. Quibus viriliter Cremonenses et Parmenses cum Reginis et Mutinensibus iuxta castrum predictum castra metati[p] in manu forti se illis opposuerunt[q]. Et ita sua opinione iniqua Mediolanenses omnino[r] frustrati sunt. Postmodum vero Mediolanenses moverunt castra sua et applicuerunt[s] ea inter castrum quod dicitur[t] Zubellum et locum qui dicitur Altis-vilis[u]. Quibus[v] Cre- Iun. 7. monenses cum predictis in eodem loco velociter occurrerunt. Die Iovis sexto[2] intrante Iunio conmissum est inter eos prelium, quod duravit ab hora[w] nona usque ad solis occasum[3]. In quo prelio Mediolanenses cum suis potenter sunt debellati atque[x] fugati, et multis ex eis interfectis et captis[y], duobus carrociis Mediolanensium et Placentinorum vix a periculo ereptis, cum confusione et ignominia magna reversi[z] sunt ad propria[a].

ADDITAMENTUM

codd. 2.

1218. (Maii 19). Eodem anno imperator Otto est mortuus; cui dominus Fridericus[b] successit, ab omnibus principibus Alamannie[c] concorditer electus.

1220. (Nov. 22). Anno[d] M°CC°XXI.[e] coronatur[f] dominus Fridericus[b] in Romanum imperatorem Rome aput Sanctum Petrum[g].

1222. Versus[h]: Mille ducentis atque viginti[i], Christe, duobus,
Postquam sumpsisti carnem, currentibus annis
Talia fecisti miracula, rex benedicte:
Aug. ex. Stella comis variis Augusti fine refulsit.
Sept. 5 Septembris[k] pluvia[l] vites submersit et uvas

a) *uncis incl. desunt* 1. b) dom. *om.* 2^{e}. c) pusium 2^{a}; parosium 2^{b}; parusium $2^{d.e}$; parrusium 2^{c}. d) iunii 2^{b}. e) Dom. *om.* 1. f) mediolanensibus $2^{c.d.e}$; Medioloneuf 2^{b} *saepe*. g) et *add.* 2. h) vercellensium $2^{a.c.(d.e)}$; verzellencium 2^{b}. — Novar. *om.* 2^{a}; nouarientium 2^{b}; nauariensium 2^{c}. i) *sic* 1; Turrinencortonensium cuman. 2^{a}; turrēturnentium (*corr.* turrētornentium) ꝯcumanorum 2^{b}; turmē tortonensium $2^{c.d}$; Turr. *om.* 2^{e}, *ubi* t'tinensium, *et* Cum. et *om.* k) alexandriorum $2^{a.b}$. l) Laud. *om.* 2^{a}; laudentium $2^{b.c}$. m) cremonensium 1; cremencium $2^{c.d}$; carmensium 2^{e}. n) domin 1; dominini $2^{a.b}$; Dominici 2^{c}; sam domini 2^{d}; *om.* 2^{e}. o) posse se trad. illud 2. p) sunt *add.* $2^{c.d}$, *del.* 2^{c}. q) oposuerunt 1; apposuerunt 2^{c}; exposuerunt 2^{e}. r) omn. — Mediolanenses *om.* 2. — fustrati 1. s) aplicuerunt 1; applicauerunt $2^{c.e}$. t) dic. *om.* 2^{b}. u) altis villis $2^{a.b.c}$; altisvallis $2^{d.e}$. v) Quibus *om.* 2. w) ora 1; a nona hora 2^{b}. x) et $2^{c.d.e}$. y) tactis 2^{b}. z) conversi 2^{b}. a) *desinit* 1. b) fredericus $2^{b.d}$; fridricus 2^{c}. c) almanie $2^{b.d.e}$. d) domini *add.* $2^{c.d.e}$. e) millesimo CC°XVI° 2^{a}; primo *add.* 2^{b}. f) dom. Fr. in Rom. imp. cor. rōne 2^{e}. g) Amen *add.* 2^{d}; *desinit* 2^{c}, *cuius subscriptionem vide supra p.* 69. h) *om.* $2^{b.c.d}$. i) vinginti 2^{a}; XX^ti 2^{b}; vigiti 2^{c}. — criste $2^{b.c}$. k) Septe horis 2^{c}. l) lubia 2^{b}.

1) *Eosdem praeter Turrienses (quis me docebit, qui sint isti?) et Tertonenses enumerant etiam Ann. Bergom. (infra), eosdem fere et Ann. Cremon., supra p.* 14. 2) *Dies Iovis fuit a.* 1218. *Iun.* 7, *et hoc die proelium commissum est, ut tradunt Ioh. Codagnellus, Ann. p.* 65; *Ann. Parm. mai. p.* 666; *Alb. Milioli Liber de temp. c.* 217. 3) *Eadem fere verba habent Ioh. Codagn. et Ann. Parm.*

Destruxitque domos[a] fluvii de more rapacis. 1222.
Lunaque passa fuit eclipsim[b] mense Novembris[1]. *(Oct. 22).*
Christi[c] natalis media quasi luce diei *Dec. 25.*
Terra dedit gemitus rugiens tremitque[d] frequenter,
Tecta cadunt, urbes cassantur[e], templa ruerunt,
Exanimes dominos[f] fecerunt menia multos[g].
Brisia[h] precipue pressit ruinosa colonos;
Flumina mutarunt[i] cursum repetentia[k] fontes[l, 2].

a) de' 2^b. b) eclipsum 2^a; eclipsi 2^d. c) *sic* 2^d. *S;* Xpe 2^a. *A;* Criste $2^{b.c}$. — natal 2^b. d) *sic* $2^{a.c.d}$. *S. A;* premitque 2^b; *rectius corrigendum* tremuitque. e) quassantur *S. A.* f) dns 2^b. g) multus 2^b. h) Brysia 2^d; Brixia *S. A.* i) nutarunt *S.* k) repentia *S. A.* l) 2^a *add.* etc. *et minio:* Explicit; 2^b *add. alio atramento:* Sit laus tibi, Christe, quia finis est huius libri; 2^d *add.:* Explicit Cronica domini Sychardi presulis [Cremonensis *post add.*] anno Domini 1215; *libri* 2^c *subscriptionem vide supra p.* 68.

1) *Die Oct.* 22 = *XI. Kal. Novembr.* 2) *Vide alios versus de hoc terrae motu 'N. Archiv' XVI, p.* 480; *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 72.

APPENDICES.

SUPPLEMENTUM ANNALIUM CREMONENSIUM.

Postquam Annales Cremonenses supra p. 1—22. editi typis excusi sunt, iter Italicum ingressus Romae multa exscripsi e Cronica Alberti de Bezanis abbatis monasterii S. Laurentii Cremonensis, qui liber ipsius Alberti manu scriptus servatur in bibliotheca Vaticana Urbinate nr. 394. Inter quae plures inveni locos Annalium Cremonensium deperditorum quam antea 'N. Archiv' XXV, p. 512—517. edideram, cum brevi tempore hunc librum evolvissem. Quare omnes reliquias illorum annalium in Cronica Alberti repertas hoc loco collegi, postea hanc Cronicam editurus cum amico summe colendo Karolo Wenck, qui primus perspexit, quid liber Urbinas contineat.

Albertus de Bezanis, gente Cremonensi, qui monachus S. Laurentii, ut ipse f. 198'. dicit, anno 1363. die Maii 24. abbas huius monasterii electus est, chronicon magnum universale pontificum et imperatorum ab origine mundi usque ad annum 1370. diligentius quam prudentius doctiusque composuit usus his libris: Gotifredi Viterbiensis Pantheon, Iacobi de Varagine Legenda Aurea, Cronicis Martini Oppaviensis, Rolandini Patavini[1], Sicardi Cremonensis, cuius codicem habuit nostro 1 omnino similem[2], ignoto quodam chronico brevi Italico, Necrologio ecclesiae maioris Cremonensis. Tum vero habuit Annales Cremonenses deperditos multo ampliores ac pretiosiores supra editis, ex quibus non pauca exscripsit in illis Annalibus non tradita vel breviata vel corrupta[3]. Cum vero prae oculis haberet Cronicam Sicardi elegantiore stilo conscriptam, qui ipse Annales Cremonenses antiquos deperditos exscripserat ac res gestas Cremonensium nonnullas retulerat, plerumque hanc secutus Albertus annales domesticos neglexit, saepe loco Sicardi exscripto pauca, nonnusquam solum diem rei gestae ab illo relatae, ex illis annalibus addidit, quorum primus locus sub a. 1113. reperitur.

Post relationem anni 1211. iam antea a me editam Albertus solum locum anni 1226/7. ex his annalibus in historia Honorii III. pontificis exscripsit, reliquos locos eorundem annalium fere omnes historiae imperatorum inseruit. Cum igitur neque historiam Friderici II. imperatoris, foliis vacuis relictis, in quibus haec scriberetur, nec sequentium regum, qui imperatores non coronati sint, composuerit, evenit, ut non plures locos Annalium Cremonensium in posteriore parte libri sui exscriberet. Quare ignoramus, quem ad annum hi pervenerint.

Antonius Campo in libro qui inscribitur 'Cremona fedelissima citta', de quo supra p. 3. egi, nonnullos locos Annalium Cremonensium ab Alberto exscriptorum repetivit.

1) Ex qua duos longiores locos, alia paucissima exscripsit. 2) Cf. supra p. 72. 3) Tum vero Albertus non paucas tabulas archivi monasterii S. Laurentii deperditas aut hucusque ineditas, privilegia pontificum et diplomata imperatorum in usum suum vocavit. Rhythmum anni 1175. ab hoc solo servatum edidi 'N. Archiv' XVII, p. 495 sq.

Nescio num ipsos Annales integros an Alberti Cronicam exscripserit. Hanc eum legisse censere potes, cum etiam notitiam ab Alberto repetitam S. Laurentii de incendio a. 1113. *exscripserit, quae non in Annalibus habebatur. Annales ipsos procul dubio Iacobus Malvecius ad componendum Chronicon a Muratorio SS. R. Ital. XIV. editum adhibuit.*

Berolini a. d. VIII. Kal. Octobr. 1901.

O. HOLDER-EGGER.

Anno Domini M°C°XIII. . . . . . Et eodem anno Cremona fuit concremata incendio, indictione septima, in die sancti Laurentii[a, 1]. Cuius incendii causa conbussit[b] has ecclesias, scilicet monasterium[c] sancti Laurentii[a], ecclesiam sancti Heraxmi, ecclesiam sancti Pantaleonis, sancti Donati, sancti Vitalis, sanctorum Cosme et Dalmiani[d], sancti Georgii, sancti Ambrosii, sancti Petri, sancte Marie, sancti Prosperi, monasterium[c] sancti Thome, sancti Ypoliti, sancti Barnabe, sancti Galli, sancti Andree, sancti Michaelis[e], sancti Nazarii, sancti Mauricii, sancti Sepulcri, sancti Antonini, sancti Martini, sancti Mathei, sancti Viti, sancti Gervaxii, sancti Marci, sancti Alexandri, sancti Romani et sancti Salvatoris V. Idus Augusti hora nona[2]. 1113. *Sicard.* *Aug.* 10. *Aug.* 9.

. . . .

Anno Domini M°CXVI, indictione X, III° Nonarum Ian. Teremotus magnus fuit, propter quem maior Cremonensis[f] ecclesia corruit, et corpus confessoris Ymerii diu latuit sub ruina. *Sic.* 1117. *Ian.* 3.

. . . .

Anno Domini M°CXVIII. alius ignis iterum posuit civitatem Cremone sub ruina[3]. 1118.

Anno Domini M°CXX. fuit prima guerra de Parma, qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glarea conflixerunt. *Sic.*

. . . .

Eodem tempore, in M°CXXX. secunda guerra de Crema fuit. 1130.

. . . .

Anno Domini M°CXXXII. Lotharius inperator cum Cremonensibus Cremam obsedit, et in eodem anno Cremonenses fuerunt Bersellum[4], et magna pars eorum fuit capta, et in Pado multi perierunt, de mense Octubr. *Sic.* 1131. *Oct.*

Anno Domini M°CXXXIII. castrum Pizighitoni sive Pizelionum constructum est circa festum sancti Michaelis[e], cum Cremonenses[f] offenderint inperialem maiestatem[5]. *Sic.* 1133. *Sept.* 29.

Anno Domini millesimo C°XXXVI. victorius inperator Sanctum Baxianum et Sonzinum ceterasque terras invasit. Deinde Rome[6] in Ronchalaá fecit leges de feudis.

. . . .

a) laur̄ *c.* b) causa. ꝯbusserunt *Alberti manu post corr.* ꝯbussit *c.* c) mon̄ *c.* d) *sic c.* e) mich̄ *c.* f) Cremon̄ *c.*

1) *Hunc diem exscripsit Albertus ex Ann. Cremon. deperditis; cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 3; *Ann. Cremon., supra p.* 3. *Sed sequentia ex notitia monasterii S. Laurentii separatim scripta descripta esse patet, in quibus alius dies incendii adnotatus sit. Indictionem ipse Albertus addidit, ut adsolet, falsam, fuit sexta.* 2) *Hanc notitiam S. Laurentii exscripsit Ant. Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 14 *sq.* 3) *Hoc nusquam alibi legitur.* 4) iverunt Bussetum *Ann. Cremon., supra p.* 4, *falso procul dubio, quia Bersellum, non Bussetum ad Padum flumen situm est. Etiam Campo l. l. p.* 16. *hoc Berselli a.* 1131. *mense Iunio factum esse scribit. Ann. Cremon. hoc ad a.* 1130. *et Ann. Parm. min., SS. XVIII, p.* 662, *ad a.* 1131. *habent.* 5) Cum — maiestatem *cum sequentibus coniungenda erant.* 6) *Eadem lectio corrupta etiam supra p.* 4.

1167. Anno Domini M⁰CLXVII. . . . . Et Lonbardi fecerunt pacem insimul. Et
Mart. eodem anno Cremonense baptisterium[a] fuit inceptum de mense Marcii.

. . . .

Anno Domini M⁰CLXXVIII. aqua Padi fuit nigra[1].

. . . .

1187. Anno Domini M⁰CLXXXVII. . . . . . Eodem anno porte civitatis Cremone
edifficate fuerunt.

Sic. Iul. 3. Anno Domini ab incarnatione M⁰CLXXXVII. die III⁰ Iulii Yherusalem civitas
capta est a Salatino, et terra Domini ab infidelibus occupata; et sol obscuratus est a tercia
(Sept. 4). Mart. Opp. usque ad nonam, et diu post nonam in eodem statu permansit[2].

. . . .

1191. Anno ab incarnatione M⁰C⁰LXXXXI⁰. . . . . . Eodem anno die VII⁰ Iulii[3]
Sic. Iul. 7. fuit infortunium, quod malamort a Cremonensibus[b] appellatur, eo quod apud Civitatem Pergamensium
castrum contra Brixienses cum Pergamensibus congregati, divino iudicio in se ruentes aut in Oleo pre-
cipitantes[c], allii capti, multique mortui sunt. Sed captos inperator e carcere liberavit. . . . . . .

Anno Domini M⁰CC⁰ Mediolanenses[d] et Brixienses obsederunt castrum Soncini, sed *evanuerunt*
in superbia sua. Nam Papienses disconfecerunt Mediolanensium exercitum ad Rosatum, et Cremonenses
1200. Placentinos ad Sanctum Andream iuxta Bussetum et plusquam MCC secum captivos Cre-
Sept. (14). monam duxerunt[4]. Eodem anno de mense Septembr.[e] Cremonenses[f] Brixienses
apud Quinzanum devincerunt[g] et multos ex eis captivos Cremonam duxerunt;
Sept. (18). transactis quoque quatuor diebus equitaverunt in episcopatu Placentinorum ad
castrum Sancti Laurentii[h] et ad Castrum-Arquadrum, et incepto iam bello inter
Placentinos[i] et Parmenses, fugatis etiam Parmensibus et devictis et multis ex eis
captis a Placentinis, una porta Cremone, que dicitur porta Pertusii, Placentinos
agressa eos devicerunt, et recuperatis quos[5] ceperant[6] de Parmensibus, multos ex
Placentinis ceperunt. . . . .

Sic. Anno Domini M⁰CCI. Cremonenses cum Brixiensibus Bruçelam Brixiensium captivarunt eorum-
1201. que currum in forum seu in platea Cremone deduxerunt, et hoc fuit in vigilia sancti
Aug. 9. ib. Laurentii[h] iuxta Calcinatum[7]. Proinde facta est pax inter Cremonenses[k] et Pergamenses comu-
niter et Brixienses, inter quos fuerat tam grandis seditio, quod nec gladio parcerent nec incendio.
Sicut enim multa malla oriuntur ex bonis iniciis, sic Deus ex mallo elicit aliquando bonum. Eodem
anno Mediolanenses[l] ceperunt castrum Papiensium[m] nomine Vegnevalle et destruxerunt Ursca-
salem in diocesi Cremonensi[k]. Eodem anno Cremonenses[k] equitaverunt in ser-
vicio Mantuanorum contra Veronenses, et in campo apud Marmirolum utraque
parte sub armis manente Veronenses iuraverunt stare preceptis Cremonensium[k],
Iun. 13. concordia facienda inter ipsos et Mantuanos, die XIII⁰ intrante Iunio. Eodem anno
(Iun. 15). Placentini diruerunt Cremonensium[k] turrim Sancti Andree ultra Padum[8]. Eodem

a) cremoñ batp̄rm *c.* b) cremoñ *c.* c) p̄cipitantes *c.* d) Mediolañ *c.* e) setpbr̄ *c.* f) cremoñ cum brixien *c.* g) *sic c.* h) laur̄ *c.* i) placeñ *c.* k) cremoñ *c.* l) mediolañ *c.* m) papieñ *c.*

1) *Ann. Cremon., supra p.* 5, *hoc ad a.* 1176. *(falso* 1174*) habent.* 2) *Haec f.* 162'. *codicis Alberti sub Lucio III. papa, praecedentia anni* 1187. *f.* 165. *sub Friderico I. imperatore leguntur.* 3) *Hunc diem etiam Albertus ex Ann. Cremon. deperditis exscripsit, quamvis hic in Ann. Cremon., supra p.* 8, *non legatur.* 4) *Hoc etiam ex Ann. Cremon. exscriptum esse patet, quod in nostris, supra p.* 10, *non legitur; quibuscum sequentia conveniunt.* 5) *Sic lege etiam supra p.* 11, *l.* 2. *deleto* eos. *In codice illorum Annalium* cos *(pro* quos, *non* eos*) scriptum esse conicio.* 6) *Scilicet Placentini.* 7) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis etiam Iac. Malvecius VII,* 83, *Muratori, SS. XIV, col.* 895, *et Campo, 'Cremona fedelissima citta' p.* 28. *exscripserunt; cf. supra p.* 11, *n.* 4. 8) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 29.

anno Cremonenses[a] pugnaverunt cum Brixiensibus apud Gavardum in montibus 1201.
die ultimo Iullii[1]. . . . . *Iul.* 31.

Anno Domini M°CCII. Corpus sancti Homoboni supradicti[2] confessoris trans- 1202.
latum fuit atque deductum ad ecclesiam maiorem Cremonensem[b] ab ecclesia sancti
Egidii[3] de Cremona de mense Iunii[4] et super altare maioris ecclesie publice *Iun.*
ostensum in festo predicti sancti Homoboni, XIII° intrante Novembr.[5]. *Nov.* 13.

. . . .

Anno Domini M°CCIIII^or^ Veneti et Francigeni cum aliquibus baronibus urbem Con- *Sic.* 1204.
stantinopolim ceperunt[6] de mense Aprilli. . . . . . Et eodem anno ultra M de homi- *Apr.*
nibus Cremonensibus[b] iverunt Constantinopolim causa terram retinendi. . . . .

Anno Domini M°CCVI. . . . . . Eodem anno palatium communis Cremone 1206.
fuit inceptum.

Anno Domini M°CCVII. . . . . . Eodem anno[7] Cremonenses[b] ceperunt 1208.
Pontevicum de mense Madii. *Maio.*

. . . .

Anno Domini M°CCVIII. . . . . . Eodem quoque anno[8] Cremonenses[b] obse- 1209.
derunt et vastaverunt Castionum de Striveriis Brixiensis diocesis[c] iuxta Dexençanum
et lacum Guarde de mense Aprilli. *Apr.*

Anno Domini M°CCVIIII.[9] Civille sturmum sive bellum fuit in Cremona 1210.
inter Matheum de Coregio potestatem communis Cremone et millites et pedites
civitatis veteris ex una parte et Gullielmum[d] Mastalium potestatem civitatis nove
Cremone et millites et pedites civitatis nove ex allia apud ecclesiam sancti
Egidii XII. intrante Martio. Et tunc turis de Mastaleis traxit contra commune *Mart.* 12.
Cremone pro illis[e] de civitate nova. Et eo tempore Gullielmus potestas civitatis
nove faciebat rationes, contiones[f] et conscilia apud Sanctam Agatham, et ille
Matheus potestas civitatis veteris apud ecclesiam maiorem et palatium communis
Cremone. Nam uterque[g] se potestas[h] communis appellabat. Sequenti die dominico *Mart.* 14.
dictus Gullielmus venit in publica contione in platea maioris ecclesie et ibi publice
precepta suprascripti Mathei potestatis civitatis veteris iuravit, et hec de voluntate
et iussu domini Sichardi episcopi Cremone, in quo ambo se conpromiserant de
discordia, quam inter se habebant, salvo quod Gullielmus predictus esset potestas

a) cremoen̄ *c.* b) cremon̄ *c.* c) brixien̄ dioċ *c.* d) et *add. c.* e) *seq.* diuiti *del. c.* f) ꝯtoicioes *c.* g) inter *c.* h) *sic c.*

1) *Locum a Campo ex iisdem Ann. Cremon. deperditis exscriptum vide supra p.* 11, *n.* 4; *cf. Iac. Malvecius VII,* 82, *l. l., ubi dies proelii V. Ian. dicitur.* 2) *Supra Albertus locum Sicardi p.* 176, *l.* 4—7. *de hoc sancto exscripsit, quem omisi.* 3) *In qua sepultum fuit; cf. S. Homoboni Vita antiquior ed. cura et studio Aloisii Maini (Mutinae* 1857*) p.* 13; *Vita altera, Surius, De prob. sanct. hist. (Coloniae Agr.* 1575*) VI, p.* 297; *cf. supra p.* 35. 38. 4) *Die Iun.* 25. *hoc factum esse dicit Campo l. l. p.* 28. 5) *Haec ad a.* 1202. *f.* 167. *sub Innocentio III, praecedentia f.* 170. *sub imperatoribus leguntur. Nescio, an haec ex iisdem annalibus, ex quibus reliqua exscripta sunt, profecta sint, quae nusquam alibi legantur.* 6) *Locus Sicardi p.* 178. *cum loco Ann. Cremon. deperditorum (cf. supra p.* 11, *l.* 18*) coniunctus est.* 7) *Anno* 1208. *potius; cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 34. 8) *Sequentia, de quibus nusquam alibi relatum est, anno* 1209. *facta esse, non anno* 1208, *ut 'N. Archiv' XXV, p.* 514. *opinatus sum, demonstravi supra p.* 45, *n.* 5. 9) *Secundum morem Cremonensium annum a Mart.* 25. *inchoantium ea quae sequuntur a.* 1209. *facta sunt, secundum nostram consuetudinem anni incipiendi anno* 1210.

1210. societatis populi[1]. Et hac[a] sententia non obstante anno sequenti[2] dictus Gullielmus
de Mastaleis cum sua parte incepit iterum civille bellum atque sturmum cum
dicto domino[b] Matheo potestate et cum millitibus et peditibus civitatis veteris die
Iul. 1; Iul. 3. Iovis primo Kall. Iulii iusta[c] ecclesiam sancti Egidii et sequenti die sabbati iuxta
ecclesiam sancti Leonardi et iuxta ecclesiam sancti Mathie et iuxta ecclesiam
sancti Victoris, et in ipsis[d] conflictibus multa homicidia militum et peditum facta
fuerunt, et pluras[e] domos[e] civitatis nove conbuste fuerunt.

Anno Domini M^{0}CC^{0}X^{0}, id est anno secundo inperii sui, inperator Otto venit
Mai (3—5). Mart. Opp. Cremonam de Madio, et eodem anno contra voluntatem domini pape intravit regnum Apulie[3]
ad devastandum et capiendum regnum Scicilie et ad occidendum[4] Fredericum
Sic. Rogerium regem Scicilie, pupillum, cui preter ecclesiam non erat adiutor. Et tunc Cremonenses[f] dederunt in ipso exercitu L millites[5]; sed spe cassata rediit. Unde papa
ib. eodem anno ipsum excommunicavit. Ipse vero nichilominus papa Inocencius[6] marchionem
Roland. I, 11. Sic. Estensem[g] et Anchonitanum[h] nomine Azonem cum exercitu misit in Apuliam; postea vero per
Tusciam iter faciens quedam loca per vim, quedam per deditionem habuit.

1211. Anno Domini MCCXI. . . . . . Eodem anno millicia Cremone fugavit millitiam
Sept. Mediolanensium[i] in Brixiana apud Herbuscum[k], quem[e] obsidebant de Septembri[l·7]. Eodem anno civille bellum fuit in Cremona supra Basalarium, et
millites et pedites civitatis veteris ceperunt burgum Sancti Pantaleonis et vicinos
et guardam civitatis nove, que erat ibi, et quasdam domos conbusserunt et allias
Dec. 17. 18. robaverunt die dominico XV. exeunte Decembri[8]. Et tunc Gandolfinus de Castronovo milex Veronensis[m] erat potestas Cremone. Eodem anno populus Cremone
(Mart. 3). ivit Ferrariam in servicio Azonis marchionis Estensis[g] et fugaverunt Ugonem de
Guarmaxio missum domini Otonis condam inperatoris et Salinguerram et exercitum
suum, quem congregaverant de XI civitatibus[9].

1226. Anno Domini M^{0}CCXXVI. . . . . . Eodem anno facta fuit conpositio inter
dominum papam Honorium predictum et Fredericum inperatorem et dictos Lon-
(Dec.). bardos coniurationis, qui Lonbardi sponderant dare inperatori IIII^{C}[10] millites
1227. *(Febr. 1).* suis expensis ultra mare; et inperator retractavit quod fecerat contra eos, quod
ipsi Lonbardi non observaverant[n]. Et in eodem anno inperator predictus misit
(Aug.) exercitum suum Teothonicorum ultra mare numero MVII^{C} millites[11].

a) hec *c.* b) .d. *c.* c) *sic h. l. c.* d) et impis *c.* e) *sic c.* f) cremoen *c.* g) esten *c.* h) anchon *c.* i) mediolan *c.* k) herbustum *c.* l) setpbri *c.* m) veron *c.* n) *lege* observaverunt *ut supra p.* 15, *l.* 6.

1) *Vide arbitrium Sicardi episcopi datum a.* 1210. *Mart.* 11, *editum ab L. Astegiano, Codex dipl. Cremon. I, p.* 215 *sq., nr.* 111; *cf. supra p.* 47—49. 2) *Secundum morem Cremonensium anni incipiendi, vide supra* 187, *n.* 9. 3) *Haec ex Martini Oppav. p.* 471. *assumpta Albertus scripsit pro* intravit in Apuliam; *quod Ann. Cremon., supra p.* 12, *habent.* 4) exheredandum *melius procul dubio Ann. Cremon., supra p.* 12. 5) *Hoc nusquam alibi traditum est.* 6) *Immo Otto imperator. Hoc falsum Albertus scripsisse videtur, quod in Rolandini Patav. Cronica I,* 11, *SS. XIX, p.* 44, *quam iam exscripsit, legerit:* A. D. MCCXI. supradictus Azo Estensis et Anconitanus marchio de voluntate Innocencii pape III. Fredericum regem Sicilie . . . usque in Alemaniam sociavit, *ex quo capite* Estensem — Azonem *eum recte loco Sicardi addidisse apud me constat.* 7) *Hoc ex Ann. Cremon. deperditis descriptum nusquam alibi relatum est.* 8) *Dec.* 18, *non* 17, *fuit a.* 1211. *dies dominica.* 9) *Cf. supra p.* 50, *n.* 1. 10) *Sic recte, cum Ann. Cremon., supra p.* 15, *habeant* V^{C} millites. 11) *Septingenti tantum milites stipendiarii imperatoris iam e portu profecti erant, cum imperator morbo correptus a navigio destitit sequente anno transfretaturus; Friderici II. epistola data a.* 1227. *Dec.* 6, *LL. Const. II, p.* 152, § 11; *Winkelmann, 'K. Friedrich II.' II, p.* 324.

CRONICA PONTIFICUM ET IMPERATORUM S. BARTHOLOMAEI IN INSULA ROMANI.

Codex Florentinus bibliothecae Laurentianae signatus plut. LXXXIX, inf. 41, *membr., fol. maximi, medio saeculo XIII. eleganter una manu*[1] *scriptus continet f.* 2—8.*bis*[2] *tabulam vel conspectum quinque aetatum ab origine mundi usque ad Christum*[3], *tum reges populorum*[4] *aliaque capita historiae, quorum extremum est* De ducibus et gente Normannorum *infra editum.*

Folio 8.bis verso vacante sequitur f. 9—22. *Cronica pontificum et imperatorum inde a Christo (anno I. incarnationis) infra edita. Omnes paginae in quatuor columnas divisae sunt, quarum in prima scripti sunt anni ab incarnatione Domini, in altera indictionum numeri, in tertia* pontifices, *in quarta* imperatores. *Paginae* 9. 9'. *etiam duas alias columnas habent, in quarum priore post pontifices horum anni, in altera scripti sunt anni imperatorum, sed hi inde a quarto anno Cleti et a nono anno Vespasiani vacant. Omnes fere paginae* 47 *vel* 48 *lineas habent stilo ferreo ductas, in quaque linea scripti sunt annus incarnationis et indictio. Codicis f.* 1. 1'. *prima pars Cronicae pontificum et imperatorum infra editae scripta est usque ad Cletum pontificem et Vespasianum imperatorem, quae f.* 9. 9'. *repetita legitur*[5]. *Apparet librarium mutato consilio partes quas dixi Cronicae pontificum et imperatorum praemisisse,*

1) *Sed infra dicemus nonnulla aliis manibus postea addita esse, et in extremis libri foliis manu saec. XIV. scriptae sunt quinque decretales Bonifacii VIII. papae. — Quae liber praeter ea quae diximus contineat, exposuit Bandinius, Catal. codicum bibl. Laurent. Lat. III, p.* 403. *Cf. 'Archiv' XII, p.* 723 *sq.* 2) *F.* 8.*bis* *numero non signatum est.* 3) *Incipit:*

Ab initio	homo	genuit	vixit
CXXX	Adam	CXXX	DCCCCXXX
CCXXXV	Seth	CV	DCCCXIIII.

4) *F.* 3'. *de regnis incipit:* Modo narrabo, quemadmodum secundum scriptam annorum seriem regna (regina *cod.*) mundi cucurrerunt. Post diluvium IIII^or primum in humano genere excellentia regna (regina *cod.*) exorta sunt. Scitharum ab aquilone, ubi Tanus, Assiriorum ab oriente, ubi Belus, Egyptiorum a meridie, ubi Mineus, Sicioniorum ab occidente, ubi Regialeus primi regnaverunt. *Sequuntur praeter alia:* Reges Latinorum, Albanorum. Consules et tempora eorum. Isti sunt successores Alexandri. *F.* 8^c. Unde gens Francigenarum. *F.* 8^e. De regibus Wandalorum. Reges Othrogotorum (!), id est orientalium Gothorum. De ducibus et gente Normannorum. *Has partes quodammodo convenire cum collectione historica Hugonis de S. Victore dixit G. Waitz, SS. XXIV, p.* 837. 5) *In columna delineata, quae dividit partem pontificum a reliqua parte, pontifex, in columna ad partem imperatorum delineata imperator picti sunt.*

ut haec altera pars breviarii historici haberetur. Variam lectionem primi folii littera A, eam folii 9. *littera B signavi. In primo folio quaedam leguntur ex Petri Comestoris Historia scolastica exscripta, quae f.* 9. *non denuo scripta sunt. Apparet haec in hac Cronica non extitisse, aliunde addita esse, quae iis, quae in ipsa Cronica leguntur, repugnent*[1]. *Cronica pervenit usque ad a.* 1255/6[2], *cuius extrema pars inde ab a.* 1221. *occupat partem folii* 22, *sed librarius in reliquo spatio huius folii annos incarnationis ad a.* 1313. *usque, qui in extrema linea paginae* 22'. *scriptus est, adiunxit, ut posteri plura ad annos vacuos adscriberent.*

Perspiciens hoc libello carere non posse qui de compositione ac fontibus aliorum chronicorum inquirere ac iudicare voluerit, integram eam nuper in itinere Italico Florentiae exscripsi, cuius extremam partem inde ab a. 1129. *anno* 1879. *edidit G. Waitz, SS. XXIV, p.* 837—840, *inscribens* Chronicon pontificum et imperatorum ex codice Florentino, *quamvis ipse iam perspexisset hanc Cronicam 'Romae sive prope Urbem' compositam esse. Romae eam conscriptam esse, ubi codex Florentinus etiam a.* 1375—1378. *fuerit, ut ex continuatione Cronicae manu saec. XIV. subiuncta apparet, ostendi in commentatione mox in publicum proditura 'N. Archiv' XXVIII, fasc. I. Ubi etiam exposui tria, ut ita dicam, tabulata, tres auctores diversi temporis huius libelli facile cognosci.*

Primus auctor desiit scriptis verbis Lotarius imperavit, *non adnotans, quot annis hic imperaverit. Unde hic inter annos* 1133. *et* 1137. *Cronicam exilem conscripsisse videtur, cuius fundamentum posuit exemplar catalogi pontificum et imperatorum Italici proximum ei, quod editor G. Waitz Chronicon pontificum et imperatorum ex codice Veneto inscripsit*[3]. *Hunc catalogum integrum auctor transscripsit servato eius schemate, columnarum videlicet annorum incarnationis, indictionum, pontificum, imperatorum, annorum imperii, quas omnes fere, qui eum exscripserunt, retinuerunt. Multa enim exstant huius catalogi exemplaria mutata auctaque, ut 'N. Archiv' XXVI, p.* 504 *sqq. exposui, praeter illa duo quae dixi, videlicet Hugonis de S. Victore catalogus*[4], *Annales Ceccanenses*[5], *Chronicon pontificum et imperatorum Amiatinum*[6], *Cencii catalogus*[7] *— hi duo proximi inter se —, alia nondum edita. Cum in codicibus horum catalogorum permultum paginarum spatium vacaret, evenit, ut librarii vel lectores adscriberent multa quae legerant vel compererant, atque hoc modo excreverunt libelli exiles et tenues, prima chronica Italica universalia. Itaque sive is Romanus, qui catalogum nostrum transscripsit, sive alius quidam auxit catalogum frustulis excerptis ex his libris: Libro pontificali tertiae recensionis, codice usus simillimo ei, qui E* 6 *ab editoribus signatus est*[8], *cuius locum Vitae Marcellini insertum repetiit; tum Pauli diaconi Historia Romana, Isidori Chronicis maiore et minore, Hieronymi libello de viris illustribus, ex quo unum locum exscripsit, Catalogo pontificum Casinensi, quem edidi 'N. Archiv' XXVI, p.* 548—555. *Eum qui haec congessit clericum fuisse ecclesiae S. Laurentii extra muros Romanos demonstrari in dicta commentatione, qui pleraque ad hanc ecclesiam spectantia ex Libro*

1) *Vide p.* 192, *l.* 22. 23. 28. 2) *Relata morte Innocentii IV. papae (†* 1254*) extrema verba sunt:* et regnum predictum *(Apuliae et Siciliae)* ab eiusdem F. naturali filio *(Manfredo)* occupatum, *quod a.* 1255. *et* 1256. *factum est.* 3) *SS. XXIV, p.* 107—115. *Hoc etiam Chronicon Romae conscriptum esse apud me constat. Breviavi* Venet. *et in margine* Ven. 4) *SS. XXIV, p.* 88—97. 5) *SS. XIX, p.* 277 *sqq. Breviavi* Ceccan. 6) *Bandinius, Bibl. Leop. Laurentiana I, p.* 647 *sqq. Extremam partem inde ab a.* 996. *edidit G. Waitz SS. XXIV, p.* 833—836. *Breviavi* Amiat. 7) *'Archiv' XII, p.* 60—77. *editus a L. Weiland b. m. Initium et posteriorem partem inde ab a.* 715. *edidit G. Waitz SS. XXIV, p.* 102—107. 8) *MG., Gesta pont. I, p. XCVI sq.*

pontificali excerpserit, de aliis ecclesiis Romanis dicta neglexerit. Haec Cronica pontificum et imperatorum S. Laurentii extra muros Romanos integra non exstat, sed aut omnia aut pleraque, quae continebat, latent in hac, quam edimus, Cronica. Quae enim in illa extiterint, certo cognoscitur ex eo, quod pleraque aut omnia, quae continebat, descripta sint in Cronica pontificum et imperatorum Tiburtina deperdita, de qua in prolegomenis sequentium duarum Cronicarum dicendum est.

Altera pars huius Cronicae desinit verbis ad a. 1191. *adscriptis* Henricus filius eius regnat, *ubi non adnotatum est, quot annis Heinricus VI. regnaverit. Huius partis auctorem clericum ecclesiae S. Bartholomaei in insula Tiberis Romana fuisse apparet ex locis sub Sergio I. papa, ad a.* 1097. *et ad a.* 1156. *adnotatis, quibus refertur de sanctis Bartholomaeo et Paulino in hac ecclesia cultis. Hunc auctorem imperatores Cronicae S. Laurentii auxisse locis additis ex Historiis Orosii, ex Aurelii Victoris Epitoma, uno loco ex Pauli diaconi Historia Langobardorum, tribus locis ex Ottonis Frisingensis Chronico*[1] *exscriptis certo cognoscitur ex eo, quod horum auctorum nullus locus in Cronica Tiburtina deperdita inveniatur, paene omnium vero frustula deprehendantur in Chronico Gilberti*[2], *qui Cronicam S. Bartholomaei exscripsit.*

In qua ecclesia Romana tertia pars a. 1192—1255/6. *scripta sit, perspici haud potest. Sed iure titulum inscripsi S. Bartholomaei in Insula, in qua altera pars addita sit, in qua etiam tertia pars scripta esse possit. Nescio num ab auctore tertiae partis an ab alio quodam Cronicam legente in altera parte additus sit locus sub a.* 1164. *e Cencii catalogo procul dubio transscriptus. Nec censeo ab his tribus auctoribus omnia scripta esse, quae in Cronica leguntur, potius locum ad a.* 1133. *adnotatum de Lothario imperatore coronato, locum post a.* 1191. *adscriptum de Heinrico VI. imperatore a viris Romanis eiusdem temporis Cronicis S. Laurentii et S. Bartholomaei subiunctos esse mihi persuasum habeo, ut evenit in talibus libellis, quorum spatio magno vacuo lectores quasi invitabantur, ut nova adscriberent.*

Atque idem in nostro codice huius Cronicae factum est. Quatuor enim manibus posterioribus saeculi XIII. haud pauca addita sunt, quae notis asteriscis signatis edidimus. Inter quae notatu dignum est additamentum longius de pontificibus Romanis a. 954—998, *cuius prior pars quidem ex Chronico Benedicti monachi S. Andreae de monte Soracte*[3] *excerpta est, reliqua vero ex libro hucusque ignoto eiusdem temporis descripta ideoque haud spernenda sunt.*


DCXLIII. I. Theodorus I, natus Grecus[a], ex patre Theodoro[b] episcopo, de civitate Hierusalem, sedit an. VI, men. V, d. VIIII[1]; et c[essavit] d. LII.

DCL. VIII. Martinus I, de civitate Tudertina provintie Tuscie, sedit an. VI, men. I, d. XXVI; martyrio coronatur; et cessavit diebus XXVIII. *Ven.*

DCLVI. XIIII. Eugenius primus, natione Romanus, *an. II, men. VIIII, d. XXII; et c[essavit] men. I, d. XXVIIII[2]. **f. 16.*

DCLVIIII. II. Vitalianus I, natione Signensis[c] provintie Campanie, ex patre Anastasio[d], sedit an. XIIII^or, men. VI; et c[essavit] m. II, d. XIII.

DCLXXII. XV. Adeodatus I, natione Romanus, ex patre monacho Ioviano[3], an. IIII^or, men. II, d. X[4]; et c[essavit] men. IIII, d. XV. *Amiat.*

DCLXXVI.[5] IIII. Donus I. an. I, men. V, d. X; et c[essavit] men. II, d. XV. *Ven.*

DCLXXVIIII. VII. Agatho, natione Siculus, an. II, men. VI, d. III; et c[essavit] a. I, men. VII et d. V.

DCLXXIIII. X. Leo II. men. X, d. XVII.

DCLXXXIII. XI. Benedictus II, natione Romanus, ex patre Iohanne, men. X, d. XII.

DCLXXXVI. XIIII. Iohannes V, natione Syrus ex civitate Antiochia, an. I, d. IX.

DCLXXXVIII. I. Conon I. men. XI.

DCLXXXVIIII. II. Sergius I, natione Syrus regionis Antiocene[6], ex patre Tyberio, an. XIII, men. VIII, d. XXIII; et c[essavit] m. I, d. XX. *Ven. et L. pont.* Hic constituit, ut cantetur *Agnus Dei* ad missam in fractione dominici[e] corporis. *Cat. Cas.* Iste invenit capsam argenteam cum ligno dominice[e] crucis in sacrario beati Petri in quodam angulo iacentem[f]. *L. pont.*

a) g^s *c.* b) theodero *c.* c) signesis *c.* d) anestasio *c.* e) dñi *c.* f) iacente *c.*

1) VIII *reliqui catalogi.* 2) XXII *Venet. corruptum;* XXVIII *Amiat. et Cenc.; lectio mutata Hugo et Ceccan.* 3) *Catalogus exscriptus habebat:* ex monacho de patre Iobiano *ut Amiat. et Cenc. In Venet. hic locus mutilatus est.* 4) *A librario corruptum ex* V. 5) *Ad hunc annum Hugo, Ceccan., Basil.; ad a.* 675. *Venet.; ad a.* 674. *Amiat. et Cenc.* 6) *Sic sola haec Cronica cum Libro pont.;* ex Antiochia *Venet.; origo omissa in reliquis catalogis.*

Imperatores.

DCXLIIII. II. Constantinus cum Yradona fratre imperavit an. XXVIII. *Ven.*

Constantinus Constantini filius imperavit an. X et VII. *ib.*

Iustinianus imperavit an. X. *Amiat.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

Iste etiam recondidit mentum beati Bartholomei apostoli in ecclesia eiusdem apostoli iuxta Lateranum, que dicitur Merulana, sicut in titulo ibidem invento continetur.

DCCI. XIIII.

Ven. DCCII. XV. Iohannes VI. natione Grecus[a], ex patre Platone, an. III, men. II, d. XIII; et c[essavit] men. I, d. XXVIII[1].

*f. 16'. *DCCVI. IIII. Iohannes VII. an. II, men. VII, d. XVII; et cessavit men. IIII.

DCCVIII. VI. Sisinnius d. XX.

DCCVIIII. VII. Constantinus I, natione Syrus, ex patre Iohanne, sedit an. VII, d. XV; et cessavit diebus XL.

DCCXV. XIII.

Ven., Cenc. DCCXVI. XIIII. Gregorius II, natione Syrus, ex patre Iohanne, sedit an. XVI, men. Cat. Cas. VIII, d. XXII; et c[essavit] d. XXXV. Hic statuit V. feria in quadragessima[b] ieiunari et missarum celebritatem[c] sicut totam ebdomadam per totum annum in ecclesia, quod antea non agebatur.

Ven. DCCXXXII. V. Gregorius III, natione Romanus, ex patre Marcello, sedit an. X, men. VIII, d. XXIIII; et c[essavit] d. VIII. Cat. Cas. Hic adiuncxit in secreta: *Quorum sollempnitas hodie in conspectu divine maiestatis celebratur, domine*[d] *Deus noster, in toto orbe terrarum.* Et fecit recedere totam Ytaliam a potestate Leonis augusti heresiarche ob depositionem imaginum.

DCCXLV. XIII.

*f. 17. Ven., Amiat. *DCCLIII. VI. Stephanus II[2], natione Romanus, ex patre Constantino, an. V, d. XXVIIII[3]; et c[essavit] men. I, d. V.

a) g' *c.* b) *sic c.* c) celebritate *c.* d) de *c.*

1) *Corruptum a librario ex* XVIII; XVIIII *Cenc.;* XIII *Hugo et Ceccan.* 2) *Zacharias omissus est.* 3) XXVII *Venet.;* XXVIII *reliqui, ut scribendum erat.*

Imperatores.

Ven. DCXCVIIII.[a] XII. Leo imperavit a. III.

Tyberius imperavit a. VII.

Amiat. Iustinianus imperavit an. VI.

Ven. Philippicus[1] an. I. Anastasius[b] imperavit an. III.

DCCXVIIII. II. Theodosius a. I.

Ven., Amiat. H. Lang. VI, 41. 42. DCCXXI. IIII. Leo cum Constantino filio suo imperavit an. XXV; defuncto Theodosio imperatore, qui per unum annum imperavit[c], hic Leo augustus in eius locum subrogatur, Pipino Caroli filio defuncto[d] apud[e] Francorum gentem.

Ven., Cenc. Constantinus cum Herene matre sua imperavit an. X, men. II, d. II.

DCCLV. VIII. Constantinus cum Herene matre sua imperavit an. X, men. II, d. II[2].

a) DCLXCVIIII. *c., ubi et numeri* 692—698. *falso scripti sunt* L *perperam inserto.* b) Nastasius *c.* c) impauit *c.* d) defuncti *c.* e) apud Franc. gentem *in columna pontificum l.* 25. *post* agebatur *scriptum in c.*

1) Philippus *habuit catalogus exscriptus, ut omnes catalogi praeter Cencium; ab hoc et in hac Cronica nomen correctum est.* 2) *Haec iam supra scripta perperam repetita sunt pro:* Constantinus et Leo filius eius cum Pipino rege Francorum et patricio Romanorum et Carolo et Carolomagno, filiis suis, *ut reliqui catalogi habent.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

DCCLVIIII. XII. Paulus, natione Romanus, ex patre Constantino, an. X, men. I; et c[essavit] an. I, men.[a] *Ven., Amiat.*

DCCLXVIIII. VII. Constantinus primus[b] ex laicis an. I, men.[a]

DCCLXX. VIII.

DCCLXXI. VIIII. Stephanus III, natione Siculus, ex patre Olivo, an. III, men. V, d. XXVIII.

DCCLXXIIII. XII. Adrianus I, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Vialata[c], sedit an. XXXIII[1], men. X, d. XVIII. Huius precibus vocatus Carolus filius supra nominati Pipini regis obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius, quos captivos portavit in Franciam; et veniens Romam reddidit omnia, que pater eius Pipinus dederat beato Petro, adiunctoque ei ducatu Spoletano et Beneventano; et ob hoc ipse patritius Romanorum dictus est. *Cat. Cas.*

DCCXCVII. V. Leo III, natione Romanus, ex patre Açuppio, *sedit an. XX, men. V, d. XVI; et c[essavit] d. IIII. Hic dum pergeret die sancti Marci cum[d] letaniis ad Sanctum Petrum, captus et cecatus est, precisa illi etiam lingua. Sed Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam; et pergens ad Carolum regem Francorum, susceptus cum honore, rediit[e] Romam cum prefato rege, et facta vindicta de inimicis eius, purificante se papa per sacramentum de quibusdam criminibus sibi illatis, idem rex est coronatus in[f] imperium Romanum. *Ven.* **f. 17'.* *Cat. Cas.*

DCCCXIIII. VII.

DCCCXV. VIII.

DCCCXVII. X. Stephanus IIII. men. VII. *Ven.*

DCCCXVIII. XI. Pascalis I, natione Romanus, ex patre Marino, an. VII, d. XVII.

Imperatores.

Hic obiit Pipinus rex Francorum et patricius Romanorum[1]. *Ven.*

DCCLXXVIII. I. Hoc anno Karolus Magnus accepit Romanum imperium[2] et regnavit XLVIII[a] annis.

Constantinus imperator[b] excecatus est. *ib.*

DCCCII. X. Carolus primus accepit imperium Romanorum et imperavit an. XIIII, men. I, d. IIII. *Ceccan., Amiat.*

Michael imperator. *Ven., Hugo.*

Leo imperavit[3].

Lodoicus cum Lotario filio suo I. imperavit an. XXV. *Ven.*

a) *scil.* I. b) primus *del. et manu saec. XIII. superscr.* secundus; *sed* primus *etiam Venet.* c) uiolata *c.* d) c̄ *c.* e) reddit *c.* f) in *om. c.*

a) XL XVIII, *alterum* X *expunct. c.* b) impator *c.*

1) *A librario corruptum pro* XXIII.

1) *Ad a.* 770. *haec breviata quidem habet Amiat., sed ad a.* 769. *Venet. et Ceccan., ad a.* 768. *Hugo.* 2) *Cf. infra a.* 802. 3) *Hunc, qui in reliquis catalogis omissus est, solus Hugo de S. Victore habet. Abhinc usque ad a.* 856. *numeri annorum, quibus imperatores regnare coeperint, conveniunt cum Hugone, differunt a reliquis catalogis.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

Ven. DCCCXXV. III. Eugenius II, natione Romanus, an. IIII, men. VII, d. XXVIIII[a,1].

DCCCXXVIII. VI. Valentinus d. XL.

DCCCXXVIIII. VII. Gregorius IIII, natione Romanus, ex patre Iohanne, de titulo Sancti *L. pont.* Marci[2], sedit an. XVI. Hic ecclesiam s a n c t i Marci p r i u s a fundamentis eiecit et post e a novis fabricis erexit.

DCCCXLII. V.

**f. 18.* *Ven., Ceccan.* *DCCCXLV. VIII. Sergius II, natione Romanus, ex patre Sergio, an. III; et c[essa- *Cat. Cas.* vit] men. II, d. XV[3]. Iste coronavit Lodoicum[b] imperatorem.

Ven., Ceccan. DCCCXLVIII. XI. Leo IIII[c], natione Romanus, ex patre Dualdo, an. VIII, men. III, d. VI; et c[essavit] men. II, d. XV[4].

DCCCLI. XIIII.

Ven. DCCCLVI. IIII. Benedictus III, natione Romanus, ex patre Patro[d], an. II, men. VII, d. X; et cessavit d. XV[5].

Cenc. DCCCLVIIII. VII. Nicholaus I, natione Romanus, ex patre Theodoro, an. IX, men. II, d. XX.

Imperatores.

Ven. Lotarius imperavit an. IX.

Amiat. Lotarius cum Lodoico filio suo imperavit a. V.

Ven. Lodoicus imperavit[a] annis XIX.

---

a) XX. VIIII *c.* b) ledoic ipauit *c.* c) IIII^or *c.* d) *sic c. et Venet. pro* Petro.

a) iperau *c.*

1) XXIII *Venet. cum Libro pont. tertiae redactionis (classis E). Ex codice quodam huius classis* natione Romanus *et numeri hi suppleti sive mutati sunt (sed in codd. E:* ann. IIII, men. II, d. XXIII*) in exemplari catalogi in hac Cronica et Venet. exscripto, cum reliqui catalogi ex catalogo Italico profecti habeant* ann. III, men. II (III). 2) de tit. S. Marci *habet etiam Venet., quod cum* nat. Rom. *in exemplari catalogi in utroque exscripto suppletum erat ex eo quod in Libro pont.* 103, *ed. Duchesne II, p.* 74. *legitur:* ecclesiam . . beati Marci, . . quam tempore sacerdotii sui regendam susceperat. 3) *Sic Hugo et Ceccan. cum Libro pont.;* et cess. *omittit Venet., quod falso post* men. II *positum est in Amiat et Cenc.* 4) et cess. — XV, *quod habent Hugo, Ceccan., Basil., non legitur in Libro pont., ex praecedente articulo iteratum est, quod deest Venet., ubi praecedentes numeri corrupti sunt;* et cess. (episc.) d. VI. *Amiat. et Cenc.* 5) et cess. d. XV *habet codex E* 6 *Libri pont.*

Pontifices.	Imperatores.
Anni Dom. Indict.	
DCCCLXVIIII. II. Adrianus II, natione Romanus, ex patre Talaro episcopo, an. V. *Ven.*	
DCCCLXXIIII. VII. Iohannes VIII. sedit an. X, d. II. Hic unxit oleo et imperatorem constituit Carolum filium Lodoici regis*. *Amiat., Ven. Cat. Cas.*	
DCCCLXXVII. X.	Carolus II. imperavit an. I, men. IX. *Ven.*
DCCCLXXXII. XV.	Carolus III. imperavit an. VIII.
DCCCLXXXIIII. II. Marinus I. an. I, men. V. *Cenc.*	
DCCCLXXXV. III. Adrianus III, natione Romanus, ex patre Benedicto, an. I, men. IIIIor [1]. *Ven., Ceccan.*	
DCCCLXXXVII. V. Stephanus V, natione Romanus, ex patre Adriano, de Via-lata, an. VI, d. VIII. *Ven.*	
*DCCCXCII. X. Formosus primus an. V, men. VI. **f. 18'.*	
DCCCXCVI. XIIII. Bonifatius VI. d. XV. *Ven., Cenc.*	
DCCCXCVII. XV. Stephanus VI. an. I, men. III.	
DCCCXCVIII. I. Romanus I. men. III, d. XXII.	
DCCCXCVIIII. II. Theodorus[a] d. XX.	
DCCCC. III. Iohannes VIIII. an. II, d. XV.	
DCCCCI. IIII. Benedictus IIII. an. III, men. II.	
DCCCCIII. VI. Leo V. d. XL.	
DCCCCIIII. VII. Christoforus I. men. VII. Hic de episcopatu [2] eiectus factus est monachus. *Cat. Cas.*	Lodoicus imperavit an. IIIIor.

*) *Quarta manu saec. XIII ex. hoc loco adscriptum est:* Sub isto Phocius patriarcha Constantinopolitanus ab ecclesie Romane devocione[b] divertit, quia depositus fuit [3] per ipsam restituto Ignatio et usque nunc in contumatia permansit.

a) Lheodorus *c.*, L *minio pictum, sed* t *nigro atram. praescriptum.* b) dev. *eadem quarta manu superscr.*

1) *Sic Hugo et Ceccan.;* men. III *Amiat. et Cenc., quod Venet. omittit.* 2) *Sic codex* 2 *Catalogi Casinensis.* 3) *Nicolao I. papa sedente. Tempore Iohannis VIII. Photius restitutus est in sedem patriarchalem.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

Ven., Cenc. DCCCCVI. VIIII. Sergius III, natione Romanus, ex patre Benedicto[a], an. VII, men. III, d. XVI.

DCCCCVIII. XI.

Ven. DCCCCXI. XIIII. Anastasius III. an. II, men. II.

DCCCCXII. XV. Lando men. VI; et c[essavit] d. XXVI[1].

DCCCCXIII. I. Iohannes X. sedit *Cat. Cas.* ann. XIII, men. II, d. III. Hic fuit filius Sergi pape[2].

DCCCCXVII. V.

DCCCCXXIIII. XII.

Ven. DCCCCXXV. XIII. Leo VI. men. VII[3], d. XV.

DCCCCXXVII. XV. Stephanus VII. ann. II, men. I, diebus XII.

DCCCCXXIX. II. Iohannes XI. an. IIII, men. X.

DCCCCXXX. III.

DCCCCXXXIII. VI. Leo VII. an. III[b], men. IIII, d. XV[4].

DCCCCXXXVIII. XI.

**f. 19.* *DCCCCXL. XIII. Stephanus VIII. an. III, men. IIII[or], d. XV.

Imperatores.

Ven., Cenc. Verungarius an. VI.

Verungarius an. IIII.

Ugo imperavit an. VI.

Ceccan. Vernengarius an. VIII.

Lambertus imperavit an. X[1].

a) bened' *c.* b) III *eadem manu in loco raso.*

1) *Catalogus Italicus habuit tantum* men. VI, *in exemplari, quod in Venet. et Laur. exscriptum est, additum erat* d. XXVI, *in hac Cronica falso additum est* et cessavit. 2) Hic — pape *falso appositum est huic Iohanni X. papae, quod de Iohanne XI. dicendum erat. Ex Laur. hoc falso repetitum est in Cron. Tiburt. deperdita, inde a Sicardo p.* 157. *et in Cron. Basil. (infra) ad Iohannem X. descriptum. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 485. 3) men. VI, d. XV *Venet.;* men. VII *solum Hugo, Ceccan.;* men. VI *Amiat., Cenc.;* d. XV *in exemplari in Venet. et Laur. exscripto additum est; sed* men. VII, d. XV *Catal. Casin., 'N. Archiv' XXVI, p.* 553, *et Tiburt.* 4) *Numeri sequentis papae huic falso adscripti sunt in hac Cronica sola.*

1) *Hic, qui a.* 892—899. *imperavit, in hac Cronica falso loco additus est.*

Pontifices.	Imperatores.
Anni Dom. Indict.	
DCCCCXLIIII. II. Marinus II. a. III, *Ven.* men. VI, diebus XIIII.	
DCCCCXLVII. V. Agapitus II. sedit an. X, men. VII, diebus X.	Lotarius imperavit an. II. *Ven.*
DCCCCLII. X.	Verungarius cum Alberto filio suo imperavit an. XI.
DCCCCLVII. XV. Iohannes XII. *Ven.* de regione Via-lata, ex patre Alberico principe Romanorum, sedit an. VII*.	

*) *In marg. sinistro f. 19. recti manu IIII. (s. XIII ex.) adnotatum litteris minimis, nimis detritis:* Albericus[1] princeps Romanorum imminente sibi morte rogavit Romanos, 954.
ut post mortem Agapiti filium suum promoverent in papam; quod quidem[a]
promisserunt[b] et adimplerunt promissum, et vocatus [est[c]] Iohannes et fuit XII. 955.
Iohannes, homo venacioni et luxui deditus impudenter. Tamdem[b] eo eiecto et
in Campaniam fugiente imperator Otto creavit papam Leonem. Set ipso impe- 963.
ratore in Alemaniam[2] revertente Romani, predictis Iohanne et Leone adhuc
viventibus[3], cum audissent imperatorem [pro] eodem Leone ad Urbem re[dire],
ob cuius timorem dictus Iohannes fugerat in Campaniam, Benedictum fecerunt 964.
papam, quem imperatori Urbem ipsam obsidenti, ut sic possent evadere, tradi-
derunt, sicque Leo est re[stitu]tus predictus. Demum tam ipso Leone quam
Iohanne mortuis — qui quidem Iohannes prius turpiter obiit — factus est papa 965.
Iohannes episcopus Narniensis, qui turpem et valde verecundam iniuriam a
Romanis recepit, et tandem in finibus Campanie fuit ab eis reclusus[4]; et licet
eis postmodum reconciliatus fuerit et Romam reversus, iniurie tamen non in- 966.
memor procuravit imperatoris adventum ad Urbem, qui in gladio huiusmodi
vindicavit iniuriam. Tamdem[b] Iohanne mortuo factus est papa Benedictus 972.
Sutrinus episcopus[5] et cum ipso in scismate quidam alius Benedictus, quem
quidam nobilis Romanus[6] suffocavit et procuravit Bonefatium fieri papam, 974.
sed prefatus Benedictus fultus imperatoris favore[7] prevaluit, et Bonefatius
Constantinopolim ad Grecos fugit. Mortuo denique Benedicto creatus est
papa Petrus[d] episcopus Ticinensis[8]. Sed Bonefacio de Grecia redeunte 983.

a) quidm̄ (?) *c.* b) *sic c.* c) *uncis inclusa certo legi nequeunt.* d) *eadem manu superscr.*

1) *Sequentia — (l. 27) imperatoris adventum ad Urbem ex Benedicti Chron. c.* 34—39, *SS. III, p.* 717—719, *excerpta esse videntur.* 2) *Bened. c.* 36: in Gallia est reversus. *Quod falsum est, Otto in Italia remansit a.* 963. 964. 3) *Immo Iohanne die Maii* 14. *a.* 964. *iam mortuo, quod Bened. c.* 37. *non dixit, in fine capitis de morte eius locutus.* 4) *Bened. c.* 39: in Campanie finibus inclusus. 5) *Hucusque credebatur Benedictus VII, episcopus Sutrinus, demum mortuo Benedicto VI. a.* 974. *electus esse. Sed quod hic dicitur confirmatur eo, quod in catalogo Cavensi et in aliis catalogis (Duchesne, Liber pontif. II, p.* 255*) ad Benedictum VI. adscriptum sit:* Domnus de Suri ann. I, m. VI, *quem hunc episcopum Sutrinum fuisse bene monuit Duchesne l. l. p.* 256. *Unde hoc verum esse censeo.* 6) *Centius.* 7) *Ottonis II. Cf. fragmentum editum 'Archiv' IX, p.* 623 *sq.; Duchesne l. l. p.* 257. 8) *Cf. catalog. cod. Vatic. nr.* 1340. *et epitaphium huius Petri vel Iohannis XIIII. papae, Duchesne l. l. p.* 259*; Herim. Aug., SS. V, p.* 117.

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

Ven. DCCCCLXIII. VI. Benedictus V. men. II, d. V.

DCCCCLXIIII. VII. Leo VIII.[a] an. I, men. IIII.

Ven., Ceccan., Cat. Cas. DCCCCLXV. VIII. Iohannes XIII. ann. VII, men. XI. Hic a Petro prefecto Romane[b] urbis conprehensus et in castellis[c] Sancti Angeli retrusus, deinde Campaniam in exilium missus, post X men. et d. XXVIII[d] reversus est Romam, et de persecutoribus eius ab Octone imperatore supplicium sumptum est.

Ven. DCCCCLXXIII. I. Benedictus[e] VI. a. I, men. VI.

DCCCCLXXIIII. II. Dompnus an. I, men. VII[1].

DCCCCLXXV. III. Bonifacius VII. men. I, d. XII.

Ven., Amiat. DCCCCLXXVI. IIII. Benedictus VII, natione Romanus, an. VIIII, men. VI.

a) VIIII. *c.* b) rom *c.* c) *sic c.* d) *sic c.;* XXVIIII. *Cat. Cas.* e) Bened' *c.*

1) men. VI *Venet. et reliqui catalogi.*

Imperatores.

Ven. Otto primus[a] imperavit an. VI.

Ven. DCCCCLXVIIII. XII. Otto II. cum Ottone filio suo imperavit an. VIII. *Otto Fris. VI, 25.* Hic dum Grecos incaute in Calabria persequeretur[b], amisso milite de navi exiliens, natatibus evasit. Demum vero exercitum congregans Beneventum obsedit, captoque beati apostoli Bartholomei ossa inde asportavit ac Rome in Tiberis insula in tumba porphiretica ea collocavit. In terramque suam per Tiberim et mare in prefato sargofago[c] deportare cogitavit. Sed eo in brevi vita exempto, pretiosus thesaurus ibi remansit. Nam nono anno imperii sui Rome

a) pipinus *c.* b) *sic Gilb.;* psequeretur (proseq.) *c.* c) *sic c.*

---

sparsa per Urbem peccunia[1] intrusus est Petrus in castro Sancti Angeli
984. et ibi nequiter interemptus[a], et sic papatam obtinuit Bonefacius, qui cito
985. langore percusus[b] turpiter expiravit. Tunc patricius Urbis facit papam Iohannem tituli Sancte Susanne presbyterum cardinalem[c], qui multas persequciones[b] substinuit a Crescentio eiusdem patricii germano, ita quod Urbem est exire coactus, cum[d] ab imperatore festinum auxilium tamquam in remotis agente non posset habere. Facta itaque tali inter ipsum et Romanos
996. concordia[2], cum iam imperator ei succurrens fines Italie attigisset, mortuus est papa Iohannes, et per Romanos[e] hoc nunciato eidem ipse Brunonem consanguineum suum elegit et Romam transmissit[f], et vocatus est Gregorius; continuo namque imperator ipse, adhuc rex, venit ad Urbem
(Maii 21). et ab ipso G[regorio] papa in imperatorem extitit coronatus. Sed imperatore Alemaniam revertente inter Romanos et papam gravis disenssio[f] est exorta. Nam postquam Urbem papa exivit, bis cum Romanis pugnavit, et prima pugna non sine multorum suorum strage est in fugam conversus, in secunda satis fuerunt equales in pugna. Tamdem audito imperatoris
998. adventu timore concusi[f] conposuerunt cum ipso, et sic est ad Urbem reversus.

a) inteptus *c.* b) *sic c.* c) card' *c.* d) ē: poterat *del., et superscr. eadem manu* cum. e) romoānos *c.* f) *sic c.*

1) *Cf. catal. cod. Vatic., Duchesne l. l.; Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 431. 2) *Cf. Martin. Oppav. l. l. p.* 432; *Ann. Hildesheim. ed. Waitz p.* 87.

Pontifices.		Imperatores.	
Anni Dom. Indict.			
DCCCCLXXXV. XIII. Iohannes XIIII.[a] men. VIII[1].	Ven., Amiat.	moritur et ante beati Petri ecclesiam in conca marmorea honorifice humatur.	Otto VI, 25.
*DCCCCLXXXVI. XIIII. Iohannes XV, natione Romanus, men. IIII[or].	*f. 19'. Ven.		
DCCCCLXXXVII. XV. Iohannes XVI. an. X, men. VII, d. X.	Ven., Amiat.		
DCCCCXCVII. X. Gregorius V. a. II.	Ven.	Otto III. imperavit an. XVII[1]. Huius diebus beatus Adebertus[a] Pragensis episcopus predicans Pruxis martyrio coronatur. Otto vero septimo decimo imperii sui anno diem obiit et in ecclesia sancte Marie Aquisgrani sepelitur. Hii duo posteriores Ottones tam feroces, tam mirabiles fuere, ut unus Pallida mors Sarracenorum seu Sanguinarius, alter Mirabilia mundi diceretur.	Otto VI, 26.
DCCCCXCVIIII. XII. Iohannes XVII. men. X.	Ven., Amiat.		
M. XIII. Silvester II. an. IIII, men. I, d. IX[2].	Ven., Ceccan.		
MIIII[or]. II. Iohannes XVIII. men. X[3], d. XXV.	Ven.		
MV. III. Iohannes XIX, natione Romanus, de regione que vocatur Portametropi, a. V.			
MX. VIII. Sergius IIII. an. II, men. VIIII[4].	Ven., Ceccan.		
MXIII. XI. Benedictus VIII, natione Tusculanus, ex patre[b] Gregorio, sedit an. XII.	Ven.		
MXV. XIII.		Henricus I. imperavit an. X, men. VI, et remansit regnum vacuum an. II[2].	Ven.
MXXV. VIII. Iohannes XX, ex patre[b] Gregorio, an. VIIII[c], men. IX.			
MXXVIII. XI.		Corradus imperavit an. XVI, et permansit regnum vacuum an. III[3].	
*MXXXIIII. II. Benedictus VIIII, natione Tusculanus[d], ex patre Alberico, sedit an. XIII. Iste eiectus est de pontificatu, et factus[e] papa Iohannes Savinensis episcopus, cui nomen Silvester; et iste quoque[f] eiectus[g], et recuperatus[h] est papa Bene-	*f. 20. Cat. Cas.		

a) XIIII[or] *c.* b) parte *c.* c) XVIIII, X *expuncto corr.* VIIII *c.* d) tuscul'a||n̄ *c.* e) ē (est) *manu IIII. superscr. c.* f) quoque *bis scr., prius expunct. c.* g) ē (est) *manu IIII. post add. c.* h) recup. *del., et manu IIII. superscr.* restitutus *c.*

a) *sic c.*

1) *Sic Amiat. et Cenc., sed* VIIII *Venet., Ceccan., Hugo, ut et Cron. S. Laurentii procul dubio habuit.* 2) *Sic Hugo, Ceccan.:* d. XIX *Venet.;* d. VIII *Amiat., Cenc.* 3) *Corruptum in hac Cronica pro* men. V. 4) *Sic Hugo, Ceccan.;* men. IIII *Venet.; menses omittunt Amiat., Cenc.*

1) *Sic auctor Cronicae S. Barthol. scripsit pro* ann. V *catalogi Italici, quia legit in Ottonis Fris. Chron. VI,* 26: Otto . . XVII. imperii sui anno diem obiit. 2) *Sic etiam ex Cron. S. Laurentii Cronicam Tiburt. deperditam habuisse patet ex Martino Oppav. p.* 466, *licet Tiburt. habeat* an. V, *Basil.* tribus annis; *Chron. Amiat., SS. XXIV, p.* 834, ann. I. *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 523. 3) *Haec habet etiam Chron. Amiat. l. l.*

Pontifices.	Imperatores.
Anni Dom. Indict.	
Cat. Cas. dictus[a], et iste eiectus[b], iterum datus est papatus Iohanni archipresbitero Sancti Iohannis ante portam Latinam, cui nomen positum est Gregorius; et hic ab Henrico[c] imperatore depositus et ultra montem portatus est.	
Ven. MXLVII. XV. Silvester III. d. LVI.	
MXLVIII. I. Gregorius VI. an. II, men. VI.	
MXLIX. II. Clemens II. men. IX, d. VI.	*Ven.* Henricus imperavit an. XI.
Ven., Cenc. ML. III. Damasius[d] II. d. XXIII.	
Ven. MLI. IIII. Leo VIIII.[e] de Loteringia sedit an. V, men. II, d. VI. Iste penitus interdixit offitium de sancta trinitate.	
Ven., Cenc. MLVI. VIIII. Victor II. an. II, men. III, d. XIII.	
MLIX. XII. Stephanus VIII. men. IX[1], d. XIX.	
Ven. MLX. XIII. Benedictus[f] X. men. IX.	
MLXI. XIIII. Nicholaus II. an. II, men. VI, d. XXVIII[g].	
MLXIIII. II. Alexander II. sedit an. XI, men. VI, d. XXVI.	
MLXXV. XIII. Gregorius VII. an. XII, men. I, d. IIII.	
**f. 20'.* *MLXXXVI. VIIII.	*ib.* Henricus imperavit an. XVI.
MLXXXVIII. XI. Victor III. men. IIII, d. VII[2].	
Amiat. MLXXXX. XIII. Urbanus II. an. XI, men. IIII[or*].	
1097. MXCVII. V. Hoc anno inventa sunt corpora sanctorum Bartholomei	

*) *Manu II. saec. XIII. add.:* Hic apud Clarum-montem concilium celebravit, et expositis iniuriis, quas gens Persarum Christianis in ultramarinis partibus inferebat, multi Gallici cruce suscepta transfretarunt ad iniuriam huiusmodi vindicandam; cuius peregrinationis comes factus est Baiamundus princeps Apulie. Tunc Antiochiam et Ierusalem ceperunt.

a) bened' *c.* b) est *manu IIII. superscr. c.* c) hic abenrico *post corr.* ab henrico *c.* d) *sic c.* e) VIII. *c.* f) Bened' *c.* g) XXXIII *c.*

1) men. XI *Venet. errore scribae. Catal. Italicus habuit solum* men. VIIII. 2) *Sic habet Petrus Guillelmus. Hic et sequens omissi sunt in Venet.;* men. XI *Ceccan.;* ann. I *Amiat., Cenc.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

apostoli et Paulini et recondita sunt in confessione mense Octubri. 1097. *Oct.*

MCI. VIIII. Pascalis II. sedit an. XVII[a], men. V, d. VIII. *Ven.*

MCXI. IIII.

MCXIIII. VII. Hic captus est Pascalis ab Enrico imperatore m. Feb. d. XII[1]. *Ven., Amiat.* 1111. *Febr.* 12.

MCXVIII. XI. Gelasius II. an. I, d. V[2]. *Ven.*

MCXVIIII. XII. Calixtus II. an. V, men. X, d. XV[3].

MCXXIIII. II. Honorius II. an. V, men. I, d. XXVIII.

*MCXXVIIII. VII. Innocentius II. an. XIII, men. VII, d. VIII. **f. 21.*

MCXXX. VIII.

MCXLIII. VI. Celestinus II. men. X, d. XIII.

MCXLIIII. IIII. Lucius II. men. X, d. XII.

Imperatores.

Henricus[a] quartus imperavit an. XV. *Ven.*

Lotarius imperavit.

Hic coronatus est in imperatorem ab Innocentio papa cum uxore sua Rigiça in ecclesia Lateranensi et in ecclesia sancti Alexii[1] in festivitate eius[2]. 1133. *(Iun. 4). Iun. 5?*

a) *corrige* XVIII, *ut Venet. et reliqui catalogi habent.*

1) *Hunc diem habet etiam Venet.* 2) d. VI *Venet. Catal. Italicus habuit solum* ann. I. 3) *A scriba corruptum ex* d. XIII, *ut Venet. et reliqui catalogi habent.*

a) HHenricus, H *minio pictum c.*

1) *Confirmatur hoc loco quod Ann. Reichersperg., SS. XVII, p.* 454, *tradunt:* Lotharius imperator ordinatur ab Innocentio papa cum uxore sua Richiza . . . in ecclesia sancti Bonifacii. *Ecclesia enim S. Alexii in monte Aventino sita etiam S. Bonifacio dedicata erat. Iterum videlicet a papa corona Lothario imposita est, postquam die Iun.* 4. *in ecclesia Lateranensi coronatus est. Cf. W. de Giesebrecht, 'DKZ' IV, p.* 436; *W. Bernhardi, 'Jahrb. Lothar' p.* 476 *sq.* 2) *S. Alexii festivitas est Iul.* 17, *quo tempore Lotharius in Italia superiore erat. Sed die Iun.* 5. *colebatur Bonifacius martyr Romanus, cui ecclesia S. Alexii dicata erat. Conicio auctorem Romanum scientem die Iun.* 5. *in ecclesia S. Alexii festum celebratum esse, errorem levem commisisse alterum sanctum eiusdem ecclesiae pro altero dicendo.*

Pontifices.	Imperatores.
Anni Dom. Indict.	
MCXLV. VIII. Eugenius III. an. VIII, men. IIII, d. XXI.	
MCXLVII. X.*	
MCLIII. I. Anastasius an. I, men. IIII, XXII d.	
MCLIIII. II. Adrianus IIII.[a] an. V**.	
MCLV. III.	Fredericus imperat an. XXXV.
MCLVI. IIII. Hoc anno levata sunt corpora sanctorum Bartholomei et Paulini.	
MCLVIIII. VII. Alexander III. sedit an. XXII minus d. IIII[or].	
Cenc. MCLXIIII. XII. Hic devicit IIII[or] scismaticos[b], Octavianum, Guidonem Cremensem, Iohannem Strumensem, Landonem. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Pascalem, tercius Calixtum, quartus Innocentium.	
MCLXXI. IIII.[a] Hoc anno pons Lucanus capitur a Tyburtinis[c].	*Annus millenus centenus septuagenus Primus erat, primas cum ruit ense [Thomas*[1].

a) IIII[or] *c.* b) scimaticos *c.* c) tyb'tinis *c.*

1) *In multis libris hi versus leguntur; cf. 'Forschungen z. D. Gesch.' XVIII, p.* 29; *Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p.* 518; *Robert. Autissiod., SS. XXVI, p.* 240.

Alani V. Bern. XXXI, 88. ib. XXX, 82. *) *Manu III. saec. XIII. add., signo ad Anastasium posito:* Sub[1] Anastasio papa obiit beatus Bernardus etatis sue sexagessimum[a] tercium annum gerens. Ipse enim fratribus familiariter assistentibus, dum ageret in extremis, dixit: 'Minus meo sensui quam alterius credidi. Lesus non expetivi de ledente vindictam. Scandalum non feci, immo sedavi prout potui suscitatum'; et hec, in quibus humilitas, pacientia *ib. XXXI, 88.* et caritas continentur, eisdem fratribus imitanda conmisit. Tunc enim LX[2] monasteria sub se[b] habebat et in suo monasterio septingentas animas gubernandas.

**) *Manu IIII. saec. XIII. ex. add. minimis litteris scripta:* Pater Anglicus Avinionem[c] veniens ibi propriis manibus victum querebat; quo mortuo filius adhuc puerulus servicio[d] hospitalis sancti Rufi[e] deputatus, postmodum factus est ibi canonicus, demum abbas, postmodum papa[3]. Monasterium sancti Rufi transtulit Valenciam.

a) *sic c.* b) sub se *eadem manu III. superscr.* c) avinioñ *c.* d) *hoc verbum corruptum SS. XXIV, p.* 839. e) Rufi *om. c.*

1) *Sequentia fere omnia leguntur in Vita Bernardi auctore Alano c. XXX, § 82. et c. XXXI, § 88, Bernardi opera ed. Mabillon II, col.* 1288. 1291. 2) centum sexaginta *Alanus.* 3) *Horum ea sola vera sunt, quae cum Willelmo Neuburg. II, 6, SS. XXVII, p.* 228 *sq., et Bosonis Vita Adriani, Duchesne, Liber pont. II, p.* 388, *conveniunt.*

Pontifices.	Imperatores.
Anni Dom. Indict.	
*MCLXXXI. XIIII. Lucius III. *f. 21'. an. IIII, men. II, d. XXV. *Lucius*[a] *est piscis, rex et dominator aquarum,* *A quo*[b] *differt*[c] *Lucius iste parum.* *Devorat*[d] *hic homines, hic piscibus insidiatur,* *Esurit*[e] *hic semper, hic aliquando satur.* *Amborum*[f] *merita si quis equa lance libraret,* *Plus rationis*[g] *habet quod ratione caret*[1].	
MCLXXXV. III. Urbanus III. an. II minus XL d.*	Hoc anno capta est Ierusalem a Saladino. 1187.
MCLXXXVII. V. Gregorius VIII.[h] LVIII d.**	
MCLXXXVIII. VI. Clemens III. an. III, men. III.	
MCXC. VIII.	Hic moritur Fredericus apud Ierosol. 1190. Henricus filius eius regnat.
MCXCI. IX. Celestinus, qui dictus fuit Iacintus diaconus cardinalis Sancte Marie[i] scole Grecorum[k]·***.	Hic coronatus est a Celestino. Qui 1191. statim ingressus est in Apuliam et pugnavit[a] et obsedit Neapolim, sed non potuit eam capere. Rediit in Alamania et iterum alio anno rediit, 1194. et tradidit Deus in manu eius Apuliam, Calabriam et totam Siciliam cum rege et[b] palatio et omnibus que
MCXCVIIII. II.†	

*) *Manu III. add.:* Ferrarie est sepultus.
**) *Manu III. add.:* Pisis est sepultus.
***) *Manu III. add.:* annis IX.
†) *Manu saec. XIV. add.:* Innocentius III.

a) *hi versus in marg. manu scribae, ut videtur, scripti.* — Lucius est *a bibliopego abscisa.* b) A quo d *abcisa.* c) *corrige* discordat. d) Devorat *absc.* e) Esurit *absc.* f) Amborum *absc.; varia lectio* Illorum. g) Plus rati *absc.* h) VIIII. *c.;* d. *iam h. l. add. c.* i) mar̄ scol' *c.* k) *in marg. manu saec. XV. adnotatum:* Hoc non concordat [cum a]lia cronica.

1) *Hos versus praebent Ricardi Pictav. Cont. Itala, SS. XXVI, p.* 85; *Math. Paris., Hist. Angl., SS. XXVIII, p.* 392; *Girald. Cambr., Spec. eccl., Opera ed. Brewer IV, p.* 291; *Franc. Pipinus, Muratori, SS. IX, col.* 597. *Ann. Placent. Gibell., SS. XVIII, p.* 465, *et Aegid. Aureaevall. l. III, SS. XXV, p.* 100, *duos primos versus afferunt. Variam lectionem aliorum exemplarium non adnotavi.*

a) *sic c.* b) et *eadem manu superscr. c.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

MCCII. V. Hoc anno fames vallida fuit omnium rerum, ita quod rugrum[a] tritici venditur XXVII sol. et plus[1].

MCCXVI. IIII. Honorius [tertius[b]], natione Romanus, an. X, men. IX.

MCCXX. VIII.

*f. 22. *MCCXXVII. Gregorius VIIII, natione Campanus de Anagnia, an. XIIII, mens. V, d. II; et cessavit episcopatus mens. II, d. III. Obiit

1241. Aug. 22. mensis[c] Aug. d. XXII.*

MCCXLI. XIIII. Celestinus[d] IIII, natione Mediolanensis[e], d. XVII. Cecus enim matri eius ad novi sponsi consortia properanti vaticinando predixit, quod filium pareret[f], qui summi pontificis dignitatem adeptus infra anni curicula[g] moreretur; tunc va-

*) *Manu quinta saec. XIII. ex. add.:* Sub

1241. ipso hec acciderunt: Nam Tartari, quorum inmanitas tunc primo invaluit, depopulati sunt Ungariam et Poloniam; et cum excommunicasset F[redericum] imperatorem, idem F. cepit duos cardinales[h] legatos et alios quam plures prelatos contra ipsum ad concilium evocatos. Fuerunt eti-

1233. am quidam religiosi, qui asserentes se miracula facere post se totam Lombardiam traxerunt[i].

Imperatores.

in palatio erant, et Salernum cepit

1197. per vim[a]; an. VII⁰ mortuus est in Calabria[1].

Fredericus Henrici filius imperavit an. XXXI.

a) *sic infra p. 223, l. 2, lingua Romana dictum pro* ruglo, *quod ab aliis* rublum *dicitur;* rug *c.* b) tertius *(alia manu?) superscr.* c) menſ *c.* d) *haec scripta ad a.* 1240, *sed linea tracta ad a.* 1241. e) mediol *c.* f) paret *corr.* peret *c.* g) *sic c.* h) card *c.* i) *sequuntur quinque verba erasa.*

a) III *c., in marg. manu saec. XIV.* per vim.

1) *Cf. Ann. Ceccan., SS. XIX, p.* 296; *Ann. Casin., ib. p.* 318; *Ryccard. de S. Germano, ib. p.* 332.

1) *Messanae potius.*

Pontifices.

Anni Dom. Indict.

cavit ecclesia anno I, men. VII[1], d. XIIII.

MCCXLIII. I. Innocentius[a] IIII, 1243.
natione Lombardus de comitibus Lavanie, an. XI, men. VI. Hic Fre-
dericum imperatorem deposuit in 1245.
Lugdunensi concilio ad hoc sollemp-
niter convocato; langravium Turingie 1246.
et eo mortuo comitem Holandie in 1247.
reges Romanorum eligi procuravit;
audita vero morte dicti F[rederici] 1251.
Perusium revertitur ac mortuo Con-
rado nato eiusdem F[rederici], qui 1254.
regnum Apulie occuparat, regnum ipsum ingreditur, et cum ipsum sibi subegisse putasset, apud Neapolim mortuus est, et regnum predictum
est ab eiusdem F[rederici] naturali 1255/6.
filio occupatum.*

*) *Manu saec. XIII. ex. add.:* Sub ipso hec acciderunt: Nam rex Fran-
cie in egritudine crucem suscipit. 1244.
Damiatam subito cepit, a sol- 1249.
dano Babilonie[b] capitur et per 1250.
peccuniam liberatur. Pastores
relictis gregibus quendam seduc- 1251.
torem in Francia sequntur[c], qui dabat eis intelligere, quod per ipsos miraculose Terra Sancta conquireretur[d]; tandem propter multas insollencias subito perierunt.

a) *haec ad a.* 1247. *scripta, sed linea ad a.* 1243. *tracta.* b) babil *c.* c) *sic c.* d) ere *certo lege nequit.*

1) *Mens. VIII potius.*

Imperatores.

MCCLVII. XV.*

*) *Manu II. add.:* [a]Inanis[1] glorie cupidus, astutus et circonspectus, pusillum animum habet, suggerente[b] glorie vento aspirat ad ardua, set a prosequcione[c] animi infirmitate retrahitur, quam sic ingeniose palliat, ut etiam a pluribus extimetur magnanimus. Numquam gloriosus extitit, nisi quando formidolosos invenit. Ubi resistentes repperit, facile retunditur impetus eius. Non pugnando prevalet, set minando. Ubi minis violentis non proficit, conatur quicquam federe reconciliationis[d] assequi, ne ipsum invitum

a) *vox* (Rex ?) *erasa.* b) suggenti *eadem manu corr.* suggente *c.* c) *sic c.* d) *seq.* honoris *expunct. c.*

1) *Sequentia de Manfredo rege (non de Friderico II. imperatore, ut Bethmann, 'Archiv' XII, p.* 723, *opinatus est) dicta esse apparet, cum eadem manu II. quaedam de Manfredo rege ad caput de ducibus Normannorum, infra p.* 225, *l.* 7—9, *addita sint, et cum haec ad a.* 1257 *sqq. scripta sint.*

confligere opus sit. Munificentie[a] titulis insigniri asseritur, que multum in eo a virtute degenerat, cum nichil omnino, ut prosit, tribuat, nisi ut aure popularis et vulgaris laudis[b] blandimenta conquirat. Coniugis disposicionibus regitur et affectibus acquiescit[c], et nature ipsius effectus conformis, nam[d] varius[e] ad omnia repperitur et mobilis. Pectus quoque[f] suum variis urguetur affectibus, set plus[g] ipsum metus retrahit, quam dominandi libido impellat.

a) Munif. — conquirat *alio atramento, sed eadem manu II. in marg. suppl.* b) vulg. laudis *expunct.* c) et aff. acq. *expunct.* d) nam *eras.* e) uariu9 *c.* f) quoque *eras.* g) plus impellat *eadem manu II. in loco raso.*

CONTINUATIO.

*f. 22'. *Alexander[a] IIII. a. VII.
Urbanus a. III.
Clemens III. a. III.
Gregorius X. a. IIII.
Innocentius V. a. $^1/_2$.
Adrianus V. a. I.
Iohannes XXI. a. I.
Nicolaus III. ann. II.
Martinus IIII. a. IIII.
Honorius IIII. a. II.
Nicolaus IIII. a. IIII.
Celestinus V. a. $^1/_2$.
Bonifatius VIII. a. VIII.
Bendictus[b] XI. a. I.
Clemens V. a. VIIII.
Iohannes XXII. ann. XVIIII[cim].
Benedictus XII.
Clemens VI. a. X.
Innocentius VI. a.[c]

1362. Urbanus papa V. de Monte-pesulano, qui fuit abbas Marsiliensis, qui venit de Avinione ad Romam cum tota curia Romana et postea recessit ad partes Avinionis[d].

1371. Gregorius papa XI. factus fuit anno Domini MCCCLXXI. Hic venit Romam
1375. *Sept.* cum tota curia Romana anno Domini MCCCLXXV. de mense Septembr.

a) *sequentia manu saec. XIV. scripta a latere numerorum annorum* MCCLXVIIII — MCCCXIII, *qui a librario neglecti sunt.* b) *sic c.* c) *numerus vacat.* d) auinion *c.*

Hoc anno MCCCLXXV. fuit fames vallida in toto orbe, ita[a] quod in multis partibus valuit rugrum grani flor. XXV et L; et anno sequenti fuit fertilitas maxima, ita quod in multis partibus valuit granum I flor. per rugrum[b]. 1375. 1376.

Anno[c] Domini MCCCLXXVIII, indictione I, mensis[d] Aprilis die VIII. creatus fuit papa Bartolmeus[e] de Neapoli[f] Rome cum maximo tumultu Romanorum et vocatus est Urbanus papa VI, qui ante fuerat archiepiscopus Varensis et erat vicecancellarius ecclesie Romane. 1378. *Apr. 8.*

APPENDIX.

Unde gens Francigenarum[1]. *f. 8b.*

Post Constantinum Magnum sedes imperii apud Constantinopolin erat, pro eo quod ipse[g] piissimus et christianissimus imperator privilegium Romane sedis beato Petro principi apostolorum eiusque vicem tenentibus in perpetuum relinquens apud eandem sibi urbem sedem imperialem statuerat; dignitate tamen Romani imperatores appellati sunt usque ad illud tempus, quo Romanum imperium ad reges Francorum translatum est. Postea vero hii qui apud Constantinopolin imperabant[h], solo imperii nomine retempto, Grecorum potius imperatores appellati sunt. Exinde autem series temporum per reges Francorum supputatur.

Franci origine Troiani. Post eversionem Troie Priamo quodam duce inde digressi iuxta Troiam supra ripas Danubii consederunt edificantesque ibi civitatem vocabant eam Sicambriam. Manseruntque ibidem usque ad tempora Valentini[i] imperatoris. A quo inde expulsi, pro eo quod tributa Romanis iuxta morem ceterarum gentium solvere recusarent, regressi inde, Marchomiro, Summone[k] et Genebaldo ducibus venerunt et habitaverunt circa ripas Reni in confinio Germanie et Alemanie. Quos cum multis postmodum preliis idem Valentinianus attemptasset nec vincere potuisset, proprio eos nomine Francos, quasi ferancos, id est feroces, appellavit. Ab illo tempore in tantum virtus Francorum excrevit, ut totam tandem Germaniam et Galliam usque ad iuga[l] Pirenei et ultra subiugarent.

Alii Francos a quodam Francione appellatos volunt[m]. Dicunt namque[2], quod post excidium Troie multitudo magna inde fugiens ac deinde in duos populos se dividens, alii Francum quendam super se regem levaverunt, alii[n] Turcum nomine secuta[n] sit[n], atque ex eo duos populos sumpto nomine Francos et Turcos usque hodie vocari.

*De ducibus et gente Normannorum. *f. 8c.

Normani[3] origine Dana DCCCLXXXmo VIII. ab incarnatione Domini anno duce quodam Rollone nomine a Scithia inferiore regressi atque per oceanum vecti, cum sepe numero ante tam Germaniam quam Galliam more pirratico per eadem oceani littora excurrentes infestassent, tandem egressi Galliam, qua in parte Britanniam respicit, pervaserunt, civitatemque in ea Rotomagum occupantes, usque in hanc diem Normaniam

a) Itꝫ *c.* b) rug *c.* c) *haec alia manu saec. XIV. scripta.* d) mēnſ *c.* e) *sic c.* f) neap *c.* g) ıp *c.* h) impabat *c.* i) *sic c. pro* Valentiniani. k) sūmoe *c.* l) ruga *c.* m) nolunt *c.* n) *sic c.*

1) *Longe recedit sequens narratio ab ea Libri hist. Franc. c.* 1—4, *SS. Merov. II, p.* 241, *nec cum aliis relationibus de origine Francorum, quae ex hoc libro pendent, ut ea Gotifredi Viterb., Pantheon XXII,* 40. *XXXII,* 9, *SS. XXII, p.* 201 *sq.* 300 *sq., quod sciam, convenit; habet et quae ille liber et quae Fredegarius dictus referunt.* 2) *Scilicet Fredegar. II,* 4. 5. *III,* 2, *SS. Merov. II, p.* 45 *sq.* 93. 3) *Non operae pretium duxi inquisitu, e quo libro sequentia pendeant.*

de suo nomine vocaverunt. Francis tunc Karolus, qui Simplex dictus est, imperabat. Normani vero lingua barbara quasi homines septemtrionales dicti sunt, eo quod primum ab illa mundi parte venerunt. Karolus autem rex Francorum inito cum eis federe filiam suam Rolloni uxorem dedit eamque terram, que nunc Normania[a] vocatur, concessit. Qui scilicet Rollo ab incarnatione Domini DCCCC. bapti̧çatus Robertus[b] nomen accepit. Atque exinde Normannorum gens Christo credens fidei Christiane subiecta est.

Rollo[1]. Wilgelmus Longa-spata.

Ricardus filius eius.

*f. 8b. *Robertus frater eius. Wilgelmus nothus.

Wilielmus filius eius.

Henricus[c] frater eius.

Postremo Normania ad regem Anglie devenit, quam Ricardus rex Anglie
1204. propter ingratitudinem[d] perdidit, et ad Philippum regem Francie, a quo ipsam
tenebat in feodum, pervenit, et tam ipse Philippus quam Lodoicus filius et Lodoicus
nepos eiusdem Philippi ipsam pacifice tenuerunt; tandem predictus Lodoicus,
1259. eiusdem Philippi nepos, ex compositione amicabili peccuniam[e] dedit Henrico tunc
regi Anglie, et ipse eam sibi libere et quiete possidere permissit[f].

Hii duces Normanorum[g] in Apulia[2]:

Turstinus Citellus.

Ranulfus et Ricardus.

Drogo Constantiniensis.

Umfredus[h] frater eius; hic primus[i] Apuliam cepit.

Robertus Wiscardus filius eius. Postea surrexit Roglerius dux, nepos Roberti
Wiscardi, qui devicit Sciciliam, Calabriam et totam Apuliam. Iste cepit Inno-
1139. centium papam secundum, et cum plurimum ipsum honorasset iam captum, usque
in quartam generationem[3] regnum Sicilie in feudum dictus papa concessit eidem,
quod ex concessione Karoli, qui ipsum expugnaverat, ecclesia obtinebat, et ad ipsum
regnum fuit dictus Roglerius[k] regio diademate insignitus. Postea regnavit Wilielmus
1154. 1166. rex, filius eius; post hunc Wilielmus filius eius. Iste in multa tranquillitate regnum
*f. 8bis a. obtinuit, et licet corporeis viribus inbecilis fuisset, fidei tamen *devocione grandis et
fortis regnum Tunici in Africa sibi tributarium redidit[l]; propter quod dictum est:

Apulus et Calaber, Siculus michi servit et Afer[4].

Amitam[5], de qua mater[6] sompniavit se faculam parituram, habuit, que
1186. H[enrico] imperatori suggerente in fraudem archiepiscopo Panormitano[m. 7] nupsit,
et per eam dictum regnum adeptus est. Cum enim Tancredus filius naturalis
1190. primi G[uilielmi] regis[n. 8] regnum occupasset ante adventum imperatoris[o] predicti,
1194. morte preventus est. Post hunc regnavit Fr[edericus] imperator, filius eius; et
1250. tunc in morte eiusdem Frederici regnum ipsum debuit ad ecclesiam reddire[1],
quarta iam generatione conpleta. Postmodum vero Conradus eiusdem Frederici

a) normanina *c.* b) *sic c.* c) Leuricus *c.* d) ingtitudinem *c.* e) peccaȝ *c.* f) *sic c.* g) roanorum *c.* h) Vinfredus *c.* i) p9 *c.* k) rog *c.* l) *sic c.* m) panormit *c.* n) reg *c.* o) impat *c.*

1) *Cf. Geneal. Aquicinct., SS. XIV, p.* 621 *sq.* 2) *Iidem in Geneal. Aquicinct., l. l. p.* 622. 3) *Nusquam alibi, quod sciam, hoc traditum est.* 4) *Vulgatissimus est hic versus, quem afferunt Ann. Palid., SS. XVI, p.* 88, *Radulfus de Diceto et Radulfus Niger et Gervasius Tilleber., SS. XXVII, p.* 283. 293. 333. 381. *Verbis* Apulus *et* Siculus *transpositis eum afferunt Gaufredus de Bruil, Willelmus Britto, SS. XXVI, p.* 202. 297, *Richerus Senon. IV,* 4, *SS. XXV, p.* 302. 5) *Constantiam.* 6) *Beatrix.* 7) *Walthero. Cf. Ryccard. de S. Germano, SS. XIX, p.* 324; *Thomas de Papia, SS. XXII, p.* 499. 8) *Rogerii ducis.*

filius regnum occuparat predictum; et eo mortuo rediit[a] ad ecclesiam, que ipsum 1254.
modico tempore tenuit[b]. Nam Innocentio papa quarto apud Neapolin defuncto,
et legatis presidentibus exercitui ecclesie per Manfredum eiusdem Frederici impe-
ratoris naturalem filium, fultum Saracenorum Nucerie auxilio, superatis regnum 1255/56.
ipsum occupavit et posedit[c] quiete, non tamquam rex, sed sicut baiulus Conradi
filii[d] prefacti[c] Conradi; postmodum[e] conficta eiusdem C[onradi] morte se fecit 1258.
coronari in regem. [Marchiam[f] quoque occupavit et postmodum Tusciam Floren- 1260.
tinis in prelio superatis. Solempnem nuncium[1] eiusdem C[onradi] de curia acce-
dentem ad Urbem procuravit occidi]. [Alexandro[g] papa defuncto[h], qui substitutus[i] 1261.
fuerat Innocentio prefato, — sub quo subito non sine miraculo vel stupore homines 1260.
fere ubique Christianitatis penitenciam sollempnem fecerunt — eligitur in papam 1261.
Urbanum patriarcha Ierosolimitanus[2], nacione Trecensis;] [qui[k] regnum ipsum
ordinavit conferri[l] Carolo comitti Provincie, *concessa ad id prosequendum sibi *f. 8 bis b.
decima proventuum ecclesiasticorum per triennium in regno Francie. Eo namque
tempore apparuit cometes, quousque in fata cessit[3]; cui substituitur episcopus 1264. 1265.
Sabinensis[4], natione de castro Sancti Egidii, qui infra XII annos fuerat laicus
uxoratus et clericus et Aniciensis episcopus et archiepiscopus Narbonensis et epi-
scopus Sabinensis et demum papa Clemens. Tunc idem comes Romam navigio
venit et ibi per quosdam cardinales[m] illuc transmissos est investitus de regno,
demum fuit coronatus cum uxore sua[5] per episcopum Albanensem[6], et ingrediens
regnum cum milicia, que ad ipsum devenerat[n] de Francia, apud Beneventum cum
ipso M[anfredo] conflictum habuit et eo interempto[o] in pugna regnum in pace 1266.
obtinuit, capta nichilominus uxore[7] predicti Manfredi].

a) reditt *c.* b) obtenuit, ob *expunct. c.* c) *sic c.* d) fili *c.* e) pot^{9}||modum *sequente littera erasa c.* f) *uncis incl. manu II. s. XIII, quae et supra p.* 221 *sq., n.* * *scripsit, addita sunt.* g) *uncis incl. alia manu s. XIII. addita.* h) defucto *c.*, Al. papa def. *in loco raso.* i) substitus *c.* k) *sequentia III. manu s. XIII, quae et supra p.* 218, *n.* * *scripsit, addita sunt.* l) ferri *in loco raso.* m) card' *c.* n) de *expunctum videtur in c.* o) intepto *c.*

1) *Conradum Bussarum. Cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen', p.* 476, *n.* 1; *K. Hampe, 'Gesch. Konradins' p.* 24 *sq.* 2) *Iacobus.* 3) *Scilicet Urbanus papa. Cf. Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 473; *Guill. de Podio-Laurentii, SS. XXVI, p.* 601. 4) *Guido.* 5) *Beatrice.* 6) *Radulfum.* 7) *Helena.*

CRONICA PONTIFICUM ET IMPERATORUM TIBURTINA.

De Cronica pontificum et imperatorum Tiburtina, cuius haec, quam edimus, epitome est, longius egi 'N. Archiv' XXVI, p. 484—547, sed iam nactus Cronicam S. Bartholomaei in Insula Romana, quae praecedit, quaedam, quae in illa commentatione exposui, immutanda esse perspexi, alia certiora et clariora ponere possum.

Codex bibliothecae regiae Monacensis Lat. nr. 42, mbr., foliorum maximorum, olim Hartmanni Schedel, qui eum anno 1515. acquisivisse videtur, solus continet hanc Cronicam f. 111'—121'. medio saec. XIII. post Gotifredi Viterbiensis Memoriam seculorum in Pantheon mutatam eiusdemque Gesta Friderici I. imperatoris atque Historiam Clementis[1] scriptam eodem prorsus modo atque Cronica S. Bartholomaei praecedens et alii libelli, qui ex catalogo pontificum et imperatorum Italico pendent. Prima videlicet columna habet annos incarnationis, secunda indictiones, tertia pontifices, quarta imperatores. Quaedam a sinistro latere primae columnae adnotata sunt. Omnia eadem manu scripta. Series annorum incarnationis f. 121'. pervenit usque ad annum 1242, sed aliquanto tempore ante hunc annum Cronica conscripta videtur esse, cum ad Gregorium IX. papam a. 1241. defunctum nondum adscriptum sit, quot annis ecclesiam rexerit, eiusdemque successoris Coelestini IV. a. 1241. electi nondum mentio facta sit. Iure vero conicies codicem Monacensem anno 1242.[2] esse exaratum.

Ubi hic codex scriptus sit, non patet, neque ubi haec Cronica, quae usque ad a. 1227. pervenit, orta sit, constat. Tiburtinam eam inscripsimus, quae usque ad annum 1197. ex Cronica pontificum et imperatorum Tiburtina deperdita omnino sit descripta vel potius excerpta.

Cronica illa, quae periit, ita composita erat, ut Cronica pontificum et imperatorum S. Laurentii extra muros Romanos deperdita, cui Cronicam S. Bartholomaei in Insula superstructam esse supra p. 190 sq. vidimus, integra, ut videtur, descripta aucta vel mutata esset ex Libri pontificalis codice recensionis I (simili librorum A 1. 2 Libri pontificalis) et exemplari quodam altero vulgatissimi illius catalogi pontificum et imperatorum Italici, de quo supra p. 190. diximus. Atque quidem Cronica Tiburtina deperdita habuit locos non paucos, quorum alii in solo Chronico pontificum et imperatorum ex codice Veneto edito[3], alii in Catalogo Cenciano solo[4] leguntur, ut nesciam an in Cronica Tiburtina

1) *Cf. SS. XXII, p.* 14. 2) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 500 *sq.* 3) *SS. XXIV, p.* 107—115. *Nonnulli quidem loci Cronicae Tiburtinae cum hoc Chronico convenientes, de quibus 'N. Archiv' XXVI, p.* 511 *sqq. disserui, ex Cronica S. Laurentii, in qua exemplar catalogi simillimum Chronici ex codice Veneto editi exscriptum erat, transierunt, sed alii loci huius et Cronicae Tiburtinae ibidem p.* 511. 516. *collati non leguntur in Cronica S. Bartholomaei neque in Cronica S. Laurentii fuisse videntur.* 4) *'Archiv' XII, p.* 60—77, *cuius magna pars*

1) *Haec habet Venet. et ex Cron. Tiburt. deperdita exscriptum est a Martino Oppav. p.* 467. 2) *Haec Basil. demum sub Calixto II. papa habet, sed pertinent procul dubio ad a.* 1106, *sub quo* Cometa — apparuit *Venet. habet. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 517. 3) Robertus — Romam *habet Venet. et ex Cron. Tiburt. deperdita Martin. Oppav. p.* 467. 4) fames — terra *habet Venet. ad a.* 1086; fames — Iunio *Martin. Oppav. l. l. ex Cron. Tiburt. deperdita. Alia de hac fame anni* 1085. *Cencius p.* 106. *et alii referunt.* 5) *Scil. Robertus Guiscardus a.* 1084; *cf. Wido*

Cfr. Ann. MLXII, [ind.] XV. Nicolaus II. sedit ann. II, men. VI.

MLXIII, [ind.] I.

MLXIIII, [ind.] II. Alexander II. sedit ann. XI, men. VI, di. XXV.

MLXVI, [ind.] IIII.

MLXVIIII, [ind.] VII.

MLXX, [ind.] VIII.

MLXXV, [ind.] XIII. Gregorius VII. sedit annis XII, men. I, diebus IIII.

f. 120'. *MLXXXVIIII, [ind.] XII. Victor III. sedit ann. I.

MLXL, [ind.] XIII. Urbanus II.
1099. sedit ann. XI, mens. IIII, obiit[a] IIII.
Iul. 29. Kalendas Aug., feria VI.

MLXLIIII, [ind.] II.

MC, [ind.] VIII. Pascalis II. sedit
cf. Hugo. ann. XVIII, mens. V, dies VII. Hic captus est Pascalis ab Henrico imperatore Teotonicorum in ecclesia sancti
1111. *Febr. 12.* Petri, et eodem die ex Romanis sine numero interfecti sunt[1].

A. Cas. 1123. cf. Selig. 1122. Stelle innumerabiles cadere et quasi pluere[a] vise sunt per totum orbem pridie mense[b] Aprilis[1].

1111. Hic fuit captio Pascalis et interfectio Romanorum mense Februario,
Febr. 12. die[c] XII[2].

Liuterius inperavit ann. XII. Hunc inveni sub papa Honorio II.

1130. Fames fere[d] totam Ytaliam invasit, ita ut per unum modium frumenti dabatur plus den.[e] X, scilicet grossorum denariorum[3].

1155. Federicus[4] imperator coronatus est in ecclesia sancti Petri. Hic veniens apud Tiburtum[f] in Quintiliolo precepit, ut Tiburtina civitas rehedificaretur in decore et in gloria nominis sui, et rediens in primo anno
1162. Spoletum destruxit et in octavo anno imperii sui destruxit Mediolanum. Hunc inveni sub papa Innocentio.

1167. MCII, [ind.] X. Hic expugnati sunt Romani apud Montem Porcum[g] ab exercitu Rainaldi Coloniensis et

a) di. *c.*

a) *sic Bas., A. Casin., Seligenst.;* puluere *c.* b) *lege* Nonas *cum A. Casin. et Seligenst.* c) diebus *c.* d) *sic Martin.;* per *c.* e) d' *c.* f) tib'tum *c.* g) *sic Bas.;* ṗocum *c.*

1) *De hoc loco v. 'N. Archiv' XXVI, p.* 509.

Ferrar., Libelli I, p. 549; *Romoald., SS. XIX, p.* 410, *falso loco. (Etiam quod Ann. Benevent. a.* 1080, *SS. III, p.* 181, *referunt ad hunc annum pertinere videtur).*
1) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 542 *sq.*
2) mense Febr., die XII. *huc translatum est ex columna pontificum (l.* 33*), ubi hoc legitur in Cron. S. Barth., supra p.* 217, *et in Chron. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 114.
3) *Cf. Bosonis Gesta Innocentii, Duchesne II, p.* 383.
4) *Conradus III. falso post hunc positus, et hic iterum infra p.* 263. *insertus.*

*MCXVIIII, [ind.] XII. Gelasius II. sedit ann. I. *p. 357. Amiat.

MCXX, [ind.] XIII. Calixtus II. sedit ann. V, men. X, di. XIII. 1119. Hic primum Viennensis archiepiscopus et ecclesie Romane legatus, postmodum apostolice sedis pontifex divina providentia subveniente factus, concordiam inter ecclesiam et imperium reformavit, 1122. pacem in Urbe constituit, ecclesiam beati Petri de manu laicali eripuit, quam thesauro et decoris hornamentorum[a] varietatibus honestavit. Civitates, castella, portus, lacus et alia multa beati Petri patrimonia longis retro distracta[b] temporibus recuperavit; Burdinum heresiarcham cepit; 1121. aquam ad Urbem adduxit[1]. Vixit autem pauperum nutritor, pius[c] viduarum et pupillorum defensor; spiritum Deo reddidit XVIIII. Kal. Ian. ab[d] 1124. Dec. 14. incarnatione ann. MCXXIIII.

MCXXV, [ind.] III. Honorius II. Laur. sedit ann. V, mens. I, dies XXVII[2]. Hic fuit vir litteratus ac predicator egregius, religionis amator. In iudicio iustus et in ecclesiasticis negociis pro indaganda veritate diligens inquisitor; spiritum Deo reddidit XVI. Kal. Marcii dominice incar- 1130. Febr. 14. nationis ann. MCXXVIIII, indictione[e] VII.

a) hormimentorum *c.* b) *sic Bas.;* districta *c.* c) *sic Bas.;* prius *c.* d) *emendavi;* XVIIII. kan̄. cl. incarn. *c.* e) indic̄ *c.*

1) *Cf. Petrus Guill. et Boso, Duchesne, Liber pont. II, p.* 323. 379. 2) XXVIII *Barth. et Venet. cum Basil. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 509.

Christiani Maguntini archiepiscopi; 1167. quorum alii mortui, alii capti sunt magna ex parte III. Kal. Iunii[1]. Maii 30. Eodem anno VIII.[2] Idus Aprilis de- 1168. Apr. 6. structum est Albanum a Romanis.

Conradus rex Romanorum — imperavit ann. XII — et rex Francorum 1147. cum magno exercitu ad expugnandum Saracenos perrexerunt; et flumen Tiberis[a] per segetes inundavit.

a) tiberī *c.*

1) *Potius* IIII. Kal. Iunii. *Haec etiam in Chron. Ursperg. p.* 355. *exscripta sunt.* 2) VI. Idus April. *(Apr.* 8*) habet Catal. Cenc., SS. XXIV, p.* 107, *et ex hoc Martin. Oppav. p.* 470; V. Idus April. *Notae Farf., SS. XI, p.* 590. *Sed* VIII. Idus *ex Cron. Tiburt. deperdita etiam Basil. et Hugonis Cont. Rom., SS. XXIV, p.* 98.

1130. MCXXX, [ind.] VIII. Innocentius,
qui et Gregorius diaconus[a] Sancti
Angeli, sedit annis XIII, men. VII,
1139. cf. Ven. di. VI; perrexit contra Rogerium Siculum, ducem Apulie, cum exercitu
Romanorum, sed cum suis captus est
ab eo apud Galoçum, preter quos[b]
Iul. 24. fuga cepit, mense Iulii XXIIII[1].

1139. cf. Selig., A. Cas. MCXXXII, [ind.] X. Innocentius[c]
papa facta plenaria synodo mediante
Apr. 2. [quadragesima[d]] condempnavit totam
partem Petri Leonis cum ordinatione
illius[2].

1142. MCXXXV, [ind.] XIII. Innocentius papa cum inmenso exercitu venit
obsidere Tiburtum mense Madii, die
Maii 3. III, sed post XL dies, mense Iunii[e],
Iun. 12. die XII, feria VI. fugatus est; capti
sunt autem multi ex magnatibus et
plebe Romanorum et interfecti sine
numero.

1145? Hic[f] Tiburtini et Guido cardinalis
cum capitaneis fugati sunt a Romanis
de Quintiliolo, et multi capti sunt
Iul. 7. et interfecti mense Iulii, die VII[3].

a) grego. diač *c.* b) *sic c. et Chron. Ursperg.;* cum quibus *Martin. falso corr.* c) *haec* (Innoc. — illius) *a latere prioris columnae scripta sunt.* d) *sic Bas., Seligenst., om. c.* e) iulii *c., sed* Iunii *emendandum esse adnotavit Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 350, *n.* 1, *cum praecedat* post XL dies, *et dies Iunii* 12. *a.* 1142. *feria sexta fuerit.* f) Hic — die VII. *in marg. prioris columnae scripta ad a.* 1134. *vel potius ad a.* 1135. *usque ad a.* 1139.

1) *Potius die Iul.* 22; *cf. Bernhardi, 'Jahrb. Konrad. III.' p.* 166 *sq. Sed* die XXIIII. *habet etiam Chron. Ursperg. Vide de hoc loco 'N. Archiv' XXVI, p.* 488 *sq.,* 511 *sq.* 2) *Cf. quod ad Cron. Basil. infra adnotavi.* 3) *G. Waitz haec in margine prioris columnae scripta ante praecedentem locum ad a.* 1134. *posuit; quae potius post praecedentem relationem de victoria Tiburtinorum collocanda esse patet ex Sicardi Cronica, supra p.* 164, *ubi:* Demum reversi Romani de Tyburtinis cum victoria triumpharunt. *Sed quo anno haec pugna commissa sit, non*

1147. Hoc anno obscuratus est sol VI.
Oct. 27. Kal. Novemb.[1]

1178. MCXXXIIII, [ind.] XII. Hoc anno
maior pars solis obscurata est per
Sept. 13. duas fere horas mense Septemb., feria
1179. IIII, mediante iam die, et concilium
celebratum est.

1) *Potius* VII. Kal. Nov. *(Oct.* 26*).*

*MCXLIII, [ind.] VI. Celestinus[a] *f. 121. 1143.
II, qui et Guido cardinalis[b] Sancti Marci, sedit men. V, diebus XIIII.

MCXLIIII, [ind.] VII. Lucius II, 1144.
qui et Girardus cardinalis Sancte Crucis[c] et cancelarius[d], sedit men. XI, di. V.

*MCXLV, [ind.] VIII. Eugenius III, 1145. *p. 358.
natione Pisanus, monachus[e] Clarevallis, abbas Sancti Anastasii, sedit ann. VIII, men. IIII, di. XX.

MCLIII, [ind.] I. Anastasius, na- 1153.
tione Romanus, episcopus Sabinensis, sedit annum I, men. IIII, di. XXV.

MCLIIII, [ind.] II. Adrianus IIII, 1154.
natione Anglicus, sedit ann. IIII, men. VIIII, diebus XXVIII; mense Decembris electus est die V. et fuit[f] *Dec. 5.*
in electione diebus XX eiusdem mensis[1]; et sic sedit ann. IIII. et in quinto anno pridie Kal. Septembris[2] obiit. 1159. *Aug. 31.*

Federicus imperavit annis XXXVII.

MCLVIIII, [ind.] VII. Alexander 1159.
III, natione Senensis, sedit ann. XXII.

MCLXXXI, [ind.] XIIII. Lucius, 1181.
natione Lucensis[g], sedit ann. IIII, men. II, di. XXIIII.

a) Constantinus *c.* b) sc̄i *(del.)* mardinalis (*statim corr.* cardinalis) sc̄i marci *c. (minime* Sancte Marie, *ut scripsit Waitz).* c) ✝ *c.* d) candelarius *c.* e) montis clare valt *c.* f) fuit̄ *c.* g) nat̄ Luc. *superscr.*

patet, cum nusquam alibi de ea, quod sciam, quidquam relatum reperiatur. Cum Guido cardinalis tunc a parte Tiburtinorum steterit, hoc altercantibus pontificibus Lucio II. atque Eugenio III. et Romanis gestum esse apparet, et primo anno Eugenii (1145) *hoc factum esse iure conicere mihi videor, cum Boso, Liber pont. ed. Duchesne II, p.* 387, *dixerit: (Romani Eugenio papae)* in cunctis adversabantur et fideles ecclesie infra Urbem et extra multis ac variis molestiis affligebant; civitates et castra beati Petri assiduis rapinis et gravibus guerris persequi non cessabant. *Anno* 1146. *enim iam permittente Eugenio Romani Tiburtinos oppresserunt.* 1) *Dicitur igitur die Dec.* 24. *vel* 25. *consecratus esse, quod nota bene contra Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *II, p.* 103. 2) *Potius die Sept.* 1.

1185. MCLXXXV, [ind.] III. Urbanus
III, natione Mediolanensis[a], sedit
ann. I, men. X, di. XXV.
1187. MCLXXXVII, [ind.] V. Gregorius
VIII. sedit men. I, di. XXVII.
1187. MCLXXXVIII, [ind.] VI. Clemens
III. sedit ann. III, men. III, di. VI
et fuit natione Romanus.
MCLXXXX, [ind.] VIII.

1191. MCLXXXXI, [ind.] VIIII. Celestinus[b], natione Romanus, diaconus cardinalis[c] Sancte Marie in Cosmidin[d], id est in scola[e] Greca, sedit an. VI,
1191. men. VIIII, di. XII. Huius primo anno pontificatus sui, cum nollet coronare Henricum regem imperatorem, nisi prius ei redderet Tusculanum, coactus tandem imperator desiderio nanciscende corone reddit
Apr. 13. Tusculanum[f] in vigilia nativitatis Domini[1]; papa itaque Tusculano[f]
(Apr. 15). accepto coronavit eum, Tusculanum tradens Romanis, qui eum[g] statim
1197. destruxerunt. Tandem VI. mense septimi anni pontificatus[h] Celestini
Sept. 28. in vigilia sancti Michaelis mortuus est[2].
1198. MCLXXXXVIII, [ind.] I. Innocentius III, natione Campanus, sedit ann. XVIII, men. IIII, di. XXIII.
f. 121'. *MCCI, [ind.] IIII. Honorius III, natione Romanus[3].
MCCVIII, [ind.] XI.

1216. MCCXVI, [ind.] IIII. Hic obiit
Iul. 16. Innocentius XVIII.[4] Kal. Aug.

1187. Saladinus cum Saracenis cepit terram[a] Christianorum.

1191. Henricus imperator Romanorum coronatus est[b].
Hoc anno destructum est Tusculanum.
1197. Imperator Henricus mortuus fuit in Sicilia et sepultus Panormi[1]; et vacavit imperium ann. XI.

Otto filius Henrici ducis Saxonie
1210. imperavit nunc. Hic obsedit Viter-
1209. bium et fuit coronatus a papa Inno-
Oct. 5. centio V. die intrante Octubris[2].

a) nat Med. *superscr.* b) Cselestinus *c.* c) diac cardi *c.* d) cosmidi *c.* e) in *add. c.* f) tuscul' *c.* g) *sic c. et Bas.* h) pontificat *c.*

1) pasce *pro* nativitatis Domini *recte habet Basil.* 2) *Scil. Heinricus VI. imperator.* 3) *Perperam ad hunc annum hic adscriptus est, qui infra ad a.* 1217. *recurrit.* 4) *Potius* XVII. *Nam* XVIII. Kal. Aug. *kalendarium non habet.*

a) tra *c.* b) h (hoc) *add. c.*

1) *Haec* (in Sic. et sep. Pan.) *post l.* 28. *prioris columnae scribenda erant ut in Basil.* 2) *Potius die Oct.* 4. *Viterbium demum a.* 1210. *Sept. obsedit.*

MCCXVII, [ind.] V. Honorius, 1216. natus Rome, sedit an. X, mensibus VIIII, diebus tribus.

MCCXXI, [ind.] VIIII.

MCCXXVI, [ind.] XIIII. Gregorius 1227. VIIII, natus Campanie ex civitate Annanie, sedit.

MCCXLII, [ind.] XV.

Hic Fredericus coronatus fuit mense Novembris in festo sancte Cecilie ann. 1220. *Nov. 22.* Domini MCCXXI. in basilica beati Petri apostoli.

CRONICA APOSTOLICORUM ET IMPERATORUM BASILEENSIA.

Nemo miretur, quod inter scriptores Italicos hic libellus auctoris Basileensis editus sit. Germanus quidem et in diocesi Basileensi natus fuisse videtur auctor, qui de episcopis Germaniae ab Alexandro III. et Innocentio III. pontificibus depositis referat, inter quos duos dicit episcopos Basileenses; cuius librum unicus qui continet codex manu scriptus semper fere Basileae servatus esse videatur. Sed auctorem Romae scripsisse, clericum curiae Romanae quodam munere functum fuisse apud me constat. Hoc enim ut censeam, iam eo adducor, quod Cronica eius cum opusculo quodam, quod iure Ordinem Romanum dicere potes, cuius similia in usum curiae Romanae conscribebantur, in unum librum coniuncta sint.

Codex enim bibliothecae publicae B a s i l e e n s i s *signatus D IV.* 4 *(olim E III.* 5*), membranaceus in* 4^{0} [1], *continet f.* 1′—2′. *librum generationum brevissimum ante medium saec. XIII. scriptum* [2]. *Folio tertio exciso sequuntur f.* 4. *haec Cronica, quorum quaternio foliorum* 4—11. *alia manu ante medium saec. XIII, reliqua Cronicorum f.* 12—20^{b}. *et sequentia ad f.* 38′. *usque tertia manu eiusdem temporis scripta sunt. Cronicis minio praescriptum est:* Incipiunt cronica apostolicorum et imperatorum. Cardinales etiam, patriarche, archiepiscopi et episcopi sunt hic postea scripti. *Quo praescripto Cronicis quodammodo coniunguntur omnia quae ad f.* 38′. *usque leguntur. Cronica a Christo ad annum* 1215. *folia* 4^{a}—17^{c}. *in duas columnas divisa occupat. Sequitur vero, maiore parte columnae* 17^{c}. *vacante, f.* 17^{d}—20^{b}. *historia imperatorum ab Octaviano ad Constantinum Magnum. Auctor enim priore parte Cronicorum ad Silvestrum I. usque solas pontificum Romanorum res gestas tractavit, historiam imperatorum separatam altera parte narraturus, sed consilio mutato inde a Constantino Magno res pontificum et imperatorum promiscuas retulit.*

Tribus versibus post historiam imperatorum vacantibus f. 20^{b}. *incipit libellus ille Romanus, nullo titulo praescripto, his verbis:* Quinque patriarchales ecclesie sunt Rome [3].

1) *In tegumento antico scriptum est* Basilea *manu saec. XV—XVI. et* Ex libris Bibliothecae Haedionis Basiliensis 1559. *manu saec. XVI. (De Casparo Hedione* [† 1552] *vide 'Real-encyclopädie für protest. Theologie u. Kirche' ed.* 3. *VII, p.* 515 *sqq.). In folii primi, non numerati pagina versa manu saec. XIV—XV. scriptus est index eorum quae liber contineat.* 2) Adam genuit Seth — Sexta *(etas)*, que nunc est, nulla serie generationum continetur. *Posteriore manu his subscriptum est:* A tempore beati Petri usque ad Innocentium quartum fuerunt CLXXXVII pape, imperatores LXXVI. *Quod inter annos* 1243. *et* 1254. *scriptum esse patet.* 3) *Sequitur f.* 20^{c}. *minio scriptum:* Card' Sancti Petri. Cardinales Sancti Pauli. Cardinales Sancte Marie Maioris. Cardinales Sancti Laurentii extra muros. *F.* 20^{d}. Cardinales diaconi *etc.* Patriarche sunt IIII^or *etc.*

Cuius libelli lemmata nonnulla codice Basileensi descripto[1] *G. H. Pertz b. m. edidit 'Archiv' VII, p.* 626—628[2]. *Extremum caput prioris partis huius libelli est f.* 27: Ordo stationum que sunt Rome a sexagesima usque ad octavam pasche, *quod clauditur f.* 31^b. *his verbis:* In festo sancti Andree dominus papa cum omnibus scolis facit vesperas et vigilias ad Sanctum Andream. Matutinum ad fratrem eius, scilicet ad altare sancti Petri. Mane cantatur missa super altare sancti Andree. *His minio subscriptum:*

Expliciunt Cronica,

in quibus continentur omnes pape et imperatores sive reges a tempore Christi usque ad tempus Gregorii pape[3], qui successit Honorio, et usque ad tempus Friderici imperatoris[4], qui successit in imperio Henrico imperatori, patri suo, qui fuit filius Friderici imperatoris.

Expliciunt etiam stationes, que fiunt Rome, maiores et minores.

Explicit etiam ordo, qualiter eligendus et consecrandus sit papa. Et qualiter examinandus et consecrandus sit episcopus.

Incipit provincialis, qui continet papatum et omnes episcopos sub ipso constitutos et patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, imperatores, reges de tota Christianitate, duces, marchiones, palatinos et lantgravios.

Qui libellus provincialis desinit f. 38'. *Reliqua pars codicis* 84 *foliorum cum praecedente libro postea demum uno volumine comprehensa est.*

Quamvis igitur appareat illa supra edita non ab auctore, sed a librario subscripta esse, tamen patet hunc Cronica et Ordinem Romanum in libro, quem in exemplar descripsit, ita coniuncta invenisse, ut unius libri apographon se fecisse crederet. Neque dubitari potest, quin uterque libellus ab eodem auctore compositus sit. Conicio igitur clericum Basileensem in patriam reversum haec opuscula sua secum detulisse aut amico Basileensi transmisisse, in hac diocesi ea in exemplar, quod exstat, descripta esse.

Cronica in codice Basileensi eleganter quidem, sed mendosius scripta sunt[5]; *sententiae signis bene distinctae. Numeros annorum librarius singulis paginis perscriptis in margine adscripsit, quos in columnis* 14^d—15^c. *neglegentia omisit.*

Romae, non Basileae, auctorem scripsisse censebis, qui retulerit, quid Innocentius III. papa de veronica in hospitali S. Spiritus Romano monstranda instituerit, qui sub Sergio I. exposuerit, quid divini officii die festo exaltationis sanctae crucis Romae agatur. Demum profecto Romae auctorem scripsisse apparet, qui solos libros Italicos, praesertim Romae

1) *Brevius de eo relatum est 'Archiv' IV, p.* 300. 2) *Quibus alia addo sperans fore, ut his lectis aliquis adducatur, ut hunc libellum edat. F.* 22^c. Quomodo quique *(e corr.)* procedat in corona *(sic et in Cronicis infra p.* 294, *l.* 31. *pro* coronatione*)* domini pape. *F.* 22^d. Quomodo cardinales sedeant in mensa: 'Dato presbiterio dominus papa' *etc. F.* 26^c. Hee sunt festivitates, in quibus dominus papa debet coronari: In festo sanctorum IIII[or] Coronatorum. In festo sancti Martini, ubi dicitur titulus Equitii. In festo sancti Clementis. In dominica de adventu. Dominica ad Ierusalem. In dominica de *Gaudete.* In nativitate Domini. In festo sancti Stephani. In epiphania Domini. In dominica *Letare Ierusalem.* In pasca. In feria II^a ad Sanctum Petrum. In dominica *Ego sum pastor bo[nus].* In ascensione. In pentecoste. In festo sancti Petri. In aniversario promotionis sue. In festo sancti Silvestri. 3) *Re vera desinunt Cronica iam rebus gestis Innocentii III. narratis, Honorii III. nondum mentione facta. Patet igitur librarium haec tempore Gregorii IX. papae (*1227—1241*) scripsisse.* 4) ïparis *c. De Friderico rege, nondum imperatore, in Cronicis relatum est.* 5) *F.* 4—13^a. *litterae initiales omnes nigro atramento, inde ad f.* 20^b. *usque omnes fere minio scriptae. Per totum libellum multae litterae minio illuminatae.*

compositos, nullum Germanicum adhibuerit. Ac quidem longe maximam partem Cronicorum exscripsit ex Cronica Tiburtina deperdita, quam continuatam usque ad annum 1208. *hic auctor et Martinus Oppaviensis habuerunt, ut exposui 'N. Archiv' XXVI, p.* 484—547. *Sed auctor Basileensis etiam libros in Cronica Tiburtina exscriptos ipse adhibuit, Librum videlicet pontificalem tertiae recensionis et Pauli Historiam Romanam et, ut iam cogor, ut admittam, etiam Bonizonis Decreti librum quartum* [1]. *Iis quae ex his libris excerpsit haud pauca inseruit ex Chronico dicto Gilberti et libello qui inscribitur Mirabilia mundi* [2] *desumpta. Tum vero exploravi* [3] *eum habuisse libellum Romae tempore Anacleti II. et Innocentii II. pontificum scismaticorum conscriptum ab auctore utrique pontifici adversato, ut ex loco longiore, quem scriptor Basileensis de lite horum pontificum praebet, apparet. Ex hoc libello profectos esse conicio locos quosdam, quibus de rebus Romanis potissimum refertur, Cronicorum Basileensium, qui cum Catalogo pontificum et imperatorum Cenciano conveniunt* [4] *aliaque pauca Romana. Conicio haec omnia adscripta fuisse catalogo cuidam pontificum Romanorum neutiquam propinquo catalogo pontificum et imperatorum Italico, cuius exemplaria multa habemus* [5], *cum perceperim nonnullos numeros annorum vel mensium regiminis pontificum, quos Cronica Tiburtina habuit* [6], *a scriptore Basileensi miro modo mutatos esse.*

Schema illud chronologicum, quo Cronica Tiburtina deperdita et iam Cronica S. Laurentii Romana [7] *et iam antea catalogus Italicus conscripti erant, sublatum est in his Cronicis, historia pontificum et imperatorum promiscue tractata, at numeri annorum incarnationis, quos Cronica Tiburtina habuit, in his Cronicis solis servati sunt, in Cronica Tiburtina supra edita fere omnes corrupti* [8]. *In Cronica deperdita quisque primo obtutu perspicere potuit, qui pontifices et imperatores eodem tempore vixerint, quod ut fieri posset tabula illa catalogi et Cronicarum instituta est. Qua sublata auctor Basileensis semper fere Cronicam Tiburtinam deperditam, raro Chronicon Gilberti, qui idem adnotaverat, vel Librum pontificalem secutus adnotavit, quorum imperatorum tempore pontifices sederint, vel quorum paparum tempore imperatores regnaverint, ut recuperaret quodammodo quod illo schemate indicabatur.*

Cronica sua auctor Basileensis ad a. 1215. *produxit, sed brevi tempore post hunc annum ea conscripsit, cum Gilberti Chronicon primae recensionis, quod ad a.* 1216. *pervenit, exscripserit. Sed cum ille extremis verbis dixerit Ottonem imperatorem fugisse, illum mortuum esse nondum audivisse eum patet. Unde perspicis eum inter annos* 1216. *et* 1218. *librum suum composuisse, qui nescio an Gilberti dicti notus ac socius in curia Romana fuerit.*

Olim, ut mihi praeceptum erat, in Scriptorum tomo XXIV, p. 142—149. *horum Cronicorum partem inde a Karolo Magno edidi, usus apographo codicis Basileensis vitioso, quod iussu Georgii H. Pertz b. m. Ernestus Ehrenfeuchter b. m. fecerat. Cum*

1) *Quod quidem 'N. Archiv' XXVI, p.* 532. *negavi, sed commentatione mox edenda probabile esse demonstrabo vel iam iis, quae locis nonnullis horum Cronicorum adnotavi, demonstravi.* 2) *Huius libelli habuit codicem similem Vaticano nr.* 3973, *qui continet capita in editionibus huius libelli non in lucem data, ex quorum uno auctor Basileensis quaedam excerpsit. Similem codicem Mirabilium Albinus cardinalis et ex eius collectione Cencius in Libro censuum, ed. P. Fabre p.* 262—273, *et Albertus Milioli in Libro de temporibus Regino (infra) exscripserunt.* 3) *'N. Archiv' XXVI, p.* 502. 4) *Cf. ibid. p.* 517—519. 5) *Cf. supra p.* 190. *et* 226. 6) *Saepe hic auctor numeros dierum regiminis pontificum omisit, retinens tantummodo numeros annorum et mensium, quos Cronica Tiburtina deperdita praebuit. At Basileensis retinuit plerumque spatia vacationis sedis apostolicae in Cronica Tiburtina deperdita tradita, quae in Cronica Tiburtina supra edita fere omnia omissa sunt.* 7) *De qua vide supra p.* 190 *sq.* 226 *sq.* 8) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 503 *sq.*

vero perspexissem Cronicae Tiburtinae deperditae partem plurimam in hoc libello descriptam esse, eum integrum edere fas duxi, codicis Basileensis foliis 4^{a}—13^{b}. *ab Ottone Cartellieri socio descriptis in exemplar, quod cum reliqua parte Cronicorum codice collato emendavi, folia* 17^{d}—20^{b}. *ipse describens.*

Ad locos horum Cronicorum ex catalogo pontificum et imperatorum Cronicae S. Laurentii vel ex alio exemplari quodam catalogi Italici in Cronicam Tiburtinam profectos adnotavi in margine Laur. *vel catalogi exemplar quoddam, ad alia reliquos auctores, ut supra p.* 228. *in prolegomenis Cronicae Tiburtinae exposui. Longioribus locis Cronicae Tiburtinae deperditae non ex libris qui exstant descriptis, qui et in Cronica Tiburtina supra edita leguntur, adscripsi* cf. Tib.

Berolini Nonis Ianuar. a. 1902.

O. HOLDER-EGGER.

INCIPIUNT CRONICA APOSTOLICORUM ET IMPERATORUM. *f. 4a.*

II. Dominus noster Iesus Christus primus et summus pontifex[a] sedit in hoc mundo annis XXXIII[b] *Gilb.* et mensibus tribus, iuxta illud: *Iesus incipiens quasi XXX annorum,* id est tricesimum annum inceperat, XIII^{cim}[c] tantum diebus eiusdem anni peractis, quia eodem [die[d]] revoluto anno convertit aquam in vinum. Et in sequenti pasca incarceratus est Iohannes et in alio decollatus. Et in tercio pasca, id est tricesimi[e] tercii anni, passus est Dominus. Et ita vixit[f] XXXIII^{bus}[g] annis integris et de tricesimo tercio quantum fluxit temporis a natali usque pascha, quod pro dimidio anno conputatur.

XIII. Anno vero XLII. imperii Octaviani Augusti natus est Iesus Christus filius Dei in *Laur.* Betlehem Iude ex[h] Maria virgine, completis ab Adam annis V^{que} milibus CXCIX, a constructione vero Romane civitatis DCCXXXIIII, ut ait Ysidorus. *cf. Tib.*

Tercio anno ab incarnatione Domini Innocentes occisi sunt. *cf. ib.*

Quinto anno Herodes mortuus est.

XVI. Iudeorum regnum in quatuor partes dividitur.

XXVI. Pilatus preses in Iudea factus est.

XXIX. Iohannes cepit predicare baptismum penitentie.

XXXII. Iohannes decollatus est.

XXXIIII. In hoc anno passus est Dominus. Eodem anno de Saulo efficitur Paulus. *cf. Laur.*

XXXIX. Hoc anno adeptus est Petrus apostolus cathedram Antiocenam.

XL. Marcus ewangelium scripsit[1]. Fames valida fuit eodem anno[2].

XLVI. Petrus apostolus, filius Iohannis, provincie Galilee, frater Andree, vico Bethsaida, primum *Laur., L. pont.* *sedit in cathedra episcopatus in Antiochia annis VII. Hic Petrus ingressus est urbem Romam **f. 4b.* sub Tiberio Cesare ibique sedit cathedram episcopatus annis XXV, mensibus VII, diebus VIII. *Laur. et Gilb.* Fuit autem temporibus Tiberii Cesaris et Gaii, Claudii et Neronis*. Hic scripsit duas epistolas, que *L. pont.* canonice[3] nominantur, et ewangelium Marci. Qui eius auditor fuit et filius de baptismo. Hic cum Paulo martirio coronatur post passionem Domini anno XXXVIII°. Qui sepultus est via Aurelia in templo Apollinis, iuxta locum, ubi crucifixus est, iuxta palatium Neronis, in Vaticano, iuxta territorium triumphale. Hic fecit ordinationes III[4] mense Septembri, episcopos VI, presbiteros X, diaconos VII.

*) *In marg.:* Inperatores Tiberius, Gaius, Claudius, Nero.

a) *l.* 14—19. *adscripti sunt inter ipsa verba (ut* pon- III. tifex . . . quia VI. eodem . . . pascha XII. quod*) annorum numeri* III—XII. *in cod.* b) XXXII *Gilb.* c) diebus *iam hoc loco add. c.* d) die *om. c.* e) vicesimi *c.* f) iuste *c.* g) XXXII *Gilb.* h) *l.* 20. 21. *adscripti sunt inter verba annorum numeri* XIIII. XV.

1) *Cf. Isidori Chron. minora* 165. 2) *Cf. Bedae Chron. maiora* 284. 285. 3) *Nota hanc lectionem, quam multi codices Libri pont. habent, cum in Tiburt.* catholice *cum Libri pont. editione Mommseniana legatur, ut et Cron. S. Barthol. habet, quod igitur fuit in Cron. Tiburt. deperdita. Patet igitur auctorem hoc loco ipsum Librum pont. exscripsisse.* 4) *Cf. supra p.* 193, *n.* 1.

Laur., L. pont. Anno LXXI.[a] Linus, natione Ytalus, regione Tuscie, patre Herculano[b, 1], sedit annis XI, mensibus tribus, diebus XIII. Hic ex precepto Petri [constituit[c]], ut mulier velato capite in ecclesiam introiret[d, 2]. Martirio coronatur. Sepultus est iuxta corpus beati Petri in Vaticano VIII. Kal. Octobris; *Gilb., Laur.* tempore Vespasiani, tempore etiam Sabbe[e] imperatoris*.

Laur. Anno LXXXII. Cletus annis XI, mense I, diebus XI. Hic Romanus genere, de regione *L. pont.* Vico-patricii[f], patre Emiliano. Martirio coronatur. Hic ex precepto Petri XXV presbiteros ordinavit *Gilb., Laur.* in urbe Roma. Qui etiam sepultus est in Vaticano iuxta corpus beati Petri VI° Kal. Maii; tempore Titi et Domiciani**. Cessavit episcopatus diebus XX.

f. 4c. Laur.* *Anno XCIII. Clemens, natione Romanus, in regione de Celio monte, patre Faustino, sedit *L. pont.* annis IX, mensibus duobus, diebus X. Hic dum multos libros Christiane religionis scripsisset, martirio coronatur. Hic fecit VII regiones dividi notariis, qui gesta martirum per regionem suam diligenter *Gilb.* perquireret unusquisque per regionem suam. Hic Clemens, quamvis a Petro esset electus, tamen[g] coegit Linum et Cletum ante se pontificare[h], et ita est primus post Petrum per electionem, tercius *Laur.* vero per gradum; tempore Domiciani imperatoris*.

Isid. II. Anno XCVIII. Iohannes Epheso rediit[3].

Ven. Anno C. tercia persecutio[4].

Laur. Anno CII.[i] Anacletus; hic Grecus genere, de Athenis, patre Antiocho[k], sedit annis IX, *L. pont.* mensibus II, dies X. Hic memoriam beati Petri construxit seu alia loca, ut episcopi redderentur *Hier.* sepulture. Sepultus est iuxta corpus beati Petri III. Idus Iulii. Huius tempore Simon filius Cleophe[l], qui Iherosolimis[m] episcopatum tenebat, crucifigitur. Cui succedit Iustus; post quem in episcopatu in eodem loco succedit[n] Zacheus, deinde Tobias, Beniamin, Iohannes, Mathias, postea Philippus, postea Seneca, post quem Iustus, succedit Lewi. Hii omnes usque ad eversionem, quam *Laur.* ab Adriano perpessa est Ierusalem, et circumcisionem episcopi prefuerunt. Iste fuit contemporaneus Traiani imperatoris†.

**f. 4d. ib.* *Anno CXI. Euaristus, natione Grecus, ex patre Iudeo nomine Iuda, de civitate Bethlehem, *L. pont.* sedit annis X, mensibus VI[5], diebus II. Hic titulos in urbe Roma divisit presbiteris et VII diaconos ordinavit[6], qui custodirent episcopum predicantem propter stilum veritatis. Martirio coronatur. Sepultus *Gilb., Laur.* est iuxta beatum[o] Petrum VI° Kal. Novembr. Tempore Traiani imperatoris††.

Cenc. — Isid. II. Quarta persecutio[7]. Aquila interpres habetur.

Laur. Anno CXIX.[8] Alexander [I.[p]]; hic Romanus genere, patre Alexandro, de regione Caput- *L. pont.* tauri, sedit annis VIII, mensibus V, d. II. Hic passionem Domini miscuit in predicatione sacerdotum, *Gilb.* quando misse celebrantur. Et constituit aquam aspersionis cum sale benedici. Constituit etiam *Laur.* in missa, in canone[9]: *Qui pridie quam pateretur.* Contemporaneus Adriani imperatoris†††.

ib. Anno CXXIX. Xixtus, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via-lata, sedit annis X, *L. pont.* mensibus III, diebus XXI. Hic constituit, ut ministeria sacrata non tangerentur nisi a ministris. Constituit etiam, ut quicumque episcoporum vocatus fuisset ad apostolicam sedem, et rediens ad parrochiam

*) *In marg.:* Imperator Vespasianus, Sabba.
**) *In marg.:* Imperator Titus, Domicianus.
***) *In marg.:* Idem imperator Domicianus.
†) *In marg.:* Traianus imperator.
††) *In marg.:* Idem Traganus imperator.
†††) *In marg.:* Adrianus imperator.

a) Anno LXXI. *minio in textu, nigro atram. in marg. scr.* b) hculatio *c.* c) const. *om. c.* d) iret *corr. eadem manu* introiret *c.* e) *sic c. pro* Galbe. f) patcii *c.* g) tm̄ *radendo corr.* tn̄ *c.* h) *sic c.* i) *sic in marg., praecedit in textu minio scr.:* Anno XCVIII. k) antochio *c.* l) eleophe *c.* m) iherosolomis *c.* n) succedet *c.* o) beatm̄ (?) *radendo corr.* beatı (!) *c.* p) *numerus superscr.*

1) *Nomen catalogi Italici* (Esculano) *e Libro pont. correctum est ab hoc auctore.* 2) *Auctor hoc etiam loco sequitur Librum pont., non Cronicam Tiburt. deperditam, cum in Tiburt. hoc ex Catalogo Casinensi exscriptum sit.* 3) *Cf. Cencius, 'Archiv' XII, p.* 61. 4) *Hoc Venet. ad a.* 102. 5) VII *Tiburt. cum Libro pont. Cf. supra p.* 230, *n.* 1. 6) *Nota hanc lectionem Libri pont. non convenire cum Cron. S. Barthol., quae lectionem codicis E* 6 *Libri pont. habet.* 7) *Venet. hoc demum ad a.* 142. 8) CXX. *Ceccan. cum Tiburt., sed* CXXI. *Barth. et reliqui catalogi.* 9) in canone *habet Bonizo IV,* 66.

suam non susciperetur nisi cum litteris patriarche salutationis[a]. Et *Sanctus, sanctus, sanctus* in missa constituit. Sepultus est in Vaticano iuxta corpus beati Petri apostoli. Tempore Adriani*.

*Anno CXXXIX. Thelesphorus, natione Grecus et[b] anachorita; patrem non legi; sedit annis XI, mensibus tribus, diebus XXII. Cessavit diebus VII. Hic clericorum composuit et distribuit gradus[1]. Constituit etiam ieiunium VII ebdomadarum ante pasca et in natali Domini noctu missas celebrari[2] et *Gloria in excelsis Deo* decantari ad missas sollempnes. Omni vero tempore ante hore tercie cursum nullus presumat missas celebrare, qua hora Dominus noster ascendit in celum. Et instituit, ut ante sacrificium ymnus angelicus caneretur. Martirio coronatur. Tempore cuius Marcus Ierosolimis constitutus episcopus, post quem Cassianus, deinde Publius, Maximus, post Iulianus, Gaius, Simachus[c], Iulianus, Capito, Antoninus, Valens, Dulcianus, Narcissus. Tot et tantis apud Ierosolimam constitutis episcopis distinguere[d] tempora. Contemporaneus fuit Antonii Pii imperatoris**. Huius temporibus Valentinus et Marcion heretici cognoscuntur.

Anno CL.[e] Eginus, natione Grecus, patre philosopho[3], sedit annis IIII, mensibus III, diebus VI. Hic clerum composuit et gradus distribuit. Tempore eiusdem Antonii***.

Anno CLIIII. Anacletus[f] [II.], natione Sirus, ex patre Iohanne, ex vico Humissá[4], sedit annis VIIII. Hic constituit, ut clericus comam non nutriret, secundum apostolicum preceptum, sed in modum sperule[5] desuper capud raderet[g]. Martirio coronatur. Sepultus est in cimiterio Calixti XV. Kal. Martii[h]. Iste fuit tempore Antonii imperatoris, qui regnavit annis XXII†.

*Anno CLXIII. Pius, natione Ithalus de civitate Acquileia, ex patre Rufino, sedit annis XI, mensibus IIII, diebus XXI. Cessavit episcopatus diebus XIIII. Sub eius episcopatu Hermes librum scripsit, in quo continetur mandatum angeli, ut resurrectio dominica non celebretur nisi in dominico die. Hic constituit hereticum venientem ex Iudeorum heresi suscipi et baptizari. Iste contemporaneus fuit Marci Antonii Severi imperatoris††.

Anno CLXXV.[6] Sother [I.[i]], natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, sedit annis VIIII, mensibus III, diebus XXII[7]. Hic constituit, ut nulla monacha pallam altaris sacratam contingeret nec incensum in sancta ecclesia poneret, et ut monacha velum portaret. Sepultus est in cimiterio Calixti via Apia X° Kal. Maii. Tempore eiusdem Marci†††.

Anno CLXXXIIII° Eleutherius[k], natione Grecus, ex patre Abundio, de opido Nicapoli[l], sedit annis XV, mensibus VI, diebus V. Hic accepit epistolam a Lucio rege Britannie, ut Christianus per eius mandatum efficeretur[8]. Et hic iterum firmavit, ut nulla esca a Christianis repudiaretur maxime fidelibus, que tamen rationabilis esset et humana. Sepultus est in Vaticano iuxta corpus beati Petri VIII. Kal. Iunii. Fecit Lucium regem Britannie Christianum. Contemporaneus fuit Commodi imperatoris*†.

*) *In marg.:* Imperator Adrianus regnavit annis XXI.
**) *In marg.:* Antonius Pius imperator annis XXII regnavit.
***) *In marg.:* Idem Antonius imperator.
†) *In marg.:* Idem Antonius imperator.
††) *In marg.:* Marcus Antonius imperator annis XIX.
†††) *In marg.:* Marcus idem imperator regnavit annis XIX.
*†) *In marg.:* Commodus imperator XIII annis regnavit.

a) saluatoris *c.* b) *sic et Tib. pro* ex. c) Simach *sequentibus duabus litteris erasis c.* d) distingue|| *c.* e) XL. *corr.* CL. *c.* f) *lege* Anicetus; *numerus superscr.* g) rade't *c.* h) martis *c.* i) *numeri ordinales omnes superscr.* k) Eleuterius *corr.* Eleutherius *c.* l) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 232, *n.* 3. 2) *Verba* missas cel. *sola ex Gilberti Chron.* 3) *Ex Libro pont. hic auctor mutavit textum Cronicae Tiburt. deperditae.* 4) *In Cron. Tiburt. deperdita hoc nomen loci correctum erat ex Libro pont., quod corruptum erat in Laur. et in catalogo Italico* (Nurna, Mirra, Myrra, Mina). 5) sperule *pro* spere, *ut Tiburt. habet, e Gilberti Chronico transsumpsit.* 6) *Sic Hugo, Amiat., Cenc., sed ad a. CLXXIIII. Barth., Venet., Ceccan.* 7) XXI *Barth. et alii catalogi cum Tiburt.;* XXII *etiam Venet., quia ibi et hoc loco omissum est* XXI, et cessavit d. 8) *Restituta est ab hoc auctore lectio Libri pont., cum Cron. Tiburt. deperdita cum Barth. et Tiburt.* fieret *habuerit, ut et Martin. Oppav. p.* 412. *ex illa Cronica habet.*

Anno CXCIX° Victor [I.], natione Affer, patre Felice, sedit annis X, mensibus II, diebus X. *Et cessavit diebus XII. Hic constituit in dominico die sanctum pasca celebrari. Hic ad sacerdotum interrogatione[a] accersito episcopo Alexandrie nomine Theophilo, facta congregatione constituit, ut a quarta decima luna primi mensis usque ad vicesimam primam dominica die custodiatur sanctum pasca. Iste fuit tempore Helii imperatoris*.

Anno CCIX.[1] Zepherius[b] sedit annis IX, mensibus VI, diebus X; et cessavit diebus VI. Hic Romanus genere, patre Habundio. Constituit, ut in presentia omnium tam clericorum quam laicorum sacri ordines celebrarentur, et fecit constitutum de ecclesia consecranda, nec non et patenas vitreas prohibuit[2]. Tempore Antonii Garacalle**.

Anno CCXVIII. Calixtus, natione Romanus, ex patre[c] Domitio, sedit annis V, mensibus II, d. II[3]; et cessavit diebus VI. Constituit ieiunium die sabbati[d] in anno fieri frumenti, vini et olei secundum prophetam quarti, septimi et decimi. Hic fecit basilicam trans Tiberim. Iste fuit contemporaneus Macrini et Antonini imperatorum[e]***.

Anno CCXXIII. Urbanus, natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit annis IX[4], mensibus XI, diebus XII. Hic fecit vasa[5] sacrata altaris omnia argentea et multos convertit ad baptismum, etiam Valerianum nobilissimum virum, sancte Cecilie sponsum, eosque usque ad martirii palmam perduxit. Iste fuit tempore Alexandri Mame imperatoris†.

*Anno CCXXXII.[6] Pontianus, natione Romanus, ex patre Calphurnio, portatus est in exilium in insula Sardinia[f], in illa que dicitur Bucina. Sedit annis V, mensibus II, d. II. Martirio coronatur. Contemporaneus etiam Alexandri imperatoris eiusdem††.

Anno CCXXXVII. Antheros, natione Grecus, ex patre Romulo, sedit mense I, diebus XV. Gesta martirum diligenter a notariis exquisivit et in ecclesia recondidit per quendam Maximum presbiterum. Et constituit, ut in altari scripta manerent, et sic gesta martirum in integro colligerentur[7]. Constituit insuper, ut episcopi de loco ad locum possent transferri. Huius[g] contemporaneus Maximianus imperator.

Anno CCXXXVIII. Fabianus, natione Romanus, ex patre Fabio, sedit annis XIIII, mensibus XI, diebus XI. Cessavit diebus VII. Hic divisit regiones diaconibus et fecit VII subdiaconos, qui VII notariis preminerent et gesta martirum in integrum colligerent. Hic constituit, ut omni anno crisma ab episcopo in cena Domini consecretur. Martirio coronatur IX.[8] Kal. Februar. Sepultus est in cimiterio Calixti via Apia. Hic testimonio spiritus sancti in specie columbe super caput eius descendentis Romanus episcopus ordinatur. Iste[h] fuit tempore Gordiani et Philippi imperatorum.

Anno CCLII. Septima persecutio.

Anno CCLII. Cornelius, natione Romanus, ex patre Castino, sedit annis II[9]. Hic Centum-cellis exul suscepit epistolam sue confirmationis[10]. Hic rogatus a quadam matrona nomine *Lucina corpora apostolorum Petri et Pauli de cathacumbis levavit noctu. Primum quidem corpus beati Pauli beata Lucina posuit in predio suo via Hostiensi, ad latus ubi decollatus est. Beati vero apostoli Petri corpus accepit beatus Cornelius episcopus et posuit iuxta locum, ubi crucifixus, inter[i] corpora sanctorum episcoporum in templo Apollinis, in monte Aurio[k], in Vaticano palatii Neroniani. Hic[l] fuit tempore Decii imperatoris.

*) *In marg.:* Helius imperator regnavit ann. XVIII.
**) *In marg.:* Antonius Garacalla VII ann. regnavit.
***) *In marg.:* Macrinus imperator regnavit an. I. Antonius[m] III[bus] imperator.
†) *In marg.:* Alexander imperator XIII ann. regnavit.
††) *In marg.:* Idem Alexander.

a) *sic et Tib.* (a sac. interr.). b) *sic c.* c) parte *c.* d) *supple* ter. e) imperator. *c.* f) sardia *c.* g) Huius — imperator *in marg.* h) Iste — imperatorum *in marg.* i) It *c.* k) *sic c.* l) Hic — imperatoris *in marg.* m) *supple* annis.

1) *Cf. supra p.* 196, *n.* 2. 2) *Ut verba obscura, quae Cron. S. Barthol. p.* 196. *exhibet, Cronicae Tiburt. deperditae poliret, auctor falsa addidit. In Cron. Tiburt. p.* 233. *haec breviata vel omissa sunt.* 3) *Cf. supra p.* 233, *n.* 2. 4) VIII *reliqui catalogi cum Tiburt.; sed Barth. ut Basil.* 5) vasa *et* altaris *Gilbertum secutus auctor scripsit, cum Cron. Tiburt. deperdita* ministeria *habuerit.* 6) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Ceccan.* 7) ut gestas martyrum in integro fideliter colligerent *legitur in Libri pont. Vita Fabiani sequentis, sub quo haec iterum in his Cronicis exscripta sunt.* 8) XIIII. *Cron. S. Barthol. cum Libro pont.* 9) *Numerus mutatus fortasse e Libro pont.* 10) *Quae in Cron. Tiburt. sequebantur vide infra p.* 273, *l.* 1.

Anno CCLIIII. Novatus hereticus habetur, a beato Cypriano incarceratur[1]. *Isid. II. L. pont.*

Anno CCLIIII.[2] Lutius, natione Romanus, ex patre Porphirio[a], sedit annis III, men. III, *Laur.* diebus III. Hic constituit, ut duo presbiteri et tres diaconi episcopum non deserant propter eccle- *L. pont.* siasticum testimonium. Hic dedit Stephano archidiacono suo potestatem omnis ecclesie, dum ad passionem pergeret. A Valeriano capite truncatus est. Hic fuit tempore Pauli[3] et Volusiani im- *Gilb., Laur.* peratorum et Valeriani imperatoris.

Anno CCLVII. Stephanus, natione Romanus, ex patre Iobio, sedit annis IIII, men. III, d. III[4]. *L. pont. et Laur.* Cessavit dies XXII[5]. Hic constituit sacerdotibus et levitis sacratis vestibus non uti usu cottidiano, *L. pont. (Bonizo).* nisi in ecclesia tantum. Hic fuit tempore Valeriani imperatoris*. *Gilb., Laur.*

Anno CCLXI. Xixtus [II.], natione Grecus et philosophus, sedit annis II, men. XI, d. VI. *L. pont. et Laur.*

Anno CCLXIIII. Dionisius annis II. Hic monachus fuit; cuius generationem non reperi. *L. pont.* Hic presbiteris ecclesias dedit et eas limitavit. Cimiteria per parrochias et dioceses constituit. Contemporaneus Valeriani imperatoris. *Laur.*

*Anno CCLXVI. Felix, natione Romanus[b], ex patre Constantio, sedit annis II, mens. X, d. XXII[6]. **f. 6b. Laur.* Cessavit diebus V[7]. Hic constituit super sepulcra martirum missas celebrari. Iste fuit etiam tem- *L. pont. III. Laur.* pore Valeriani imperatoris[c].

Anno CCLXIX.[8] Euticianus, natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lune, sedit annis IX, *ib.* men. X, d. IIII. Cessavit d. XI[9]. Hic constituit fruges, uve et fabe super altare benedici. Et ut *L. pont.* nullus martirem sepeliret sine dalmatica aut colobio purpurato. Trecentos siquidem XLII martires propriis manibus sepelivit. Iste fuit contemporaneus Valeriani, Claudii, Aureliani *Laur.* imperatorum.

Anno CCLXXVIX.[10] Gaius, natione Dalmaticus, ex genere Diocletiani imperatoris, patre *Laur. et L. pont.* Gaio[11], sedit annis XI, men. IIII, d. IX. Cessavit[d] d. XI. Constituit, ut omnes ordines in ecclesia sic *ib.* ascenderent, ut, si aliquis dignus fuisset, primo hostiarius, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, presbiter, deinde episcopus ordinaretur. Hic regiones divisit diaconibus. Martirio coronatur. Tempore Probi et Ciri[12] imperatorum. *Laur.*

Anno CCLXXXIX. Marcellinus, natione Romanus, ex patre Proiecto[e], sedit annis VII, men. II, *ib.* diebus XXV; et cessavit annis VII, men. VI, d. XXV. Huius tempore fuit persecutio magna, ut *L. pont.* infra XXX dies XVII milia hominum promiscui sexus per diversas provincias *coronarentur. Et ipse **f. 6c.* Marcellinus ad sacrificandum ductus est et coactus thurificare, quod et fecit[13]. Postea facta sinodo *cod. E6.* in Campania suo ore penituit coram CLXXX episcopis et cinere aspersus[f] caput nec non et cilitio indutus penitentiam egit, dicens se peccasse; tunc iratus Diocletianus fecit eum decollari. Qui etiam sepultus est in cimiterio Priscille via Salaria. Contemporaneus fuit Diocletiani *Laur.* et Maximiani imperatorum[14].

*) *In marg.:* Valerianus imperator.

a) pphirio (prophirio) *c.* b) rom̄ *c.* c) īparis *c.* d) Cassauit *corr.* Cessauit *c.* e) protecto *c.* f) asperssus *c.*

1) a b. C. incarcerato *supra p.* 272, *l.* 34. *post* confirmationis *scribenda ut in Cron. Tiburt. p.* 234. *huc perperam tracta sunt.* 2) *Huius et sequentium duorum pontificum numeri annorum conveniunt cum catalogo Hugonis, dissentientibus et inter se convenientibus Barth. et reliquis catalogis.* 3) *Lege* Galli. 4) *Cf. supra p.* 235, *n.* 1. 2; *p.* 198, *n.* 1. 5) Cess. — XXII *hic auctor ex Libro pont. hoc loco inseruit, quod Barth. et alii catalogi sub sequente pontifice habent.* 6) XXV *Barth. et alii catalogi cum Tiburt.* 7) Cess. d. V *hic auctor ex Libro pont. supplevit et sequentia, in Cron. Tiburt. deperdita ex Catalogo Casinensi exscripta, ex Libro pont. tertiae recensionis mutavit.* 8) *Hunc numerum haec Cronica sola habent.* 9) VIII *Barth. et alii catalogi cum Libro pont. Cf. supra p.* 198, *n.* 5. *Sub sequente hi cum his Cronicis* Cess. d. XI. 10) *Sic Hugo, Amiat., Cenc., sed* CCLXXVII. *Barth., Ceccan.;* CCLXXXI. *Venet.* 11) *Sic Liber pont.* 28; Gallo *Barth. et reliqui catalogi.* 12) *Sic et infra in Cron. imperatorum nomen corruptum. Lege* Cari. *Liber pont.:* temporibus Cari et Carini. 13) *Auctor mutavit verba Cronicae Tiburt. deperditae, quae Barth. et Tiburt. et Martin. Oppav. p.* 414. *habent, ex codice recensionis I. Libri pont., cuius libri A* 1. 2 *habent* sacrificandum. 14) *Haec* (Centempor. — imp.) *non ex Libro pont. auctorem descripsisse apud me constat, quamvis ibi legatur:* Fuit . . temporibus Diocletiani et Maximiani.

Laur. Anno CCCIII. Marcellus, natione Romanus, ex patre Benedicto, regione Via-Lata, sedit annis *L. pont.* VI[1]. Cessavit dies XX. Huic preceptum est a Maxentio, ut serviret animalibus catabolo[a] congregatis. Qui tamen in servitio eorum defunctus est. Iste[2] constituit XXV titulos in urbe Roma quasi dioceses propter baptismum et penitentiam multorum, qui convertebantur ex paganis[b], et propter *Gilb., Laur.* sepulturas martirum. Iste fuit tempore Diocletiani, Maximiani imperatorum*.

Laur. (Cenc.) Anno CCCX.[3] Eusebius, natione Grecus et medicus, sedit annis II, men. II, d. XXV[4]. Cessavit *L. pont.* episcopatus d. VII. Huius temporibus inventa est Iherosolimis crux Domini V° Nonas Maii. Hic *Gilb., Laur.* fuit tempore Constantini imperatoris**.

Ven., Amiat. CCCXII.[3] Meltiades, natione Affer, sedit annis III, men. VII, d. XXI[5]. Cessavit episcopatus *Bonizo.* diebus XVI. Huic intra missarum sollempnia revelata sunt nomina Quatuor Coronatorum, que multo *L. pont.* tempore latebant ante. *Idem constituit, ut nulla ratione dominica aut V^ta^ feria ieiunium quis de *Laur.* fidelibus ageret[6], quia eos dies pagani quasi sacrum ieiunium celebrabant. Hic etiam contemporaneus fuit Constantini imperatoris.

ib. Cat. Cas. Anno CCCXVI.[7] Silvester sedit annis XXIII, men. X, d. XI***. Hic constituit, ut bapti- *L. pont.* zatum et de fonte levatum[c] presbiter lineat[d] crismate propter occasionem transitus[8]. Et ut nullus laicus clerico crimen inferre audeat. Et ut sacrificium altaris non in serico neque in panno tincto celebretur, nisi tantum in lineo terre[9] procreato, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sin- *Hier.* done linea munda sepultum est, sic missa celebretur. Huius tempore Alexander Alexandrine ecclesie preficitur episcopus. A quo Arrius presbiter de ecclesia eiectus est, qui multos sue impietati sociavit; ad quorum perfidiam coercendam Silvester cum CCC et XVIII episcopis in Nicea urbe Bitinie congregatis omnes hereticorum machinas destruxit. Iuvencus[e] presbiter, natione Hispanus, ewangelia versibus heroicis explicat.

L. pont. Eodem tempore Constantinus† augustus fecit basilicam beato Laurentio martiri via Tiburtina in agro Verano supra[f] arenarium cripte. Et usque ad corpus sancti Laurentii fecit gradus ascensionis[g] et descensionis. In quo loco construxit abscidam[h.10] et exornavit marmoribus porphireticis et desuper conclusit argento et cancellis exornavit argento purissimo, qui pensant pondus CC[11] librarum, et ante **f. 7a.* ipsum locum in cripta posuit lucernam[i] ex auro purissimo, *ante corpus Laurentii fecit pharacan- *Isid.* turum[h] argenteum cum delphinis. Crux Christi inventa est. Donatistarum scisma exoritur.

Tempore etiam Silvestri Constantinus, qui primus imperator effectus est Christianus††. *Laur. Isid.* Qui regnavit XXX annis et mensibus X, licentiam dedit Christianis libere et palam congregari et *cf. Tib.* in honore Christi basilicas construi. Ipse etiam omni suo imperiali sumptu fecit basilicam

*) *In marg.:* Diocletianus imperator et Maximiani[h].
Laur. **) *In marg.:* Hic cepit regnare Constantinus.
Isid. ***) *In marg. super. col. 6^d^:* Constantinus imperator, qui primus factus est Christianus. Qui regnavit annis XXX et tempore Silvestri pape.
†) *In marg.:* Constantinus fecit basilicam sancti Laurentii.
††) *In marg. super. col. 7^a^:* De Constantino imperatore, qui fecit basilicam sancti Salvatoris Lateran.

a) cantabolo *c. ut Barth.* b) paginis *c.* c) lauatum *c.* d) *sic c. ut Tiburt.* e) Iuuancus *c.* f) sup̱ *corr.* sup̊ *c.* g) assensionis *radendo corr.* ascens. *c.* h) *sic c.* i) *sic Barth.;* lucerna *c.;* lucernas *Tib.*

1) *Cf. supra p.* 236, *n.* 1. Cess. d. XX *hic auctor ex Libro pont. supplevit.* 2) *Sequentia hic auctor ex Libro pont. addidit.* 3) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 4) d. XXV *et* Cess. — VII, *ut Cencius habet, auctor ex alio catalogo ad textum Cronicae Tiburt. vel ex Libri pont. recensione III. addidit.* 5) VIII *alii catalogi cum Tiburt. et Libro pont. Sed* d. XXI *habent aliquot codices Libri pont., ex quo auctor numerum mutasse videtur. Cf. supra p.* 236, *n.* 3. 6) *Verba Cronicae Tiburt. deperditae, quae Cron. Tiburt. p.* 236. *et Martin. Oppav. p.* 415. *habent, hic auctor ex Libro pont. mutavit et auxit.* 7) *Sic Hugo et Ceccan.;* CCCXV. *Barth., Amiat., Cenc.* 8) *Hic auctor mutavit verba Cronicae Tiburt. deperditae, quae Tiburt. p.* 237. *habet, ex Libro pont.* 9) *Sic codex A* 2 *Libri pont.* 10) *Integrum hic auctor textum Cronicae Tiburt. deperditae hoc loco servavit, quem Tiburt. p.* 237. *mutilum habet, ut patet ex Cronica S. Bartholomaei, supra p.* 199, *et Martino Oppav. p.* 415, *qui illam Cronicam exscripsit.* 11) *Cf. supra p.* 199, *n.* 3.

sancti Salvatoris, quam decenter ornavit. Et posuit ibi archam testamenti, quam Titus asportaverat [*Mir. Romae* 35. 36.] de Ierusalem cum multis milibus Iudeorum, et candelabrum aureum cum VII infusoriis lucernis. In qua archa sunt hec: ani aurei, mures aurei, tabule testamenti, virga Aaron, manna, panes ordeacei, urna aurea, vestis inconsutilis et harundo et vestimentum sancti Iohannis Baptiste et forcipes[a], unde tonsus fuit sanctus Iohannes ewangelista. Super quam posuit cyborium cum columpnis porphireticis. Et posuit ibi quatuor columpnas ereas, deauratas, quas de campo Martis adduxerant[b] in Capitolium antiqui consules et posuerant in templo Iovis. Item tempore Silvestri Constantinus[c] ex rogatu Silvestri fecit basilicam beato Petro apostolo ante templum Apollinis in Vaticano. Cuius fundamentum ipse imperator primus fodit et asportavit inde XII cophinos ad honorem XII apostolorum. Cuius corpus ita recondidit. Loculum ex omni parte ex *ere et cupro conclusit, qui est immobilis[d], [**f. 7b.*] ad caput habens spissitudinis V pedes, ad latus dextrum pedes V, ad sinistrum pedes V, subtus[e] pedes V, supra pedes V. Sic inclusit corpus beati Petri. Et ornavit superius altare ex fulvo auro et archam. Et fecit cyborium ex columpnis porphireticis et auro mundissimo. Et posuit ibi ante altare XII columpnas vitreas, quas de Grecia adduxerat, que fuerunt in templo Apollinis Troie. Posuit etiam super corpus beati Petri apostoli crucem ex auro puro, habens CL libras. In qua fuit scriptus: Constantinus augustus et Helena augusta, mater eius. Fecit etiam[f] basilicam beato Paulo via Hostiensi. Et recondidit corpus eius ex ere et cupro sicut corpus beati Petri. Imperator vero Constantinus, postquam Christianus effectus est et has ecclesias fecit, donavit beato Silvestro frigium, equos albos et omnia imperialia, que ad honorem et dignitatem Romani imperii pertinebant[g], et ivit Bizantium. Cum quo ivit papa Silvester ita ornatus usque ad arcum Romanum, ibique amplexati sunt sese. Et dederunt sibi invicem oscula. Sic diviserunt se.

CCCXL.[1] Marcus, natione Romanus, ex patre Prisco, sedit annis II, men. VIII, d. XX. Ces- [*Laur.*] savit episcopatus annis II[2]. Hic de omni ecclesia ordinavit constitutum. Hic constituit, ut episcopus [*L. pont.*] Hostiensis, qui consecrat papam, pallio utatur, et ab eodem urbis Rome episcopo consecretur. Hic[3] fecit duas ecclesias, unam via Ardeatina et aliam iuxta Palatinas in urbe Roma.

*Anno CCCXLI.[4] Iulius, natione Romanus[h], ex patre Rustico, sedit annis XI, men. VIII, [**f. 7c. Laur.*] d. XX[5]; cessavit episcopatus d. XXV. Hic constituit, ut nullus clericus quamlibet causam in publico [*L. pont.*] iuditio ageret, nisi in ecclesia. Et noticia ecclesiastica, que omnibus pro fide est, per notarios colligeretur. Contemporaneus fuit imperatorum Constantii, Constantini et Con- [*Laur.*] stantis*, qui fratres fuerunt et regnaverunt annis XXIIII[or]. Sed Constans Arrianus effectus [*Amiat. Isid.*] est; cuius favore fretus Arrius dum in Constantinopolim ad ecclesiam pergeret contra Christianos de fide dimicaturus, divertens per forum Constantii[i] ad necessaria nature, viscera eius simul cum vita repente effusa sunt. Ieronimus huius tempore Rome illustris habetur[k]. Antonius monachus moritur. Ossa Andree et Luce apostolorum Constantinopolim transferuntur. Donatus gramaticam scripsit.

Anno CCCLIIII.[6] Liberius, natione Romanus[h], ex patre Ligusto, sedit annis X, men. VII. [*L. pont. et Laur.*] Hic est deportatus in exilium a Constantio imperatore, quia noluit consentire heresi Arriane [*L. pont.*] et fuit in exilio annis tribus. Cuius consilio constitutus est Felix in papam. Qui Ursacium et Valentem presbiteros Arrianos excommunicavit[7]. Postea vero rogatu Ursacii et Valentis dictus Liberius ab exilio revocatus est, et nolens Urbem ingredi mansit in ecclesia beate Agnetis ad tempus apud Constantiam augustam. Qui una communione Constantio communicavit. Sed rebaptizatus non est. Fuit tamen persecutio magna in ecclesia. Hic fuit etiam tempore Constantii et Constantis imperatorum**. [*Laur.*]

*) *In marg.:* Constantius imperator et Constans frater eius.
**) *In marg.:* Idem Constantius et Constans.

a) forpices *c.* b) adduxerat *c.* c) *in marg.:* Constantinus fecit etiam basilicam sancti Petri apostoli. d) ĩmobile *c.* e) suptus *corr.* subtus *c.* f) *in marg.:* Constantinus etiam fecit basilicam sancti Pauli ap[ostoli] *(absc.).* g) pertinebat *c.* h) rom̄ *c.* i) *sic c. et Tiburt. pro* Constantini. k) ht (habet) *c.*

1) *Sic Ceccan. et Hugo, aliter Barth. et reliqui catalogi.* 2) d. XX *Venet. cum Libro pont. Vacationem omittunt reliqui catalogi.* 3) *Sequentia non fuerunt in Cron. Tiburt. deperdita.* 4) *Cf. supra p.* 200, *n.* 1. 5) men. VIII, d. XX *ex praecedente articulo repetitum pro* men. II, d. VII; *et* cess. — d. XXV *ex Libro pont. ab hoc auctore suppletum.* 6) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 7) Cuius — excomm. *ab hoc auctore ex Libro pont. suppleta.*

CCCLXIIII.[1] Felix [II.], natione Romanus, sedit anno I, men. III[2]. Hic capite truncatus est a Constantino imperatore heretico et rebaptizato. Tempore Iuliani apostate. Iste Iulianus regnavit annis II, mensibus VIII. Hic ex Christiano paganus et iterum Christianus effectus est. Iste nepos fuit Constantini, qui tantum concupivit imperium, quod apostotavit[a] et Christianos persecutus est. Tandem a sancto Mercurio[3] invisibiliter percussus periit.

CCCLXV. Liberius iterum sedit annis V, assensum dedit Arriane heresi, videlicet Constantio imperatori heretico, qui[b] ob hoc eum revocavit in sedem apostolicam. Iste fuit etiam tempore Valentiniani.

Valentinianus[c] cum fratre Valente regnavit annis X[4]; Christianus[d] fuit et Saxones[e] devicit. Valens frater eius voluit persequi Christianos, iste non permisit.

CCCLXVIIII. Secunda sinodus.

CCCLXX. Damasus[f], natione Romanus[g], ex patre Antonio, sedit annis XVIII, men. II, d. X. Cessavit episcopatus d. XXXI. Hic constituit, ut psalmi cum *Gloria patri* distincte canerentur. Sicut beatus Ieronimus rogando ei scripsit, ut a pascha usque ad ascensionem Domini incipiatur psalterium et finiatur cum Alleluia[h, 5]. Hic precepit[i], ut in missarum celebratione presbiter confessionem suam faciat, antequam ad altare accedat. Hic accusatus[k] de adulterio facta sinodo[l] episcoporum purgatus est a XLIIII episcopis. Et constitutum fecit de ecclesia. Calixtus et Concordius eius accusatores de ecclesia proiecti sunt. Ursinus vero, qui cum eodem sub contentione ordinatus est, a fortiori et plurima multitudine, que cum Damaso[m] erat, ab Urbe eiectus est et in Neapoli episcopus constitutus. 'Lege eiusdem epistolas ad eundem'[6]. Sub Theodosio octogenarius moritur.

Tempore Damasi[n] Valens cum Gratiano[o] et Valentiniano[p] regnavit[q] an. IIII[or].

Item Gratianus cum Valentiniano fratre suo et Theodosio annis VI. Hic fuit litteris non mediocriter instructus. Carmen facere, ornate loqui, explicare controversias more rethorum, nichil aliud die noctuque quam in hiis meditari[r].

Item Theodosius cum Valentiniano annis XI. Tempore Damasi[s] Ambrosius ex pagano iudice subito apud Mediolanum divino nutu episcopus est electus. Moxque catholico baptismate tinctus ordinatus est in presulem. Cumque pro fide catholica libros Gratiano imperatori porrexisset ac veneratione qua debuerat susceptus esset, universa Ytalia ad rectam fidem conversa statim repedavit[7]. Tempore Damasi in Galliis apud Turonos multis beatus Martinus lampabat[t] virtutibus, totoque orbe doctrinis et scientia clarus apud Bethleem civitatem Palestine Syrus[8] radiabat Ieronimus.

CCCLXXXVIII.[9] Siricius, natione Romanus[u], ex patre Tyburtio, sedit an. XV, men. XI, d. XX[v, 10]. Hic Manicheos invenit, quos exilio deportavit, et hoc constituit, ut non participarent cum fidelibus communionem, et precepit, ut, si quis de eadem secta conversus rediret ad ecclesiam, nullatenus ei communicaretur, nisi tantum religione monasterii diebus vite sue teneretur obnoxius, ut ieiuniis et orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione[w] usque ad ultimum diem transitus sui, et ita viaticum accipiat.

*) *In marg.:* Iulianus imperator.

a) *sic c.* b) qd' (quod) *c.* c) Valentinus (!) imperator *in marg. c.* d) χanos *c.* e) saxonos *c.* f) Damascus *c.* g) rom̄ *c.* h) aevia *c.* i) precipit *c.* k) accatus *c.* l) sinod⁹o *c.* m) damasco *c.* n) dām̄asi *radendo corr.* damasi *c.* o) grano *sine compendii signo c.* p) Imperatores Valens, Gratianus, Valentinianus *in marg. super. col.* 8[a]. *c.* q) reg *c.* r) metitari *c.* s) dām̄asi *c.* t) lampadabat *c.* u) rom̄ *c.* v) XX:, *numero eraso c.* w) examin̄one *c.*

1) *Cf. supra p.* 200, *n.* 4. 2) *Sic Venet. cum Libro pont.:* ann. I *tantum Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 3) *E Vita Basilii, Surius, De prob. SS. hist.* (1570) *I, p.* 9, *fabula de Mercurio in multa chronica recepta est.* 4) *Sic Barth., Venet., Ceccan., Hugo;* XI *Amiat. et Cencius cum Tiburt.* 5) *Haec in epistolis Hieronymi ad Damasum datis non reperi.* 6) *Hieronymi videlicet ad Damasum datas. Ante hunc locum omissa esse patet, quae habet Cron. S. Barthol. supra p.* 200 *sq., quorum partem etiam habet Cron. Tiburt. supra p.* 238. *Omnia fere, quae habet Cron. S. Barthol., Martinus Oppav. p.* 416. *in Cron. Tiburt. deperdita legit et exscripsit.* 7) *Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XXVI, p.* 522. 8) situs *Paulus.* 9) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 10) XXV *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt. Omissum est* d. XXV; et cessavit.

*Erchadius et Honorius[a] tempore Siricii regnaverunt[b] annis XIII. Quorum temporibus Donatus episcopus virtutibus insignis fuit habitus, qui draconem ingentem exspuens in ore ipsius necavit, quem octo iuga boum ad locum incendii[c] traxerunt, ne aerem eius putredo corrumperet. Corpora Abacuc et Michee inventa sunt. Augustinus quoque episcopus doctrinis et scientia claruit. **f. 8b. Laur., Gilb. Isid.*

CCCCV. Anastasius, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit an. II, d. XXVI. Cessavit episcopatus d. XXI. Hic constituit, ut, dum recitantur ewangelia sacra, non sedeant[d] homines, sed curvi stent. Contemporaneus etiam Erchadii. *Laur. L. pont. Laur.*

CCCCVII.[1] Innocentius, natione Albanensis, ex patre Innocentio, sedit annis XV, men. II, d. XX. Cessavit d. XXII. Constitutum fecit de ecclesia et de regulis monasteriorum et de Iudeis et paganis et multos[d*] Cathafrigas invenit. Hic invenit Pelagium et Celestinum hereticos et dampnavit eos, et constituit, qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci per baptismum, hoc est baptizari. *ib. L. pont.*

Tempore Innocentii Honorius cum Theodosio[e] regnavit annis XV. Iohannes Honorium occidit et invasit imperium[2]. Statimque apud Ravennam occisus est. Cuius tempore Goti Romam ceperunt, et rex ipsorum interfectus fuit a Romano exercitu; et Guandali Hispaniam ceperunt, et Swevi Gallias. Hoc tempore Pelagius adversus Christi gratiam erroris sui docmata predicat; ad cuius dampnationem concilium apud Cartaginem[f] CCXIIII episcoporum[g] congregatur. Hoc tempore Cirillus episcopus Alexandrie insignis habetur. *Laur., Gilb. Lat. imp. Isid. Gilb. Isid.*

*CCCCXXII. Zosimus, natione Grecus, ex patre Abraamio, sedit anno I, men. VIII, d. XXV. Cessavit episcopatus d. X[3]. Hic multa constituit ecclesie. Et fecit constitutum, ut diaconi leva[h] tectam haberent de palleis linostemis. Hic constituit cereum sabbato sancto benedici in ecclesia in omnibus titulis. **f. 8c. Laur. et L. pont. ib. Cat. Cas. et Bonizo.*

CCCCXXV.[i] Bonifacius, natione Romanus, ex patre Iocundo presbitero, sedit annis III, men. VIII, d. XIII; et cessavit episcopatus diebus IX. Hic constituit, ut nulla mulier aut monacha[k] pallam sacratam contingeret aut lavaret aut incensum poneret in ecclesia, nisi minister. Neque servum clericum[l] fieri nec obnoxium curie. Idem vero sub contentione cum Eulalio ordinatur uno die, et a Placidia augusta cum filiis Valentiniano et Honorio augustis uterque expulsus est. Eulalius vero, quia consecratus fuerat in basilica Constantiniana, rediit inconsultis augustis et baptismum in Constantiniana[m] basilica celebravit. Eo vero inde expulso et in Campaniam misso Bonifacius ad sedem reductus est. Post cuius obitum Eulalius a clero et populo expetitus reverti noluit. *Laur. L. pont.*

CCCCXXVII.[4] Celestinus, natione Campanus, ex patre Prisco, sedit an. VIII, men. I, d. IX. Cessavit episcopatus d. XX. Hic multa constituta fecit. Et constituit psalmos David antiphonatim canere. Nam antea tantum ewangelium et epistole legebantur[5]. *Laur. L. pont. Cat. Cas. Bonizo.*

Tempore huius Theodosius minor cum Valentiniano[n] genero regnavit[o] annis XXVII[p]. Hoc tempore gens Guandalorum[q] ab Hispanis[h] ad Affricam *transiit ibique catholicam fidem Arriana vanitate subvertit. Eodem tempore Nestorius Constantinopolitanus episcopus sue perfidie molitur errorem[r]. Adversus quem Ephesina sinodus congregata est et eius impium dogma condempnat. Quo tempore diabolus in specie Moysi in Creta apparens, dum eos per mare pede sicco ad terram promissionis perducere promitteret[s], sine numero necavit. Sed qui evaserunt ad Christi fidem conversi sunt[t]. Hic orientale imperium tenuit annis XLVIII. *Laur., Gilb. Isid. *f. 8d. H. R. XIII, 9. 18.*

CCCCXXXV. Tercia synodus. *Cenc.*

CCCCXXXVI.[6] Sixtus, natione Romanus, ex patre Sixto, sedit an. VIII, d. XXX[7]. Hic fecit confessionem sancti Laurentii martiris cum columpnis porphireticis, altare confessionis argenteum, *Laur. L. pont.*

a) Inperatores Erchadius et Honorius *in marg. super. col.* 8b. *c.* b) regn̄ *c.* c) incedii *c.* d) sedeat *c.* d*) multas *c.* e) Honorius et Theodosius imperator[es] *in marg. c.* f) cartagiū *c.* g) epoꝝ *sine compendii signo c.* h) *sic c.* i) CCCCXXII. *c. errore scribae procul dubio, quia iam praecedens huic numero adscriptus est.* k) mon. aut *corr.* aut mon., *sequente* aut *expuncto c.* l) clicū *c.* m) constantiana *c. h. l.* n) valentinia *c.* o) reḡ *c.* p) Theodosius, Valentinianus imperatores regn̄ annis XXVII *in marg. c.* q) Gvandelorum *c.* r) errore *c.* s) ꝑmitteret *c.* t) Ephesina sinodus *in marg. c.*

1) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 2) *Cf. supra p.* 239, *col. II, n.* 1. 3) XI *Barth. et reliqui catalogi cum Libro pont.* 4) *Sic haec Cronica sola.* 5) *Nota verba Libri pont., quae Tiburt. habet, verbis Bonizonis hoc loco mutata esse.* 6) *Sic omnes catalogi praeter Barth.* 7) *Cf. supra p.* 240, *n.* 2.

L. pont. cf. Laur. Cat. Cas. et L. pont. quod pensabat libras L, cancellos argenteos et multa, que comprehendere nequeo. Hic accusatus[a] de adulterio facta synodo episcoporum[b] [purgatus[c] est] a LVI episcopis, dampnato accusatore suo Basso. Quo infra tres menses defuncto Xixtus cum aromatibus et linteaminibus manibus *Gilb.* suis tractans sepelivit ad Beatum Petrum in cubiculo parentum eius. Et constituit, quod nullus cle- *Laur.* ricus[d] in alterius parrochia ordinetur. Hic fuit etiam contemporaneus Theodosii et Valentiniani*.

ib. CCCCXLIIII.[1] Leo, natione Tuschus, patre Quintino, sedit annis XXI, men. I, d. XXV[2]; et cessavit d. VII. Hic misit epistolam Marciano augusto et sue coniugi pulcherrime[3] *L. pont. Laur.* omnem fidem exponens. Misit etiam ad Fabianum episcopum epistolas VIII; inter quas etiam **f. 9a.* scripsit unam preclaram adversus Euticem[e] de incarnatione *Domini, ubi redarguit eius *Bonizo.* blasphemiam. Hic etiam ecclesiam a Nestoriana et Euticiana heresi liberavit et Dioscori superbia[4]. *L. pont.* Hic constituit, ut infra actionem sacrificii diceretur: *Sanctum*[f] *sacrificium* et cetera**. Hic post cladem Guandalicam renovavit omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos conflata ydriis sex. Sepultus est apud sancti Petri basilicam III. Idus April.

Laur. Isid. CCCCLII.[5] Marcianus et Valentinianus regnaverunt[g] an. VII[h]. In cuius imperii inicio Calcedonense[i] concilium geritur, ubi Eutices cum Dioscoro condempnatur. Huius etiam[k] imperii anno *Gilb.* Theodericus rex Gotorum cum ingenti exercitu Hispaniam intravit. Iste Marcianus et Valentinianus Attilam regem Hunorum auxilio Theoderici regis Gotorum superavit.

Laur. et Gilb. CCCCLIX.[5] Leo primus imperator regnavit[g] etiam tempore huius annis XVII[l]. *Isid.* Alexandria et Egiptus errore Dioscori languens inmundo spiritu repleta canina rabie latravit. Eodem tempore aparuit heresis Acephalorum Calcedonense concilium[m] impugnatium.

Laur. L. pont. CCCCLXV.[1] Hilarius sedit annis VI, men. III, d. X. Hic fecit ad Sanctum Laurentium balnea *Gilb., Bonizo.* et monasteria et ibidem sepultus est iuxta corpus sancti Laurentii. Hic constituit, ut nullus pontifex successorem sibi constituat[6].

Laur. Huius tempore regnavit Leo imperator, de quo supradictum est.

Laur. et L. pont. CCCCLXXI.[1] Simplicius, natione Tiburtinus, ex patre Castorio, sedit annis XV, mense I, *L. pont.* d. VII; et cessavit diebus VI. Hic Simplicius dedicavit sancti Stephani ecclesiam iuxta basilicam **f. 9b.* sancti *Laurentii et aliam[7] basilicam beate Bibiane martiris, ubi corpus eius quiescit. Hic constituit ad Sanctum Petrum, ad Sanctum Paulum et ad Sanctum Laurentium ebdomadas, ut presbiteri ibi manerent propter penitentes et baptismum.

Laur. et Gilb. CCCCLXXVI.[5] Zeno imperator[n] cepit regnare tempore huius pape et regnavit *Isid.* annis XVI. Hic Leonem augusti filium interficere querens, pro eo mater eius augusto[o] figuram similem obtulit ipsumque Leonem occulte clericum fecit. Qui in clericatu usque ad tempus Iustini vixit. Eodem tempore corpus Barnabe apostoli et ewangelium Mathei eius stilo scriptum repertum est ipso revelante.

Laur. et L. pont. CCCCLXXXVI. Felix, natione Romanus, ex patre Felice presbitero de titulo[8] Fasciole, annis *ib.* VIII, men. XI, d. XVII. Hic fecit basilicam sancti Agapiti iuxta martirem sancti Laurentii[9]. Hic

*) *In marg.:* Hic etiam fuit tempore Theodosii.
**) *In marg.:* Calcedonensis IIII[a] synodus.

a) accatus *c.* b) epoꝗ *sine signo compendii c.* c) purg. est *om. c.* d) clicus *c.* e) eutone *c.* f) Scd' *corr.* Scm *c.* g) reg *c.* h) Marcianus et Valentinianus imperatores *in marg. c.* i) calcedon̄ *c.* k) *cf. supra p.* 240, *col. II, n.* h. l) Leo imperator reḡ annis XVII *in marg. c.* m) calced' .ꝯ. *c.* n) Zeno imperator *in marg. c.* o) augū *c.; cf. supra p.* 241, *n.* a.

1) *Sic omnes catalogi praeter Barth.* 2) XXVII *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 3) *Sic etiam Martin. Oppav. p.* 418. *pro* Pulcherie, *ut Barth. et Tiburt. habent.* 4) *Haec Bonizonis ab hoc auctore addita esse videntur, quia Martin. Oppav., qui reliqua de Leone I. ex Cronica Tiburt. deperdita exscripsit, haec non habet.* 5) *Sic Hugo et Ceccan., Barth. et reliquis catalogis dissentientibus.* 6) *Haec verba sunt Gilberti, qui ea de Simplicio sequente dicit, sed Bonizo IV,* 101. *dicit de Hilaro:* qui interdixit, ut pontifex sibi successorem eligeret. *Quae hic auctor legens verba Gilberti Hilario adscripsit. Notandum eadem verba Gilberti etiam Martinum Oppav. p.* 419. *sub Hilario habere.* 7) aliam *hic auctor ex Libro pont. addidit, quia haec vox deest Barth. et Tiburt. et Martin. Oppav. p.* 419. 8) *Haec vox e Libro pont. restituta est;* regione *Barth., Venet., Amiat., Cenc.* 9) *Auctor mutavit ex parte e Libro pont. lectionem Cronicae Tiburt. deperditae:* iuxta martirem Laurentium.

misit Constantinopolim duos episcopos, Mezenum[a] et Vitalem, ut Achatium dampnarent. Sed corrupti *L. pont.* pecunia, in concilio dampnati sunt redeuntes. Mezenus[b] tamen egit penitentiam, quia confessus; sepultus est in basilica sancti Pauli. Hic etiam fuit tempore Zenonis et *Laur., Gilb.* successoris sui Anastasii.

CCCCXCV. Pelagius[c], natione Affer, ex patre Valerio, amator pauperum, clerum ampliavit, *Laur. et L. pont.* sedit annis IIII, men. VIII. Hic Gelasianum codicem composuit. *Bonizo.* Hic fecit constitutum de omni[d] *L. pont. I.* ecclesia, ymnos et tractatus in modum beati Ambrosii. *Bonizo.* Et declaravit, qui libri recipi debeant in ecclesia vel qui contempni.

*CCCCXCII. Anastasius imperator[e] tempore huius cepit regnare, qui imperavit *f. 9c.* *Laur. et Gilb.* annis XXVI. Horum tempore Gransmundus[f] Guandalorum rex catolicas ecclesias clausit et CXX *Isid.* episcopos in exilio Sardiniam misit. Eodem tempore apud Cartaginem Olimpius quidam episcopus Arrianus in balneis sanctam trinitatem blasphemans tribus igneis iaculis angelo emittente[g] invisibiliter est conbustus.

Huius tempore magna discordia est Rome orta propter electionem Laurentii et Simachi. *Gilb.* Festus et Linus consules cum Laurentio erant et pugnabant cum adiutoribus Simachi, multum incendium in Urbe facientes, maxime clericis. Tamen papales obtinuerunt. *Isid.* Eodem tempore Barbas quidam episcopus Arrianus dum contra regulam fidei et baptismatis quondam dixisset: 'Baptizo te Barbas in nomine patris per filium in spiritu sancto', statim aqua, que fuerat[h] ad baptizandum parata, nusquam conparuit; quod aspiciens qui baptizandus erat abiit et iuxta morem fidei baptismum suscepit.

Idem Pelagius[1] liberavit[i] Urbem a periculo famis. *L. pont. I.* Iohannem quoque Alexandrinum fugientem ad sedem apostolicam cum gloria suscepit et ei secundam sedem prebuit. Sacramentorum prefationes et orationes cauto sermone fecit et II libros contra Arrianum.

CCCCXCIX. Anastasius anno I, men. XI, d. XXIIII. *Laur.* Hic composuit prefationem misse: *Vere dignum et iustum est*[2]. Iste etiam fuit tempore Anastasii imperatoris. *Laur., Gilb.*

DI. Simachus, natione Sardus, ex patre Fortunato, sedit annis XV, men. VIII[3], d. XXVIII. *Laur.* *f. 9d.* *Cessavit episcopatus d. IIII[4]. *Bonizo.* Hic constituit omnibus diebus dominicis, nataliciis apostolorum, martirum ymnum angelicum decantari[5]. *L. pont.* Hic sub contentione ordinatus est una die cum Laurentio, Laurentius in basilica sancte Marie, Simachus in Constantiniana; divisus[k] hinc inde clerus et populus. Tandem a rege Theoderico iudicatum est Ravenne, ut, qui primo ordinatus fuisset, vel ubi pars maxima cognosceretur, sederet; quod inventum est in Simacho. Laurentius vero intuitu misericordie factus est Nucerinus episcopus. Tandem idem Simachus falso crimine impetitus in sinodo purgatus est. Simachus fecit ecclesiam sancti Andree apostoli ad Sanctum Petrum et iuxta fontem oratorium sancte Crucis et recondidit in eius confessione crucem ex auro et gemmis, ubi inclusit lignum crucis Domini, pensans[l] X libras. Basilicam sancti Petri marmoribus ornavit. *Mir. Roma 31.* Cantarum quoque pulcrum in paradiso et delectabile. *L. pont.* Porticum marmoribus et musibo fecit; agnos[m] et cruces et palmas decenter pinxit. Gradus construxit et cantarum in medio cortine conposuit ad crismatis unctionem feria II. pasce. *Laur.* Iste etiam fuit tempore Anastasii imperatoris.

DXVI. Hormisda, Campanus genere, patre Iusto, de civitate Frisilone[n], sedit annis X[6]. *Laur. et L. pont.* Hic composuit clerum et psalmos[o] erudivit. *L. pont.* Iste reconciliavit Grecos, qui ligati fuerant vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum episcopum. Hic misit Constantinopolim contra *Achatium, *f. 10a.* qui Anastasio augusto in heresi Euticiana conmoratus est. Anastasius vero imperator divino fulmine percussus[p] interiit. Cui Iustinus imperator orthodoxus successit.

DXVIII.[7] Iustinus imperator fuit contemporaneus Hormisde, qui regnavit annis IX. *Laur. et Gilb.* Post Gransmundum Ildericus[q] Guandalorum regnum suscepit. *Isid.* Qui sacramento a Gransmundo astrictus,

a) mezen̄ *c.* b) Mazenus *c. h. l.* c) *sic c.; lege* Gelasius. d) m̄ *c.* e) Imperator Anastasius *in marg. c.* f) *sic semper c.* g) emitte *c.* h) que fuerat *bis scr., alterum eras.* i) libauit *c.* k) diu̇sus (diversus) *c.* l) pensas *c.* m) ag̃s (agros) *c.* n) lone *in loco raso.* o) *cf. supra p.* 242, *n.* s. p) percussis *c.* q) Ib'd'icꝰ (Ibridericus) *c.*

1) *Haec, quae ad Gelasium pertinent, falso loco posita sunt.* 2) *Haec Cron. S. Barthol. p.* 203. *et Tiburt. p.* 242. *(et Gilbert. p.* 127*) de Gelasio dicunt.* 3) VII, d. XXVII *Barth. et Venet. cum Tiburt., sed* d. XXVIII *Hugo, Amiat., Cenc., Ceccan.* 4) VII *Barth. et alii catalogi cum Libro pont.* 5) *Iterum verba Libri pont., quae Cronica Tiburt. deperdita habuit, ut patet e Barth. et Tiburt. et Martino Oppav. p.* 420, *ab hoc auctore mutata sunt ex libro Bonizonis.* 6) *Cf. supra p.* 204, *n.* 1. 7) *Sic omnes catalogi praeter Barth.*

Isid. Gilb. ne catholicis[a] in regno suo consuleret, antequam regnum[b] susciperet, episcopos ab exilio revocavit et ecclesias reformavit. Iste Iustinus ardore fidei certabat, ut hereticos dissiparet; quod audiens Theodericus, qui regnabat in Italia, qui erat Arrianus, direxit nuncios suos Constantinopolim ad Iustinum imperatorem, quod, nisi ecclesias hereticis redderet, Italiam de[vastaret][c].

Laur. et L. pont. Bonizo. L. pont. DXXVI. Iohannes, natione[d] Tuscus, ex patre Constantio, sedit annis II, men. IX, d. XVII[1]. C[essavit] episcopatus[e] d. LVIIII[2]. Hic in custodia Theoderici[f] regis mortuus est. Hunc Iustinus augustus XV. miliario a Constantinopoli excipiens humiliter adoravit; de cuius manibus cum gloria coronam accepit. Theodericus[g] Simachum et Boetium etiam interfecit. *Laur. Gilb.* Idem Theodericus hereticus subito interiit. Tempore Iustini imperatoris. Tempore istius Iohannis Frantia ad Christum convertitur anno incarnationis Domini DXXV.

Laur. et L. pont. Bonizo. Gilb., Laur. DXXVII.[3] Felix, natione Samites[h], de Vico-patricii[4], ex patre Castorio, sedit annis IIII, men. II, d. XIII. Cessavit men. II, d. XV[5]. Hic patriarcham Constantinopolitanum excommunicavit. Iste fuit tempore Iustiniani imperatoris.

**f. 10b. Laur., Gilb.* *DXXVII.[6] Iustinianus imperator regnavit annis XXXVIII. Isti dixit Agapitus: 'Ego putavi Iustinianum invenire christianissimum et inveni Diocletianum'; ad ultimum convertit eum erga Deodatum. Iste leges edidit in Codice, in Digestis.

L. pont. Bonizo. L. pont. DXXXII. Bonefacius, natione Romanus, ex patre Sigilburdo, sedit an. II, men. II, d. XXII[7]. Cessavit men. II, d. XV. Hic constituit, ut non fieret electio Romani pontificis nisi post tercium diem depositionis eius. Hic cum Dioscoro sub interdicto ordinatus est. Sed Dioscorus II. Idus Octobris obiit. Idem confessus est coram sacerdotio et senatu reum se maiestatis, quia iniuste successorem sibi constituerat.

Laur. L. pont. DXXXIIII. Iohannes, natione Romanus, ex patre Proiecto, de Celio monte, sedit annis II, men. IIII, d. VI[8]. Cessavit episcopatus d. VI. Martirizatus est[9].

Laur. Cat. Cas. DXXXVI.[10] Agapitus mensibus XI[11]. Hoc tempore obsessa est Roma a Gotis uno anno in circuitu. Sed liberata est a Belisario[i] patricio[12].

Laur., Ceccan. Laur. DXXXVII.[k] [13] Silverius, natione Campanus, patre Hormisda[l], sedit an. II[14], men. V; et cessavit episcopatus d. XXV[15]. Hic fuit etiam tempore Iustiniani imperatoris.

*ib. Bonizo. L. pont. Cat. Cas. L. pont. *f. 10c.* DXL. Vigilius, natione Romanus, ex patre Iohanne consule, sedit an. XVII, men. X[16], d. XVI. Cessavit episcopatus men.[m] III, d. V. Hic licet fraudulenter accepisset episcopatum, tamen facti penituit, et ideo in exilio vitam finivit. Moritur in exilio in civitate Syracusas. Huius temporibus capta fuit Roma a Gotis. Sed a Narse patricio[n] postmodum occiso receptus est Attilla[o]. Cui ascendenti[p] navem Romani post eum lapides, fustes, cacubos[h] *iactantes clamabant: 'Fames tua

a) catolicis *corr.* catholicis *c.* b) regn̄ *c.* c) de *c.* d) ohannes nat' *in loco raso, in quo procul dubio* vastaret *scriptum erat.* e) epatus *sine signo compendii c.* f) thederici *c. h. l.* g) Theodicus *c.* h) *sic c.* i) ab elisario *c.* k) DXXXVI. *c. errore scribae, quia idem numerus praecedit.* l) hormisdā *radendo corr.* hormisda *c.* m) d' *corr.* m̄ *c.* n) a — patricio *in loco raso.* o) attila *corr.* attilla *c. Haec corrupta vide integra in Tiburt. p.* 244. p) ascendente *radendo corr.* ascendenti *c.*

1) *Ex Libro pont. correxit hic auctor hos numeros, cum Barth. et Tiburt.* an. II, d. IX *habeant.* 2) LVIII *Liber pont., ex quo hoc additum est.* 3) *Sic Hugo, Amiat., Cenc., reliquis catalogis dissentientibus.* 4) *Mirum, quod hoc interpolatum sit. Cletus* de regione *(Romana)* Vico-Patrici *ortus esse in Libro pont. et supra p.* 270. *dicitur.* 5) men. II, d. XV *ex articulo sequentis pontificis hoc loco perperam insertum.* 6) *Sic omnes catalogi praeter Barth.* 7) *Cf. supra p.* 243, *n.* 2; men. II *errore scribae,* Cess. — d. XV *ex Libro pont. ab hoc auctore additum est.* 8) d. VI *et* Cess. — VI *ex Libro pont. ab hoc auctore suppletum est.* 9) *In recensione I. Libri pont. huic Martyrii cognomen est, unde hoc ortum videtur esse.* 10) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 11) *Cf. supra p.* 243, *n.* 3. 12) *Haec recte sub Silverio habent Tiburt. et Ceccan., quae in columna imperatorum scripta sunt in Cron. S. Barthol. p.* 204. *Sed mirum, quod eadem sub Agapito legantur in Catalogi Casin. codicibus. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 550. 13) *Hunc numerum habent Hugo et Ceccan., variantibus Barth. et reliquis.* 14) II *a librario corruptum pro* I; *cf. supra p.* 244, *n.* 1. 15) V *Amiat. et Cencius cum Libri pont. cod. E* 1. *Reliqui catalogi omittunt vacationem.* 16) VI *reliqui catalogi cum Tiburt. (praeter Barth.); cf. supra p.* 205, *n.* 3; *p.* 244, *n.* 2.

tecum, mortalitas tua tecum! Male fecisti cum Romanis, male invenias[a]!' Tandem revocatus Syracuse dolore calculi mortuus est. Huius temporibus Vilisarius patricius obtulit sancto Petro crucem auream[b] de Wandalorum spoliis pensione X[c] lib. *L. pont.*

DXLIII. Quinta sinodus. *Cenc.*

Pelagius, natione Romanus, ex patre Iohanne, sedit an. IIII, men. X, d. XVIII[d]. Hic precepit, ut scismatici episcopi per seculares potestates conprimerentur. Et cum non esset episcopus, qui eum ordinaret, propter dissensionem cleri, inventi sunt duo episcopi, Iohannes de Perusio et Bonus de Ferentino, et Andreas presbiter de Hostiis, qui ordinaverunt pontificem. Hic fuit etiam tempore Iustiniani. *Laur. Bonizo. L. pont. Laur.*

DLXIII. Iohannes [III.], natione Romanus, ex patre Anastasio, annis XIII, men. XI, d. XXVII[e]; c[essavit] episcopatus men. X, d. III. Hic amavit et restauravit cimiteria sanctorum[f] martirum. Communi morte obiit. Sepultus est in basilica sancti Petri. *ib. L. pont.*

DLXV.[1] Iustinus imperavit annis XI. Narses patricius, postquam sub Iustiniano augusto Totilam regem Gotorum in Ytalia superavit, Sophie[g] auguste, coniugis Iustini, minis perterritus Longobardos in Pannonia[h] invitavit eosque in Italiam introduxit. Iste fuit contemporaneus Iohannis pape. *Laur. Isid. Gilb., Laur.*

DLXXVII.[i, 2] Benedictus, natione Romanus, ex patre Bonifacio, annis III, men. I, d. XVIII. Huius temporibus Romam invaserunt Longobardi et Ythaliam. Huius temporibus Iustinianus cum navibus oneratis frumento Romam urbem relevavit a fame. *Laur. Cat. Cas. L. pont.*

*DLXXVI. Liberius imperator regnavit annis VII. Istius tempore Longobardi magna manu ceperunt Ythaliam et depopulati sunt eam. Et Gothi, qui erant pagani et heretici, facti sunt Christiani. **f. 10d. Cenc. Gilb.*

DLXXX. Pelagius, natione Romanus, de patre Wilgelbo, sedit annis XII[3], men. II, d. X. C[essavit] men. VI[4], d. XXV. Hic ordinatus absque iussione principis, eo quod Longobardi obsederant Romam, et multa vastatio ab eis in Ytalia fieret. Eodem tempore tante pluvie fuerunt, ut omnes dicerent, quod diluvium inundaret; et talis[k] clades fuit, qualem a seculo nullus meminit fuisse. *Laur., Amiat. L. pont.*

DXCII. Gregorius[l] doctor Dialogus[5], natione Romanus, ex patre Gordiano, sedit annis XIII, men. VI[6], d. XVIII[7]. Hic precepit, ut super corpus beati Petri et Pauli misse celebrarentur, et omelias exposuit numero XL; Iob, Ezechielem, Registrum, Pastorem[m], librum Dialogorum et multa alia, que enumerare non possum, exposuit et scripsit. Hic ex propria domo monasterium fecit. Hic merito terrestris angelus vocatur, quia celibem[n] vitam duxit in terris. Hic adiunxit[o] in canone: *Diesque nostros in tua pace dispone.* *Laur. L. pont. Laur. Cat. Cas.*

Anno DLXXXIII.[8] Mauricius imperator tempore Gregorii pape regnavit annis XX. Adversus Romanos dimicabant Avares, qui auro magis quam ferro pelluntur. Iste X an. ante Gregorium regnavit[p]. *Laur. et Gilb. Isid.*

DCVI.[9] Savinianus, natione Tuscus, de civitate Pleta, ex patre Bono, sedit an. I, men. V, d. IX; c[essavit] men. XI. Hic famem in Urbe relevavit[q] apertis orreis. *Laur., Amiat. L. pont.*

*DCIII.[10] Phocas imperator regnavit[r] annis VII. Hic seditione militari imperator effectus Mauricium[s] augustum nobiliumque multos interfecit; prelia gravissima Persarum contra rem publicam excitantur, quibus Romani fortiter debellati plurimas provincias et ipsam Ierosolimam amiserunt. **f. 11a. Laur. Isid.*

DCVIII.[11] Bonifacius [III.], natione Romanus, ex patre Iohanne[12], sedit men. VIII, d. XXIX. Hic fecit constitutum cum episcopis LXXII, presbiteris Romanis XXVIII[t], ut nullus pontifice *Laur. et L. pont. ib.*

a) inueniēs *c.* b) ureā *in loco raso.* c) C *Liber pont. cum Tiburt.* d) XVIIII *radendo corr.* XVIII. *c.* e) V *in loco raso.* f) scoꝝ *sine signo compendii c.* g) Sophre *c.* h) pēnonia *c.* i) DLXX *in loco raso.* k) tales *corr.* talis *c.* l) de Gregorio *in marg. c.* m) *sic c.;* Pastoralem *Tiburt. et Barth.* n) celibā *c.* o) adiuxit *c.* p) regnauit *c.* q) reuelauit *c.* r) reḡ *c.* s) marciū *c.* t) *cf. supra p.* 245, *n.* g.

1) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 2) *Sic Hugo, Venet., Ceccan., Barth. et Tiburt. et reliquis catalogis variantibus.* 3) X *reliqui catalogi cum Tiburt.* 4) men. VI *aut ex Libro pont., ut nonnulli codices eius habent, aut ex altero catalogi exemplari, ut Amiat. habet, suppletum.* 5) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 515. 6) *Omissum est* d. V, et cess. men. V. 7) *Numerus dierum vacationis ex Libro pont. correctus videtur esse, cum Barth. et Tiburt.* XVI *habeant.* 8) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 9) *Sic Hugo, reliquis catalogis variantibus.* 10) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 11) *Sic Hugo et Ceccan., quorum numeri annorum sequentium pontificum etiam consentiunt cum his Cronicis, variantibus reliquis catalogis.* 12) nat. — Iohanne *ex Libro pont. ab hoc auctore suppletum, quod et in Venet. factum est.*

L. pont. vivente aut episcopo civitatis sue presumat loqui aut partes sibi facere nisi tercio die depositionis eius. *L. pont.* Iste etiam fuit tempore Phoce imperatoris.

Laur. et L. pont. DCIX. Bonifacius [IIII.], natione Marsorum de civitate Valeria, ex patre Iohanne medico, sedit *L. pont.* an. VI, men. VIII, d. XII. Cessavit men. VII, diebus XXV. Hic obtinuit ab augusto Phoca, ut sedes apostolica beati Petri caput esset omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana primam se omnium ecclesiarum scribebat. Hic dedicavit templum Pantheon in honorem sancte Marie et omnium sanctorum.

Laur. et Gilb. DCX. Eraclius cum Constantino filio suo regnavit annis XXXI et cepit imperare tem- *Isid.* pore huius Bonifacii. Sissebutus[a] rex Gothorum, gloriosissimus princeps[b], plurimas Romanorum *cf. Tib.* urbes bellando sibi subiecit et Iudeos sui regni subditos ad fidem Christi convertit. Eraclius autem victoria habita de impiissimo Cosdroa lignum sancte crucis Christi, quod[c] ille iniquus[d] cum spoliis Ierosolime secum asportaverat, cum omni honore et ecclesiarum Ierosolimi- **f. 11b.* tanorum restauratione ibi retulit, *Christo domino antiqua ibi et infinita renovante mira- *Gilb.* cula. Tercio anno imperii Cosdroe rex Persarum multam partem[e] rei publice cepit devastavitque Ierosolimam et sancta loca incendit, et populorum copias captivas cum patriarcha Zacharia et cum precioso ligno[f] sancte crucis in Persidem duxit. Anno autem Eraclii XII° Cosdroe rex Persarum retentus est per Eraclium. Tunc etiam captiva plebs cum cruce revocata est. Tunc etiam Macometus propheta Sarracenorum surrexit et suam pessimam crudelitatem omnes astute docuit et illos a fide tulit.

Laur. DCXVI. Deusdedit, natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono, annis III, d. XX; *L. pont. I.* cessavit men. I, d. XVI. Hic constituit, ut secunda missa fieret in seculo. Huius temporibus facta est pax magna in tota Ytalia.

Laur. et L. pont. DCXIX. Bonifacius, natione Campanus, de civitate Neapoli, ex patre Iohanne, sedit an. V[1], *Bonizo. L. pont.* men. VI. Hic sub anathemate interdixit, ut nullus auderet rapere aliquid de ecclesia. Hic constituit, ut nullus trahatur de ecclesia. Et ut acolitus non presumat reliquias martirum levare, nisi presbiter. Hic erat mitissimus super omnes homines et misericors.

Laur. et L. pont. DCXXV. Honorius, natione Campanus, ex patre Petronio consule, sedit annis XII, men. XI, *L. pont.* d. XVIII[2]; cessavit episcopatus men. VII, d. XVIII. Hic temporibus suis multa bona fecit et clerum *Gilb.* erudivit, et constitutum in ecclesia fecit. Insuper constituit, ut omni sabbato ad Sanctum Petrum procederent letanie.

**f. 11c. Laur.* *DCXXXVIII. Severinus, natione Romanus, ex patre Abieno, sedit annis II, men. IIII, *Bonizo.* d. XXVIII[3]. Huius temporibus fuit Eraclius christianissimus imperator, qui extincto Cosdroe crucem Domini Ierosolimis reportavit.

Laur. et L. pont. DCXL. Iohannes, natione Dalmata, ex patre Venantio scolastico[g], sedit an. I, men. VIII, *Gilb.* d. XIX; cessavit d. LII[4]. Hic de thesauris ecclesie multos captivos redemit.

Laur. DCXLII. Theodorus, natione Grecus, ex patre Theodoro episcopo, de civitate Ierosolima, sedit *Bonizo.* annis VI, men. V, d. XVIII[5]; cessavit d. LII. Hic penitentialem librum composuit.

Laur. et Gilb. DCXLI.[h] Constantinus imperator tempore Theodori cepit regnare, qui cum Yracluna *Gilb.* fratre suo imperavit annis XXVIII. Iste in Syciliam missus interfectus est; sub quo plurima pars rei publice a Sarracenis desolata est. Iste fuit pessimus imperator et Martinum papam interfecit. *Cat. Cas.* Hoc tempore venit Constans imperator Romam et deposuit quicquid erat ad ornatum civitatis et asportavit secum in Siciliam.

Laur. DCXLVIII. Martinus martir[6] de civitate Tudertina provincie Tuscie, sedit [an.[i]] VI, men. I, *Gilb.* d. XXVI; cessavit d. XXVIII[k]. Tunc temporis cum[l] spatarius Olimpi ducis vellet occidere Martinum eo celebrante, statim cecus efficitur.

a) Missebutus *c.* b) p̓ficeps *c.* c) q̧ (qui) *c.* d) ĩiq⁹ *c.* e) partam *c.* f) gn *e corr.* g) venentio osculastico *c.* h) DCCLI. *corr.* DCXLI. *c.* i) an. *om. c.* k) XXXIII *corr.* XXVIII *c.* l) cu *c.*

1) d. XIII, et cessavit *omissa esse videntur;* et cess. men. VI *habet Gilbert. cum Hugone.* 2) XVII *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 3) *Cf. supra p.* 206, *n.* 6. *et p.* 247, *n.* 4. 5. 4) d. LII *e sequente articulo huc falso tracta;* men. I, d. XIII *Barth.* 5) VIII *reliqui catalogi cum Tiburt.; cf. supra p.* 207, *n.* 1. *et p.* 247, *n.* 7. 6) *Sic Hugo, SS. XXIV, p.* 93, *et Ann. Ceccan.*

DCLIIII. Eugenius, natione Romanus, sedit annis II, men. IX, d. XXII; cessavit episcopatus men. II[1]. Hic canonum scientia fuit eruditus; tempore[a] fuit Constantini imperatoris. *Laur. Bonizo. Laur.*

DCLVI.[2] Vitalianus[b], natione Signensis ex provincia Campania, de patre Anastasio, sedit [an.[c]] XIIII, men. VI; cessavit men. II, d. XIII. Huius temporibus venit Constans *imperator et ornatum civitatis portavit secum in Siciliam[3]. Hic composuit cantum Romanum, qui est alius a cantu Grecorum. Hic fecit sinodum[4], in qua duas operationes in Christo esse ostensum est. Et introducta sunt coram sinodo dicta Iohannis Constantinopolitani, Cirilli Alexandrini, Athanasii, Basilii, Gregorii, Dionisii, Hilarii, Ambrosii, Augustini et Leonis. In ea vero synodo depositus est Macharius et complices eius; et tante tele aranearum nigerrime in medio ceciderunt, ut omnes mirarentur. Hic Iohannes Portuensis episcopus, apostolice sedis legatus, qui dominica die octava pasce in ecclesia sancte Sophie publicas missas celebravit, suscepit divalem[d] secundum suam postulationem, ut suggessit, per quam revelata[e] est quantitas, que solita erat dari pro ordinatione pontificis facienda. Sic tamen, ut, si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regia urbe secundum antiquam consuetudinem, ut[f] cum eorum conscientia et iussione debeat ordinatio[g] properare[h]. *Cat. Cas. *f. 11d. Gilb. L. pont.*

DCLXXI. Adeodatus, natione Romanus, ex monachis assumptus, de patre Iobiano, sedit an. IIII, men. II, d. V. Cessavit episcopatus[i] men. IIII, d. XV. Hic dum quendam oscularetur leprosum, curavit eum. *Laur. et L. pont. Gilb.*

DCLXXI. Constantinus filius Constantini regnavit[k] annis XVII. Contemporaneus[l] Adeodati. Tunc Sarraceni Siciliam invaserunt et cum spoliis multis recesserunt. Istius tempore fuit celebrata VI. sinodus Constantinopolim contra Gregorium patriarcham. *Laur. Gilb. Beda. Gilb.*

*DCLXXVI. Bonus, natione Romanus, ex patre Mauricio, anno I, men. V, d. X; cessavit men. II, diebus XV. Huius temporibus stella splendidissima nec antea visa apparuit in celo. **f. 12a. Laur. et L. pont. Bonizo.*

DCLXXVIII. Agatho, natione Syculus, sedit annis II, men. VI, d. III; cessavit anno I, men. VII, diebus V. Hic misit synodicam epistolam adversus Macharium[m] duas esse naturales voluntates in Christo[5]. Hic fuit etiam tempore Constantini imperatoris. *Laur. L. pont. Laur.*

DCLXXXI.[6] Leo iunior, natione Syculus, de patre Paulo, men. X, d. XVII; cessavit[7] d. XXII. Hic sanctam VI. sinodum suscepit et studiosissime[n] in Latinum[o] translatavit; in qua dampnati sunt Cirus[p], Sergius, Honorius, Pirrus, Paulus et Petrus necnon et Macharius cum discipulis suis omnibus, Stephano et Pollocronio, et novus Symon. Qui unam voluntatem et operationem in domino Iesu Christo dixerunt esse. *L. pont. (et Laur.) L. pont.*

DCLXXXII.[q] Benedictus iunior, natione Romanus, ex patre Iohanne, men. X, d. XII; cessavit men. II, diebus X[8]. *Laur. et L. pont.*

DCLXXXV.[9] Iohannes, natione Sirus de provincia Antiochia, de patre Quiriaco[10], sedit anno I, d. IX; c[essavit][11] d. XVIII[r]. Hic librum de dignitate pallii composuit. Huius temporibus provincia Affrica subiugata est Romano imperio atque restaurata per Iustinianum. Hic consecratus fuit a tribus episcopis, Hostiensi, Portuensi, Vellitrensi[s]. *L. pont. et Laur. Bonizo. L. pont.*

DCLXXXVI. Canon[t], patre Traceseo, educatus apud Ceciliam[u], men. I, d. XXIIII[12]; c[essavit][13] d. XXIII. In cuius electione contentio facta est non modica. Clerus enim expetebat Petrum archipresbiterum, exercitus vero Theodorum presbiterum. Tandem utroque expulso Canon[v] sacerdotes et clerus unanimiter elegerunt. *L. pont. (et Laur.) L. pont.*

a) tpr *c.* b) Vitali9 *c.* c) an. *om. c.* d) *cf. supra p.* 248, *n.* m. e) *sic c. et Tiburt. et codices multi, praesertim rec. III. Libri pont. pro* relevata. f) *sic rec. I. Libri pont.* g) ordinō *c.* h) *sic et Tiburt. pro* provenire. i) epat9 *sine signo compendii c.* k) reḡ *c.* l) Contēponeus *c.* m) machatiū *c.* n) studiosessime *c.* o) latin̄ *c.* p) Girus *c.* q) II *adras.* r) *seq. littera erasa.* s) vellicn̄ *c.* t) *sic c.* u) ce *in loco raso.* v) *sic* (canon.) *c.*

1) *Sic pro* men. I, d. XXVIIII, *ut Barth. habet, etiam contractum ab Hugone et Ceccan.* 2) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 3) *Haec iam supra p.* 282, *l.* 41. *leguntur.* 4) *Sequentia e Vita Agathonis, sub quo haec in Tiburt. leguntur, male huc tracta sunt, perperam praemissis verbis* Hic fecit sinodum. 5) *Sequentia vide supra l.* 6 *sqq. sub Vitaliano.* 6) *Sic Venet., Ceccan., Hugo, qui etiam de numero sequentis cum Basil. concordant, variantibus Barth., Amiat., Venet.* 7) mens. XI, *ut Liber pont. habet, omissum.* 8) XV *Liber pont.* 9) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Venet.* 10) *Sic codex A* 1 *Libri pont.* 11) men. II *Libri pont. omissum.* 12) men. XI *Tiburt. cum Libro pont. et Barth. et catalogis;* men. XI, d. XXIII *habet codex E* 1 *Libri pont.* 13) mens. II *Libri pont. omissum.*

[*L. pont. (et Laur.) *f. 12b. L. pont. L. pont. et Gilb. L. pont.*] DCLXXXVII. Sergius, natione Syrus Antiochie regionis, ortus est a patre Tyberio in Panormo[a] Sicilie, *sedit annis XIII, men. VIII, d. XXIIII[1]; c[essavit] d. L[2]. Ante cuius electionem facta est contentio. Alii Theodorum archipresbiterum, alii Pascalem archidiaconum elegerunt. Tandem inito consilio, utroque repudiato, in Sergium convenerunt. Theodorus autem humiliter acquievit. Sed Pascalis dolosus, et quia sortilegus, in monasterio retrusus est et impenitens defunctus. Iste invenit in sacrario beati Petri crucem miris lapidibus ornatam; ubi invenit partem crucis Domini, quam posuit in episcopio Lateranis in Sancto Laurentio, ubi annuatim in exaltatione[b] sancte crucis pontifex cum omni ordine palatii et Romano populo levat eam inde cum processione et portat eam ad basilicam Salvatoris[3]; finita missa reducit ad palatium[4]. Hic constituit, ut tempore confractionis dominici corporis *Agnus Dei* a clero et populo ter cantetur. Hoc utitur Romana ecclesia[c], ita quia omnium ecclesiarum mater est. Dat pacem omnibus ecclesiis et fidelibus postulantibus eam, quia ipsam non postulat habere pacem cum hereticis et scismaticis. Hic constituit, ut in annuntiatione sancte Marie, nativitate, assumptione, purificatione letania exeat a Sancto Adriano cum XVIII ymaginibus, et ad Sanctam Mariam Maiorem populus occurrat. Ab isto inantea omnis papa mutavit nomen suum[5].

[*Laur. L. pont.*] DCLXXXVII. Iustinianus imperator regnavit an. X. Hic constituit pacem cum Sarracenis X annis terra et mari.

[*L. pont. et Laur. L. pont.*] DCCI.[6] Iohannes, natione Grecus, annis III, men. II, d. XIII; cessavit men. I, d. XXII[7]. Hic redemit captivos de manu Gisulfi Longobardi.

[*Laur., Gilb. *f. 12c.*] DCC.[8] Tiberius[d] imperator regnavit an. VII[9]. Istius tempore Gisulfus dux Beneventanus Campaniam devastavit.

[*L. pont. et Laur. L. pont.*] *DCCIIII. Iohannes, natione Grecus, de patre Platone[10], sedit annis II, men. VII, d. VI[11]; c[essavit] men. IIII. Huius temporibus Aribertus rex Longobardorum patrimonium[e] Alpium Cotiarum exaratione litterarum[f] aurearum beato Petro restituit.

[*L. pont. et Laur. Bonizo.*] DCCVII. Sisinnius, natione Syrus, ex patre Iohanne, d. XX. Hic constituit, ut V[a] feria misse celebrarentur.

[*Laur. Bonizo. L. pont*] DCCVIII. Constantinus, natione Syrus, ex patre Iohanne, an. VII, d. XV; cessavit d. XL. Huius temporibus duo Saxones reges venerunt Romam causa orationis ibique mortui sunt. Hic invitatus a Tiberio Iustiniani filio et ab ipso Iustiniano honorifice susceptus est. Iustinianus vero cum rege sese prostravit et pedes pontificis osculans, in amplexu mutuo corruerunt; die vero dominico communionem de manu eius recepit.

[*Laur. Gilb.*] DCCVII. Iustinianus imperator regnavit[g] an. VI. Qui fuit tempore Constantini pape et Sisinnii.

[*Laur.*] DCCXIII. Philippus anno uno.

DCCXIIII. Anastasius annis III. Hii fuerunt et cum[h] Constantino.

a) tybernio in parāno *c.* b) exultatione *c.* c) *sic distinctum in c.* d) Giberinus *c.* e) patri manuum *c.* f) littarum *c.* g) reḡ *c.* h) c̄ *c.*

1) XXIII *Liber pont. et Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 2) *Pro* men. I, d. XX, *ut Liber pont. et Barth. habent.* 3) *In Ordine Romano cum his Cronicis in unum librum coniuncto f.* 31[a]. *codicis Basileensis legitur:* In exaltatione sancte crucis: Statio Lateran. Sed collecta fit ad Sanctam Mariam Maiorem. Cardinales portant in processione de ligno s. crucis et sandalia Christi et circoncisionem eius, et dominus (dns *c.*) papa discaltiatus recipit ad basilicam Salvatoris. Ibi papa cantat missam. Qua cantata, benedictione facta recedunt. 4) *Haec et quae infra sequuntur* (Hoc utitur — scismaticis), *quae cum praecedentibus nullo sensu connexa sunt, ex Ordine quodam Romano exscripta videntur esse.* 5) *Gilbert. haec dicit de Sergio II, sub quo haec iterum in his Cronicis leguntur.* 6) *Omnes catalogi praeter Barth. de hoc numero et de numeris annorum sequentium pontificum cum Basil. consentiunt.* 7) *Cf. supra p.* 208, *n.* 1. 8) *Sic Amiat. et Cenc. et Ceccan.;* DCCI. *Barth., Venet., Hugo.* 9) *Hic omissus est in Tiburt.* 10) *Recte ad hunc Iohannem VII. positum est* de patre Platone, *quod Cron. S. Laurentii ad Iohannem VI. habuit. Cf. supra p.* 249, *n.* 6. 11) *Cf. supra p.* 250, *n.* 1.

DCCXV. Gregorius, natione Romanus, ex patre Marcello[1], sedit annis XVI, men. VIII, d. XXII. Cessavit d. XXXV. Hic per Bonifacium monachum et episcopum gentem Germanorum sedentem in tenebris et umbra mortis doctrina lucis convertit ad Christum. Hic constituit VI[a] [a] feria ut[2] in quadragesima ieiunare. Et missarum sollempnitatem[b] sicut[c] tota ebdomada per totum annum fieri in ecclesia, quod antea non agebatur. Huius temporibus Leo augustus deponit omnes ymagines, salvatoris scilicet et eius genitricis et omnium sanctorum, et eas in medio civitatis Constantinopolis[d] incendit. Huius temporibus Agareni invaserunt Hyspaniam, sed CCCLXXV *milia una die a Francis interempta sunt.
Laur. et L. pont. — Bonizo. — Cat. Cas. — L. pont. — *f. 12d.

Theodosius regnavit[e] anno I. Augustus. Laur.

DCCXVIII. Leo cum Constantino filio suo regnavit[e] an. XXV. Iste, sicut diximus, omnes ymagines, quas in urbe repperit, Constantinopolim asportavit ibique eas igne cremavit; unde papa excommunicavit eum et Appuliam totam ei abstulit. Sarraceni cum inmenso exercitu Constantinopolim venerunt et tribus annis civitatem obsidentes abscenderunt[f].
ib., Gilb. — Beda.

DCCXXXI. Gregorius, natione Syrus, ex patre Iohanne, sedit an. X, men. IX[3], d. XXIIII; cessavit d. VIII. Hic adiunxit in secreta: *Quorum sollempnitates hodie in conspectu tue maiestatis celebrantur, domine Deus noster, in toto orbe terrarum.* Et fecit recedere totam Ytaliam a potestate Leonis augusti heretici ob depositionem ymaginum et ipsum imperatorem excommunicavit et regno privavit. Hic cum esset magni nominis et ante feretrum in obsequio sui antecessoris, a parvo usque ad maximum in Romanum pontificem est electus.
Laur. et L. pont. — Cat. Cas. — Bonizo. — L. pont.

DCCXLII. Zacharias, natione Grecus, ex patre Policronio, sedit annis X, men. III, d. XV; c[essavit] d. XIII. Hic IIII[or] Dialogorum libros de Latino in Grecum translatavit[g]. Zacharias iste Karolummagnum fratrem Pipini fecit clericum et misit eum in Cassinense monasterium fieri monachum. Cui etiam plurima dona cum privilegio apostolice sedis contulit. Hic sacris ymaginibus tam oratorium beati Silvestri quam porticum decoravit. Per eundem in urbe Roma magnum thesaurum dignatus est [Dominus[h]] propalare. Clerum[i] valde dilexit et eis presbiteria duplo *annue augmentavit. Rex Rachis tempore istius cum uxore et filiis ad apostolorum limina veniens ad eum, clericus effectus, monachico indutus est habitu cum uxore et filiis. Et multitudinem mancipiorum utriusque sexus a Veneticis emptam, ne Sarracenis venderentur, redemit et absolvit. Isti fuerunt contemporanei:
Ven. — L. pont. — Cat. Cas. — L. pont. — *f. 13a.

DCCXLIII. Constantinus cum Herene matre imperavit an. X, men. II, d. II. Laur.

DCCLII.[4] Stephanus, natione Romanus, ex patre Constantino, sedit an. V, d. XXVIII; c[essavit] episcopatus men. I, d. V. Hic ob infestationem Astulfi regis Longobardorum pergens in Franciam unxit Pipinum fratrem Karoli regis et duos filios in reges Francorum. Qui simul cum eo veniens Italiam abstulit Ravennam et XX alias civitates eidem Aistulfo et sub iure sancti Petri redegit; unde etiam patricius Romanus est effectus.
ib. — Cat. Cas.

DCCLIII. Constantinus et Leo filius cum Pipino rege Francorum[5] et Karolomagno filiis suis imperavit an. XVI. Ven., Cecc.

DCCLVII. Paulus annis X, men. I; c[essavit] anno I, men. I. Hic sepius commonuit Constantinum et Leonem augustos pro restituendis ecclesiis sanctorum[k]. Laur. L. pont.

DCCLXVIII. Constantinus papa sedit anno I et men. I. Pipinus obiit eodem anno[6], qui fuit rex Francorum, patricius Romanorum. Laur.

DCCLXIX. Stephanus, natione Siculus, ex patre Olibo, an. III, men. I[7], c[essavit] men. V, d. XXVIII.

DCCLXXII. Septima synodus hic celebratur[8].

DCCLXXIII.[l] Adrianus, natione Romanus, ex patre Theodoro, de regione Via[m]-lata, sedit an. XXIII, men. X, d. XVIII. Huius precibus vocatus Karolus Magnus, supra nominati regis Pipini filius, *obsedit Longobardos in Papia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius. Quos captivos por-
ib. — Cat. Cas. — *f. 13b.

a) *lege* V[a]. b) sollēpn *eras., certe* celebritatem *corrigere voluit scriba.* c) s̊ *c.* d) constantinopol *c.* e) reḡ *c.* f) *sic c.* g) tnslauit *c.* h) Dom. *om. c.* i) Clericum *c.* k) fcoꝝ *c.* l) DCCLXXIIII. *radendo corr.* DCCLXXIII. m) uita *c.*

1) *Cf. supra p.* 250, *n.* 3. 2) ut *ex Libro pont. insertum est.* 3) *Tiburt. cum Barth.* men. VIII. 4) *Hic et numeri sequentium pontificum omnes fere ii sunt, quos habuit catalogus Italicus, consentientibus cum Basil. Hugone, Venet., Ceccan., variantibus autem Barth., Amiat., Cenc.* 5) *Cf. supra p.* 250, *col. II, n.* 2. 6) *Cf. supra p.* 250, *col. II, n.* 3. 7) men. I c[essavit] *falso insertum est.* 8) *Cf. Catal. Cavensis ineditus.*

Cat. Cas. tavit in Franciam, et reddidit omnia, que pater suus dederat beato Petro, adiuncto quoque ei ducato[a] Spoletano et Beneventano. Ob hoc meruit ipse dici rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum[b].

A tempore istius Adriani usque ad tempus Leonis pape, successoris sui, non erat rex vel imperator Romanus[c], sed tantum Karolus erat patricius Romanorum, ut predictum est.

Constantinus imperator excecatus est ultimo anno Adriani pape[1].

ib. Bonizo. Cat. Cas. *DCCXCVI. Leo annis XV, men. I[2]; cessavit episcopatus d. III. Hic apellatus est Sermocinarius. Hic dum pergeret die sancti Marci cum letaniis ad Sanctum Petrum, captus est et cecatus et precisa lingua. Sed Deus[d] omnipotens reddidit ei visum et loquelam. Et pergens ad Karolum regem Francorum, susceptus cum honore, rediit postea Romam cum prefato rege. Et facta vindicta de inimicis eius, purificavit se per sacramentum papa de quibusdam[e] criminibus sibi illatis. *Gilb.* Postea idem rex Karolus coronatus in imperatorem Romanorum. Hic Leo constituit[f] tres letanias ante ascensionem Domini et fecit porticum Sancti Petri. *SS. XXIV, p. 143.

DCCCI. Karolus primus accepit imperium Romanorum et imperavit annis XIII, men. I, diebus IIII anno ab incarnatione Domini DCCCI.

Nicephorus imperator[3].

DCCCXIIII. Michahel imperator[4] anno I.

Leo imperator[5] anno I.

Lodowicus imperator cum Lothario filio suo imperavit an. XXV. *Hic nutu Dei venit in Ithaliam; in territorio Sabinensi nocte apparuit ei sanctus Iohannes Baptista. Qui precepit ei fabricare ecclesiam ad honorem Dei et sui. Qui letus mane consurgens monasterium edificavit in loco qui dicitur Argentello ad honorem beati Iohannis Baptiste *et largissime donavit. *p. 144.

Gilb. Ab isto loco incipiunt Ithali[g] imperare; exempto imperio a Grecis[h], fertur ad Ithalicos secundum sententiam Romanorum, quoniam Franci non adiuvabant Romam contra Longobardos rebellantes[6].

Laur. DCCCXVI.[7] Stephanus papa sedit men. VII.

DCCCXVII. Pascalis papa sedit annis VII.

Cenc. DCCCXXIIII. Eugenius sedit annis tribus, men. VI[8].

DCCCXXVII. Valentinus papa sedit diebus XL. Hic Lodowicum filium Karoli in imperatorem consecravit.

Laur. L. pont. Laur. DCCCXXVIIII.[9] Gregorius sedit annis XVI. Hic ecclesiam sancti Marci prius a fundamentis eiecit et postea novis fabricis erexit[i]. Istorum quinque contemporaneus fuit Lodowicus imperator.

DCCCXXXIX. Lotharius imperavit annis VIIII.

Amiat. Bonizo. Cat. Cas. Gilb. DCCCXLIIII. Sergius[k] an. III, men. II. Huius temporibus Sarraceni vastaverunt Italiam. Et iste coronavit Lodowicum imperatorem. Iste Sergius vocabatur Os-porci, unde ab isto inantea[l] mutavit nomen suum.

a) *sic c. et Martin. Oppav. p.* 426. b) *seq.* Adria *eras.* c) rom *c.* d) des, e *expunct. c.* e) quibus *c.* f) const. *bis scr.* g) itali *corr. eadem manu* ithali. h) *ita et Gilberti codd. A pro* Francis. i) rexit *eadem manu corr.* erexit. k) Stephanus *c.* l) ʒ ana (et antea) *c.; supple* omnis papa.

1) *Ad hunc igitur annum hoc scriptum erat in Cron. Tiburt. deperdita, ad primum annum Leonis III. papae legitur in Barth.* (797), *Venet.* (796), *Hugonis Cron.* (796), *Ceccan.* (796), *ad secundum annum Leonis III.* (797) *in Amiat.* 2) *Numeri errore scribae corrupti sunt, quos nullus catalogus habeat.* 3) *Cf. supra p.* 251, *col. II, n.* 2. 4) *Ad a.* 814. *hunc habet Barth., ad a.* 812. *Hugo et Venet., ad a.* 813. *Cencius, ad a.* 811. *Ceccan.* 5) *Hic in Barth., supra p.* 209, *et in catalogo Hugonis ad a.* 815, *in reliquis non est.* 6) *Gilbertus hunc locum habet ante Berengarium I. imp.* 7) *Hunc et sequentes annos minimis litteris expressos habent omnes catalogi cum his Cronicis convenientes praeter Barth.* 8) *Lege* II *pro* VI. *Cf. supra p.* 254, *n.* 1. 9) *Sic Barth., Venet., Amiat., sed* DCCCXXVIII. *Hugo, Cenc., Ceccan.*

DCCCXLVII. Leo annis VIII, men. III, d. VI; c[essavit] episcopatus men. II, d. XV [1]. Hic Karolum filium Lodowici coronavit in imperatorem. Et edificavit civitatem, quam Leonianam appellavit. Iste fecit ecclesiam sancte Marie Nove et IIIIor Coronatorum. *Laur. Bonizo.*

DCCCXLVIII. Lotharius imperavit [a] cum Lodowico filio suo annis V. *Laur.*

Lodowicus imperavit annis [b] XXI [2].

*DCCCLVI. Benedictus papa an. II, men. VI [3]; cessavit d. XV. **f. 13'. Ceccan.*

DCCCLVIII. Nicholaus sedit annis VIIII, men. VI, di. VIIII [4]. Hic uno tempore duos imperatores excommunicavit, orientalem nomine Michahelem propter Ignatii iniustam depositionem et occidentalem nomine Lotharium propter Waldrade pelicis societatem. Hic constituit, ut post mortem pape cardinales convenirent ad eligendum papam vel Romanum vel alius gentis. Huius temporaneus [c] Lodowicus. *Laur. Bonizo. Gilb. Laur.*

DCCCLXVIII. Adrianus papa sedit annis V.

DCCCLXXIII. Iohannes sedit annis X. Hic unxit oleo Karolum filium Lodowici regis et eum in imperatorem constituit. *ib., Cat. Cas.*

DCCCLXXVI. Karolus imperator regnavit [d] anno I, men. IX. *Laur.*

DCCCLXXXI. Karolus imperator regnavit annis VIII.

DCCCLXXXIII. Marinus [e] papa sedit anno I, men. V.

DCCCLXXXIIII. Adrianus papa sedit anno I, men. IIII.

DCCCLXXXV. Stephanus papa sedit annis VI, men. VIII [5]. A morte sancti Gregorii usque ad hunc Stephanum sunt anni CCLXXIII [f], menses II. *ib., Cat. Cas.*

DCCCXCI. Formosus papa sedit annis V, men. VI. Huius temporibus Franci perdiderunt regnum rebellantibus Longobardis. *Laur. Bonizo.*

DCCCXCV. [6] Bonifacius papa d. XV. *Laur.*

DCCCXCVI. [7] Stephanus anno I, men. IIII [8]. Huius temporibus Sarraceni occupaverunt Siciliam. *ib. Bonizo.*

DCCCXCVII. Romanus men. III, d. XXIII [9]. *Laur.*

Theodorus d. XX.

DCCCXCVIII. Iohannes [VIII. [g]] papa sedit an. II, d. XV. Huius temporibus Romani [h] capitanei dignitatem patriciatus sibi vindicaverunt [i]. *ib. Bonizo.*

DCCCC. Benedictus an. III, men. II. *Laur.*

Leo d. XL.

DCCCCIII. Christoforus men. VII. Hic de papatu eiectus factus est monachus. *ib. Cat. Cas.*

DCCCCV. Sergius annis VII. Hic basilicam Lateranensem [k] reparavit. *Laur. Bonizo.*

*DCCCCIII. Lodowicus imperator regnavit [l] annis IIII. **f. 14a. Laur.*

DCCCCVIII. Contemporaneus Christofori et Sergii pape. *Gilb.*

DCCCCXII. [10] Berengarius imperator regnavit [l] annis VI. *Laur.*

DCCCCXV. [11] Anastasius papa annis II, men. II.

Lando men. VI.

a) imp. *eadem manu superscr.* b) anni *c.* c) *sic c.* d) reg *c.* e) Aarinus, A *minio pictum c.* f) XX *in loco raso.* g) VIII. *eadem manu superscr.* h) romni *in extremo versu c.* i) ūndicauer̄ *c.* k) lateranēnsem *c.* l) reḡ *c.*

1) *Cf. supra p.* 210, *n.* 4. 2) *Annos XXI huic, qui in Tiburt. omissus est, tribuunt Catal. saec. XI. et Amiat. et Cencius, annos XIX Barth., Venet., Ceccan., Hugo.* 3) *Cf. supra p.* 254, *n.* 4. 4) men. II, d. XX *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 5) *Lege* diebus VIII. *Cf. supra p.* 255, *n.* 2. 6) *Sic Hugo et Venet.;* DCCCXCVI. *Barth. et reliqui.* 7) *Sic Hugo et Venet.;* DCCCXCVII. *Barth. et reliqui. Etiam sequentes numeri annorum in catalogis non congruunt.* 8) *Sic Ceccan.;* III *reliqui catalogi cum Tiburt.* 9) *Cf. supra p.* 255, *n.* 5. 10) *Ad a. DCCCCVIII. hunc habent Barth. et alii catalogi, qui numerus errore librarii, ut videtur, ad praecedentem lineam in his Cronicis positus est.* 11) *Sic reliqui catalogi praeter Barth., Amiat., Cenc.*

Laur. Cat. Cas. Bonizo. Iohannes annis XIIII, men. II, d. VIII[1]. Hic fuit filius Sergii pape[2], Tusculanus[a] natione, frater Alberici maioris. Hic pugnavit cum Sarracenis et ab Ithalia pulsos in Siciliam fugavit, et edificavit basilicam in palacio Lateranensi.

Laur. DCCCCXVI.[3] Berengarius imperator regnavit annis IIII[or].

ib., Gilb. DCCCCXXI. Hugo imperator regnavit[b] annis VI. Istius tempore Ungari, qui circa Danubium habitabant, totam Hyspaniam devastaverunt. Et in hac tempestate sagitte ignee vise sunt in celo.

Laur. DCCCCXXVIII.[4] Leo papa men. VII[c].

Stephanus an. II, men. I.

DCCCCXXXI. Iohannes papa annis IIII, men. X.

Berengarius[d] regnavit[b] an. VIII.

Cenc. DCCCCXXXVI. Leo papa an. III, men. VI, d. X.

Laur. DCCCCXXXVIIII. Stephanus papa an. III, men. IIII, d. XV.

DCCCCXLIII. Martinus[5] papa an. III, men. VI, d. XIII[6].

DCCCCXLVI. Agapitus papa annis X, men. VI, d. X.

DCCCCLVI. Iohannes papa an. VII, men. IIII[7].

Lotharius imperator annis II.

DCCCCL. Berengarius cum Adelberto filio suo imperavit annis XI ante Iohannem papam.

Laur., Gilb. DCCCCLXII.[8] Otto primus imperator regnavit[e] an. VI. Iste fuit primus[e*] imperator Teotonicus; exempto enim imperio ab Ithalicis, soli Theotonici imperaverunt usque ad presens tempus.

Laur. DCCCCLXIII. Benedictus papa men. II.

Leo papa sedit anno I.

ib. Cat. Cas. *DCCCCLXV. Iohannes annis VII, men. XI. Hic a Petro prefecto urbis Romane comprehensus et in castello Sancti Angeli retrusus, deinde in exilium in Campaniam missus, post X menses et dies *p. 145.
*f. 14b. XXVIII *reversus est Romam, et de persecutoribus eius ab Ottone supplicium est sumptum[f].

Laur. Gilb. DCCCCLXV.[9] Otto secundus cum Ottone filio suo imperavit annis XXVIII[10]. Iste dum Grecos[g] in Calabria incaute persequeretur, amissis militibus in navi evasit. Demum vero exercitum congregans Beneventum obsedit. Quo capto ossa beati Bartholomei apostoli inde asportavit et Rome[h] in insula Tyberina[i] in tumba[11] porphiritica collocavit. Et in terram suam per Tyberim et per

a) iustulanus *c.* b) reg *c.* c) III *eras., eadem manu superscr.* VII *c.* d) B *littera init. minio inserenda deest c.* e) fuit *expunct., eadem manu superscr.* reg *c.* e*) primus *erasum.* f) suptum *c.* g) grec9 *c.* h) roma *c.* i) tyberı *c.*

1) VIII *corruptum ex* IIII *(vel* III*). Cf. supra p.* 256, *n.* 2. 2) *Cf. supra p.* 212, *n.* 2. *Ann. Ceccan., SS. XIX, p.* 280, *et Gilbertus* Hic — pape *recte ad Iohannem XI.* (931—936) *ex Catalogo Casin. habent.* 3) *Sic omnes catalogi praeter Barth.* 4) *Sic reliqui catalogi praeter Barth., Amiat., Cenc.* 5) *Marinus (II.), ut Barth. et Tiburt. habent.* 6) *Cf. supra p.* 257, *n.* 1. 7) mens. IIII *catalogi Laurent., Estensis, alii, Duchesne, Liber pont. II, p.* 247, *qui omnes* ann. VIIII *vel* VIII *habent;* ann. VII *tantum cum Tiburt. Barth., Hugo., Venet., Ceccan.;* ann. VII, men. X, d. XV (V) *Cenc., Amiat.* 8) *Sic Ceccan., Amiat., Cenc., reliquis catalogis variantibus.* 9) DCCCCLXVIII. *reliqui catalogi praeter Barth.* 10) Otto cum Ottone filio suo imperavit annis VIII *habent Barth., Ceccan., Venet., (Hugo) cum Tiburt., quae ad Ottones I. et II. referenda sunt;* Otto imperavit annis XX *scribit Gilbertus in cod. A* 1 *de Ottone II: utriusque igitur numeri summam auctor fecisse videtur. Sed nota etiam Gotifredum Viterb. in catalogo Speculi regum, SS. XXII, p.* 24, *et Sicardum supra p.* 159. *Ottoni II.* 28 *annos tribuisse.* 11) in tumba *habent codd. A Gilberti, ubi* porphiritica *deest, quod apud Ottonem Frising. VI,* 25. *et in Cron. S. Barthol., supra p.* 214, *ex qua haec ad Gilbertum pervenerunt, legitur, ubi et* in Tiberis insula. *Ceteri codices Gilberti habent:* in quadam concha.

mare in prefata conca transferre cogitavit. Sed eo in brevi mortuo, preciosus thesaurus ille Rome remansit usque hodie. *Gilb.*

DCCCCLXXIII.[1] Benedictus papa an. I, men. VI. Iste comprehensus a Cinchio Theodore filio et in castellum Sancti Angeli retrusus, ibi strangulatur. *Laur. Cat. Cas.*

DCCCCLXXIIII. Bonus an. I, men. VI. *Laur.*

Bonifacius an. I, men. I[2]. *Ceccan.*

DCCCCLXXVI. Benedictus an. IX, men. VI. *Laur.*

DCCCCLXXXV. Iohannes men. IX. Hic in castellum Sancti Angeli retrusus et per IIII^or^ menses fame afflictus, mortuus est et, ut fertur, occisus. Et iterum Bonifacius superior sedit men. XI. *ib. Cas. Cas.*

DCCCCLXXXVI.[3] Iohannes annis X, men. VII. *Laur.*

Isti septem predicti pape fuerunt contemporanei Ottonis secundi.

DCCCCXCVI.[4] Gregorius [V.[a]] annis II.

Iohannes men. X.

Otto [III.[b]] imperator eodem anno cepit regnare quo Gregorius[5] et regnavit[c] an. XVIII. Hii duo Ottones tam feroces et tam mirabiles fuerunt, ut unus diceretur Sanguineus seu Pallida mors Sarracenorum, alter Mundi mirabilia. *Gilb.*

DCCCCXCIX. Silvester sedit an. IIII, men.[d] Hic fuit omnium arcium liberalium peritissimus, qui primitus abbas Bobiensis, post archiepiscopus Ravenensis[e], postea vero papa effectus est. *Laur. Bonizo.* Hoc anno venerunt Sarraceni super Capuam. *A. Cas. 1002.*

*M^o^III. Iohannes sedit men. V. **f. 14^c^. Amiat.*

Iohannes annis V.

M^o^V. Terre motus ingens per XV dies et amplius totam Ythaliam movit[6]. *A. Cas. 1004.*

M^o^IX. Sergius annis II, men. XX[7]. Sal defecit[8], et fames valida fuit. *Ven. A. Cas. 1011.*

MXII. Benedictus annis XI, men. XI. *Amiat.*

Sex pape predicti fuerunt [contemporanei[f]] imperatoris Ottonis tercii. *Laur.*

MXIIII. Henricus imperator regnavit[c] an. X, et remansit regnum[g] vacuum[h] tribus annis[9]. Hic venit Romam et coronatus est a papa Benedicto. Illo tempore luna versa est in sanguinem. *A. Cas. 1014. 1016.* Nota, quod plures sunt Henrici reges quam Henrici imperatores, unde, cum legitur Henricus imperator primus, ratione imperii dicitur primus et tamen ratione nominis dicitur secundus. *Gilb.*

MXXIIII. Iohannes sedit annis VIIII, men. VIIII. *Laur.*

MXXVII. Conradus imperator regnavit[c] annis XVI. Luna obscurata est. *A. Cas. 1029.*

MXXXIII.[10] Benedictus sedit annis XIIII. Iste eiectus de episcopatu[i], et Iohannes Sabinensis episcopus factus est papa, cui nomen Silvester. Et iste quoque eiectus est, et recuperatus papa Benedictus. Et iste iterum eiectus, et datus est papatus Iohanni archipresbitero Sancti Iohannis ante portam Latinam. Et hic ab Henrico imperatore depositus ultra montes deportatus est. *Cenc. Cat. Cas.*

Tempore huius, primo anno sui pontificatus[k] solis maxima pars obscurata est in festo sancti Petri. Et luna XIII. obscurata[l] est per totam noctem. *A. Cas. 1033. 1042.*

a) V. *eadem manu superscr.* b) III. *eadem manu superscr.* c) reḡ *c.* d) *scil.* mense I. e) rauanen̄ *c.* f) contemp. *om. c.* g) annū *c.* h) *sequitur locus rasus trium litterarum.* i) epatu *sine signo compendii c.* k) pon *c.* l) obscura *c.*

1) *Hunc numerum et sequentem habent Barth., Hugo, Ceccan., reliquis variantibus.* 2) *Cf. supra p.* 257, *n.* 5. 3) *Sic omnes catalogi praeter Barth. Iohannes XIVbis, qui ante hunc in Barth. et Tiburt. exstat, a librario, non ab auctore omissus videtur esse, cum l.* 11. septem predicti pape *legatur, hoc vero loco sex tantum praecedant.* 4) *Praeter Barth. et Venet. hunc et sequentes numeros reliqui catalogi habent.* 5) *Haec scripsit auctor, quia Barth. Ottonem III. et Gregorium V. ad eundem annum* 997. *habet, quos Cron. Tiburt. deperdita ad a.* 996. *habuisse videtur.* 6) *Ad a.* 1005. *haec habent duo codices Annalium Casin. et Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p.* 511. *Cf. supra p.* 257, *col. II, n.* 1. 7) *Sic Venet., cf. supra p.* 215, *n.* 4. 8) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 485 *sq.* 9) *Cf. supra p.* 215, *col. II, n.* 2. 10) *Sic omnes catalogi praeter Barth.*

Laur. cf. Cenc. MXLVI. Silvester d. LVI. Post mortem cuius prefatus Benedictus iterum tenuit papatum men. VIIII[1].

Amiat. [a]Gregorius an. II.

Clemens men. IX, d. VII.

Laur. Damasus sedit d. XXIII.

A. Cas. 1053. ML. Leo an. V, men. II, d. VI. Hic cum Normannis in Apulia dimicat.

Laur. *f. 14d. *Gilb.* *Henricus[b] imperavit annis XI. Iste tempore Gregorii et Clementis venit in Ithaliam, Pandulfum principem Capuanum victum capiens[c] super Troiem, asportavit illum in Alemanniam, et quendam alium Pandulfum comitem Teatenensem[d] in principem ibi ordinavit. Huius tempore Normanni intraverunt Romam. *cf. Cenc.* Magna pars Rome cremata fuit.

Laur. cf. Cenc. Victor an. II, men. III, d. XX[2]. Siccitas magna fuit a Maio usque ad vigiliam sancti Andree.

Amiat. Stephanus men. IX.

Laur. Benedictus sedit men. VIIII.

A. Cas. 1067. Nicholaus an. II, men. VI. Dux Gotefridus insecutus est Normannos a Roma usque Aquinum.

Laur., A. Cas. 1063. 1064. Alexander[e] annis XI, men. VI, d. XXIII[3]. Luna eclipsim passa; primus Dionisii circulus[4].

A. Cas. 1075. Gregorius VII[us] accepit papatum. Iste nocte natalis Domini captus est super altare a quibusdam Romanis, sed vi aliorum receptus est eodem die.

Laur. cf. Cenc. A. Cas. 1081—1085. Gregorius VII. an. XII, men. I, d. III[f]. Iste captus fuit in Presepio[5] in natali Domini a Centio de Stephano. Huius tempore Henricus imperator valida manu venit Romam, porticum Sancti Petri destruxit.

Gregorius apud Salernum moritur. Fames et mortalitas[g].

1080. Clemens effectus est papa.

1086. Liberius[6] scismaticus factus[h] est papa.

Laur. A. Cas. 1086. *Gilb.* *Henricus imperavit annis X[7]. Hoc anno stella clarissima in circulum prime lune in- *p. 146. gressa est III.[i] Kal. Mar. Tempore huius gens Christianorum de toto mundo processit ad sepulcrum Domini duce Boemundo. Qui Ierusalem abstulerunt viriliter Sarracenis.

Amiat. cf. Cenc. Victor papa sedit an. I. Sol obscuratus est[8].

Laur. *f. 15a. *Urbanus, natione Francigena, ex patre Milone, de oppido Castellonis[9], sedit an. XI.

A. Cas. 1088. 1096. Otto Hostiensis episcopus Urbanum in papam eligitur[k].

Innumera Francorum et ultramontanorum multitudo mare transivit.

a) *ad praeced. lineam* MXLVI. *iterum adscriptum eras., ad hanc lineam* M *adscript.* b) *f.* 14d—15c. *librarius numeros annorum in margine non adscripsit.* c) capies *c.* d) teate nse̅ *c.* e) Alex'ander *c.* f) *lege* IIII *cum Barth. et Tiburt.* g) factus est papa *h. l. add. c.* h) f. est papa *deest h. l. c.* i) XIII. *Ann. Casin. et Martin.* k) elegit *c.*

1) *Ex loco Catalogi Casin. hoc exscriptum esse censeo, ubi:* recuperatus est papa Benedictus, qui post mensem unum et XX dies, *cum mihi persuasum habeam* unu *perperam lectum esse* UIIII. 2) XIII *Barth. et alii catalogi cum Tiburt.;* XV *Venet.* 3) XXV *Hugo, Amiat., Cenc. cum Tiburt.;* XXVI *Barth. et Venet.* 4) primi Dionisii circuli *legitur in margine Annalium Casin. codicis bibliothecae Mazarineae ad a.* 1064. 5) apud Sanctam Mariam Maiorem *Cencius. Gilbert. etiam habet ex Catalogo Cenciano:* Hic captus est a Centhio in nocte natalis Domini. *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 518 *sq.* 6) *Desiderius abbas Casinensis, Victor III. papa.* 7) XVI *Barth. et alii catalogi cum Tiburt.* 8) *Cf. Ann. Ceccan.* 1093; *Ann. Casin. II.* 1094. *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 539. *Sed potius ex eodem fonte, ex quo Cencius locum SS. XXIV, p.* 106, *l.* 17. *exscripsit, hoc desumptum esse nunc censeo. Cf. Alberti Milioli Liber de temp. c.* 152 *(infra).* 9) *Eadem verba maioribus litteris expressa leguntur in Catal. pont. cod. Vatic.* 629, *Watterich, Vitae Rom. pont. I, p.* 571, *n.* 1; *Vignolii Liber pont. I, catal. III.*

Terremotus fuit Rome in festo sancte Agnetis, et castrum Sancti Angeli a 1094? *Jan. 21.*
Romanis captum fuit in festo sancti Laurentii. *cf. Cenc.*

Stelle innumerabiles[a] de celo quasi pluere vise sunt prope diem versus occidentalem plagam 1098. *Aug.* 10.
celi ubique terrarum mense Aprili. *A. Cas.* 1095—1098.

Civitas Ierusalem capta est a Christianis Idus Iulii; eo anno via gnea per totam noctem in celo *cf. Selig.*
apparuit V. Kal. Octobris. Eodem anno stella cometes apparuit. Hoc anno Antiochia urbs capta
est a Christianis.

Pascalis II^us^ sedit annis XVIII, men. V, d. XVII[1]. Hic captus est ab Henrico *Laur. cf. Hugo, Ven.*
Teutonicorum rege et imperatore in ecclesia sancti Petri. Et eodem die ex Ro- *cf. Tib.*
manis sine numero interfecti sunt[2].

Henricus imperavit annis XV. Iste adepto imperio patrem suum in vinculis mori fecit. *Laur., Gilb.*

Hic fuit captio pape Pascalis ab Henrico Theutonicorum rege, Henrici regis filio; *cf. Tib., Selig.*
post XV sacramenta securitatis et amplius ab ipso sibi concessa ab eodem rege cum 1111.
multis episcopis et cardinalibus et Romanis clericis captus et in vinculis est retentus (*Febr.* 12.
diebus LXVIIII. Hic etiam fuit interfectio Romanorum.

Gelasius anno I. Omnes vinee Romanorum gelaverunt. Ierusalem capta est *Amiat. cf. Cenc. Ven.*
a Christianis, et columpne ignee plurime vise sunt ab oriente in occidentem.

*Calixtus, natione Bisuntinus[b], Guillelmi comitis cognomine Teste-audacis[3] 1119. **f.* 15^b^.
filius, moribus et genere nobilissimus, prius archiepiscopus Viennensis et ecclesie *cf. Tib.*
Romane legatus, postmodum apostolice sedis pontifex divina subveniente providentia
factus, concordiam inter ecclesiam et imperium reformavit. Pacem in Urbe con- 1122.
stituit. Ecclesiam beati Petri de manu laicali prorsus eripuit. Quam thesauro et
decoris ornamentorum[c] varietatibus honestavit. Civitates, castella[d], portus, lacus
et alia multa beati Petri patrimonia longis retro distracta temporibus recuperavit.
Burdinum heresiarcham cepit; aquam ad Urbem conduxit; pauperum nutritor, 1121.
pius viduarum et pupillorum defensor, vixit annis V, men. X, d. XIII. Cometa stella *Laur. cf. Ven.*
in celo apparuit[4] tempore huius. Hec quidem cum nascitur, aut regni mutationem
fertur ostendere aut bella aut pestilentiam[5]. Stelle etiam innumerabiles cadere et quasi *A. Cas.* 1123. *cf. Selig.*
pluere vise sunt per totum orbem[6] anno huius ultimo.

Honorius annis V^que^, mense I, d. XXVIII. Papa in Apuliam contra comitem Roggerium, *Laur. A. Cas.* 1128. *cf. Selig.,*
qui ducatum occupaverat, egressus est. Cum quo tandem facta concordia[e] ei apud Beneventum *Herbipol.*
ducatum firmavit. Iste fuit vir litteratus ac predicator egregius, religionis amator, *cf. Tib.*
in iudicio iustus et in ecclesiasticis negociis pro indaganda veritate diligens in-
quisitor.

Lotharius rex imperavit an. XII. Hic fuit dux Saxonie. *Laur.*

Honorius supradictus obiit. Et eo die sunt electi Gregorius Sancti Angeli in papam Inno- *A. Cas.* 1130. 1133.
**f.* 15^c^. centium *et Petrus cardinalis Sancte Marie trans Tiberim, filius Petri Leonis, electus est in *cf. Selig., Herbipol.*
Anacletum. Quorum alter, scilicet Innocentius, abiit ultra montes, Anacletus vero in Apuliam
perrexit. Iste Anacletus ducem Rogerium regem esse concessit. Rex vero Lotharius venit
Romam et accepit coronam ab Innocentio.

Anacletus per suam magnam vim, quam habebat in Urbe, abstulit quam 1130.
pluribus fidelibus Innocentii solidos[f] eorum, quos Innocentius dederat eis. Iste
idem Anacletus, cum adibat Sanctum Petrum, timore Frangentium-panes, qui
Innocentium constituerant papam, et aliorum fidelium multos archatores et diverse

a) innumerales *c.* b) bisunt *c.* c) vir *add. c.* d) catella *c.* e) conc. *eadem manu superscr.* f) sol

1) *Lege* VII *cum Tiburt. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 509, *n.* 1. 2) *Cf. ibid. p.* 509. 545 *sq.* 3) *Comitis Burgundiae. Verba* natione — nobilissimus *ex fonte Romano infra exscripto, non ex Cron. Tiburtina profecta esse videntur.* 4) *Cf. supra p.* 259, *n.* 2. 5) Hec — pestilentiam *ex Isidori Etym. III,* 71, 17. 6) *Cf. Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p.* 515.

1130. maneriei armatos secum ducebat. Iste Anacletus abstulit Sancti Petri argenteum . . . . .[a] et argentea vestimenta quatuor columpnarum sub cyborio stantes[b] et tabulam auream ante altare ex celatura, in qua dicebatur summa Veteris testamenti scripta esse, et multas coronas argenteas pendentes per ecclesiam et multos crucifixos et ymagines[1]; et excoriavit portas Sancti Petri vestitas argento, et abstulit cyborium et presepe Sancte Marie Maioris et multas coronas et vestes et crucifixum, et quibuscumque ecclesiis potuit auferebat sacra aurea et argentea atque reliquias. Ex hiis vero sacris gwerriebat Frangentium-panes[c] et adiutores Innocentii. Et Frangentes-panes gwerriebant eum ex pecunia ultra montes, quam *f. 15d. Innocentius mittebat eis. *Hinc[d] inde homines Deum timentes facti sunt proditores et periuri, quia Innocentius et Anacletus decipiebant eos dicentes, quod remitterent peccata, dantes alteri parti turres alterius partis[e] et facientes tradi multa utilia sibi; unde talia promittendo de[ceperunt[f]] inclitum et audacem Tebaldum urbis Rome prefectum.

A. Cas. 1138. MCXXXI. Anacletus iste, qui fuit Petrus filius Petri Leonis, obiit. Sed fere post duos menses fratres eius cardinales cum clericis suis elegerunt pro eo quendam Gregorium heresiarcham[g], *cf. Herbip., Selig.* qui post tres menses sue electionis depositus est a papa Innocentio, facta pace cum omnibus[2].

cf. Tib. *MCXXX. Innocentius, qui et Gregorius diaconus Sancti Angeli, sedit annis XIII, men. VII. *p. 147.

1139. c. Apr. 2. MCXXXVIII. Iste Innocentius papa facta plenaria synodo media[h] quadragesima *cf. Selig., Herbip.* deposuit atque dampnavit totam partem Petri Leonis cum ordinatione illius[3].

A. Cas. 1139. MCXXXVIIII.[i] Rogerius rex Sicilie venit in Apuliam et cepit eam totam preter Barim *cf. Selig., Herbip.* et Troiam, quam obsedit. Contra quem Innocentius papa cum exercitu Romanorum venit, 1140. quem rex sine pugna in fugam vertit et comprehendit. Et mox pace facta, relaxatis omnibus quos comprehenderat, accepto ab eo et filiis sacramento, papa confirmavit illi totam terram a fluvio Cartello[k] et infra filiisque Principatum atque ducatum Apulie. Quo facto Neapulis et Troia iussu apostolico tradiderunt se ei. Barrim per duos menses obsidens, tandem pacto recepit eam. Sicque in Siciliam reversus est[4].

cf. Tib. MCXLIII. Celestinus sedit men. V, d. XIII. Qui et Gwido cardinalis tituli[l] Sancti Marci.

*f. 16a. *MCXLIIII. Lutius men. XI, d. XII. Qui et Gerardus cardinalis Sancte Crucis.

MCXLV. Eugenius, natione Pisanus, Clarevallensis, abbas Sancti Anastasii[m], sedit an. VIII, men. IIII, d. XX.

1147. MCXLVII. Conradus [II.[n]] rex Romanorum et rex Francie[5] cum magno exercitu contra Sarracenos perrexit. Obscuratus est sol.

Flumen Tiberis per segetes et vinum[o] inundavit.

Gilb. Hoc tempore quidam magister Arnaldus nomine predicabat in urbe Roma, reprehendens divicias et superfluitates clericorum; cuius dicta multi magnates Romanorum sequebantur. Tandem captus suspenditur propter odium clericorum.

a) *verbum quoddam deesse videtur, sed nulla lacuna in c.* b) *lege* stantium. c) *lege* Frangentes panes. d) Hic *c.* e) partes *c.* f) de *nullo spatio relicto c.* g) hesiarcham *c.* h) media. XL *c.;* mediante *Tiburt., Ursperg., Herbipol., Seligenst.* i) MCXXXIIII *c.* k) castello *c.* l) titulo *c.* m) anastast *c.* n) II. *eadem manu superscr.* o) *leg.* vineas?

1) *Similia tradunt Boso, Vita Innocentii II, Duchesne, Liber pont. II, p.* 380, *et epistola cardinalium, Codex Udalrici* 248, *Jaffé, Bibl. II, p.* 430 *sq.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 544 *sq.* 3) *Ann. Casin., SS. XIX, p.* 309, *ad a.* 1139: Innocentius papa facta sinodo Anacleti partem damnavit. 4) *Minimis litteris expressa cum Ann. Casin. et Seligenst. et Herbipol., mediis litteris expressa cum solis Ann. Seligenst. et Herbipol. conveniunt. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 543 *sq.* 5) *Ludowicus VII.*

MCLIII. Anastasius, qui et Conradus episcopus Sabinensis[a], sedit an. I, *cf. Tib.*
men. IIII, d. XXV, natus Rome.

MCLV. Adrianus, natione Anglicus, an. IIII, men. VIII, d. XXVIII. 1154.
Huius tempore Fridericus imperator rem publicam regit[b]. *Gilb.*

MCLV. Fridericus imperator coronatus est in ecclesia sancti Petri. Hic 1155. *cf. Tib.*
veniens apud Tyburtum[c] in Quintiliono[d] precepit, ut Tyburtina civitas reedificaretur
in decore et gloriam[d] nominis sui. Et rediens in primo anno Spoletum destruxit.
Et in octavo anno imperii sui destruxit Mediolanum. Iste Fridericus strennuus, largus, 1162. *Gilb.*
facundus et in omnibus prudens fuit; nam Mediolanum pene penitus destruxit. Istius tempore
fuit scisma, quod ipse procuravit contra Alexandrum papam. Nam Pascalis et
duo alii heresiarche electi fuerunt contra Alexandrum, quos fecit Fridericus imperator.
Istis scismaticis antipapis[e] adhesit Rodolfus episcopus Argentinensis et
Lodowicus episcopus Basiliensis, qui depositi fuerunt et omnes clerici ordinati ab
eis sine spe restitutionis.

*Iste regnavit XXXIII annis, sed vicesimo tercio anno sui imperii, hoc est *f. 16b.
M⁰C⁰LXX⁰VII⁰ anno incarnationis Domini, facta est pax inter ipsum et papam 1177.
Alexandrum apud Venetias XIIII⁰ die[f] mensis Iulii[1]. Istius consilio et auxilio *Iul. 14.*
Philippus Coloniensis archiepiscopus et quidam alii invaserunt ducem Saxonie et 1179–81.
eum penitus destruxerunt, sed ipse imperator fuit auctor. Iste dimissa uxore sua[2]
duxit aliam[3], de qua genuit quinque filios, Henricum imperatorem, Philippum
regem, Fridericum et Conradum, quorum uterque fuit dux Suevie, et ultimum
Ottonem. Iste Fridericus, dum tandem iret ad Terram Sanctam recuperandam cum magno *Gilb.*
exercitu anno ab incarnatione Domini M⁰C⁰LXXX⁰IX⁰, in quodam flumine parvo, qui
dicitur Saleficum[4], dum se balniaret, submersus est. 1190.

M⁰C⁰LX⁰ Alexander, qui Rolandus dicebatur, natione Senensis, presbiter 1159.
cardinalis Sancti Marci et cancellarius Romane ecclesie[5], sedit annis XXI. Contra
istum electus fuit Pascalis antipapa procurante Friderico imperatore[6]. Quo Pascali 1164.
mortuo duo alii successive contra Alexandrum electi sunt. Alexander autem timore 1168.
Friderici imperatoris clam ivit in Franciam, et ibi honorifice receptus est et ibi 1162.
diu mansit tempore scismatis. Iste deposuit omnes episcopos, qui assistebant imperatori
et heresiarchis adversariis suis. Deposuit etiam omnes clericos ordinatos
ab illis episcopis. Iste Alexander celebravit concilium Turonense[g], concilium 1163.
etiam Lateranense[h] celebravit anno M⁰C⁰LXXIX⁰. *De adversariis istius compositi 1179. *f. 16c.
fuerunt versus isti[i] in Francia[7]:

Gwido de Crema, Ioh- et -annes[k. 8] sint anathema!
Nunquid peccavi, nunquid male gramaticavi,
Scismatici pravi si nomen[l] scismaticavi?

De Alexandro dicitur, quod, quando recipi[m] debuit in Francia Parisius a clericis, 1163.
capse, in quibus scrinia continebantur, iuxta altare corruerunt, et fracta sunt

a) sab' *c.* b) imp. rep̄ reg *c.* c) tyburrum *c.* d) *sic c.* e) antip. *eadem manu superscriptum.* f) d' *c.* g) turon *c.* h) lateran *c.* i) isti *c.* k) Iob et agnes *c.* l) si nomen *om. c., spatio vacuo relicto.* m) recepi *c.*

1) *Potius diebus Iul.* 24. 25. 2) *Adelheide.* 3) *Beatricem.* 4) *Cf. Cont. Hugonis Romanam et quae in cod. D* 1 *Gilberti Chronico addita sunt, SS. XXIV, p.* 98. 134. 5) *Cf. Bosonis Vita Alexandri III, Duchesne, Liber pont. II, p.* 397. 6) *Nota auctorem supra l.* 10 *sq. et hoc loco nihil de Victore IV. papa (Octaviano) dixisse.* 7) *Iidem versus, ex parte mutati, leguntur in Mathei Paris. Gestis abb. S. Albani, SS. XXVIII, p.* 441, *et in Radulfi de Diceto Catalogo pontificum, SS. XXVII, p.* 289. 8) *Iohannes de Struma.*

1163. scrinia[a], reliquie collise. Inde omnes turbati sunt. Dictum, quod diabolico instinctu factum est, alii dixerunt, quod per incantationem tandem[b] commiserunt.

cf. Tib. 1167. *MCLXVII. Hic expugnati sunt Romani apud Montem Porcum ab exercitu *p. 148.
archiepiscopi Reinoldi Coloniensis et Christiani Maguntini archiepiscopi; et eorum
Maii 30. alii mortui, alii capti sunt ex magna parte III. Kal. Iunii[c]. Eodem anno de-
1168. *Apr.* 6. structum est Albanum a Romanis, captum et conbustum VIII. Idus April.

1172. MCLXXII. Hic componitur inter papam et Romanos super Tusculanum.

1177. MCLXXVII. Hic pax facta est inter papam Alexandrum et Fridericum imperatorem apud Venetias.

1178. *Sept.* 13. MCLXXVIII. Sol obscuratus fuit circa horam nonam [Id.[d]] Septemb.

1179. MCLXXIX. Concilium Lateranense[e] hic celebratum fuit ab Alexandro.

cf. Tib. M⁰C⁰LXXX⁰I⁰ Lutius, natione Lucensis, episcopus Hostiensis, sedit annis IIII, men. II, d. XV.

M⁰C⁰LXXX⁰V⁰ Urbanus, natione Mediolanensis et ibidem archiepiscopus, cardinalis Sanctorum Laurentii et Damasi, sedit an. I, mensibus X.

1187. MCLXXXVI. Gregorius octavus sedit mense I, d. XXIII.

MCLXXXVII. Clemens III, qui et Prenestinus[f], Romanus natione, sedit an. III, men. III, d. VI.

1191. *cf. Tib.* MCXC. Celestinus, natione Romanus, diaconus cardinalis Sancte Marie in
*f. 16d. Cosmedin, id est in scola Greca, *sedit an. VI, men. VIIII, d. XII. Huius primo
anno pontificatus sui cum nollet coronare Henricum imperatorem, nisi prius
redderet ei Tusculanum, coactus tandem imperator desiderio corone adipiscende
Apr. 13. tradidit Tusculanum in vigilia pasce.

cf. Tib. Papa itaque Tusculano accepto coronavit eum, Tusculanum tradens Romanis,
1197. qui eum statim destruxerunt[g]. Tandem VI⁰ mense VII. anni pontificatus Celestini
Sept. 28. in vigilia sancti Michahelis mortuus est imperator Henricus in Sicilia et sepultus
Panormi. Et vacavit imperium annis XII, men. I, d. XIIII.

Henricus imperator Romanorum et rex Sicilie regnavit in imperio annis VII,
men. IIII, d. XIIII. Hic accepit in uxorem Constantiam filiam regis Sicilie. Hic
1191. propter ambitionem corone tradidit Tusculanum pape, sicut supradictum est, quod
ipse tradidit Romanis, et statim destruxerunt[1]. Hic etiam anno corone sue[2] Sicilie
regnum intravit et cepit terram usque Neapolim. Quam cum fortiter obsedisset,
facta est ibi mortalitas magna in exercitu suo, ita quod imperator cum paucis
Gilb. 1194. languens revertebatur in Alemanniam. Reparato exercitu reintravit regnum et ipsum
adeptus est anno quarto, postquam obsederat Neapolim, et ipsum regnum totum sibi
subiugavit, ubi plurimos rebelles diversis penis cruciavit, et filium Tancredi regis Sicilie cum matre
1197. et Margarito rege Epyrotarum secum in Alemanniam captivos duxit. Imperatore igitur
*f. 17a. mortuo Pannormi[3] orta est discensio[h] inter principes Alemannie pro imperio; *una
1198. pars elegit Ottonem, altera Philippum. Istis duobus ad invicem pro imperio diu
dimicantibus, tandem obtinuit Philippus, et formata est pax inter eos. Sub qua
1208. pace Philippus dolose interfectus est a langravio de Wittilisbach[4].

a) scrinea *post corr.* scrinia *c.* b) *locus corruptus* (Tand' ₉miser) *c.* c) iulii *statim corr.* iunii. d) Id. *om. c., nullo spatio relicto.* e) lateran̄ *c.* f) pnestinus *c.* g) destrux *c.* h) *sic c.*

1) *Cf. Cont. Hugonis Rom., l. l. p.* 98. *Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 494. 2) *Cf. supra p.* 267, *n.* 2. 3) *Messanae.* 4) *Ottone. — Haec omnia a l.* 31. Hic etiam] *ex Cron. Tiburtina continuata exscripta sunt etiam a Martino Oppav., SS. XXII, p.* 470 *sq., qui habet* ab altigravo Phil. est interfectus. *Auctor Germanicus pro verbo ab Italo corrupto non recte* langravio *scripsit et* de Wittil. *addidit. Cf. 'N. Archiv' XXVI, p.* 498. *Postremam partem habet etiam Chron. Mett. univ., SS. XXIV, p.* 519.

M°C°XC°VI° Innocentius IIIus, natione Romanus, sed genere Campanus, 1198.
mense Februario, VI. Kal. Marcii[1], cathedra sancti Petri electus est apud Septi- *Febr.* 24. 22.
solium[2], sicut dicunt versus, quos ipse fecit:

Qui Petro pridem cathedram tibi terminus idem,
Prebens illud idem, quod Petrus sumpsit ibidem,
Sorte magistratus ubi quando fuit cathedratus,
Accipiens apicem, quem petit, atque vicem.

Hic vero quantum fuerit in omnibus gloriosus, opera eius testimonium perhibent[a] veritati. Fulgent *Gilb.*
enim splendida facta eius in Urbe pariter et in orbe; fecit namque inter cetera hospitale sancti
Spiritus et illud magnis redditibus ampliavit. Instituit siquidem, ut ibi veronica
Domini publice monstraretur dominica qua cantatur *Nuptie facte sunt*[3]; et ecclesiam
sancti Sixti novis et magnis edificiis renovavit urbemque Romanam in summa pace et
concordia tanquam potens dominus omnium gloriosissime rexit[b]. Multos libros
composuit, videlicet tertiam compilationem decretalium, que incipiunt *Devotioni,* librum
sermonum, librum de missa, librum de contemptu mundi[4] et alia multa gloriosa. Anno vero
pontificatus sui XVIII. celebravit in basilica Lateranensi concilium generale, ubi omnes prelatos 1215. *(Nov.)*
totius universalis ecclesie ubique terrarum convocavit et usque *ad CCCCtos episcopos *f. 17b.
et octingentos[c] abbates, exceptis aliis prelatis, congregavit. Ibique de assensu
omnium et favore qui aderant illi concilio novas constitutiones[d] et nova edicta
promulgavit, que sic incipiunt: *Firmiter credimus.* Iste Innocentius deposuit
multos episcopos, duos Colonienses, Adolfum et Theodericum; Adolfum ideo de-
*p. 149. posuit, quia Philippum regem duxit Aquisgrani, Theodericum ideo deposuit, *quia
Ottoni imperatori excommunicato astitit contra suam prohibitionem. Deposuit
etiam Herbipolensem[5] et Lupoldum[6] Maguntinum electum. Item deposuit Hilde-
semensem[5] et Tullensem episcopum[7], fratrem ducis. Deposuit etiam electum
Basiliensem[e] Walterum per inquisitionem sollempniter factam[8]. 1215.

M°CC°VIII. Otto filius Henrici ducis Saxonum[f] accepta corona post mortem *Gilb.*
Philippi statim habuit bellum cum Romanis, et violenter auferens pape Innocentio post 1209.
iuramenta, que fecerat in coronatione, multa bona et castella, que papa in sua
possessione diu habuerat, contra voluntatem pape intravit regnum Apulie, aufferens illud Friderico
regi Sicilie, quem papa in sua habuit protectione. Preterea fecit spoliari et capti-
vari clericos euntes ad curiam Romanam et peregrinos. Astitit etiam publice

a) peribent *corr.* perhibent *c.* b) texit *c.* c) DCCC *eadem manu superscr.* d) ꝯstitōnes *c.* e) basil *c.* f) saxanum *c.*

1) *Innocentius III. electus mensis Ianuarii die* 8, *consecratus est die Febr.* 22., *i. e. a. VIII. Kal. Mart., qui dies est s. Petri in cathedra.* 2) electus — Septemsolium *habent etiam Gilberti recensiones B. D, et in D* 1 *sequitur ut hoc loco:* sicut dicunt illi versus, quos idem fecit, *sequentibus iisdem quatuor versibus, SS. XXIV, p.* 134, *qui etiam leguntur in Chron. S. Martini Turon., SS. XXVI, p.* 464, *duo eorum etiam in Chron. Laudun., ib. p.* 453. *Sed haec auctor certe non in codice suo Gilbertano legit, quia eius recensiones B. D recte habent:* Ianuarii die VIII. electus est. 3) *Secunda post epiphaniam.* 4) *Ita Chron. ex Pantheo excerptum, SS. XXIV, p.* 140; de miseria hominis *Gilb. Cf. et Hugonis Cont. Rom. p.* 99. 5) *Conradus episcopus Hildesheimensis fuit et Herbipolitanus, qui episcopatu Herbipolitano sine licentia papae suscepto utrumque episcopatum abdicare coactus est, hunc tandem recepit.* 6) *Episcopum Wormatiensem, Moguntinum a.* 1200. *a maiore parte electum, qui renunciavit archiepiscopatui a.* 1208. 7) *Mathaeus frater Simonis ducis Lotharingiae depositus est a.* 1210. 8 *A.* 1215. *Cf. Ann. Marbac. et Ann. Colmar. min., SS. XVII, p.* 173. 189.

Gilb. comiti Sancti Egidii[1] et aliis, qui impugnabant Christianos. Propter hec et alia et
1210. propter contumatiam excommunicatus[a] est a papa sollempniter cum candelis ardentibus
et ab omnibus episcopis Alemannie. Postea vero quarto anno imperii sui principes Ale-
*f. 17c. mannie Fridericum *predictum elegerunt in imperatorem iurantes, quod, si Fridericus etiam
moreretur, nunquam Ottonem acciperent in regem vel imperatorem. Fridericus
vero veniens per mare usque Romam a domino papa et populo Romano honorifice receptus est et
in Alemanniam contra Ottonem dirigitur. Ibi receptus est laudabiliter a principibus, et
1212. O[tto] depulsus de Brisach postea fugit Coloniam. Illi coacti sunt eum derelin-
1215. quere. Inde fugit latenter usque Bruswuic[b].

*f. 17d. Laur. *II. Post nativitatem domini nostri Iesu Christi Augustus dictus Octavianus imperavit annis
H.R.VII, 1.2. XIIII, Romanus genere, patre Octavio senatore, maternum genus ab Enea ducens, Iulii Cesaris
nepos, adoptivus quoque filius, totum mundum in unam describendo redegit armo-
Gilb. H.R.VII, 10. niam. Fuit enim plurimum intentus in studiis litterarum, oculis fulmineus, rarus ad recipiendas
amicicias et ad retinendas constantissimus. In hoc multum glorians, quod dicere potuit: 'Urbem
inveni latericiam et relinquo marmoream'. Nec tamen vir tantus viciis caruit. Serviebat enim
libidini usque ad opprobrium vulgi. Nam inter duodecim catamitos totidemque puellas accubare
solebat. Et quamvis esset servus luxurie, erat tamen eiusdem vicii severissimus ultor. Regnavit
Laur. siquidem LX[tac] et VI annis[2]. In quadragesimo secundo anno imperii eius[3] trans Tiberim de
H.R.VII, 8. taberna meritoria fons olei de taberna[4] exundavit ac per totum diem largissimo fluxit rivo, eo
Ven. Mir. Romae 50. scilicet anno, quo Dominus natus est. Et dicebatur taberna meritoria, quia ibi mere-
H.R.VII, 8. bantur milites qui gratis servierant in senatu. Tunc etiam circulus et species celestis arcus circa solem
Gilb. aparuit. Iste Octavianus Augustus interfectores Iulii Cesaris punivit. Post mortem vero eius-
H.R.VII, 10. dem Octaviani[d] de eodem dictum est vulgo: 'Aut non nasceretur, aut non moreretur'.
Mir. Romae 37. Istum videntes senatores tante pulcritudinis, quod nemo in oculis eius intueri poterat, *et tante pro-
*f. 18a. speritatis et pacis, quod totum mundum sibi tributarium fecerat, dixerunt: 'Te adorare volumus, quia
deitas in te est. Si hoc non esset, non tibi omnia subirent prospera'. Qui rennuens inducias postulavit et ad se Sibillam Tyburtinam vocavit, cui hec dixit. Que spatium trium dierum petiit. In quibus artum[e] ieiunium servavit. Post tercium diem respondit imperatori: 'Hoc pro certo erit, domine imperator:

Iudicii signum: tellus sudore madescet et cet.[f]
E celo rex[g] *adveniet per secla futurus,*
Scilicet in carne presens, ut iudicet orbem'.

ib. 34. Iste de omnibus regnis[h] totius orbis iussit venire unam cyrothecam plenam de terra, quam posuit super templum, ut esset in memoria omnibus gentibus Romam venientibus.

ib. 45. Iste Octavianus Augustus interfecto Iulio Cesare avo suo[5] sumpsit imperium; contra quem Antonius eius cognatus nitebatur ei aufferre imperium, et repudiata Octaviani Augusti sorore duxit in uxorem Cleopatram[i] reginam Egipti, potentissimam in auro et argento et lapidibus preciosis et populo. Cumque Antonius et Cleopatra cum magno apparatu navium et populi contra Romam venire cepissent, hoc Rome auditum est. Octavianus vero Augustus cum ingenti apparatu ivit et aggressus est eos ad Egiptum, et sic orta est pugna. Navis regine, que tota deaurata erat, cepit declinare, declinavit et Antonius, quem insecutus est Augustus usque ad Alexandriam[k]; qui irruit in ferrum et
*f. 18b. mortuus est. Cleopatra autem videns se conservatam pro triumpho, *ornata auro et lapidibus preciosis, voluit sua pulcritudine Octavianum decipere et non potuit. Videns autem se ita despectam intravit

a) excoicatus *sine signo compendii c.* b) *sic vel* bruswinc *c.* c) quinquaginta *Paulus.* d) occaviani *c.* e) arcum *c.* f) et cet. *post tertium versum ponendum est.* g) redit *c.* h) r *in loco raso.* i) cleapatram *h. l. c.* k) alexandrinam *c.*

1) *Raimundo VI. comiti Tolosano; cf. Winkelmann, 'Jahrb. Otto IV.' p.* 293. 2) Regnavit — annis *et alia ab hoc auctore addita esse videntur ad ea Pauli quae ex Cron. Tiburt. deperdita exscripsit.* 3) *Auctor horum Cronicorum coniunxit quae in priore columna ex catalogo pontificum etiam ipse habet p.* 269, *l.* 20. *cum sequente loco Pauli, quem Tiburt. p.* 228 *sq. et Cencius, 'Archiv' XII, p.* 60, *etiam habent.* 4) e terra *Paulus et Cencius ex eo.* 5) avo suo, *quia in Mirab. Romae* 45. *Octavianus* eius nepos, *Iulii Caesaris scilicet, dicitur, ubi* nepos *est fratris vel sororis filius.*

Mir. Romae 46. mausoleum viri sui et posuit ad mamillas duas[a] ptisanas, quod est genus[b] serpentis, et ita suaviter suxerunt[c], quod obdormivit[d] et mortua est. Octavianus Augustus tulit inde infinitam[e] pecuniam ex illa victoria[f] et triumphavit Alexandriam et Egiptum et totam regionem orientis, et ita victoriosus reversus est Romam. Et susceperunt eum senatores et omnis populus Romanus cum magno triumpho. Et quia victoria ista fuit in Sextilibus Kalendis, posuerunt mensi nomen Augustus ab augendo rem publicam, statuentes, ut omni anno in Kalendis Augusti tota civitas habeat[g] festivitatem leticie illius victorie ad honorem Octaviani Cesaris Augusti. Hic ritus venit ad tempus Archadii viri Eudoxie. *ib. 47.* Que mortuo eius marito remansit cum filio[h] eius Theodosio parvo et viriliter regebat imperium, ac si vir eius viveret. Hec inspirata divino nutu[i] et pro negocio[k] rei publice ivit Ierosolimam, ubi sepulcrum Domini et alia sanctuaria visitavit. Inter multa negocia[l] rei publice conprovinciales detulerunt ei ingentia munera, inter que quidam Iudeus attulit ei cathenas beati Petri apostoli, quibus ligatus fuit ab Herode in carcere sub IIII^or^ quaternionibus; quas ut vidit regina, letata est super alia munera. Cogitavit non alibi eius cathenas poni in condigno loco, *nisi ubi corpus beati Petri requiescit. **f. 18c.* Veniens autem Romam in Kal. Augusti vidit illum antiquissimum ritum paganitatis a populo Romano tam celebriter fieri in Sextilibus Kalendis, quem nullus pontificum removere poterat. Aggressa itaque papam Pelagium et senatores et populum petiit, ut honorem, [quem[m]] exhibebant[n] in Sextilibus *ib. 48.* Kalendis Augusti ad honorem imperatoris Octaviani pro victoria Egiptiorum, converterent in honorem imperatoris celestis et apostoli Petri, cuius cathenas adduxerat. Quod populus concessit. *ib. 49. 48.* Tunc imperatrix edificavit ecclesiam et posuit ibi cathenas beati Petri, et vocatur ad Vincula.

Mir. Romae 34. Octavianus Augustus fecit quoddam[o] templum ad portam Flamineam, quod vocatur Augustum, ubi sepelirentur imperatores, quod tabulatum fuit diversis lapidibus intus[p] in gyrum et[q] concavum per occultas vias[r]. In inferiori gyro sunt sepulture imperatorum. In unaquaque sepultura sunt littere ita dicentes: 'Hec sunt ossa et cinis Nerve imperatoris', et victoria quam fecit; ante quos[s] stabat statua dei sui sicut in omnibus aliis sepulcris. In medio sepulcrorum est absida, ubi sepe sedebat Octavianus Augustus. Ibique erant sacerdotes facientes suas cerimonias. Iste idem *ib. 37.* Octavianus vidit visionem, in celo quandam pulcherrimam[t] mulierem stantem super altare, puerum tenentem in brachiis, quam miratus est multum, et vocem dicentem audivit: 'Hec est ara filii Dei'. Qui statim procidens in terram adoravit. Quam visionem retulit senatoribus, et ipsi mirati sunt nimis. *Hec visio fuit in camera imperatoris, ubi nunc est Sancta Maria in Capitolio[u]. Ideo **f. 18d.* dicta est Sancta Maria Ara-celi.

Ven. (Laur.) H. R. VII, 10. 11. Anno XV^0^ Tiberius imperavit an. XVIII usque ad annum, quo passus est dominus noster Iesus Christus. Iste fuit Octaviani privignus et gener et adoptione[v] filius. Iste dicebatur Tiberius, quasi Biberius Mero ob vinolentiam nominatus, et dicebatur Claudius a ioculatoribus[1]. Repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis. Satis prudens in armis satisque fortunatus. Inerat ei litterarum scientia multa. Eloquio clarior, sed ingenio pessimo et truci, avaro, insidioso. Simulans[w] ea[x] velle, que nollet. Hic XX^0^III^0^ anno imperii et etatis LXX^0^VIII^0^ cum inmani furore insontes et noxios, suos et extraneos punivit. Mortuus ingenti gaudio omnium in Campania. Post passionem *Laur.* Domini anno V^0^ imperavit Gaius[2].

Amiat. (Laur.) H. R. VII, 12. XXX^0^VIII^0^ [3] Gaius, qui et Galicula, regnavit[y] annis III, men. X, d. VIII. Hic ob nequitiam suam dedecora patris[4] purgavit. Iste sceleratissimus fuit. Duabus sororibus stupra intulit. Ex una etiam natam filiam cognovit. Nepos fuit Tiberii. Nichil unquam strennue gessit.

XLIIII.[5] Claudius regnavit annis XIIII, men. VII, d. XXVIII. *Laur.*

LVIII.[6] Nero regnavit an. XIIII, men. VII. Calidis et frigidis se lavit unguentis. Hic *ib. H. R. VII, 14.* Romanum imperium deformavit et minuit. Piscabatur[z] retibus aureis. Infinitam senatus partem inter-

a) dua *c.* b) gn̄s *c.* c) surrexer̄, rexer̄ *eras. c.* d) obdormuit *c.* e) tulit īn finitam *c.* f) victori: *littera erasa c.* g) hāt *c.* h) uiro *c.* i) nuto *post corr.* nutu *c.* k) negō *c.* l) negā *c.* m) quem *om. c.* n) exhibeat *corr.* exhibebat *c.* o) q̧dā (quidam) *c.* p) t⁹tū *c.* q) est *Mirab.* r) *sic distinctum in c.* s) quod *Mirab. (falso?).* t) pulcer. *corr.* pulcher. *c.* u) capitulio *c.* v) ad optionē *c.* w) Silēs *c.* x) se *hoc loco etiam in Tiburt. deest.* y) reḡ *c.* z) Piscabat *c.*

1) *Haec, quae hic auctor corrupit, in Tiburt. bene servata sunt.* 2) *Haec, quae Barth. et omnes catalogi huic propinqui habent, hic auctor male perspiciens corrupit.* 3) *Ad a.* 38. *hunc habet Venet.; ad a.* 39. *Amiat., Ceccan.; ad a.* 40. *Barth. et Hugo.* 4) Tiberii *Paulus.* 5) *Sic Amiat. et Cencius;* XLII. *Venet. et Ceccan.;* XLIII. *Hugo;* XLIIII. *Barth.* 6) *Sic Amiat.;* LVII. *Hugo, Cencius, Venet.;* LVI. *Ceccan.;* LX. *Barth.*

H. R. VII, 14. 15. fecit. Bonis hominibus hostis fuit. Cytharetico habitu vel tragico[a] parricidia multa commisit. *f. 19a. Fratrem, uxorem, matrem *et magistrum interfecit; urbem Romam incendit. Propter hoc a Romanis omnibus destruitur et a senatu hostis iudicatus inter Salariam et Numentanam interfectus est. Gilb. H. R. VII, 15. Christianis primam intulit persecutionem, Petrum etiam et Paulum interfecit.

Laur. Salba[b] men. VII.

H. R. VII, 18. Vitellius men. VIII. Hic fuit vorax super ceteros, quia VII milia avium et duo milia piscium in ultima cena dicitur devorasse; et publice cesus a ducibus Vespasiani gladio stercore involuto iugulatur, postea in Tyberim proiectus caruit sepultura.

Laur. H. R. VII, 19. 20. Vespasianus annis VIIII, men. XI, d. XXII. Hic factus imperator apud Palestinam, obscure quidem natus, sed bonis et optimis conparandus. Sub isto Iudea Romano imperio accessit. Hic cum filio suo Tito de Ierosolimis triumphavit; per hoc senatui et populo Romano extitit amabilis et iocundus. Trigesies et bis cum hoste conflixit[c]. Pecunie tam moderatus fuit amator, quod nulli unquam[d] iniuste aliquid abstulit. Nec facile in alio principe maior iusticia vel liberalitas conperta fuit. Offensarum et iniuriarum semper inmemor fuit.

Laur. H. R. VII, 21. LXXXI.[1] Titus annis III. Hic genere mirabilis, vir[e] omnium virtutum adeo, ut delicie humani generis diceretur. Hic cum quadam die in cena recordaretur illa die nulli quicquam prestitisse, dixit: 'Hodie diem perdidi.' Hic fuit virtute mirabilis et sub patre suo Vespasiano Ierosolimis militans XII propugnatores XII sagittarum ictibus confixit. *f. 19b. *Facilitatis et liberalitatis tante fuit, ut nulli quicquam negaret, quod peteret, et cum [ab[f]] amicis super [hoc[g]] reprehenderetur, cf. Tib. respondit nullum tristem ab imperatore debere recedere. Hic[h] octogesimo[i] anno a nativitate[k] Christi, cum a Ierosolimis, quos[l] captivaverat, Romam rediret, imperator factus est. H. R. VII, 21. Et Rome amphitheatrum[m] fecit.

Laur. H. R. VII, 23. LXXXIIII.[2] Domicianus imperavit annis XIII, men. V. Hic frater Titi fuit; primis tamen annis moderatus imperio fuit. Mox ad ingentia vicia progressus tantum in se odia concitavit, ut merita et patris et fratris aboleret. Interfecit nobilissimos ex senatu. Deum se et dominum primus[n] appellari iussit. Nullam sibi nec[o] auream nec argenteam statuam in Capitolio passus est poni. Consobrinos suos interfecit. Interfectus est suorum coniuratione.

Laur. XC°VII°[3] Nerva imperavit an. I, men. IIII.

ib.-Isid. Gilb. H. R. VIII, 3. 4. C°[4] Traianus imperavit annis XIX. Iste Asia et Babilonia capta ad Indie fines post Alexandrum ivit[p]. Rem publicam auxit. Columpnam Rome construxit. Et mare Rubrum transfretans[q] ibi tres provincias fecit. Classem[r] mari Rubro constituit. Militarem gloriam civilitate et moderatione superavit; fiscum auxit et ad augendum nichil fecit iniustum.

Ven. (Laur.) H. R. VIII, 7. C°XVIIII°[5] Adrianus regnavit annis XXI, m. X[6]. Hic omni tempore imperii sui pacem Gilb. habens, semel tantum per presidem dimicavit. Urbem Romam[s] circuivit, multa edificavit. Gloriosus *f. 19c. Isid. et Gilb. in omnibus, *leges multas condidit. Iudeos rebelles secundo subiugavit. Urbemque Ierosolimam re- Isid. staurans eam sub[t] suo nomine Eliam vocari precepit. Eodem tempore Acquila Ponticus interpres secundus post LXX oritur. Basilides heresiarches agnoscitur.

Laur. Isid. Antonius[u] Pius cum filiis suis regnavit XXII annis, men. IIII[7]. Iste tale cognomen accepit ob hoc, quia in omni regno Romano cautionibus retentis[v] cunctorum debita relaxavit, unde et pater patrie appellatus est. Eo regnante Valentinus et Marcion heresiarche habentur.

H. R. VIII, 8. Iste Antonius cunctis benignus fuit. In re militari[w] magnas provincias defendere magis Gilb. studuit quam ampliare. Regibus amicus et venerabilis non minus quam terribilis. Iste fuit gener Adriani et adoptatus in filium. Gloriosus extitit erga Christianos et pius. Erarium opulentum[x]

a) traicu *c.; distinctum in c. ut scripsi, ut et in Cron. S. Barthol.* b) *sic c.* c) li *radendo corr. c.* d) nunquam, n *eraso corr.* unquam *c.* e) v́ *c.* f) ab *om. c.* g) hoc *om. c.* h) Hoc, o *eras. c.* i) occogesimo *c.* k) nat *c.* l) *sic c.* m) amphiteatrum *corr.* amphitheatrum *c.* n) p̉us *c.* o) *sic c.* p) iuit *in loco raso.* q) tranfretans *c.* r) in *deest etiam Tiburt.* s) orbem Romanum *Paulus.* t) sub *eadem manu superscr.* u) *f.* 19c. *librarius numeros annorum in margine non adscripsit.* v) *sic etiam Martin. Oppav. p.* 446. w) militare, e *adrasum c.* x) epulentum *c.*

1) LXXXII. *reliqui catalogi;* LXXXVII. *Barth.;* LXXX. *Ceccan.* 2) LXXXV. *reliqui catalogi;* XCI. *Barth.;* LXXXIII. *Ceccan.* 3) *Sic Amiat.;* XCVIII. *Hugo;* XCIX. *Venet. et Cenc.;* XCVI. *Ceccan.;* CIIII. *Barth.* 4) *Sic Venet. et Cenc.;* XCIX. *Hugo et Amiat.;* XCVIII. *Ceccan.;* CV. *Barth.* 5) *Sic omnes catalogi praeter Barth. et Ceccan.* 6) men. X *ex Pauli Hist. Rom. VIII,* 7. *suppletum est, omnes enim catalogi tantum habent* ann. XXI. *cum Tiburt.* 7) *Sic Hugo;* III *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.*

reliquid. Rem publicam ampliavit. Columpnam in Urbe fecit altitudine XXIIII[a] passuum. Post mortem vero Romulo adequatur. Gilb. Mir. Romae 5. H. R. VIII, 8.

Marcus Antonius Severus cum fratre Lucio Aurelio et Commodo imperavit annis XVIIII. Hic mirari facilius quam laudari a quoquam poterit. Qui nec gaudio unquam vultum nec merore mutavit. Laur. H. R. VIII, 11.

Comodus post Marcum Antonium imperavit annis XIII. Hic vixit tanta execratione[b] mortalium, ut[c] hostis humani generis etiam mortuus iudicaretur. Laur. H. R. VIII, 15.

*C°XC°IIII°[1] Helius Pertinax et Severus imperavit an. XVIII. Hic supplicante senatu, ut uxorem augustam, filium cesarem faceret, renuens ait sufficere sibi debere, quod imperaret invitus, quia non sponte suscepit imperium. Tandem supplicante senatu acquievit. Seditione[d] Troianorum[e] militum et suis vulneribus lesus obiit. Simachus interpres habetur. Narcissus Ierosolimorum episcopus virtutibus plurimis celebratur et Tertullianus[f] Affer. Orienes Alexandrie in studiis eruditur. *f. 19d. Ven. Isid. Gilb. Isid. I. et II.

CC°XII°[2] Antonius Caracalla fuit filius Zepheri[g] imperatoris et piissimus homo. Et regnavit[h] annis VII. Quinta editio scripturarum inventa est, cuius auctor non apparet. Gilb. Laur. Isid.

CC°X°VIIII°[3] Macrinus regnavit[h] an. I, men. II[4]. Iste primus ex corpore militari factus est imperator non consentiente senatu, prudens in omnibus, Germanos et Persas superavit[5]. Laur. Gilb.

CC°XX°[3] Antonius Helius Gabanus[6] regnavit[h] annis III. Sabellius hereticus oritur. Sexta edicio[i] inventa est Nichapolis[k]. Calixtus papa sedit. Laur. Isid.

CC°XX°III° Alexander Mame[7] annis XIII. Oriens Alexandrie claruit. Urbanus papa. Laur. Isid.-Gilb.

CC°XXX°VI°[l] Maximianus annis III. Iste ex militari corpore absque decreto senatus imperator efficitur, Christianos persequitur. Germanos et Persas superavit. Laur. Isid. Gilb.

CC°XXX°IX° Gordianus annis VI. Hic de Parthis et Medis triumphavit. Hic fuit interfectus fraude Philippi successoris sui. Contemporaneus Fabiani pape. Laur. Isid. II. Gilb.

Philippus cum Philippo filio suo annis VII. Hic tante severitatis fuit, quod nullius unquam commento risit. *Iste primus imperator Christianus fuit[m] et primus inter imperatores Deum credidit. Per Fabianum papam conversus est ad fidem. Qui omnes thesauros suos donavit beato Sixto pape. Cuius etiam primo anno annus urbis Rome millesimus fuit expletus. Laur. H. R. IX, 3. *f. 20a. Gilb. Isid.-Gilb. cf. Tib. Isid.

CCLII. Decius anno I, men. IIII[8]. Hic inter cetera mala, que fecit, persecutus Christianos, Sixtum papam et[9] Laurentium levitam martirio necavit[n]. Et thesauros Philippi imperatoris, predecessoris sui, quos filio suo reliquerat in manu beati Sixti, ab eo voluit extorquere. Hic palude submersus est et digno dampnatus est iuditio. Iste Philippum imperatorem, dominum suum, in lecto dormientem evaginato gladio percussit et Philippum filium Philippi. Iste expugnavit Persas, quando tintinnabulum statue sonuit, quod referebat eos esse rebelles. Occidit Abdon et Sennen. Laur.-Gilb. H. R. IX, 4. et L. cens. 43. H. R. IX, 4. L. cens. 43.

CCLIIII.[10] Paulus[11] et Volusianus annis II. Horum principatus morbis et egritudinibus notuit. Laur. H. R. IX, 5.

a) XXVII *Mirab.* b) excratione *c.* c) et *c.* d) Siditione *c.* e) pretorianorum *Gilb.* f) Tullianus *c.* g) Zepheri *cod. B* 2 *Gilberti.* h) reg *c.* i) idicio *c.* k) nichapol *c.; cf. supra p.* 234, *col. II, n.* b. l) CCC°XXX°VI°, C *eras. c.* m) factus *expunct., et eadem manu superscr.* fuit. n) nec. Et thesauros *in loco raso.*

1) *Sic reliqui catalogi praeter Amiat., Cenc., Barth.* 2) *Sic omnes catalogi praeter Barth., cuius solius multi numeri annorum sequentium a reliquis differunt.* 3) *Sic reliqui catalogi praeter Amiat., Cenc., Barth.* 4) men. II *ex Pauli Hist. Rom. VIII,* 21. *suppletum est, catalogi enim habent tantum* ann. I *cum Tiburt.* 5) *Gilbert. haec de Maximino scripsit, sub quo haec iterum infra leguntur.* 6) Helius Gabanus *ex Laterculo imperatorum Auct. antiq. XIII, p.* 421. *edito pro* Heliogabalus. 7) Mame *ex eodem catalogo insertum est.* 8) *Cf. supra p.* 235, *col. II, n.* 2. 9) Sixtum p. et *et* Et thesauros — extorquere *et infra* Iste Phil. — Sennen, *quibus in margine adscripsi Libri censuum c.* 43, *descripta sunt ex codice quodam Mirabilium Romae, quod caput in editionibus huius libelli deest. Ex eodem libello hoc caput transcriptum est in Libro censuum Cencii c.* 43, *ed. P. Fabre p.* 272 *sq. ('Bibl. des écoles françaises d'Athènes et de Rome' VI, 2).* 10) CCLIII. *reliqui catalogi praeter Barth.* 11) *Corruptum pro Gallo.*

Laur. H. R. IX. 7. CCLVII.[1] Valerianus cum Galieno[a] filio suo an. XV. Iste mox ab exercitu imperator et augustus factus est. Galienus quoque Rome a senatu cesar appellatus est. Horum imperium perniciosum nimis et pene exitiabile Romano nomini[b] fuit, partim infelicitate principum, partim ignavia eorum. Iste Valerianus a rege Persarum captus fuit, et quamdiu postea vixit, pedem *Isid.* regis ascendentem[c] in equum cervicibus sustentavit. *Gilb.* Goti Greciam, Macedoniam, Asiam et Pontum depopulant. Contemporaneus Stephani pape.

Laur.-Isid. CCLXXII.[2] Claudius annis II[3], men. VIIII. Gotos vicit.

**f. 20b. Laur. H. R. IX, 13.* *CCLXXIIII.[4] Aurelianus annis V. Hic primus diademate et vestibus auro gemmisque *Isid.* contextis Rome usus est. Porcine carnis esum populo instituit. Interfectus est a suis, *Gilb.* dum Christianos Gotosque[5] persequeretur. Contemporaneus[d] Euticiani pape.

Amiat. CCLXXX.[6] Tacitus imperavit men. VI[e], cessavit I[7].

Laur. Probus annis VI, mensibus IIII.

CCLXXXVII.[8] Cirus[c] cum Carino et Numeriano annis II. Isti tres fuerunt contemporanei Gaii pape.

Laur. (Ven.) CC°LXXX°IX° Diocletianus[f] cum Maximiano et Constantio et Licinio imperavit annis XX[9]. *Isid.* Hic divinis libris adustis toto orbe terrarum Christianos persequitur. Iste primus gemmas vestibus *Laur.* et calciamentis inseri iussit, cum sola purpura omnes retro principes uterentur. Iste fuit contemporaneus Marcellini pape.

Gilb. Constantinus christianissimus imperator fuit post istos tempore Silvestri. De isto et de aliis sequentibus dictum est superius, ubi de papis diximus.

a) ien *in loco raso.* b) nou *c.* c) *sic c.* d) Conteporaneus *c.* e) annis, *eadem manu superscr.* m̄ VI. f) Diaclet. *corr.* Dioclet. *c.*

1) *Sic Ceccan.;* CCLVI. *reliqui catalogi praeter Barth.* 2) *Sic Barth. et Ceccan.;* CCLXXI. *reliqui catalogi.* 3) ann. I *Barth. et reliqui catalogi cum Tiburt.* 4) *Sic Hugo cum Tiburt.;* CCLXXIII. *Amiat., Cenc., Venet.;* CCLXXV. *Barth. et Ceccan.* 5) Gothos . . . vicit *habent Paulus IX,* 13. *et Gilbert.* 6) *Sic Ceccan., reliquis variantibus.* 7) *Hoc scripsisse videtur, quod in Cron. Tiburt. inter hunc et sequentem imperatorem annus vacaverit, ut in Barth.* 8) *Sic Hugo et Ceccan., reliquis variantibus.* 9) *In Barth. numerus corruptus est.*

IOHANNIS DE DEO CRONICA.

Celeberrimus est magister Iohannes de Deo, iuris canonici et Romani peritus, doctor Decretorum *atque* utriusque iuris professor *Bononiensis, natus Silvae in oppido Algarbiae provinciae Portugalensis, sed inter vilissimos rerum scriptores infimum locum obtinebit, de quo neque etiam Albertum Milioli cum eo contendere posse arbitror. De vita et operibus eius ut hoc loco agam, nihil me allicit, cum sane invitus cogar, ut Cronicam eius in lucem prodam. De illis videas quae doctus A. Sarti, De claris archigymnasii Bononiensis professoribus I,* 1, *p.* 349—354. *collegit et F. C. de Savigny, 'Geschichte des Römischen Rechts im Mittelalter' ed.* 2. *V, p.* 465—486. *exposuit. Quo in libro allatos invenis reliquos auctores, qui de Iohanne scripserint. Sufficiat hoc loco adnotasse eum Bononiae iuri canonico studuisse praesertim apud magistrum Zoenem, archipresbyterum Bononiensem, floruisse Gregorio IX. et Innocentio IV. pontificibus ecclesiam regentibus, magistrum Bononiensem et presbyterum eum fructum esse reditu canonicatus ecclesiae Ulixbonensis, multos libros edidisse de iure canonico et Romano, non multo post a.* 1253. *defunctum esse.*

Cronicam, quam Gregorio IX. papa († 1241) *vivente conscripsit, quarto loco operum suorum recensuit in prologo Libri iudicum*[1] *ante a.* 1242 *compositi edito ab A. Sarti l. l. I,* 2, *p.* 116[2]. *In prologo Cronicae ipse Iohannes dicit hanc continuisse primo provinciale omnium episcopatuum*[3], *quod in codice infra dicendo f.* 49—66. *post Cronicam scriptum est*[4], *secundo loco concordantiam canonum collatione temporum approbatam. Haec pars non invenitur in unico quem habemus Cronicae codice manu scripto.* Tertium, *quod Iohannes in ea fuisse dicit,* quod unusquisque pontificum suo tempore fecit vel etiam ordinavit, *ille liber continet.* Quartum *autem,* qualiter decus ecclesie inter turbines subcreverit et procellas[5], *in hoc libro tractatum esse iure dicere non poteris, nec tamen reor partem quandam, quae hoc continuerit, periisse, sed potius credo Iohannem sibi visum esse hoc in Cronica infra edita exposuisse. Censeo igitur solam*

1) *Quem librum A. Sarti, vir doctus, I,* 1, *p.* 350. *anno* 1246. *Sept.* 2. *perfectum esse dicit. Quod iure reiecit Savigny p.* 472 *sq. Zoen enim archipresbyter Bononiensis, ad quem Iohannes prologum huius libri scripsit, iam anno* 1242. *episcopus Avinionensis creatus est.* 2) Venerabili patri ac domino magistro C. (*lege* Ç[oen]), archipresbitero Bononiensi, digno morum copia maiori qualibet dignitate, magister Iohannes de Deo sacerdos, eius discipulus et amicus, salutem . . . . . . tibi, inquam, dirigo stillum meum, obnixe et humiliter supplicans et devote, quatenus tam presens opusculum quam alia mea opuscula, scilicet Breviarium decretorum et Casus decretalium cum canonibus concordatis(!) et Distinctiones super toto iure canonico et Cronicam et Arborem iustificatum per tuam piam prudentiam et iustum patrocinium in civitate Bononiensi *etc.* 3) *Quale coniunctum est cum Cronicis Basileensibus supra editis.* 4) *Cf. 'N. Archiv' IV, p.* 330. 5) *Inde ab ipso Iohanne in epilogo Libri pastoralis (Savigny p.* 484) *hic libellus dicitur* Cronica a tempore beati Petri hucusque, qualiter subcreverit ecclesia inter turbines et procellas.

partem, quam secundo loco Iohannes dicit, ad nos non pervenisse, nec dolebis, quod haec perierit, quae nec vere pars Cronicae dici possit, si tamen vere periit. Nescio enim, num conici possit Iohannem ea dixisse, quae de decretis pontificum in Cronica infra edita ex libro Gratiani posuerit. Quod quidem parum probabile mihi videtur, cum de his sequentibus verbis locutus sit.

Mentitus est Iohannes, cum in prologo dixerit se librum suum ex multis cronicis *composuisse, qui ex duobus potissimum chronicis pleraque congesserit. Exscripsit enim catalogum pontificum et imperatorum simillimum eius, quem G. Waitz b. m., editor eius, Chronicon pontificum et imperatorum ex codice Veneto inscripsit*[1]*, quocum ita convenit, ut etiam pseudopontifices eius Paulum et Stephanum sub annis* 858. *et* 861. *inculcatos*[2] *receperit. Non quidem eundem catalogum, qui ad a.* 1227. *usque pervenit, exscripsit, sed antiquius exemplar eiusdem perveniens usque ad Adrianum IV. papam* († 1159)[3]*, quousque Iohannes cum catalogo dicto Veneto convenit. Quae in duabus columnis huius catalogi de pontificibus et imperatoribus legebantur Iohannes coniunxit, semper repetens hanc formulam:* N., natione . . . ., cepit anno Domini . . ., sedit annis . ., mensibus . ., diebus . ., imperante N., qui imperavit annis . . ., (post N., qui imperavit annis . .), *nominans eum vel eos imperatores, quos in altera columna catalogi cuique pontifici aequales fuisse vidit, quod facillime ex schemate chronologico horum catalogorum patuit. Supra p.* 190. *dixi etiam in Cronica pontificum et imperatorum S. Laurentii extra muros Romanos catalogum simillimum Chronici ex codice Veneto editi exscriptum fuisse, sed propius fuit exemplar Iohannis illi Veneto quam ei, quod clericus S. Laurentii adhibuit*[4]*. His igitur tribus libellis inter se et cum aliis exemplaribus catalogi pontificum et imperatorum Italici vel potius Romani*[5] *collatis cognosci potest, quae lectio numerorum potissimum in Chronico dicto Veneto corrupta sit, quid antiquius catalogi exemplar in eo exscriptum habuerit. Nec sane, si excipis extrema eius, ex Cronica Iohannis alium fructum percipere poteris. Iis enim quae ex catalogo exscripsit plerumque addidit pauca excerpta ex Cronica Sicardi, quam ipse in prologo dicit Cronicam Romanam episcopi Cremonensis, potissimum de iis, quae pontifices Romani statuerint, quae Sicardus ex Decreto Bonizonis et ex Cronica Tiburtina deperdita collegerat. Horum vero permulta Iohannes, qui etiam catalogum exscribens multa neglegenter peccaverat, incredibili modo pervertit, confudit, adulteravit, male interpretatus Sicardi verba atque insipienter non cohaerentia coniungens, papatus Romani venerator ac sectator tantus, ut quae bene facta legebat omnia ab episcopis Romanis gesta esse opinaretur. Sane Ottocarus Lorenz, qui magis credit posteriori rerum scriptori quam priori, multa nova*

1) *SS. XXIV, p.* 107—115. 2) *Mirum, quod G. Waitz SS. XXIV, p.* 95, *n.* 1. *hos in catalogis Hugonis et Cenciano omissos esse dixerit, eos veros pontifices fuisse opinatus.* 3) *Fortasse iam Alexander III. papa falso ad a.* 1160 *in hoc catalogo adscriptus erat. Vide etiam quae sub Anastasio IV. adnotavi.* 4) *In hoc nondum quaedam addita et interpolata erant et corrupta, quae Iohannes et Chronicon dictum Venetum habent. Unde hoc est schema affiliationis, ut dicimus, horum libellorum*

x

Cron. S. Laur. *x*—1159.

Chron. ex cod. Veneto *Catal. Iohannis.*

5) *Dico catalogos Hugonis de S. Victore, Amiatinum, Cencianum, Cavensem ineditum, cuius apographon apud nos habemus, Annales Ceccanenses.*

ab hoc viro discere poterit, qui Gregorio III. papae attribuit, quae Sicardus a Liutprando rege Langobardorum facta esse dixit, qui a Zacharia papa quendam imperatorem baptizatum esse retulit, cum Sicardus scripsisset Clodoveum regem a Remigio baptismum accepisse[1]. Iis, quae a pontificibus Romanis statuta esse Sicardum secutus scripserat, saepissime addidit hic doctor Decretorum caput Decreti Gratiani, raro caput Decretalium quinque compilationum antiquarum ante Decretales Gregorii IX. editarum[2], in quo idem vel simile statutum esse legerat. Sed et hoc neglegentissime atque insipienter fecit. Perpaucis locis apparet alium catalogum imperatorum[3] necnon etiam paparum adhibitum esse, reliqua ex aliis libris profecta non digna sunt commemoratu[4]. Non mirum quidem, quod vir Portugalensis gesta imperatorum omnino neglexerit, venia danda viro iuris canonici perito, qui ad usum sodalium breviarium historiae pontificum Romanorum conscripsisse videtur, sed accuratius atque prudentius diligentiusque libellum elaborare atque componere debuit homo, qui in praefatione gloriatus est se studuisse, ut veritas elucesceret, et sublatius ut Hispanus de opere suo praedicavit.

Itaque ex hoc examine Iohannes de Deo evadit rerum scriptor vanus ac futilis, rudis, stolidus, neglegentissimus; Cronica eius tenuis et arida, omnium miserrima. Attamen cogor, ut hoc vile opusculum in lucem edam, cum Albertus Milioli Reginus, scriptor rerum haud dissimilis huius Iohannis, permulta ex eo exscripserit in libris infra edendis, Libro de temporibus et Cronica imperatorum, cum etiam auctor Cronicae pontificum et imperatorum Mantuanae, cuius pars edita est SS. XXIV, p. 214—220, haud pauca ex eo desumpserit[5].

Iohannis Cronica exstat in solo, quod sciam[6], codice M u s a e i B r i t t a n n i c i Addit. nr. 19905, membranaceo, fol. min., saec. XIII. scripto, f. 1—48[7], sequitur f. 49—66. provinciale episcopatuum, quod Iohannes in prologo Cronicae partem esse dicit. Ex hoc codice libri prologum et extremam partem edidit G. Waitz b. m. in 'N. Archiv' IV, p. 328—331.

In hoc libro Cronica pervenit usque ad initia Gregorii IX. papae (1227), de quo nihil praeter originem eius relatum est. Atque codicem eodem loco desinentem auctorem Cronicae Mantuanae habuisse apud me constat[8]. Sed eum postea Cronicae iterum editae novum caput de rebus gestis Gregorii IX. papae ad annum 1241. usque addidisse patet, quod exscripsit Albertus Milioli in Libro de temporibus c. 229[9]. Hoc enim capitulum Iohannis de Deo esse patet cum ex eius sermone ac compositione, tum eo quod inter

1) Permulta alia simili modo ab eo peccata esse infra adnotavi. Videas praesertim sub Agathone, Gregorio IV, Adriano I, Agapito II, Alexandro II. 2) Attamen Gregorii IX. decretales citavi, cum capita quinque compilationum antiquarum in illis repetita in editione earum, quam paravit Friedberg Lipsiae anno 1882, non legantur. 3) Qui loci aut cum Pauli Historia Romana aut cum Bedae Chronicis conveniunt, unde iis H. R. aut Beda adscripsi. 4) Velut pauca verba e Gestis Silvestri I. papae addita sunt. 5) Cf. 'Nachrichten d. K. Gesellschaft d. Wiss. zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse' 1901. p. 300 sqq. 6) Ex libro Antonii, Biblioth. Hispana vetus (Matriti 1768) II, p. 64. Savigny l. l. p. 484. quendam codicem Cronicae in bibliotheca ducis de Olivarez fuisse retulit. 7) In hoc libro pro c ante litteras vocales e et i saepissime ç scriptum est, ut deçem, Marçellus, çessavit, Luçius, sçiliçet, deçima, conçilium, etc., etiam ubi ci pro ti more illius saeculi scriptum est, ut terçius, Diocleçiano, Acaçium, penitençiam, Innoçençius, nonnunquam etiam destincçione etc. In talibus verbis ubique simplex c scripsi. Reliqua orthographica singularia retinui, nisi aliud adnotavi. 8) Qui iam de Honorio III. nihil ex Cronica Iohannis exscripsit. 9) Quod Salimbene exscripsit codicis Vaticani in folio 212b. Ex libro huius haec iterum Albertus Milioli in margine Libri de temporibus f. 68. adscripsit collato libro Iohannis de Deo.

cetera de rebus Hispanicis in eo relatum sit. Iohannes enim, vir Hispanus, quo nomine tunc etiam Portugalenses comprehendebantur, etiam sub Innocentio II. et Innocentio III. pontificibus Hispanica tradidit. Et hoc caput de pontificibus Albertus Milioli unicum habet, quod alibi non inveniatur. De Caelestino IV. enim et sequentibus pontificibus quae tradit ex Chronicis Martini Oppaviensis exscripsit. Ideo censeo in codice eius Cronicae Iohannis de Deo continuationem ex Martini Chronicis descriptam additam fuisse.

In capitibus huius Cronicae ab Alberto Milioli descriptis, quorum extrema etiam frater Salimbene de Adam ex Alberti libro excepit, additamenta inveniuntur nonnulla, praesertim capita decretalium citata, quae ab ipso Iohanne in postera libri recensione ab Alberto exscripta adiuncta esse censeri posset. Sed pleraque capita decretalium in solo textu Alberti citata male conveniunt iis, quae Iohannes de decretis pontificum scripsit, quae potius ab ipso Alberto Milioli vel ab alio in libro ab eo exscripto interpolata esse videntur. Nonnulla quidem horum aliaque paucissima in altera recensione libri addita esse negari non potest. Nec tamen haec in hunc librum recepi, quae in libro Alberti infra edito invenies[1]*. Sed iure ex libro huius nonnullos locos vel singula verba supplevisse mihi videor, quae et in prima recensione Cronicae Iohannis fuisse, neglegentia librarii codicis Londiniensis mendosi omissa esse censui, vitia quoque non pauca huius libri Albertum secutus emendavi. Littera*

A) signavi eius librum ipsius manu scriptum Mutinensem *bibliothecae Estensis nunc signatum M* 1, 7, *de quo plura vide in prolegomenis ad libros Alberti.*

Mant. *signavi variam lectionem Cronicae Mantuanae supra dictae,* Sal. *eam fratris Salimbene. Codicis Londiniensis priorem et maiorem partem J. P. Gilson, posteriorem partem inde a Silvestro II. papa H. Jeayes, viri clarissimi Londinienses, in usum nostrum exscripserunt.*

Berolini a. d. III. Idus April. a. 1902.

O. HOLDER-EGGER.

CRONICA ROMANA COMPOSITA MANU MAGISTRI IOHANNIS DE DEO YSPANI EX MULTIS CRONICIS ET POTISSIME DE CRONICA ROMANA COMPOSITA AB EPISCOPO CREMONENSI.

Principio nostro sit presens virgo Maria!

Hec est cronica Romana composita ad honorem summe trinitatis per manus magistri Iohannis de Deo Yspani ex multis cronicis et potissime de Cronica Romana composita ab episcopo Cremonensi; in ea enim succumbat falsitas et elucêscat veritas. Quatuor preter formam cronice usualis continet in se ipsa. Primo omnes provincias et omnes distinctos episcopos, et quis cui subiaceat, declaratur. Secundum est canonum concordancia collatione temporum approbata. Tercium scire, quod[a] unusquisque pontificum suo tempore fecit vel etiam ordinavit. Quartum, qualiter decus ecclesie inter turbines subcreverit et procellas; sine cuius noticia nemo perfecte poterit canonum dissonancia concordare.

Ven. Ihesus Christus, filius Dei vivi, in anno quadragesimo secundo imperii Octaviani Augusti, qui
Sic. Ven. imperavit annis quinquaginta sex, in Bethleem Iude ex Maria virgine natus est et anno tricesimo
Sic. tercio sue nativitatis[2], sed octavo decimo[b] Tiberii, qui imperavit annis viginti tribus, passus est.

a) quid *emendandum.* b) *sic A;* sed octauiano *c.*

1) *Saepe vero adnotavi apud Albertum Milioli plura legi.* 2) *Cf. supra p.* 192.

Petrus apostolus post passionem Domini, filius Iohannis, provincie[a] Galilee de Cobetayda[b], *Ven.* episcopatus auctoritate sedit ecclesie princeps annis quatuor[1], postea[c] tenuit *episco- *f. 3. patum Antiochie annis septem, deinde venit Romam ibique XXV[d] annis et mensibus septem et diebus octo pontificatum tenuit; papa esse cepit anno Domini quadragesimo quinto, sedis imperium tenente Tiberio, post Gaio Gallicula[e], qui imperavit[f] annis quatuor, mensibus decem, diebus octo, post Nerone[g], qui imperavit annis XIII[h], mensibus septem, diebus viginti tribus[i]. *Sic.* Petrus fecit duas epistolas canonicas, sed de secunda dubitabatur propter stillum; et evangelium Dei tradidit ecclesiis legendum et evangelium Pauli et Luce tradidit et adventum Domini et ordinationes in eo constituit et, ut ayt Ambrosius, ieiunium quadragesime ecclesie[k] tradidit observandum, et per omnem Italiam, Gallias, Yspanias, Africam et Ciciliam[l] et omnes interiacentes provincias[m] ynsulas sacerdotes instituit; undecima distinccione, capitulo ultimo[2]; vicesima secunda distinccione, capitulo primo; vicesima quarta, questione prima: *Rogamus*[3].

Linus Ytalicus de regione Tuscie, patre Esculano, cepit anno Domini septuagesimo, sedit annis *Ven.* duodecim, mensibus tribus, diebus duodecim, imperante Galba, qui imperavit [mensibus[n] VII[4], post Vespatiano, qui imperavit] annis septem[5], mensibus undecim, diebus viginti duobus, post Tyto[o], qui imperavit annis duobus, mensibus novem[6]. Statuit mulierem capite velato intrare *Sic.-Ven.* ecclesiam; tricesima tercia, questione quinta: *Hec ymago*[7].

*Cletus, nacione Romanus de regione Vico-patricii, cepit anno Domini octoagesimo secundo, *f. 4. *Ven.* sedit annis undecim, mense uno, diebus undecim, imperante Domiciano, qui imperavit annis quindecim.

Clemens, nacione Romanus, cepit anno Domini nonagesimo tercio, sedit annis quatuordecim[p], mense uno, diebus decem, imperante Domiciano, post Nerva, qui imperavit anno uno, mensibus quatuor, diebus octo, post Traiano, qui imperavit annis decem et novem, mensibus sex, *et H. E. VIII, 1. 5.* diebus quindecim. Clemens statuit canonem ante hostie fraccionem[8] et episcopum constitui[q] cleri *Sic.* eleccione et populi consensu, sedem episcopalem poni loco eminenciori[9] et babtizatos in fronte perungi et a ministris ecclesie servari[r]; de consecratione, distinctione quinta, capitulo primo et secundo et tercio.

Anacletus, natione Grecus ex Athenis, cepit anno Domini centesimo secundo, sedit annis *Ven.* novem, mensibus duobus[s], diebus decem, imperante Traiano; cessavit episcopatus diebus terdecim. Anacletus statuit in ecclesia, ne clerus comam nutriret[10]; item statuit episcopum non *Sic.* minus quam a tribus episcopis consecrari et ordines publice fieri.

Euaristus, natione Grecus, cepit anno Domini centesimo undecimo, sedit annis decem et *Ven.* mensibus sex, imperante Traiano et post Elio Adriano, qui imperavit annis viginti uno, *H. E. VIII, 7.* mensibus decem, diebus viginti. Euaristus statuit episcopos habere septem *diachones; nonagesima *Sic.* *f. 5. III[a] d.: *Diachoni qui quasi*[11].

Alexander primus, natione Romanus, cepit anno Domini centesimo vicesimo primo, sedit annis decem et octo[t], mensibus octo[u], imperante Elio Adriano[v]; cessavit episcopatus diebus viginti[w] quinque. Alexander statuit aquam vino misceri et addidit canonem in missa: *qui pridie* *Sic.* usque *quocienscumque*[x], et addidit, ut hec oblatio ex azimo fieret, et dicit[y]: *quanto*[z] *paucior, tanto*

a) *sic A;* prov. *om. c.* b) cobethaida *A, quod a Iohanne corruptum est ex* vico Bethsaida, *ut habet Venet.* c) post *A.* d) *sic A;* quindecim *c.* e) *sic A;* Calliculo *c.* f) impauit *c.* g) neronē *c. et A.* h) *sic A;* duodecim *c.* i) *sic c. et A;* XXVIII *Sic.* k) *sic A. et Sic.;* eccl. *om. c.* l) *sic A;* ceciliam *c.* m) et *add. A.* n) *uncis incl. ex A suppl., om. c.* o) tyro *c.* p) VIIII, men. II *Venet.* q) constituit *corr.* constitui, t *del. c.* r) *sic A;* perungi *iterum c.* s) duo *corr.* duobus *c.* t) ann. VIII *Venet.* u) mens. V *Venet.* v) imp. elidiano *c.* w) *idem mendum habet Barth.;* d. XXXV *Venet.* x) quociensccumque *c.* y) cit *in loco raso.* z) quanta *c.*

1) *Cf. Gotifr. Viterb. catal., SS. XXII, p.* 282. 2) *Gratiani Decr. I, dist.* 11, *c.* 11, *ubi legitur aliquid, quod Sicardus praecedente loco ex Decreto Bonizonis exscripsit.* 3) *Grat. II, C. XXIV, q.* 1, *c.* 15. 4) mens. VI *Venet., sed* mens. VII *Barth. et alii catalogi et Sicard. p.* 106: VII° mense . . . truncatur. 5) ann. VIIII *Venet. et Sicard. p.* 106. 6) men. II *Sicard. l. l.* 7) *Grat. II, C. XXXIII, q.* 5, *c.* 13. 8) *Albert. c.* 5. *hoc loco addit:* de con[secratione] di. I *[lege* II*]:* 'Tribus'; LXIII. d.: 'Nosse'. 9) *Albert. addit:* de con[secratione] d. I: 'Ecclesias'. 10) *Liber pont.* 12. *hoc tradit de Aniceto, sed de hoc Anacleto idem habet Gilbert., SS. XXIV, p.* 123. 11) *Grat. I, dist.* 93, *c.* 11.

Sic. *pocior;* rursus precepit aqua sale exorcizata et benedicta populum aspergi. Eiusque temporis Iohannes evangelista obdormivit in Domino; de consecratione, distinctione tercia: *Aquam*[1].

Ven. Sistus, natione Romanus, cepit anno Domini centesimo tricesimo nono[a], sedit annis decem, mensibus tribus, diebus viginti duobus[b], imperante Elio Adriano[c] et post Antonio, qui im- *H. R. VIII, 8. Ven.* peravit annis viginti tribus, mensibus tribus; cessavit episcopatus diebus duobus. Statuit Sistus, ne *Sic.* sacra contingantur[d] nisi a ministris[e], et corporalia fiant de lineo panno albo; de consecratione, distinctione prima: *Consultu*[2].

Ven. Thelesforus papa cepit anno Domini centesimo quadragesimo[f] nono, sedit anno uno[g], *Sic.* mensibus quatuor, imperante Antonio; cessavit episcopatus diebus decem[h]. Thelesforus septem diebus ante natalem Domini indidit carnis abstinenciam et ieiunio[i] septimane[k] septem addidit **f. 6.* septimanas et statuit in nocte natalis Domini *missam celebrari et *Gloria in excelsis Deo* dici et ymnum scilicet angelicum in sollempniis missarum celebrari; de consecracione, distinctione prima: *Nocte*[3].

Ven. Ignacus[l], natione Grecus de Athenis, cepit anno Domini centesimo quinquagesimo[m], sedit annis quatuor, mensibus tribus, diebus quinque[n], imperante Antonino.

Annicius, natione Sirus, cepit anno Domini centesimo quinquagesimo quarto, sedit annis novem, mensibus quatuor[o], diebus tribus, imperante Antonio et post Antonio secundo cum fratre *Sic.* suo Lucio Aurelio Comodo, qui imperavit annis decem et novem. Annicius[4] clerum composuit et gradus distribuit et unum patrinum in tribus sacramentis aut singulos in singulis designavit; de consecratione, distinctione quarta: *Cathecuminis*[5].

cf. Barth. Pius[6], natione Ytalicus de civitate Aquilegie, cepit anno Domini centesimo sexsagesimo tercio, sedit annis undecim, mensibus quatuor, diebus viginti uno[p], imperante Antonio cum fratre suo *Sic.* Lucio Aurelio Comodo; cessavit episcopatus diebus quatuordecim. Pius ab angelo indidit[q] die dominica esse pascha celebrandum[r]; de consecratione, distinctione tercia: *Nosse*[7].

Ven. Sother, natione Campanicus, cepit[s] anno Domini centesimo septuagesimo quarto, sedit annis **f. 7.* novem, mensibus tribus, diebus viginti duobus, *imperante Antonio, post Lucio[t] Antonio Comodo, *cf. Barth. Sic.* qui imperavit annis terdecim; cessavit episcopatus diebus viginti tribus[8]. Soter statuit, ut monacha pallas non tangeret, et sponsalia et benediccionés nubencium statuit; vicesima tercia distinctione: *Sacratas*[9].

Ven. Eleuterius, natione[u] Grecus, cepit anno Domini centesimo octoagesimo quarto, sedit annis quindecim, mensibus sex, diebus quinque, imperante Comodo[v], post Elio Pertinace et Severo, *Sic.* qui imperavit annis decem et novem[w]; cessavit episcopatus diebus sex. Eleuterius confirmavit, ut nulla esca a Christianis repudietur; simile tricesima distinccione, capitulo ultimo[10]; quo mandante Lucius rex Britanie Christianus factus est.

Ven. Victor, natione Afer, cepit anno Domini centesimo nonagesimo nono, sedit annis decem, mensibus duobus, diebus decem, imperantibus Elio Pertinace et Severo; cessavit episcopatus diebus duo- *Sic.* decim. Victor precepit, quod pascha celebraretur in luna quartadecima vel post in die dominica; de consecratione, distinccione tercia[x]: *Celebritatem*[11].

Ven. Zepherinus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo nono, sedit annis novem[y], mensibus sex, diebus decem, imperante Severo et post Antonio Caracalla, qui imperavit annis **f. 8. Sic.* septem; cessavit episcopatus *diebus sex. Zepherinus precepit altaris vasa fieri vitrea, que prius lignea fuerant; de consecratione, distinccione I: *Vasa*[12].

a) CXXVIIII. *Venet.* b) d. XXI *Venet.* c) eliodiano *c.* d) continguntur *c.* e) mininistris *c.* f) CXXXVIIII. *Venet.* g) ann. X (XI *Barth.*), mens. III, d. XXII *Venet.* h) d. VII *Venet.* i) ieiunia *c.* k) *sic pro* quadragesime *c.; cf. supra p.* 109; *n.* g. l) Yginus *Venet.* m) CXLVIIII. *Venet.* n) d. VI *Venet.* o) mens. III, d. IIII *Venet.* p) unus *c.* q) didicit *Sicard.* r) celebranda *c.* s) cecipit *c.* t) Lucicio Antoni *c.* u) naticione *c.* v) Cocomodo *c.* w) ann. XVIII *Venet.* x) teçia *c.* y) VIII *Venet., sed* VIIII *Barth. et Cenc. et Amiat. etc.*

1) *Grat. III, dist.* 3, *c.* 20. 2) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 46. 3) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 41. 4) *Sicardus sequentia ab Igino facta esse dicit.* 5) *Voluit dicere Grat. III, dist.* 4, *c.* 100, *quod caput incipit:* In catechismo. 6) *Pius omissus est in Venet., sed ex catalogo huic proximo Iohannes haec descripsit, quae conveniant cum Cron. S. Barthol. et catalogis Cenciano, Amiatino etc.* 7) *Grat. III, dist.* 4 (*non* 3), *c.* 21. 8) cess. — tribus *omissa sunt Venet.;* d. XXII *Barth. et catalogi Cencianus, Amiat. etc.* 9) *Grat. I, dist.* 23, *c.* 25. 10) *Quod hoc capite Grat. I, dist.* 30, *c.* 17. *statutum est de carne edenda simile praecedenti decreto non dici potest.* 11) *Grat. III, dist.* 3, *c.* 22. 12) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 44.

Calixtus primus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo decimo octavo, sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus duodecim[a], imperante Antonio Caracalla, post Phisipa[1] Macrino[2], qui imperavit anno uno, post Aureliano Antonio, qui imperavit annis quatuor; cessavit episcopatus diebus sexdecim[b]. Calixtus fecit ecclesiam trans Tiberim et statuit, quibus temporibus in anno fierent ordines, et que ieiunia; septuagesima sexta distinctione, capitulo primo. *Ven. et Sic. Sic. et Grat. I, 76, 1.*

Urbanus primus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo vicesimo tercio, sedit annis octo, mensibus undecim, diebus quatuordecim[c], imperante Aurelio Alexandro[d], qui imperavit annis sexdecim[e]; cessavit episcopatus diebus triginta. Urbanus primus statuit ecclesias habere predia; duodecima, questione prima: *Videntes*[3]; et sacra vasa fieri aurea vel argentea vel stagnea; de consecratione, distinctione prima: *Vasa*[4]; et statuit, quod nullus eligetur in episcopum, nisi in sacris ordinibus; sexssagesima distinctione: *Nullus*[5]. *Ven. et Sic. Sic. Grat. I, 60, 4.*

Pontianus cepit anno Domini ducentesimo tricesimo secundo, sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus duobus, *imperante Alexandro, post Maximo[f], qui imperavit annis tribus; cessavit episcopatus diebus decem. *Ven. *f. 9.*

Anterius cepit anno Domini ducentesimo tricesimo septimo, sedit anno uno, diebus quindecim[6], imperante Maximo. Anterius statuit passiones martirum in ecclesiis esse legendas et episcopos causa utilitatis posse transferri; septima, questione prima: *Mutationes*[7]. *Sic.*

Fabianus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo tricesimo octavo, sedit annis quatuordecim, mensibus undecim, diebus duodecim[g], imperante Maximo, post Gordiano, qui imperavit annis sex[8], post Filipo cum filio suo, qui imperavit annis septem; cessavit episcopatus diebus septem[9]. Fabianus per columbam spiritus sancti electus statuit singulis annis crisma renovari et vetus comburi; de consecratione, distinccione tercia: *Inter cetera*[10]. *Ven. cf. Barth. Sic.*

Cornelius, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo[h] quinquagesimo secundo, sedit annis tribus, mensibus quinque[i], diebus decem, imperante Decio, qui imperavit annis tribus[11], antipapa Novatiano[12]. Cornelius statuit sacerdotem pro fide iurare; sub quo apostolorum corpora furata sunt; et tunc terremotus Rome fuit; secunda, questione quinta, capitulo primo, secundo et tercio[13]. *Ven. Sic.*

*Lucius primus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo quinquagesimo quinto, sedit annis tribus, mensibus tribus, diebus octo[k], imperante Gallo, qui imperavit cum filio suo Voluсiano annis duobus, et post Valeriano cum Galieno, qui imperavit[l] annis quindecim. Lucius statuit duos presbiteros et tres diacones assistere episcopo propter testimonium bonum; de consecratione, distinccione prima: *Iubemus*[14]. **f. 10. Ven. et Sic. Sic.*

Sthephanus primus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo quinquagesimo octavo, sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus quindecim, imperante Valeriano cum Galieno; cessavit episcopatus diebus viginti[15]. Stephanus statuit sacramenta non tangi nisi a sacratis[m] hominibus; simile vicesima tercia distinctione: *Non opportet*[16]. *Ven. Sic.*

a) d. X *Venet.* b) d. VI *Venet.* c) d. XII *Venet.* d) alef *c.* e) ann. XIII *Venet. et Sicard.* f) *sic pro* Maximiano *Veneti et Sicardi semper c.* g) d. XI *Venet.* h) cent. *corr.* ducent. *c.* i) mens. II *Venet.* k) d. III *Venet.* l) impauit *c.* m) sacris *A cum Sicardo.*

1) *Nescio an corruptum sit ex* Opilio. 2) Martianus *pro* Macrino, *ut reliqui catalogi propinqui habent, Venet.* 3) *Grat. II, C. XII, q.* 1, *c.* 16. 4) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 44. 5) *Hoc caput, ex quo Ioh. praecedentia exscripsit, est Urbani II. papae.* 6) *Venet. habet* ann. I, mens. I, d. XV; *sed Barth. et alii catalogi solum* mens. I, d. XV. 7) *Grat. II, C. VII, q.* 1, *c.* 34. 8) *In Venet. omissum est* Gordianus imperavit ann. VI, *quod Barth. et catalogi Cenc. et Amiat. et reliqui habent.* 9) cessavit d. VII, *ut habent Barth. et Hugo etc., omissum est in Venet.* 10) *Grat. III, dist.* 3, *c.* 18, *quod caput incipit:* Literis vestris inter caetera. 11) ann. I, mens. III *Venet.* 12) *Persuasum mihi habeo hoc Iohannem sapientissimum scripsisse, quod in Sicardi Cron. p.* 113. *legerit:* Novatus Romanus presbiter hereticus extitit, a quo Novatiani dicti sunt. 13) *Haec capita (Grat. II, C. II, q. 5) sunt Pseudoisidoriana Cornelii, quibus quae statuta sint, Ioh. non dixit.* 14) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 60. 15) cessavit — viginti *neque in Venet. neque in catalogis propinquis legitur; Liber pont.* 24: cess. episc. d. XXII. 16) *Grat. I, dist.* 23, *c.* 30.

Ven. Sixtus secundus, natione Grecus, cepit anno Domini ducentesimo sexssagesimo secundo, sedit annis duobus, mensibus decem[a], diebus sex, imperante Valerio[b] et Galieno; cessavit episcopatus diebus viginti duobus.

Dionisius cepit anno Domini ducentesimo sexssagesimo quinto, sedit annis duobus, mensibus Sic. duobus[c], imperante Valerio[d] et Galieno. Dionisius parrochias divisit et in singulis propter penitentes singulos instituit sacerdotes; sub quo Ciprianus fuit. Tercia decima, questione *f. 11. *prima, capitulo primo.

Ven. Felix, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo sexssagesimo septimo, sedit annis Sic. duobus, mensibus decem, diebus quindecim, imperante Valerio. Felix statuit missas[e] celebrari super memorias martirum; simile habes tricesima distinctione: *Si quis per superbiam*[1].

Ven. Euticianus, natione Tuscus, cepit anno Domini ducentesimo septuagesimo, sedit annis octo[f], mensibus decem, diebus quatuor, imperante Valeriano, post Claudio[g], qui imperavit anno uno et Sic. et mensibus novem, post Aurelio annis quinque, mensibus sex, post Stacio[h], post Probo, qui Sic. imperavit annis sex, mensibus quatuor; cessavit episcopatus diebus novem[i]. Euticianus uvas et fruges iussit benedici et hereses de duobus principiis condempnavit[2] et martires sepelivit; simile habetur de consecratione, distinctione secunda: *Didicimus*[k, 3].

Ven. Gaius, natione Dalmatinus, cepit anno Domini ducentesimo octoagesimo[4], sedit annis undecim, mensibus quatuor[5], imperante Probo, post Caro[l] cum filiis suis[l*] Carino et Numeriano[m], qui imperavit[n] annis duobus, post Diocleciano[o] et Maximiano, qui imperaverunt annis viginti; ces- Sic. savit[p] episcopatus diebus undecim. Gaius statuit, quod septem diachoni assistant in celebracione misse; simile nonagesima[q] tercia distinccione: *Diachoni*[6].

f. 12. Ven. *Marcellinus, natione Romanus, cepit anno Domini ducentesimo nonagesimo secundo[7], sedit annis[r] viginti quinque, imperantibus Diocleciano et Maximiano; pro eorum persecutione cessavit episcopatus annis septem, mensibus quinque[s], diebus viginti quinque. Marcellinus statuit, Sic. quod nullus preponatur prius ordinato. Marcellinus etiam compulsus a gentibus ydolis sacrificavit, postea in se sentenciam tulit, ne ab alio sepeliretur, et adivit palacio et confessus fuit se esse Christianum et capitalem sentenciam subivit, transactis triginta diebus angelo nunciante sepultus est. Hoc habes vicesima prima distinccione: *Nunc autem*[8].

Ven. Marcellus, nacione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo septimo, sedit annis sex, diebus viginti quinque[9], imperantibus Diocleciano et Maximiano, post Valerio, qui imperavit annis Sic. duobus, post Constantino[t], qui imperavit annis triginta uno[10]. Marcellus Marcellinum Petri iussione sepelivit et cimiteria fecit et viginti quinque titulos in Urbe statuit et diocceses[u] divisit. Hiis temporibus martirum multiplicatio fuit; vicesima prima distinccione: *Nunc autem*[8].

Ven. Eusebius cepit anno Domini trecentesimo tercio decimo, sedit annis duobus, mensibus duobus, *f. 13. Sic. imperante Constantino; cessavit episcopatus diebus sexdecim[11]. *Eusebius Constantinum catezizavit; sub quo crux Domini inventa est, et Iudeus[v], crucis inventor, Christianus factus est et episcopus qui Ciriacus nominatus est, et postea martir fuit[12]; de consecratione, distinccione tercia: *Crucis*[13].

a) mens. XI *Venet.* b) ualeriano *h. l. A.* c) mens. III *Venet.* d) *sic h. l. et l.* 9. *etiam A.* e) *sic A;* missa *c.* f) ann. VIIII *Venet. et Barth. et plerique catalogi;* VIII *Cenc. et Amiat.* g) cladio *c.* h) *sic c. pro* Tacito. i) *sic Cenc. et Amiat.;* d. VIII *Barth. et alii;* mens. VIII *Venet.* k) didiscimus *c.* l) *sic A;* cato *c.* l*) suis *om. A.* m) *sic A;* Caro et Numenatiçiano *c.* n) *sic c. et A, corr.* imperauerunt *c.* o) dioclesiano *c.* p) cessauut *c.* q) nonagesimo *c.* r) ann. VII, mens. II, d. XXV *Venet.* s) mens. VI *Venet.* t) Costantino *c.* u) *sic c.* v) videns *c.*

1) *Grat. I, dist.* 30, *c.* 9. 2) *Hoc Sicardus non dixit, Iohannes adinvenit.* 3) *Grat. III, dist.* 2, *c.* 6. 4) *Ad a. CCLXXXI. habet hunc Venet., reliqui catalogi ad priores annos.* 5) mens. IIII, d. VIIII *Barth. et Amiat. etc.;* mens. III, d. VII. *Venet.* 6) *Grat. I, dist.* 93, *c.* 11. 12. 7) *Ad a. CCXCIII. hunc habet Venet., reliqui catalogi omnes ad a. CCLXXXIX.* 8) *Grat. I, dist.* 21, *c.* 7. 9) *Sic Amiat.;* d. XXII *Cenc.;* mens. VII, d. XXVII *Venet.; cf. supra p.* 236, *n.* 1. 10) ann. XXX, mens. X *Venet. Cf. Sicard. p.* 119. 11) cess. ep. d. XVI *habent Cenc. et Amiat. etc. ad sequentem Melchiadem;* cess. ep. d. VII *Liber pont.* 32. 12) *Ex historia inventionis crucis pauca verba inserta sunt.* 13) *Grat. III, dist.* 3, *c.* 19.

Melchiades, natione Afer, cepit anno Domini trecentesimo quinto decimo, sedit annis tribus, *Ven.* mensibus septem, imperante Constantino; cessavit episcopatus diebus quindecim[1]. Melchiades *Sic.* statuit, ne quinta feria vel dominica ieiunetur; cui nomina quatuor Coronatorum in secreta misse sunt inserta; et nota, quod usque ad illum omnes episcopi Romani martires fuerunt; de consecratione, distinccione tercia: *Ieiunium;* nongentesima[a] sexta distinccione: *Constantinus*[2].

Silvester primus, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo octavo decimo, sedit annis *Ven.* viginti tribus, mensibus decem, diebus undecim, imperante Constantino, post Constantino, Constante et Constantio[b] fratribus, qui imperaverunt annis viginti quinque; cessavit episcopatus diebus quindecim. Silvester Constantinum babtizavit; nongentesima[a] sexta distinccione: *Constantinus;* et a *Sic.* lepra mundavit divina inspiratione, et hoc accidit propter compassionem puerorum; et Iudeos disputando convertit, scilicet duodecim sapientes, et drachonem clausit, cuius anelitu moriebantur homines[3]; et extunc fides Christi publice predicata est, et templa gentilium subverssa edicto[c] *Constantini, qui Rome patriarchales ecclesias fecit et eis imperium dedit et **f. 14.* decimas. Iste Silvester statuit, ne Romanus pontifex ab alio iudicetur; vicesima tercia, questione quarta: *Gilisarius*[4]; nec presbiter cardinalis[5] nisi a sexssaginta[d] testibus[e]; secunda, questione quarta, capitulo secundo; nec maior accusetur a minore; secunda, questione septima: *Clericus adversus*[6]; nonagesima tercia distinccione[f]: *A subdiachono*[7]; nec clericus a layco iudicetur; et nomina dierum in[g] ferias dinumerata sunt; et sabbato ieiunandum dixit propter dominicam sepulturam, et dominicam celebrandam propter resurreccionem et feria quinta propter ascensionem; de consecratione, distinccione tercia: *Sabbato* et capitulo: *Ieiunium*[8]; et sacerdotes babtizatos in vertice crismate delinire et dalmaticis uti; sub quo Nicena sinodus celebrata est; et simbolum instituit; sub quo beatus Nicholaus fuit; decima quinta distinccione, capitulo primo.

Marchus, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo quadragesimo primo, sedit annis *Ven.* duobus, mensibus novem, diebus viginti, imperante Constantino et Constante; cessavit episcopatus diebus viginti. Marchus statuit, quod simbolum ante consecrationem dicatur in missa et *Sic.* post evangelium.

Iulius, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo quadragesimo quarto, *sedit annis *Ven.* undecim, mensibus duobus, diebus septem, imperante Constantino et Constante. Iulius statuit, **f. 15. Sic.* quod nullus clericus doceat carmen misse[9] in publico, et quod monimenta, id est substancia fratrum, fiant per manus sindici et ecclesiarum per manus primicerii; simile octoagesima nona distinccione: *Volumus*[10].

Liberius, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo quinquagesimo quinto, sedit annis *Ven.* decem, mensibus septem, imperante Constantino, post Iuliano, qui imperavit annis duobus, mensibus octo. Liberius, licet sanctus et iustus et exilium et multa pro Christi nomine *Sic.* passus, tamen quia concessit Arrianis unam ecclesiam Rome, ut placaret iram principis, a catholicis reprobatus est. Ambrosius fecit contra; vicesima tercia, questione octava: *Cum veram*[11].

Felix secundus, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo sexssagesimo quinto, sedit *Ven.* anno[h] uno, mensibus quatuor[i], diebus duobus, imperante Iuliano[k], post Ioviniano, qui imperavit mensibus novem[l].

a) *sic c. h. l.* b) Constantini *c.* c) et dicto *c.* d) XL *Sicard.* e) tribus *c.* f) dist. *superscr. c.* g) et *c.* h) annum unum *corr.* anno uno *c.* i) mens. III *Venet.* k) Iulio *c.* l) mens. VIII *Venet.*

1) cess. ep. *deest Venet., ubi* sedit ... mens. VII, d. XV; cess. d. XVI *alii catalogi; cf. supra p.* 236, *n.* 3. 2) *Grat. III, dist.* 3, *c.* 14; *I, dist.* 96, *c.* 13. 14. 3) *Mediis litteris expressa e Gestis Silvestri, Mombritius, Vitae sanctorum f.* 279 *sq., profecta sunt.* 4) *Grat. II, C. XXIII, q.* 4, *c.* 30. 5) cardinalis *Ioh. addidit ex Grat. II, C. II, q.* 4, *c.* 2. *infra citato.* 6) *C.* 10. 7) *I, dist.* 93, *c.* 5. 8) *III, dist.* 3, *c.* 13. 14. 9) causam diceret *Sicard. p.* 121. 10) *Grat. I, dist.* 89, *c.* 2. *Cf. Decr. Greg. IX. l. I, tit.* 39, *c.* 1. *Penitus mutavit Iohannes quae Sicardus scripserat.* 11) *Capitulum his verbis incipiens non invenitur in hac quaestione neque omnino in Gratiani Decreto. Ubi I, C. XXIII, q.* 8, *c.* 21: Convenior *legitur capitulum Ambrosii, in quo nihil de Liberio nec quidquam de hac re, de qua in tota hac quaestione nihil legitur.*

Ven. Liberius secundus[1] cepit anno Domini trecentesimo sexsagesimo septimo, sedit annis quinque, imperante Valeriano cum fratre suo Valente, qui imperaverunt annis decem.

*f. 16. ib. cf. Barth. Damasius, natione Yspanus, cepit anno Domini trecentesimo septuagesimo *secundo, sedit annis decem et octo, mensibus duobus, diebus decem[2], imperante Valentiniano cum Valente, post Valente cum Graciano et Valentiniano, qui imperaverunt annis quatuor, post Graciano cum Valentino fratre et Theodosio, qui imperavit annis sex, post Theodosio cum Valentino[a], qui imperavit annis undecim, Sic. cf. Barth. antipapa Ursino[b]; cessavit episcopatus diebus triginta uno[3]. Damasius Yspanus fecit sinodum Constantinopolitanam celebrari; decima quinta distinctione, capitulo primo[4].

Ven. Siricius, natione Romanus, cepit anno Domini trecentesimo nonagesimo, sedit annis XV, imperante Theodosio, post Archadio[c] cum Honorio, qui imperavit annis terdecim; cessavit episcopatus Sic. diebus viginti. Siricius Manicheos destruxit et statuit continenciam clericorum; octoagesima secunda distinccione, capitulo secundo[5]; et statuit conversos in monasteriis degere, et statuit, ut monachi fierent[d] clerici causa utilitatis et necessitatis; sextadecima, questione prima: *Monachos*[6]. Hiis temporibus statuta de ieiunio et de quadragesima et de pascha facta sunt et de confessione sacerdotibus facienda; de penitencia, distinccione prima: *Agite penitenciam*[7]; et de penitencia secundum modum culpe imponenda. Tunc temporibus fuit Augustinus et Ambrosius et Iheronimus, qui[8], ut dicitur, iacet Papie, et Prudencius Equitanensis[9] et Severus Ravennas archiepiscopus.

Ven. *f. 17. Anastasius primus, natione Romanus, *cepit anno Domini quadringentesimo sexto, sedit annis cf. Barth. duobus, diebus viginti sex, imperante Archadio cum Honorio; et cessavit episcopatus diebus Grat. I, 19, 9. viginti uno[10]. Anastasius Acacium hereticum voluit occulte revocare, et percussus ab angelo interiit; non iste, sed secundus[11]; decima nona distinccione: *Secundum*[12].

Ven. Innocencius primus, natione Almensis[e], cepit anno Domini quatuorcentesimo octavo, sedit annis quindecim, mensibus duobus, diebus viginti, imperante Archadio, post Honorio cum Theodosio Sic. — Ven. nepote suo, qui imperavit annis quindecim; cessavit episcopatus diebus viginti duobus. Innocencius Sic. firmavit sabbatum esse ieiunandum[f] et pacem infra sollempnia missarum dandam; de consecratione, distinctione secunda: *Pacem*, et de consecratione, distinctione tercia: *Sabbato*[13].

Çosimus[g], natione Grecus, cepit anno Domini quatuorcentesimo vicesimo tercio, sedit anno Sic. uno, mensibus quinque[h], imperante Honorio; cessavit episcopatus diebus undecim. Çosimus[g] constituit in omnibus titulis in sabbato cereum benedici et hereses omnes extirpavit, scilicet Pelagianas; vicesima quarta, questione tercia, capitulo penultimo[14].

Ven. *f. 18. Bonifacius primus, natione Romanus, cepit anno Domini quatuorcentesimo vicesimo *quinto, sedit annis tribus, mensibus octo, diebus terdecim, imperante Honorio, post Theodosio minore cum Valentino Graciano[15], qui imperaverunt annis viginti septem; cessavit episcopatus diebus un- Sic. decim. Bonifacius interdixit mulieribus pallas et sacra vasa non tangere; simile vicesima tercia distinccione: *Sacratas*[16].

a) *sic c. et Venet.* b) visio *c.* c) post Arch. *superscr.* d) fierent — Hiis *in marg. suppl.* e) *sic c. pro* Albanensis. f) ie|unandum *c.* g) Cosinus *c.* h) mens. VIII, d. XXV *Venet.*

1) *Perperam Ioh. scripsit* secundus *pro* iterum *Chron. Veneti.* 2) *Sic Barth., Amiat. etc.;* d. XXI *(pro* XXXI*) Venet., ubi videlicet omissum est* d. X; et cessavit episc. d. *Cf. supra p.* 238, *n.* 2. 3) *Sic Cenc., Hugo, Cron. S. Barthol., supra p.* 200. *Cf. n.* 2. 4) *In hoc capite de synodo Constantinopolitana quidem dictum est, nihil de Damaso papa. Cf. Sicard. supra p.* 127. *Cuius dictum Iohannes in maiorem gloriam papae extulit.* 5) *Grat. I, dist.* 82, *c.* 3. *potius de hac re decretum Siricii legitur.* 6) *Grat. II, C. XVI, q.* 1, *c.* 29. 7) *Grat. II, C. XXIII, q.* 3, *dist.* 1, *c.* 44. 8) *Augustinum Papiae sepultum esse dixit Sicardus supra p.* 128. 9) *Severum Equitanicum tunc floruisse dixit Sicardus l. l.* 10) *Sic Barth., Amiat., Cenc. etc.;* et cess. — uno *omissum est in Venet.* 11) *Scilicet Anastasius II. papa, de quo hoc in Libro pont.* 52. *narratum est, ex quo idem in Gratiani caput laudatum transscriptum. Quamvis Iohannes ex hoc capite didicerit haec de Anastasio II. dicta esse, tamen hoc loco reliquit. Anastasium II. infra omisit, forte quia eum haereticum fuisse censebat.* 12) *Grat. I, dist.* 19, *c.* 8. 13) *Grat. III, dist.* 2, *c.* 9. *et dist.* 3, *c.* 13. 14) *Hoc capite* (39) *omnes hereses recensentur.* 15) Valentiniano germano *Chron. Venet.* 16) *Grat. I, dist.* 23, *c.* 25.

Celestinus primus, natione Romanus, cepit anno Domini quatuorcentesimo vicesimo octavo, sedit annis octo, mense uno, diebus novem[1], imperante Theodosio; cessavit episcopatus diebus viginti uno. Celestinus statuit, ut psalmi antiphonatim[a] ante scilicet misse canonem cantarentur[b], prius enim tantum epistola et evangelium dicebatur; dampnavit Nestorium hereticum, et eius auctoritate sinodus Ephesina[c] congregata est[2]; decima quinta distinccione: *Prima*, capitulo primo[3]; et Gothos[4] per episcopum Palladinum convertit. *Ven. Sic.*

Sistus tercius, natione Romanus, cepit anno Domini quatuorcentesimo tricesimo sexto, sedit annis octo, diebus octodecim, imperante Theodosio. Sistus ecclesiam Maiorem edificavit, que dicitur ad Presepe. Hoc tempore diabolus apparuit Iudeis in figura Moysi, promittens eis ducere pede sicco in terram promissionis, qui sequentes eum, quidam in mare submersi sunt. *Ven. Sic.*

*Leo primus, natione Tuscus, qui fuit sermologus, cepit anno Domini quatuorcentesimo quadragesimo quarto, sedit annis sexdecim[d], mense uno, diebus viginti septem, imperante Theodosio, post Martiano[e] et Valentiniano, qui imperavit annis decem[f] VII[em], post[g] Leone primo, qui imperavit annis decem octo[h]; cessavit episcopatus diebus septem[5]. Leo draco[i,6] Manicheos condempnavit[k]; sub quo concilium Ephesinum[l] celebratum est, qui Dioscorum excommunicavit, qui Magnum Leonem excommunicaverat; vicesima prima distinctione, capitulo ultimo[7]. Tunc temporis celebratum est concilium Calcedonensem[m]. **f. 19. Ven. cf. Barth. Sic. Grat. I, 21, 9. Sic.*

Ilarius, natione Sardus, cepit anno Domini quatuorcentesimo septuagesimo[8], sedit annis sex, mensibus tribus, diebus decem, imperante Leone; cessavit episcopatus diebus decem. Ilarius Sardus interdixit penitus, ut nullus pontifex sibi eligat successorem; octava, questione prima: *Plerique*[9]. *Ven. Sic.*

Simplicius, natione Tiburtinus, cepit anno Domini quatuorcentesimo septuagesimo septimo[10], sedit annis decem[n], mense uno, diebus sex[o], imperante Leone, post Çenone, qui imperavit annis sexdecim; cessavit episcopatus diebus sex. Simplicius viginti septem presbiteros ordinavit et constituit ebdomadas ad ecclesias patriarchales. *Ven. Sic.*

*Felix tercius, natione Romanus, cepit anno Domini quatuorcentesimo octoagesimo sexto, sedit annis quatuordecim[p], mensibus sex, diebus viginti septem, imperante Çenone, qui imperavit annis viginti quinque[11]; cessavit episcopatus diebus quinque. Iste condempnavit Acacium Constantinopolitanum; decimanona distinccione: *Secundum*[12]. **f. 20. Ven.*

Gelasius primus, natione Afer, cepit anno Domini quatuorcentesimo nonagesimo nono[13], sedit annis decem[q], mensibus undecim, diebus viginti quatuor, imperante Anastasio. Gelasius fecit quosdam ymnos et prefacionem, scilicet: *Vere dignum et iustum est* etc., et declaravit, qui liber debeat recipi in ecclesia; quintadecima distinctione: *Sancta Romana*[14]. Hiis temporibus facta est invencio sancti Micaelis ecclesie in monte Gargano et dedicatio, et corpus Barnabe et evangelium Mathei inventum; statuit eciam, quo tempore fiant ordines; septuagesima quinta distinctione, capitulo ultimo[15]. *Sic.*

Simacus, natione Sardus, cepit anno Domini quinquecentesimo primo[16], sedit annis quindecim, mensibus septem, diebus viginti septem, imperante Anastasio, antipapa Laurencio; cessavit epi- *Ven. Sic.*

a) antiphōnā *c.* b) cantaretur *c.* c) emphesina *c.* d) ann. XXI *Venet.* e) Mariano *c.; Martiniano A;* Marcellianus *Venet.* f) ann. VI *Venet.;* ann. VII *Barth.* g) post — octo *in marg. suppl.* h) ann. XVII *Venet.* i) *sic A;* dracho *c.* k) dampnavit *A cum Sicardo.* l) *sic A;* emphesinum *c.* m) calcedonensem *post corr.* calcedonense *c.* n) ann. XV *A et Venet.* o) d. VII *Venet.* p) ann. VIII, mens. XI *Venet.* q) ann. IIII, mens. VIII, d. XVIIII *Venet.*

1) *Sic Barth., Hugo etc.;* d. VIII *Venet.* 2) *Ioh. immutavit Sicardi verba secundum ingenium suum.* 3) *Grat. I, dist.* 16 *(non* 15*), c.* 10, *§* 1. 4) Scotos *Sicard.* 5) *Sic Barth., Amiat., Cenc. etc.;* cess. — septem *omissum in Venet.* 6) *Hoc verbum ortum est ex verbis Sicardi p.* 133. expectans Leonem diaconem, *ubi Ioh.* draconem *legit.* 7) *Grat. I, dist.* 21, *c.* 9. *Cf. Alberti Milioli Lib. de temp. c.* 49, *ubi plura capita Gratiani citata sunt.* 8) *Ad a. CCCCLXV. hunc habet Venet. cum reliquis catalogis propinquis.* 9) *Grat. II, C. VIII, q.* 1, *c.* 5. *Ante quod caput in Alberti Milioli Lib. de temp. c.* 50. *etiam cap.* 6. *eiusdem quaestionis citatum est.* 10) *Venet. et reliqui catalogi propinqui hunc habent ad a. CCCCLXXI.* 11) *Annos XXVI Venet. tribuit Anastasio sequenti imperatori, huic annos XVI, ut supra l.* 22. 12) *Grat. I, dist.* 19, *c.* 8. 13) *Ad a. CCCCXCV. hunc habent Venet. et plerique catalogi propinqui.* 14) *Grat. I, dist.* 15, *c.* 3. 15) *Anastasius II. papa omissus est. Cf. supra p.* 310, *n.* 11. *Albertus Milioli c.* 54. *pauca ex capite Anastasii Cronicae Iohannis exscripsisse videtur.* 16) *Ad hunc annum hunc habent Barth. et reliqui catalogi omnes, Venet. ad a. DIII.*

cf. Barth.-Sic. **f. 21.* scopatus diebus septem[1]. Simacus firmavit in festis cantare *Gloria in excelsis *Deo*: duodecima, questione secunda: *Vobis*[2]; et pauperibus quartam dari, et ut episcopi pauperibus necessaria subministrent, et quod statuta facta a laycis de rebus ecclesie non valeant, *Sic.* nonagesima sexta distinctione: *Bene quidem*[3], licet sint bona. Tunc temporis Arrius[4] combustus est igne misso ab angelo, et quia de trinitate male locutus est. Tunc fuit beatus Benedictus.

Ven. Ormisda, natione Campanus, cepit anno Domini quinquecentesimo et decimo septimo[5], sedit annis novem, imperante Anastasio, post Iustino, qui imperavit annis octo[a]; cessavit episcopatus *Sic.* diebus septem. Ormisda clerum composuit. Tunc temporis Africana ecclesia reconciliata est; distinccione quinquagesima: *Si diachonus*[6].

Ven. Iohannes primus, natione Romanus[7], cepit anno Domini quinquecentesimo vicesimo septimo, sedit annis duobus, diebus novem, imperante Iustiniano, qui imperavit annis triginta octo[8]. *Sic.* Iohannes quendam cecum apud Constantinopolim illuminavit et Ytalie consuluit periture.

Ven. Felix, natione Sabinus, cepit anno Domini quinquecentesimo vicesimo nono, sedit annis quatuor, mensibus duobus, diebus terdecim, imperante Iustiniano.

**f. 22.* Bonifacius secundus, natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo *tricesimo *Sic.* tercio, sedit annis duobus, imperante Iustiniano, antipapa Dioscoro[9]. Bonifacius statuit, ne pontifex fiat nisi tercia die post defuncti pape sepulturam[b], quod hodie mutatum est propter cisma; septuagesima nona distinccione: *Nullus*[10].

Ven. Iohannes tercius[11], natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo tricesimo quinto, sedit annis duobus, mensibus quatuor, imperante Iustiniano.

Agapitus cepit anno Domini quinquecentesimo tricesimo septimo[12], sedit anno uno[13], *Sic.* Iustiniano imperante. Agapitus obiit Constantinopolim[c].

Ven. Silverius[d], natione Campanus, cepit anno quinquecentesimo XXX°[e] octavo[14], sedit anno uno, *Sic.* mensibus quinque[15], imperante Iustiniano, et confessor mortuus est Silverius, sub quo fuit in Italia persecucio.

Ven. Virgilius[f], natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo quadragesimo[16], sedit annis septemdecim, mensibus sex, diebus viginti sex[g], imperante Iustiniano; cessavit episcopatus mensibus tribus, diebus quinque.

Pelagius, natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo quinquagesimo octavo, sedit annis quatuor, mensibus decem, diebus viginti, imperante Iustiniano; cessavit episcopatus mensibus *Sic.* **f. 23.* quatuor. Pelagius statuit, quod hereticos episcopos secularis comprimeret *potestas; iussu eius Aquilegensis[17] fuit[h] patriarchatus. Tunc temporis Priscianus apostata[18] et Arator fuerunt[i]; vicesima quarta, questione prima: *Pudenda*[19].

a) ann. VIIII *Venet.* b) sepultura *c.* c) *corr. ex* constantinopoli. d) Silluerius *h. l. c.* e) XXX° *superscr. c.* f) *sic c.* g) *sic Barth. et reliqui catalogi;* d. XXIII *Venet. mendose.* h) fit *emendandum esse videtur.* i) ferunt *c.*

1) *Sic Barth., Cenc., Amiat. etc.;* cess. — septem *in Venet. omissum.* 2) *Grat. II, C. XII, q. 2, c. 23, quod caput est Gelasii, ubi quaedam leguntur, quae ad sequentia spectant.* 3) *Ibid. I, dist. 96, c. 1.* 4) quidam Arrianus *Sicard. p. 138.* 5) *Hunc habet Venet. ad a. DXVIII, Barth. et reliqui catalogi propinqui ad a. DXVI.* 6) *Grat. I, dist. 50, c. 29:* Si quis diaconus, *quo capite Hormisdae attributo de continentia clericorum agitur.* 7) *Quod Iohannes sua solita neglegentia scripsit;* Tuscus *Venet.* 8) *Sic Sicard. p. 139. et Barth. et plerique catalogi, Venet.* ann. XXXVIIII. 9) *Nescio, unde Ioh. hoc e Libro pont. 57. profectum didicerit.* 10) *Grat. I, dist. 79, c. 7.* 11) II. *potius, ut habet Venet.* 12) *Ad hunc annum hunc habet Cron. S. Barthol., supra p. 204, ad a. DXXXVIII. Venet., ad a. DXXXVI. reliqui catalogi.* 13) *Sic scripsit Ioh. pro* mens. XI *Venet.* 14) *Ad hunc annum habent hunc Barth., Cenc., Amiat.; ad a. DXXXVIIII. Venet.* 15) mens. V *deest Venet. et Barth., quod habent Ceccan., Hugo, (Cenc., Amiat.).* 16) *Ad hunc annum Barth., Ceccan., Hugo, Basil.; ad a. DXLI. Venet., Cenc., Amiat.* 17) *Gradensis potius. Neglegentissime, ut adsolet, legit Iohannes locum Sicardi p. 141.* 18) *Nescio, quomodo iste iuris peritus suo ingenii acumine eruerit hunc grammaticum fuisse apostatam.* 19) *Grat. II, C. XXIV, q. 1, c. 33. Caput est Pelagii, quo nihil continetur hoc loco dictum.*

Iohannes tercius, natione Romanus, cepit anno quinquecentesimo sexsagesimo tercio, sedit annis terdecim[1], mensibus undecim, diebus viginti septem, imperante Iustiniano, post Iustino, qui imperavit annis undecim, post Tiberio, qui imperavit annis septem[2]; cessavit episcopatus mensibus decem, diebus tribus. Iohannes statuit cimiteria et benedixit, et quod pecunia ecclesie detur elemosinariis. Ven. Sic.

Benedictus primus, natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo septuagesimo quarto[3], sedit annis tribus, mense uno, diebus octodecim[a], imperante Tiberio. Ven.

Pelagius secundus, natione Romanus, cepit anno Domini quinquecentesimo octoagesimo, sedit annis decem, mensibus duobus, diebus quinque, imperante Tiberio, postea Mauricio, qui imperavit annis viginti; cessavit episcopatus mensibus quinque[4], diebus viginti quinque. Pelagius statuit novem prefationes ante misse canonem decantandas; de consecratione, distinccione prima: *Invenimus*[5]. Hoc tempore fuit diluvium in Ytalia, quod superexcrevit muros et *ecclesias. et fere omnes Ytalici perierunt. Sic. *f. 24.

Gregorius primus, natione Romanus, doctor egregius, cepit anno Domini quinquecentesimo nonagesimo, sedit annis terdecim, mensibus sex, diebus decem[b], imperante Mauricio; cessavit episcopatus mensibus quinque, diebus quindecim[c]. Gregorius primus vocauit se servum servorum Dei; nonagesima nona distinccione, capitulo ultimo[6]. Iste fuit divinarum scripturarum sollertissimus indagator, Pastoralia, Decalogum[d], Moralia, Registrum et quedam alia multa scripsit et ecclesiam nocturnis atque diurnis[e] officiis ordinavit, et addidit in canonem misse: *Dies nostros in tua pace disponas;* et precepit in missa dici dominicam orationem alta voce et staciones per Romanas hordinavit ecclesias; et septiformem letaniam instituit: in primo choro posuit clericos, in secundo monachos, in tercio moniales, in quarto infantes, in quinto laycos, in sexto viduas, in septimo coniugatas. Hic Anglicos et Britones convertit per Augustinum Anglicorum episcopum et Gothos[7]; sub eo fuit Gallus abbas cum quatuor milia[f, 8] monachis, qui martires fuerunt[9] omnes preter uuum, qui apostotavit[f]. Ven. Sic.

Fabianus, natione Tuscus, cepit anno[g] *Domini sexcentesimo quarto[10], sedit anno[g*] uno, mensibus quinque, diebus novem[11], imperante Foca, qui imperavit annis septem, diebus sex. Fabianus mandavit luminaria beati Petri semper esse accensa. *f. 25. Sic.

Bonifacius tercius, natione Marscinus[12], cepit anno Domini sexcentesimo sexto[13], sedit mensibus novem[h], diebus viginti novem[i], imperante Foca. Ven.

Bonifacius quartus cepit anno Domini sexcentesimo septimo[14], sedit annis novem[k], mensibus octo[l], diebus terdecim[m], imperante Focca, post Eracleo[n] cum[o] Constantino filio suo, qui imperavit annis viginti uno. Bonifacius quartus a beato Gregorio festum omnium sanctorum instituit prima die Novembris, nam ante erat in mense Maio, qui dicitur sancta Maria ad Martires, quia sancte Marie festum et martirum erat[p]. Sic.

Deusdedit, natione Romanus, cepit anno Domini sexcentesimo sextodecimo[q, 15], sedit annis tribus, diebus viginti, imperante Eracleo[r]; cessavit episcopatus mense uno, diebus sexdecim. Deus- Ven.

a) *sic Barth. et reliqui catalogi;* d. XVII *Venet.* b) *sic reliqui catalogi;* d. X *om. Venet.* c) d. X *Venet.;* d. XVI *Barth.* d) Dialogum *Sicard.* e) diuinis *c.* f) *sic c.* g) anno *f.* 24'. *et f.* 25. *bis scr.* g*) ano *c.* h) mens. VIII *Venet.* i) *sic Barth.;* d. XXVIII *reliqui catalogi;* d. XXII *Venet.* k) ann. VI *Venet.* l) *sic Barth. et reliqui catalogi;* mens. VIII *om. Venet.* m) d. XII *Venet.* n) tracheo *c.* o) cum *om. c.* p) erat *superscr. c.* q) sexto *in loco raso c.* r) eracheo *c.*

1) *Sic Barth., Ceccan., Hugo;* ann. XIIII *Venet. mendose.* 2) *Sic Barth. et reliqui catalogi;* ann. VI *Venet.* 3) *Ad hunc annum Cenc. et Amiat.; ad a. DLXXVII. Venet. et alii catalogi.* 4) mens. V *deest Venet., Barth.;* mens. VI *Cenc., Amiat., Hugo, Ceccan.* 5) *Grat. III, dist.* 1, *c.* 71. 6) *Capite Grat. I, dist.* 99, *c.* 5. *Gregorius I. se universalem papam dici vetat.* 7) *Solito suo more adulteravit Iohannes verba Sicardi p.* 144, *a papa facta esse hoc ut multa alia perperam scribens.* 8) CCCC *Sicard.* 9) *Iterum verba Sicardi male mutavit.* 10) *Ad hunc annum habent hunc Cenc. et Amiat.; ad a. DCIII. Venet. et Ceccan.* 11) d. VIIII, *quod reliqui catalogi omnes habent, omissum est in Venet. et Barth., provenit igitur ex altero catalogo.* 12) nat. Mars. *transposuit Ioh. a Bonifacio IV. ad hunc tertium.* 13) *Ad hunc annum Cenc. et Amiat., ad a. DCV. Venet.* 14) *Ad hunc annum Cenc. et Amiat.; ad a. DCVIII. Venet. et Barth.* 15) *Ad a. DCXIIII. Venet.; ad a. DCXVI. Ceccan., Hugo, Basil.*

Sic. dedit statuit, ut missa in clero celebretur; prohibuit etiam, ne mulier filium suum in babtismo teneret; tricesima, q[uestione] prima: *Pervenit*[1].

Ven. Bonifacius quintus, natione Romanus[2], cepit anno Domini sexcentesimo decimo nono[3], sedit **f. 26.* annis quinque, *diebus quatuordecim, imperante Eracleo; cessavit episcopatus mensibus sex[a], diebus *Sic.* viginti quinque. Bonifacius statuit, ne aliquis de ecclesia vi extrahatur, vel aliquis, nisi ad minus acolitus, reliquias non tangat; simile habetur decima septima, questione quarta: *Diffinivit*[4].

Ven. Honorius primus, natione Campanus, cepit anno Domini sexcentesimo vicesimo quinto, sedit *Sic. et Beda.* annis duodecim, mensibus undecim, diebus viginti septem, imperante Eracleo, post Eracleone filio Eraclei[b] cum matre sua Martina, qui imperavit annis quatuor[5], post[c] Constantino filio *Ven.* Eraclei, fratre Eracleonis, qui imperavit annis quinque[6]; cessavit episcopatus mensibus septem, *Sic.* diebus octodecim. Honorius statuit letanias in feriis.

Ven. Severinus primus, alias Silverius, natione Romanus, cepit anno Domini sexcentesimo tricesimo octavo, sedit annis duobus, diebus viginti quatuor[d], imperante Constantino.

Iohannes quartus cepit anno Domini sexcentesimo quadragesimo, sedit anno uno, mensibus octo, diebus decem novem, imperante Constantino; cessavit episcopatus anno[e] uno, diebus qua- *Sic.* tuordecim[f]. Iohannes pro captivis dedit res ecclesie; duodecima, questione secunda: *Sicut grave*[7].

Ven. Theodorus primus, natione Grecus, cepit anno Domini sexcentesimo quadragesimo secundo, **f. 27.* sedit annis sex, mensibus quinque, diebus octo, imperante Constantino *filio Eraclei[g], qui[h] imperavit annis viginti octo; cessavit episcopatus diebus tribus[i].

Martinus primus, de civitate Tudertina[k] provincie Tuscie, cepit anno Domini sexcentesimo quadragesimo nono, sedit annis sex, mense uno, diebus viginti sex, imperante Constantino; cessavit *Sic.* episcopatus diebus viginti duobus[l]. Martinus in exilium migravit.

Ven. Eugenius primus, natione Romanus, cepit anno Domini sexcentesimo quinquagesimo quinto, sedit annis duobus, mensibus octo[m], diebus viginti duobus, imperante Constantino; cessavit episcopatus mense uno, diebus viginti uno[n].

Vitalinus primus, natione Sigensis[o] provincie Campanie, cepit anno Domini sexcentesimo quinquagesimo septimo, sedit annis quatuordecim, mensibus sex, imperante Constantino; cessavit epi- *Sic.* scopatus mensibus duobus, diebus terdecim. Vitalinus cantum composuit, quo utuntur hodie Romani; sub quo regina Persarum nomine Cesara veniens in peregrino habitu Constantinopolim babtizata est. Tunc temporis terremotus fuit et persecucio, ita quod homines sepeliri non poterant[8].

Ven. Adeodatus primus, natione Romanus, cepit anno Domini sexcentesimo septuagesimo primo, **f. 28.* sedit annis quatuor, *imperante Constantino Constantini filio, qui imperavit annis septemdecim. *Sic.* Adeodati quoque tempore quedam magna stella apparuit.

Ven. Domicius[9] primus cepit anno Domini sexcentesimo septuagesimo quinto, sedit anno[p] uno, mensibus quinque, diebus decem, imperante Constantino[q]; cessavit episcopatus mensibus duobus, diebus quindecim.

Agatho, natione Siculus, cepit anno Domini sexcentesimo septuagesimo septimo, sedit annis quinque[r], mensibus sex, diebus tribus, imperante Constantino; cessavit episcopatus per[s] annum *Sic.* unum, mensibus septem, diebus septem[t]. Agato dedit osculum cuidam leproso Constantinopolim[u],

a) mens. VII *Venet., Barth., Ceccan.;* mens. VI *reliqui.* b) eraclay *c.* c) post — quinque *in marg. suppl.* d) mens. IIII, d. XXVIIII *Barth.;* mens. IIII, d. XVIIII *Venet.; cf. supra p.* 206, *n.* 6. e) mense *Barth. et reliqui catalogi;* mens. I *om. Venet.* f) d. XIII *Venet.* g) ereclai *c.* h) qui *om. c.* i) *corruptum ex* LII, *ut reliqui catalogi habent;* LI *Venet.* k) cudertina *c.* l) d. XXVIII *Venet.* m) mens. VIIII *Venet., Barth., Ceccan.;* mens. VIII *reliqui.* n) d. XXII *Venet.; cf. supra p.* 207, *n.* 2. o) *lege* Signensis; Singensis *Venet.* p) ano *c.* q) costantino *c.* r) II *Venet.* s) per *in loco raso c.* t) d. V *Venet.* u) constantinopoł *c. et A.*

1) *Grat. II, C. XXX, q.* 1, *c.* 1. 2) *Iterum neglegenter Ioh. scripsit* Romanus, *ubi* Campanus *Venet. habet.* 3) *Ad hunc annum Ceccan., Hugo, Basil.; Venet. ad a. DCXVIII.* 4) *II, C. XVII, q.* 4, *c.* 35. 5) ann. II *Beda.* 6) mensibus VI *Beda.* 7) *Grat. II, C. XII, q.* 2, *c.* 16, *quod caput incipit:* Sicut omnino grave. 8) *Quod Sicardus non dixit, Iohannes suo more adinvenit.* 9) *Iohannes nomen corrupit;* Donus *Venet.*

ubi pace regnabat[a, 1], et sanatus est; sub quo sinodus celebrata est, in qua heresis Georgiana[b, 2] dampnata est. *Sic.* Tunc temporis Franci[c] ossa beati Benedicti furati[d] sunt; et Hephesis[e] et Siriis[f] magna fames fuit[3]; et stella de die visa est; et gens Sarracenica Cartaginem[g] cepit.

Leo secundus cepit anno Domini sexcentesimo octoagesimo primo, sedit mensibus decem, diebus septemdecim, imperante Constantino. *Ven.*

Benedictus secundus, natione Romanus, cepit anno Domini sexcentesimo octoagesimo secundo, sedit mensibus decem, diebus duodecim, imperante Constantino. Benedictus sextam[h] sinodum de Greco transtulit[i] in Latinum et statuit, ut ad papam *tumulandum omnis clerus civitatis veniret. *Sic.* *f. 29.*

Iohannes quintus, natione Sirus regionis Antiochie, cepit anno Domini sexcentesimo octoagesimo tercio[4], sedit anno uno, diebus novem, imperante Constantino. *Ven.* Iohannes librum de pallii dignitate composuit; cui Cono successit; de hoc habes de consecratione[k] per totum. *Sic.*

Conon cepit anno Domini sexcentesimo octoagesimo quarto[5], sedit mensibus undecim, imperante Constantino. *Ven.*

Sergius primus, natione Sirus regionis Antiochie, cepit anno Domini sexcentesimo octoagesimo quinto[6], sedit annis terdecim, mensibus octo, diebus viginti quatuor[l], imperante Constantino, post Iustiniano minore, filio Constantini, qui imperavit annis decem, post Leonem[m], qui imperavit annis tribus; cessavit episcopatus mense uno, diebus viginti. *ib., cf. Barth.* *Sic.* *Ven.* Sergius capsam argenteam cum cruce reperit et ecclesiam Lateranensem reparavit et *Agnus Dei* in missa statuit; a quo rex Anglorum babtizatus cedit[7] et est Petrus vocatus, qui in albis migravit ad Dominum. *Sic.*

Iohannes sextus, natione Grecus, cepit anno Domini septemcentesimo primo, sedit annis tribus, mensibus duobus, diebus terdecim, imperante Tiberio, qui imperavit annis septem; cessavit *episcopatus mense uno, diebus octodecim. *Ven.* *f. 30.*

Iohannes septimus cepit anno Domini septemcentesimo quarto, sedit annis duobus, mensibus septem, diebus octodecim[n], imperante Tiberio; cessavit episcopatus mensibus quatuor.

Sisinius cepit anno Domini septemcentesimo septimo[o], sedit diebus viginti, imperante Iustiniano, qui imperavit annis septem. *ib., cf. Barth.* Sisinius statuit, ut feria quinta misse celebrentur. *Sic.*

Constantinus, natione Sirus, cepit anno Domini septemcentesimo octavo, sedit annis septem, diebus quindecim, imperante Iustiniano; cessavit episcopatus diebus undecim[8]. *Ven.* Constantinus, sub quo Iustinianus imperator omnia privillegia renovavit et apud Constantinopolim eius pedes in platea deosculatus est; sub quo beatus Leonardus fuit; et Tiberis fluvius[p] Romanus inundavit usque ad ecclesiam beati Petri. *Sic.*

Gregorius secundus, natione Sirus, cepit anno Domini septemcentesimo quintodecimo, sedit annis sexdecim, mensibus octo[q], diebus viginti tribus[r], imperante Philipo, qui imperavit [anno[s] uno, post Anastasio, qui imperavit] annis tribus, post Theodosio, qui imperavit anno uno, post Leone cum Constantino filio suo, qui imperavit annis viginti quinque; cessavit episcopatus diebus viginti[t] quinque. *Ven.* *Gregorius Germanos convertit per Bonifacium episcopum; undecima, que- *f. 31. *Sic.*

a) *sic c. et A.* b) *sic A;* gregoriana *c.* c) *sic A;* et *c.* d) *sic A;* furata *c.* e) ephesiis *A.* f) simis *c.;* syriis *A.* g) *sic A;* quartageniem *c.* h) secundam *c.* i) transtulit *superscr. c.* k) consecr. *in loco raso c.* l) d. XXIII *Venet.* m) leonem *c.* n) d. XVII *Venet.* o) sept. *bis scr. c.* p) tibris fluminis *c.* q) *sic Barth. et reliqui catalogi;* mens. VIIII *Venet.* r) d. XXII *Venet.* s) *uncis inclusa suppleri; om. c.* t) d. XXXV *Venet.*

1) *Sicard. p.* 147: causa componende pacis . . . Constantinopolim ivit. 2) *Georgii patriarchae.* 3) *Landolf., Hist. misc. quidem habet:* Anno decimo sexto imperii Constantini facta est fames magna atque mortalitas in Syria, *attamen non dubito, quamvis parum credibile hoc tibi videatur, haec effecta vel corrupta esse ex iis, quae Sicard. p.* 148. *inter ea quae Iohannes supra et infra exscripsit habet:* His quoque temporibus fuit eclipsis solis et lune. Et post hec pestilentia magna. *Conicio enim vocem* hephesis *vel* ephesiis *e voce* eclipsis *ortam esse, Iohannem solita sua neglegentia perperam de fame retulisse, ubi de peste scriptum legit.* 4) *Hunc Venet. habet ad a. DCLXXXIIII, reliqui catalogi praeter Barth. ad a. DCLXXXV.* 5) *Ad a. DCLXXXVI. Venet. et alii catalogi.* 6) *Ad a. DCLXXXVII. Venet.* 7) *Ex nomine regis* Cedoald *hoc verbum corruptum est.* 8) *Pro* XL, *ut Venet. habet, perperam lectum est* XI.

Sic. stione tercia: *Quod predecessor*[1]; et statuit in quinta feria quadragesimam ieiunandam et missas per totum ieiunium celebrandas.

Ven. Gregorius tercius, natione Romanus, cepit anno Domini septemcentesimo tricesimo primo, sedit annis decem, mensibus octo, diebus viginti tribus[a], imperante Leone; cessavit episcopatus diebus *Sic.* octo. Gregorius quedam addidit in secreta, scilicet: *Quorum sollempnitates hodie in conspectu tuo celebrantur, domine Deus,* et imperatorem Leonem excomunicavit, quia[b] fregerat omnes ymagines, et augustum similiter[c] fecit[2]; quo tempore Constantinopolim[c] per triennium a Sarracenis obsessa est, et magna fuit fames; et tunc Gregorius misit claves sancti Petri Carulo[d] Martello[e], rogans, quod Romam liberaret; quod factum est[3]; et multas fundavit ecclesias, scilicet sancti Petri ad Velum-aureum et beati Bertini[4] et multas alias, et magis in orationibus quam in armis confidebat[5]; simile vicesima quinta, questione secunda, parraffo[f] penultimo[6].

Ven. Zacharias, natione Grecus, cepit anno Domini septemcentesimo quadragesimo secundo, sedit annis decem, mensibus tribus, diebus quindecim, imperante Leone, post Constantino[g] cum Erine[7] *f. 32. *Sic.* *matre sua, qui imperavit annis decem; cessavit episcopatus diebus XIII[h]. Zacharias prohibuit filios duorum compatrum in matrimonio copulari; tricesima, questione tercia: *Pictacium*[8]. Tunc temporis Venerabilis presbiter Beda fuit; et babtizavit quendam imperatorem, et *Grat. II, 15, 6. 3.* angelus Dei oleum ei ministravit[9], et regem Francorum deposuit, quia inutilis erat, et Pipinum patrem Caroli substituit; quindecima, questione sexta: *Alius item*[10].

Ven. Sthephanus secundus, natione Romanus, cepit anno Domini septemcentesimo quinquagesimo secundo, sedit annis quinque, diebus viginti octo[i], imperante Constantino et Leone filio eius, qui imperavit annis viginti[k] sex; cessavit episcopatus mense uno, diebus quinque.

Paulus, natione Romanus, cepit anno Domini septemcentesimo quinquagesimo septimo[11], sedit annis decem, mense uno, imperante Constantino; cessavit episcopatus anno uno, mense uno. Paulus *Sic.* sepe monuit Constantinum imperatorem, quod ymagines restauraret, quas fregerat.

Ven. Constantinus secundus ex laycis cepit anno Domini septemcentesimo sexsagesimo octavo, sedit anno uno, mense uno[l], imperante Constantino. Hic Pipinus obiit.

*f. 33. Stephanus[m] tercius, natione Siculus, cepit anno Domini septemcentesimo *sexssagesimo nono, sedit anno uno[n], mensibus quinque[o], diebus viginti sex[p], imperante Constantino.

Adrianus primus, natione Romanus, cepit anno Domini septemcentesimo septuagesimo secundo[12], *Sic. et Grat. I, 63, 22.* sedit annis viginti duobus[q], mensibus decem, diebus decem[r]. Adrianus Carulum vocavit, ut Romam a Lombardis liberaret; qui veniens Papiam obsedit et dimisso exercitu Romam venit et honorifice receptus est, postea reversus est Papiam et cepit regem Desiderium et iterum Romam venit et eundem regem pape tradidit[13], et honorifice receptus est, factus est

a) d. XXIIII *Venet.* b) qui (q) *A.* c) *sic c. et A.* d) Karolo *A.* e) marcello *corr.* martello *c., et sic A.* f) c. *A.* g) costantino *c.* h) *sic A et Venet.;* quatuordecim *c.* i) *sic plerique catalogi;* d. XXVII *Venet.* k) ann. XVI *plerique catalogi;* X *Venet.* l) *sic Barth. et alii catalogi;* m. I *om. Venet.* m) Sstephanus *c.* n) ann. III *Venet.* o) *sic Barth. et plerique catalogi;* mens. V *om. Venet.* p) d. XXVIII *Venet.* q) ann. XXIII *Venet.* r) d. XVIII *Barth. et plerique catalogi;* d. XXIII *Venet. et Ceccan.*

1) *Grat. II, C. XI, q. 3, c.* 105. 2) *Sicard. p.* 150: elegissentque alium imperatorem, nisi pontifex restitisset. *Hinc effecit Iohannes quae scripsit.* 3) *Minime.* 4) *Sicardus scripsit supra p.* 150. *Liutprandum regem Langobardorum ossa s. Augustini in ecclesiam s. Petri ad* Caelum-aureum *Papiensem transtulisse, ecclesiam* Berceti *et alias construxisse. Haec lecta mirus iste historiographus vertit in haec de Gregorio III. papa dicta.* 5) *Haec quoque de Liutprando rege Sicardus scripsit.* 6) *Grat. II, C. XXV, q. 2, pars* 3: Hostilitatis quoque vel paupertatis necessitate episcopales sedes vel mutantur vel duae in unum rediguntur, sicut . . . b. Gregorius fecisse legitur. 7) Helena *Venet., sed* Herene *Barth.* 8) *Grat. II, C. XXX, q. 3, c. 2.* 9) *Incredibili paene neglegentia Iohannes de Zacharia papa dixit, quod Sicardus p.* 151, *qui post ea, quae de Zacharia dixit, brevem conspectum historiae Francorum inseruit, de Clodoveo a Remigio baptizato retulit.* 10) *Grat. II, C. XV, q. 6, c. 3.* 11) *Ad hunc annum Ceccan. et Basil. hunc habent; Venet. ad a. DCCLVIII.* 12) *Venet. hunc ad a. DCCLXXIII. habet.* 13) *Hoc Iohannes adinvenit.*

patricius et rex Romanorum; et tunc in eius persona translatum est imperium de Grecis in Germanis[a]; sexsagesima tercia distinccione: *Adrianus*[1]; extra de electione: *Per venerabilem*[2].

[*Decr. Greg.*]

Leo tercius, natione Romanus[b], cepit anno Domini septemcentesimo nonagesimo sexto, sedit annis viginti, mensibus quinque, diebus sexdecim. Tunc Constantinus imperator excecatus est, imperante deinde Carulo Romanis annis terdecim, deinde Michaele, postea Leone[3], qui imperavit annis quinque[4]; cessavit episcopatus diebus tribus. Leo sinodum congregavit et omnes hereses condempnauit. Hic dum pergeret ad corpus beati Petri cum letaniis, captus est *ab inimicis et excecatus et lingue mutilatus est, cui postea Deus reddidit et loquelam et visum. Hic pergens ad Carulum eum Romam duxit et se coram eo de quibusdam criminibus obiectis purgavit. Secunda, questione quinta: *Auditum*[5]; et facto de inimicis per Carulum trihumpho cum imperatorem coronavit et transtulit imperium de Grecis in Latinis; in illo anno[6], mense sexto migravit ad Dominum; et iste[7] vocatur hodie Magnus Leo; sexssagesima tercia distinccione: *In sinodo*[8].

[*Ven.* — *Sic.* — **f. 34.*]

Stephanus quartus cepit anno Domini octocentesimo sextodecimo, sedit annis sex[c], imperante Lodoico cum Lotario filio suo, qui imperavit annis viginti quinque. Stephanus Lodoicum imperatorem unxit. Tunc temporis corpus beati Marchi de Leuca[9] in Veneciis translatum[d] est.

[*Ven.* — *Sic.*]

Pascasius primus, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo vicesimo secundo[10], sedit annis VII[e], diebus decem septem, imperante Lodoico. Pascasius dedit potestatem Lodoico[f, 11] super Romam[12].

[*Ven.* — *Sic.*]

Gregorius quartus, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo tricesimo nono[13], sedit annis decem[g], imperante Lodoico, post Lothario, qui imperavit annis novem. Gregorius ecclesiam sancti Marchi fecit cathedralem[14].

[*Ven.* — *Sic.*]

Sergius secundus, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo *quadragesimo septimo[15], sedit annis tribus, mensibus tribus[16], diebus quindecim, imperante Lothario; cessavit episcopatus mensibus duobus, diebus quindecim[17]. Sergius, sub quo Ytalia a Sarracenis vastata est.

[*Ven.* — **f. 35.* — *cf. Barth.* — *Sic.*]

Leo quartus, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo quadragesimo octavo, sedit annis octo, mensibus tribus[h], diebus sex, imperante Lothario cum Lodoico filio suo, qui imperavit annis sex[i], post Lodoico, qui imperavit octodecim[k] annis; cessavit episcopatus mensibus duobus, diebus quindecim[18]. Leo civitatem Leonicam edificavit et Rome ecclesiam sancte Marie Nove.

[*Ven.* — *cf. Barth.* — *Sic.*]

a) Romanis *corr.* Germanis *c.* b) *sic Barth.;* Rom. *om. Venet.* c) mens. VII *Venet.* d) translatus *c.* e) VII — imperante *in loco raso.* f) *sic c. et A.* g) XVI *Venet.* h) *sic Barth. et reliqui catalogi;* mens. VI, d. V *Venet.* i) *sic c. et A;* ann. V *Venet.* k) *sic c. et A* (an. XVIII); XVIIII *Venet.*

1) *Grat. I, dist.* 63, *c.* 22. 2) Venerabilem *potius hoc caput incipit Decr. Greg. IX. l. I, tit.* 6, *c.* 34, *ex quo capite* et tunc — Germanis *exscriptum est.* 3) *Leo, qui omissus est in Venet., exstat in Barth. supra p.* 209. 4) anno uno *Basil.; ab Hugone et in Barth. ei anni non adscripti sunt. Sicard. p.* 154: ann. VIII et mens. VI. 5) *Grat. II, C. II, q.* 5, *c.* 18. 6) *Potius a.* 816. *Iun.* 12. 7) *Leo I. potius.* 8) *Grat. I, dist.* 63, *c.* 23, *quod caput (spurium) est Leonis VIII. Ottoni I. electionem pontificis Romani concedentis, Jaffé ed.* 2. *nr.* 3704. 9) de Alexandria *Sicard. p.* 154. 10) *Venet. et omnes fere propinqui catalogi eum ad a. DCCCXVII. habent. Iohannes numerum mutavit, cum praecedenti perperam sex annos adscripsisset.* 11) Lothario *Sicard.* 12) *Eugenius et Valentinus omissi sunt. Sed Albert. Milioli Lib. de temp. c.* 125. 126. imperante Lodoyco *et fortasse numeros annorum eorum ex hac Cronica Iohannis assumpsisse videtur.* 13) *Ad a. DCCCXXVIIII. Venet. et alii catalogi.* 14) *Iterum Sicardi verba Iohannes depravavit, fortasse opinatus hanc ecclesiam esse Venetam, non Romanam, de qua Sicardus retulit.* 15) *Ad a. DCCCXLIIII. Venet. et omnes fere catalogi.* 16) mens. tr. *hoc loco falso additum est. Cf. n.* 17. 17) cessavit — quindecim *habent Barth., Hugo, Ceccan.;* cess. episc. *omissum est in Venet. Cf. supra p.* 210, *n.* 3. 18) cess. — quindecim, *quae desunt Venet., habent Barth., Hugo, Ceccan. Cf. supra p.* 210, *n.* 4.

Ven. Benedictus tercius, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo quinquagesimo sexto, sedit annis duobus, mensibus septem, diebus decem, imperante Lodoico; cessavit episcopatus diebus quindecim.

Paulus[1] secundus cepit anno Domini octocentesimo quinquagesimo octavo, sedit annis duobus, mense uno, imperante Lodoico; cessavit episcopatus anno uno.

Stephanus quintus cepit anno Domini octocentesimo sexssagesimo primo, sedit annis tribus, mensibus quinque, diebus viginti sex, imperante Lodoico; cessavit episcopatus diebus octo.

**f. 36.* Nicholaus primus cepit anno Domini octocentesimo sexssagesimo *quarto, sedit annis quatuor, *cf. Barth. Sic.* mensibus duobus, diebus viginti[2], imperante Lodoico. Nicholaus duos reges excommunicavit, Lotharium regem Francorum et Michaelem imperatorem; undecima, questione tercia: *Precipue;* vicesima prima distinccione: *In tantum*[3].

Ven. Adrianus secundus cepit anno Domini octocentesimo sexssagesimo octavo, sedit annis quinque, imperante Lodoico.

Iohannes octavus cepit anno Domini octocentesimo septuagesimo tercio, sedit[a] annis decem, diebus quinque[b, 4], imperante Carulo secundo, qui imperavit anno I[c], mensibus VIIII, post *Sic.* Carulo tercio, qui imperavit annis octo. Iohannes[d] Carulum magnum Rome recepit et eum imperatorem coronavit; cui Martinus papa successit.

Ven. Martinus secundus[5] cepit anno Domini octocentesimo octoagesimo tercio, sedit anno uno, *cf. Barth.* diebus[6] quinque, imperante Carulo.

Ven. Adrianus tercius, natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo octoagesimo quarto, sedit annum unum, mensibus tribus[e], imperante Carulo. Adrianus Carulum legitimavit[7]; *Sic.* cui Stephanus papa successit.

Ven. Stephanus sextus[8], natione Romanus, cepit anno Domini octocentesimo octoagesimo quinto, sedit annis sex, diebus duobus[f], imperante Carulo.

**f. 37.* Formosus primus cepit anno Domini *octocentesimo octoagesimo[g] primo, sedit annis quin- *Sic.* que[h], mensibus duobus[i]. Formosus, sub quo Franci perdiderunt imperium, nam apud eos fuit centum viginti annis[k], a multis enim imperium multipliciter fuit usurpatum.

Ven. Bonifacius sextus[l] cepit anno Domini octocentesimo nonagesimo sexto[9], sedit diebus viginti quinque[m].

Stephanus septimus[10] cepit anno Domini octocentesimo nonagesimo sexto, sedit anno uno, mensibus tribus.

Romanus episcopus cepit anno Domini octocentesimo nonagesimo septimo[11], sedit diebus viginti.

a) *sic A;* sedit *om. c.* b) *sic c. et A.* c) *sic A cum Venet.;* annis octo mens. octo *c.* d) *sic A;* Ioh. *om. c., spatio septem litterarum vacante.* e) mens. IIII *Barth., Hugo, Ceccan., quod omissum in Venet.;* mens. III *Cenc. et Amiat.* f) d. VIII *Venet. et alii catalogi.* g) *sic c. et A* (DCCCLXXXI) *pro* nonagesimo. h) *seq.* diebus *del. c.* i) mens. VI *Venet.* k) anis, is *in loco raso c.* l) *sic recte Barth.;* V. *Venet.* m) d. XV *Venet. et omnes catalogi.*

1) *Hic Paulus et sequens Stephanus in Venet. perperam inculcati sunt. Idem factum est in catalogo Gotifredi, Pantheon part.* 29, *SS. XXII, p.* 202, *et Gilberti Chron., SS. XXIV, p.* 130. 2) mens. II, d. XX, *quod in Venet. omissum est, habet Barth. cum reliquis catalogis. Sed Barth. nondum habet mendum Veneti* ann. IIII, *quod hoc loco repetitum est.* 3) *Grat. II, C. XI, q.* 3, *c.* 3; *I, dist.* 21, *c.* 9. 4) d. II *habuit catalogus a Iohanne exscriptus, ut Barth. cum plerisque catalogis;* d. II *in Venet. omissum.* 5) Marinus I. *recte Venet.;* Martinus *Sicard. p.* 156. 6) mens. V *in Venet. omissum habet Barth. cum reliquis catalogis.* 7) *Sicard. p.* 156. *habet:* Arnulfus Karlomanni filius non legitimus . . . regnavit. *Prudens Iohannes conclusit filium regis illegitimum, qui rex creatus sit, a papa legitimatum esse. Cum igitur in Sicardi Cronica praecedat:* Post Martinum Adrianus, *iam expertum habuit, quis paparum hoc fecerit. Nec mirum in isto scriptore, quod, ut alucinari adsolet, Karolum pro Arnulfo posuerit. Ne dubites, quin hoc modo hoc novum exortum sit.* 8) *Quintus potius. Propter inculcatum papam Stephanum supra l.* 6. *numerus mutatus est.* 9) *Ad a. DCCCXCV. Venet.; ad hunc annum Barth. et alii catalogi.* 10) *VI. potius. Cf. supra n.* 8. 11) *Hoc loco omissum est, quod Venet. habet:* sedit mens. III, d. XXIIII. DCCCXCVIII. Theodorus.

Iohannes nonus cepit anno Domini octocentesimo nonagesimo octavo[1], sedit annis duobus, diebus quindecim[a]. *Ven.*

Benedictus quartus cepit anno Domini nonocentesimo, sedit annis tribus, mensibus duobus.

Leo quintus cepit anno Domini nonocentesimo tercio[2], sedit diebus quadraginta.

Christoforus primus cepit anno Domini nonocentesimo quarto, sedit[b] mensibus septem, imperante Lodoico, qui imperavit annis[c] IIII[d]. Christoforus papa, nescio quo spiritu ductus, de papa monachus est effectus. *Sic.*

Sergius tercius cepit anno Domini nonocentesimo quarto, sedit annis septem, mensibus tribus. *Ven.*

Anastasius tercius cepit anno Domini nonocentesimo duodecimo, sedit annis duobus, mensibus duobus, imperante *Berengario. **f. 38.*

Lando cepit anno Domini nonocentesimo quatuordecimo, sedit mensibus sex[e], imperante Berenguario; cessavit[f] episcopatus diebus viginti sex. *cf. Barth.*

Iohannes decimus cepit anno Domini nonocentesimo quatuordecimo[3], sedit annis quatuordecim[g], mensibus duobus, diebus quatuor[h], imperante Belengario[i], qui imperavit annis quatuor, post Ugone, qui imperavit annis[k] sex. Iohannes papa fuit filius Sergii pape. *Ven. Sic.*

Leo sextus cepit anno Domini nonocentesimo vicesimo octavo, sedit annis duobus, mensibus duobus[l], diebus duodecim, imperante Belengario, qui imperavit annis octo[m]. *Ven.*

Iohannes undecimus cepit anno Domini nonocentesimo tricesimo primo, sedit annis quatuor, mensibus decem, imperante Belengario.

Leo septimus cepit anno Domini noncentesimo tricesimo sexto, sedit annis tribus, mensibus quatuor[n], diebus duodecim[o], imperante Belengario. *Ven.*

Stephanus nonus cepit anno Domini nonocentesimo tricesimo nono, sedit annis tribus, mensibus quatuor, diebus quindecim, imperante Belengario.

Martinus[4] secundus cepit anno Domini nonocentesimo quadragesimo secundo, sedit annis tribus, mensibus sex, diebus quatuordecim.

*Agapitus secundus cepit anno Domini noncentesimo quadragesimo sexto[5], sedit annis decem, mensibus sex[p], diebus quinque[q], imperante Lothario, qui imperavit annis duobus, post Belengario[r] cum Alberto filio[s], qui imperavit annis undecim. Agapitus, sub quo Sarraceni Capuam ceperunt. Leo[t][6] imperator Benedictum deposuit et Leonem instituit, et filium sibi equivocum coronavit, et papa dedit ei honores, quos Carolus et Pipinus ecclesie dederant, scilicet regnum Ytalicum[7], ut eum ab invasoribus liberaret; cui[u] omnes consenserunt, tam layci quam clerici. **f. 39. Sic.*

Iohannes duodecimus cepit anno Domini nonocentesimo quinquagesimo sexto, sedit annis septem, imperante Belengario, post Octone, qui imperavit annis sex. Iohannes a prefecto Urbis exulatus est postea. *Ven. Sic.*

Benedictus quintus cepit anno Domini nonocentesimo sexssagesimo tercio, sedit mensibus duobus, diebus quinque, imperante Octone. Benedictus captus est et in carcere[v] strangulatus est. *Ven. Sic.*

Leo octavus cepit anno Domini nonocentesimo sexssagesimo tercio[8], sedit anno[w] uno[x], mensibus tribus[y], imperante Octone. *Ven.*

Iohannes terciusdecimus[z] cepit anno Domini nonocentesimo sexssagesimo quarto[9], sedit annis septem[a], mensibus undecim, imperante Octone primo, post Octone secundo, qui imperavit annis octo. Iohannes, cui Benedictus *successit, hic[10] in carcerem[b] fame mortuus est. *Sic. *f. 40.*

a) *sic Barth. et reliqui;* d. XVII *Venet.* b) *sic Barth. et reliqui catalogi;* ann. I *add. Venet. falso.* c) anis *c.* d) *sic A et Venet.;* tribus *c.* e) *sic Barth. et reliqui catalogi;* mens. V *Venet.* f) *sic Barth.;* cess. episc. *om. Venet.;* cess. episc. *bis scr., alterum del. c. Cf. supra p.* 212, *n.* 1 g) ann. XIII *Venet.* h) d. III *Venet.* i) Berengario *A.* k) anis *c.* l) mens. VI, d. XV *Venet.;* mens. VII, d. XV *Barth.* m) *sic Barth. et alii catalogi;* ann. VII *Venet. Omissus est Stephanus VII, qui in hac Cronica fuit, quia sequens Stephanus nonus dicitur. Cf. supra p.* 318, *n.* 8. 10. n) *sic Barth.;* mens. III *Venet.* o) d. X *Venet.* p) mens. VII *Venet. et Barth.;* mens. VI *reliqui catalogi.* q) d. X *Venet. et A (sed incertum unde).* r) *sic h. l. c. et A.* s) suo *add. A cum Venet.* t) *sic c. et A.* u) cuy *c.* v) *sic A;* carcerem *c.* w) ano, o *in loco raso c.* x) o *in loco raso c.* y) mens. IIII *Venet.* z) terdecimus *corr.* tercius decimus *c.* a) *sic Barth. et plerique catalogi;* VI ann. *Venet.* b) *sic c. et A.*

1) *Ad a. DCCCXCIX. Venet.* 2) *Ad hunc annum Barth.; ad a. DCCCCII. Venet.* 3) *Ad a. DCCCCXV. Venet.* 4) Marinus *recte Venet.* 5) *Ad a. DCCCCXLV. Venet.* 6) *Error dignus sapientia Iohannis. Est Otto I. Sicard. p.* 158. 7) *Misero modo pervertit Iohannes verba Sicardi p.* 158. 8) *Ad a. DCCCCLXIIII. Venet. et Barth.* 9) *Venet. et Barth. ad a. DCCCCLXV.* 10) *Iohannes XIV, non hic XIII. huius nominis.*

Ven. Sic. Benedictus sextus cepit anno Domini nonocentesimo septuagesimo secundo, sedit[a] anno uno, mensibus sex, imperante Octone. Benedictus[1] a Romanis a papatu eiectus est, et Silvester restitutus, set hoc eiecto Benedictus substituitur; quo eiecto Gregorius substituitur, quem imperator deposuit et ultra montes transportavit et Clementem instituit. Hiis temporibus luna fuit[b] plena sanguine, et sal defecit, et magna fames fuit; et sanctus Simeon migravit ad Dominum.

Ven. Sic. Damasius secundus[2] cepit anno Domini noncentesimo septuagesimo secundo[3], sedit anno uno, mensibus sex, imperante Octone. Damasius papa[4] cum Normandis, qui patrimonium sancti Petri occupaverunt, propter armorum defectum in Apuliam dimicavit.

Ven. Bonifacius septimus cepit anno Domini nonocentesimo septuagesimo quinto, sedit mense uno, diebus decem[c], imperante Octone.

Benedictus septimus, natione Romanus, cepit anno Domini nonocentesimo septuagesimo quinto, sedit annis novem, mensibus sex[d], imperante Octone.

Iohannes quartus[e] decimus cepit anno Domini nonocentesimo octoagesimo quarto, sedit mensibus novem.

Iohannes quintusdecimus[f] cepit anno Domini nonocentesimo octoagesimo quinto, sedit mensibus quatuor, imperante Octone.

**f. 41.* *Iohannes sextusdecimus[g] cepit anno Domini nonocentesimo octoagesimo sexto, sedit annis decem, mensibus septem[h], diebus decem.

Gregorius quintus cepit anno Domini nonocentesimo nonagesimo[i] septimo, sedit annis duobus, imperante Octone tercio, qui imperavit annis quinque.

Iohannes decimus septimus[k] cepit anno Domini nonocentesimo nonagesimo nono, sedit annis duobus[5], imperante Octone, qui imperavit annis quinque.

Silvester secundus cepit anno Domini millesimo[l], sedit annis quatuor, mense uno, diebus decemnovem, imperante Octone, post Enrico primo[6], qui imperavit annis duodecim.

Iohannes decimus octavus cepit anno Domini millesimo quarto, sedit mensibus quinque, diebus viginti quinque, imperante Henrico.

Iohannes decimus nonus cepit anno Domini millesimo quinto, sedit annis quinque, imperante Enrico.

Sergius quartus cepit anno Domini millesimo decimo, sedit annis duobus, mensibus quatuor, imperante Enrico.

Benedictus octavus, natione Tusculanus, cepit anno Domini millesimo duodecimo, sedit annis duodecim, imperante Enrico, post Enrico secundo, qui imperavit annis decem, mensibus sex.

**f. 42.* *Iohannes vicesimus cepit anno Domini millesimo vicesimo quarto, sedit annis novem, mensibus novem, imperante Enrico, post Corado, qui imperavit quindecim[m] annis.

Benedictus nonus, natione Tusculanus, cepit anno Domini millesimo tricesimo quarto[7], sedit annis tredecim, imperante Corado.

a) seditit *c.* b) fuit *bis scr., alterum del. c.* c) d. XII *Venet. et A (ex Cat. Est., ut videtur).* d) *sic Barth. et plerique catalogi;* mens. XI *Venet.* e) rtus *in loco raso.* f) uintus *in loco raso.* g) sextus *in loco raso.* h) *sic Barth. et reliqui catalogi;* mens. VI *Venet. et Ceccan.* i) nonag. *in loco raso.* k) dec. sept. *in loco raso.* l) *sic A et Venet.;* secundo *add. c.* m) ann. XVI *Venet.*

1) *Non hic Benedictus VI, sed IX. huius nominis. Vides, quo misero modo Iohannes haec omnia turbaverit ac perverterit.* 2) *Hunc posuit Iohannes pro Dono pseudopapa, quem Venet. habet, opinatus hoc nomen corruptum esse, quia Sicardus scribit Clementi, de quo Ioh. supra l.* 4. *dixit, Damasum successisse.* 3) *Ad a. DCCCCLXXIII. Venet.* 4) *Cum nomen Leonis IX, qui sequentia fecit, in codice suo ut in omnibus codicibus Sicardi p.* 166 *omissum esset, Iohannes haec papae ab ipso creato tribuit et iis, quae suo ingenio adinvenit, ampliavit.* 5) sedit mens. X *Barth. et reliqui catalogi (*mens. V *Venet. mendose). Iohannes repetivit* ann. II *praecedenti adscriptum.* 6) *In Venet. Henricus (II. rex) demum ad a.* 1014. *adscriptus est. In exemplari catalogi a Iohanne exscripto perperam ad a.* 1000. *fere Henricus I. adscriptus fuisse videtur.* 7) *Ad a. MXXXIII. habet hunc Venet. cum reliquis catalogis; ad a. MXXXIIII. Barth.*

Silvester tercius cepit anno Domini millesimo quadragesimo septimo, sedit annis duobus, [Ven.] mensibus sex[1], imperante Enrico tertio[2], qui imperavit annis undecim[3].

Clemens secundus cepit anno Domini M° quadragesimo nono, sedit annis[a] novem, diebus sex, imperante Enrico.

Damasius secundus[4] cepit anno Domini M° quadragesimo nono[5], sedit annis novem, diebus sex[6], imperante Enrico.

Leo nonus cepit anno Domini M° quinquagesimo[7], sedit annis quinque, mensibus duobus, diebus sex, imperante Enrico.

Victor secundus cepit anno Domini M° quinquagesimo quinto[8], sedit annis duobus, mensibus tribus, diebus quatuordecim[b], imperante Enrico.

Stephanus decimus cepit anno Domini quinquagesimo septimo[9], sedit mensibus undecim, diebus viginti[c] novem, imperante Enrico.

Benedictus decimus cepit anno Domini M° quinquagesimo octavo[10], sedit mensibus novem, [f. 43.] imperante Enrico.

Nicholaus secundus cepit anno Domini M° quinquagesimo nono[11], sedit annis duobus, mensibus sex, diebus viginti novem[d].

Alexander secundus cepit anno Domini M° sexagesimo secundo, sedit annis undecim, mensibus sex, diebus viginti sex, antipapa Cadulo. Alexander secundus cum scandalo eiectus est[12]. [Sic.]

Gregorius septimus cepit anno Domini M° septuagesimo quarto, sedit annis terdecim[e], [Ven.] mense uno, diebus tribus[f], imperante Enrico, qui imperavit annis sexdecim. Gregorius VII.[g] a [Sic.] Romanis captus et in eodem die restitutus est.

Victor tercius[13] cepit anno M° octoagesimo octavo, sedit mensibus quatuor, diebus septem, [cf. Barth.] imperante Enrico.

Urbanus secundus cepit anno Domini M° octoagesimo nono[14], sedit[h] annis undecim, mensibus quatuor, imperante Enrico, antipapa Giberto.

Pascasius secundus cepit anno Domini M° centesimo, sedit annis decem octo, mensibus quinque, [Ven.] diebus octo, imperante Enrico, qui imperavit annis quindecim[i]. Pascasius secundus tantum expulsus est, quod tres pape facti fuerunt. Et ab eo confusi et prostrati sunt. Et [Sic.] imperator eum tenuit in vinculis duobus mensibus, eo quod eius patrem prohibuit sepeliri, et quia[k] eum nolebat consecrare, nisi reddidisset patrimonium ecclesiarum. Deinde pace [f. 44.] formata coronatus est. Tunc temporis comitissa Matelda bellicosa, que ecclesiam multum exaltavit.

Gelasius secundus cepit anno Domini M° centesimo decimo octavo, sedit anno uno, diebus [Ven.] sex, imperante Enrico. Gelasius secundus apud Capuam ob metum imperatoris consecratus [Sic.] est. Et imperator intrusit Bracharum[l], virum pessimum. Et Gelasius decessit exulatus.

Calixtus secundus cepit anno Domini M° centesimo decimo nono, sedit annis quinque, mensibus [Ven.] decem, diebus viginti octo[m], imperante Enrico. Calixtus secundus, filius comitis Lingisce[n. 15], de nobili genere[16] et nobilior bonitate, Romam veniens intrusum,

a) mens. *Venet.* b) d. XIII *Barth. et reliqui catalogi;* d. XIIII *Amiat.;* d. XV *Venet.* c) d. XIX *Venet.* d) d. XXVIII *Venet.* e) ann. XII *Venet.* f) d. IIII *Venet.* g) *sic A;* nonus *c.* h) sedet *c.* i) ann. XVI *Venet. ut supra l.* 20. k) *sic A et Sicard.;* sep. cumque *c.* l) Bacarum *A;* hincharum *c.* m) *sic Venet. sub Honorio;* d. XXIX *A.* n) *sic A;* comp::is bep::is *legit V. Cl. Jeayes in cod.*

1) *Non patet, quomodo hic error nimius irrepserit;* sedit d. LVI *Venet. et reliqui catalogi.* 2) *Henricus III. in Venet. demum ad a.* 1048. *adscriptus est.* 3) *Gregorius VI. omissus est, fuit vero in codice Iohannis ab Alberto Milioli lecto, de quo hic e Iohannis Cronica habet:* Cepit an. Domini MXLVII. *(cum Venet.) et* imperante Enrico. 4) *Vide iam supra p.* 320, *l.* 6. 5) *Ad a. ML. Venet.* 6) *Repetiti sunt numeri praecedentis papae;* sedit d. XXIII *habuit catalogus a Iohanne exscriptus ut Barth.* 7) *Ad a. MLI. Venet.* 8) *Ad a. MLVI. Venet.* 9) *Ad a. MLVIII. Venet.* 10) *Ad a. MLIX. Venet.* 11) *Ad a. MLX. Venet.* 12) *Iohannes legit in Cronica Sicardi, ut in codice* 1 *eiusdem, p.* 161: Alexander, qui cum huisisandalo . . . sub contentione fuit electus, *inde effecit quae scripsit, forte legens* eiectus *pro* electus. 13) *Victor III. et Urbanus II. omissi sunt in Venet., quos e fonte Veneti habet Barth. supra p.* 216. 14) *Ad a. MXC. Barth.* 15) *Wilhelmi comitis Burgundiae.* 16) *Venet. p.* 114. *etiam habet* de nobili genere.

Sic. scilicet Brundium[a], cepit et pro palafredo posuit eum transversus in camelo, et pro freno caudam tenuit et pro pilleo[b] pilosam pellem; et in Cavense[c] monasterium detrusit[d], ubi vitam finivit. Et tunc imperator ad pacem rediit.

Ven. Honorius secundus cepit anno Domini M° centesimo vicesimo quarto, sedit annis sex[e], mense *Sic.* uno, diebus viginti octo, imperante Enrico, post Lothario, qui imperavit annis duodecim.

Ven. Innocencius secundus cepit anno Domini M° centesimo tricesimo, sedit annis terdecim, mensibus sex[f], diebus octo, imperante Lothario, post Corado, qui imperavit annis terdecim[1], anti- *Sic.* *f. 45. papa Petro Petri-*Leonis. Innocencius secundus primo fugatus est propter Petrum heresiarcham, qui postea Romam adiit cum Lothario rege Francorum[2] et obtinuit et eundem coronavit; cuius auctoritate ecclesia Compostellana, scilicet Iacobensis, metropolitana facta est loco civitatis Merech[g, 3], que primo Bracarensi subiacebat, pro qua Colimbria data est. Hic fortis, hic bellicosus fuit et multos subiugavit. Et clericis privillegium dedit, quod, quisquis eos percusserit, Romam veniat absolvendus[h] in propria persona[i], lesis de iniuriis satisfacto; decima septima, questione quarta: *Si quis suadente*[4].

Ven. Celestinus secundus, natione Tuscus, cepit anno Domini M° centesimo quadragesimo tercio, *Sic.* sedit mensibus V[k], diebus quatuordecim[l], imperante Corado. Celestinus[5] secundus manu armata Capitolium ascendit.

Ven. Lucius secundus cepit anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quarto, sedit mensibus decem, diebus duodecim, imperante Corado.

Eugenius tercius, natione Tuscus, cepit anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quinto, sedit annis octo, mensibus quatuor, diebus viginti uno, imperante Corado. Eugenius *Sic.* tertius fuit primo[m] abbas Sancti Anastasii et propter Romanos fugit. Et postea honorifice receptus est.

Ven. Anastasius quartus cepit anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo tercio, sedit anno uno, imperante Frederico, qui imperavit anno uno[6].

Adrianus quartus cepit anno Domini M° centesimo quinquagesimo quarto, sedit annis sex, imperante Frederico postea ab eo coronato[7].

1159. Alexander tercius, nacione Tuscus, cepit anno Domini M° centesimo sexage- *Sic.* simo[8], sedit annis viginti duobus, imperante Frederico, antipapa Octaviano, post Guidone, post Iohanne, imperante Frederico. Et foverunt scisma septemdecim annis. Et idem imperator diruit ecclesiam sancti Petri, et ideo nutu divino fere omnes suos perdidit. Et tunc Alexandria fundata est a papa[n] Alexandro[9]. Eo tempore fuit sanctus Ymerius[10] et sanctus Ubaldus[11] confessores, qui multis virtutibus claruerunt. Tunc temporis 1177. imperator cum papa redivit[o] ad pacem[12]. 1179. Hoc tempore celebratum est concilium Lateranense, in quo multa iura condita sunt et alia renovata[p], que canones appellamus. Quibus sufficienter cautum est de electionibus[13], scilicet quod illegi-

a) *sic c. et A.* b) *sic c.;* pūeo *A;* pallio *Sicard.* c) cauensem *c.;* cauese *A.* d) retrusit *A.* e) ann. V *Venet.* f) mens. VII *Venet.* g) meree *A.* h) *sic A;* absoluendo *c.* i) primo *add. A.* k) *sic A* (m̄ V); anno uno *c.* l) d. XIII *Venet.* m) p⁹ *A.* n) *sic A;* est antipapa *c.* o) rediit *A.* p) *sic A et Chron. Mant.;* remota *c.*

1) ann. XIIII *Venet.;* ann. XII *Sicard.* 2) *Quia Sicardus p.* 164. *antea de* Lodoyco rege Francorum *dicit, neglegens Iohannes Lotharium regem Francorum dixisse videtur.* 3) *Dicere videtur Iriam (nunc El Padron).* 4) *Grat. II, C. XVII, q.* 4, *c.* 29. 5) *Lucius potius, ut Sicard. p.* 164. *habet.* 6) *Nescio an catalogus, quo Iohannes usus est, et ex quo maxima pars Chron. Veneti exscripta est, scriptus fuerit anno* 1156, *columna imperatorum his verbis desinente:* Fredericus . . imper. ann. I. 7) *Hoc etiam fortasse ex Cron. Sicardi p.* 165. 8) *Hunc falsum annum habet etiam Venet.* 9) *Ecce mira inventio sagacis auctoris, qui verba Sicardi p.* 167. *adulteravit.* 10) *Hoc auctor ingeniosus didicit ex iis quae Sicardus p.* 167. *scripsit:* Eodem anno ad invocationem sancti confessoris Ymerii omnipotens Dominus multa mirabilia fecit. 11) *Episcopum Eugubinum dicere videtur.* 12) *Cf. Sicard. p.* 168. 13) *In Alberti Milioli Lib. de temp. c.* 175. *sequitur:* Extra [de] e[lectione]: 'Licet', *quae in hac Cronica extitisse neutiquam praesumendum est, in qua nihil dictum sit de iis, quae hoc capite leguntur, scilicet de electione pontificis Romani.*

timi et minores non eligantur ad aliquas dignitates; Extra *de electione: Cum in cunctis*[1]; et de censibus, ne fiant exactiones indebite; Extra *de censibus: Cum apostolus*[2]; et quod beneficia non vacancia non promittantur; [Extra[a] eodem[b] titulo: *Nulla*[3]; et quod prebende non dividantur] nec[c] permutentur; Extra eodem
titulo: *Maioribus*[4] et capitulo quarto; et quod pro sacramentis ecclesie peccunia *f.* 47.
non exigatur[d. 5]; et quod regulares non audiant leges nec fisicam[6]; et quod patroni non dividant ecclesias[7], set si post quatuor menses vacaverint, iudicio episcopi ordinentur[8]; et quod electio facta a maiori parte valeat[9], nisi[e] fuerit canonica appellatione[f] remota. Et tunc papa posuit pedem [suum[g]] super cervicem
imperatoris dicendo: *'Super aspidem et basiliscum ambulabis et*[h] *conculcabis leonem et* *Ps.* 90, 13.
draconem'[10].

Lucius tertius, natione Tuscus, cepit anno Domini M[0] centesimo octoagesimo 1181.
secundo, sedit anno uno[11], imperante Frederico. Eo tempore Iohannes antipapa sedit annis quatuor[12].

Gregorius octavus cepit anno Domini M[0] centesimo octoagesimo nono, sedit 1187.
mensibus duobus, imperante Frederico.

Clemens tertius cepit anno Domini centesimo octoagesimo nono. 1187.

Celestinus tercius, natione Romanus, cepit anno Domini MCXC[i], sedit annis 1191.
novem. Tusculanam[k] civitatem ab imperatore recepit et Romanis dedit, qui eam destru- *sic.*
xerunt et multos excecaverunt. Sub quo rex Anglie et Francie iverunt ultra mare et partem Terre Sancte liberaverunt; et liberassent totam, si pax fuisset inter eos. Tunc temporis fuit abbas Ioachim, qui spiritum prophetandi habuit. Qui librum de trinitate composuit et misit eum Romam emendandum. Et licet male sensisset, tamen dampnatus non fuit nec[l] eius monasterium. Sed tantum[m] liber per Innocencium tercium in concilio generali dampnatus est. Extra. Eodem: *Dampnamus*[13].

Innocencius tercius cepit anno Domini MCXCVIII, sedit annis decem novem. 1198.
Iste fuit vir probus et fortis, dicens se habere utrumque gladium, scilicet spiritualem[n] et temporalem. Et deffendit Fredericum[o] puerum, regem Apulie et Sicilie.

a) *uncis inclusa ex Alberti Milioli c.* 175. *supplevi, quae, ut patet, in cod. omissa sunt.* b) e. t. *A.* c) nec permut. *post* Maioribus *falso A.* d) *sic A;* exiguatur *c.* e) *sic A;* si *c.* f) *sic A;* appostolica *c.* g) *sic A et Mant.;* suum *om. c.* h) et — draconem *ex A suppl., pro quibus* etc. *c.* i) MCLXXXXII. *A et Mant.* k) *sic A;* Tusculam *c.* l) neç *c.* m) *sic Mant.;* tamen (tñ *pro* tm̄?) *c.* n) *sic A et Mant.;* temp. et spir. *c.* o) ffred. *c. (saepe* ffr.*).*

1) *Conc. Lateran. c.* 3 = *Decr. Greg. IX. l. I, tit.* 6, *c.* 7. 2) *Ibid. III, tit.* 39, *c.* 6 = *Conc. Lateran. c.* 4. 3) *Potius Comp. I. ant. l. III, tit.* 8. *De conc. preb., c.* 2 = *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 8, *c.* 2 = *Conc. Lateran. c.* 8. 4) *Hoc caput non est tituli praedicti, sed Comp. I. ant. l. III, tit.* 5. *De praeb., c.* 10 = *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 5, *c.* 8. *Quod non in concilio Lateranensi, sed in synodo Turonensi decretum est. Nec cap.* 4. De cetero *Comp. I. ant. in concilio Lateranensi decretum est.* 5) *Decr. Greg. IX. l. V, tit.* 3, *c.* 9. *In Alb. Mil. c.* 175. *sequitur:* Extra e. t.: 'Sicut'. 6) *Comp. I. ant. l. III, tit.* 37, *c.* 2 = *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 50, *c.* 3, *quod caput est concilii Turonensis. Albert. Mil. addit:* Extra e. t. c. I. 7) *Ibid. sequitur:* Extra e. 'Quoniam'. 8) *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 38, *c.* 3. 9) *Extremam partem capitis* Licet *iam supra p.* 322, *n.* 13. *laudati Iohannes spectare videtur. Albert. Mil. addit:* Extra e. t.: 'Cum in cunctis'. 10) *Idem narratur in Gilberti recensione D, SS. XXIV, p.* 134; *in Richardi Pictav. Cont. Itala, SS. XXVI, p.* 85; *a Thoma de Papia, SS. XXII, p.* 506. 11) *Plus quatuor annis.* 12) *Iohannes Strumensis (Calixtus III.) antipapa sedit* 1168—1178. — *Omissus est hoc loco Urbanus III. papa, sed collatis Alberti Milioli c.* 189. *et Chron. Mantuana, SS. XXIV, p.* 215, *patet Iohannem de eo habuisse:* Urbanus III, natione Mediolanensis, cepit anno Domini MCLXXXVII(?), sedit anno I, mensibus X. 13) *Decr. Greg. IX. l. I, tit.* 1, *c.* 2.

Sic. Primo[a] consecravit Ottonem et eum postea deposuit propter eius maliciam et super-
biam et Fredericum pupillum[1] imperatorem[2] fecit, quem filium nominavit ecclesie.
Et Grecos subiugavit cum Constantinopolitana ecclesia. Et hereses et hereticos de-
struxit cum Hugone[b, 3] abbate Cistrense[c] et[d] hominibus cruce signatis cum[e] auxilio
1212. regis Francie et[f] comitis Montis-fortis[4]. Eo tempore bellum magnum factum est
in Spania[g], quando aput Muradal[h] imperator Sarracenorum devictus fuit, qui quin-
Sic. quaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navarre et Arago-
nensium[i], cum adiutorio[k] Portugalensium. De quibus undecim milia prima acie[l]
mortui fuerunt, et ideo Christicole obtinuerunt, et cum adiutorio regni[m] Legionen-
sium. Sane iste Innocencius fuit iuris professor et totum ius, tam canonicum
quam civile, sub compendio emendavit in voluminibus terciarum et quartarum
Decretalium. Iste excitavit omnes Christianos ad servicium Terre Sancte. Iste
Luc. 24, 19. *potens*[n] fuit *in opere et sermone,* in tantum quod, si vixisset[o] magis per decennium,
totum mundum subiugasset, et tota fieret una fides. Sub isto autem imperator
Grecorum et Romanorum amici facti sunt propter unum caput, scilicet Romanum
pontifficem, cui serviunt in fide catholica. Nam Romanus pontiffex habet[p] utrum-
que gladium, quia tenet[q] locum Dei viventis, a quo utraque potestas data est[5].

1216. Honorius tercius, natione Romanus, cepit anno Domini MCCXVII, sedit annis
decem, mensibus quinque, diebus viginti quinque vel parum plus, imperante Fre-
derico rege Cicilie et Apulie et Ierusalem. Honorius fecit concilium, quod ipso
iure sint excommunicati qui faciunt constitutionem contra libertatem ecclesie.
Extra *de hereticis: Novit*[6]; et quod nullus sacerdos vel prelatus audiat leges, nec
Parisius[r] legantur. Extra. Eodem: *Super specula*[7]. Et deposuit episcopum, qui
Donatum non legerat. Extra *de [etate*[s] *et] qualitate: Licet*[8]. Et quod lumen [semper[t]]
precedat eucaristiam[9]. Extra. Eodem: *Sane cum olim*[10]. Et ecclesiam Dei in pace
gubernavit. Cui successit Gregorius.

f. 48.
1227. Gregorius nonus, natione Campanus de civitate Agnania.

a) Et primo *A et Sal.* b) H. *A et Sal.* c) Cystrense *Sal.;* Cistertense *A.* d) in *add. c., quod deest A et Sal.* e) in auxilio regi *c.;* sign. cum adiutorio regis *A;* sign. adiutorio regis *Sal.* f) *sic A et Sal.;* et *om. c.* g) Yspania *A.* h) Muraldal *A.* i) Aragonum *Mant.;* Aragonense *A.* k) aiutorio *c.* l) *sic A;* acies *c.* m) regi *A.* n) fuit potens *A et Sal. (et Mant.).* o) viveret *A et Sal.* p) *sic A et Sal.;* habebat *c.* q) *sic A et Sal.;* tenebat *c.* r) *sic A;* Pr ipsius *c.* s) et. et *ex A suppl., om. c.* t) *sic A;* semper *om. c.*

1) *Pupillum eum dicit Sicardus p.* 180. 2) *Imperator demum ab Honorio III. coronatus est.* 3) *Arnaldo potius.* 4) *Simonis.* 5) *In Alberti Milioli c.* 186. *sequitur:* XXII d., e. t. et XXII, q. I: 'Movet te'. 6) *In titulo de haereticis compilationum V antiquarum et Decr. Greg. IX. l. V, tit.* 7. *non exstat caput ab hoc verbo incipiens neque omnino aliud caput Honorii III. Iohannes citare voluit procul dubio l. V, tit.* 39. *De sent. excomm., c.* 49: Noverit = *Quinta comp. l. I, tit.* 1. *De const., c.* 1, *quo de haereticis agitur. Pro hoc in Alberti Milioli c.* 214. *perperam citatur* De immunitate ecclesie: 'Non minus', *quod caput, Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 49, *c.* 4, *non est Honorii III, sed concilii Lateranensis a.* 1179. 7) *Quinta comp. l. III, tit.* 27 = *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 50, *c.* 10. 8) *Ibid. I, tit.* 14, *c.* 15 = *Quinta comp. l. I, tit.* 8, *c.* 1, *quod incipit* Quamvis *(non* Licet*).* 9) *Vide quae in Alberti Milioli c.* 214. *addita sunt.* 10) *Quinta comp. l. III, tit.* 24, *c.* 1 = *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 41, *c.* 10.

ANNALES BERGOMATES.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Philippo Jaffé b. m. anno 1860. *in bibliotheca Bergomate quaerenti codices manu scriptos, qui Annales Bergomates continerent, dictum est hos libros interiisse. Quare ille anno* 1863. *in Scriptorum tomo XVIII, p.* 809 *sq. collegit frustula Annalium annorum* 1167—1241, *quae Iosephus Ronchetti in libro qui inscribitur 'Memorie istoriche della città e chiesa di Bergamo' (Bergamo* 1807. 1817*) III, p.* 128. 158. 226. 229. 231 *sq.* 236. *IV, p.* 28. 33. 37. 40. 50 *sq.* 53. 58. 60 *sq.* 70. 75 *sq. ediderat*[1], *qui duo Annalium vel chronicorum exemplaria se habuisse III, p.* 128. *dixit. Sed iam anno* 1868. *C. Ioh. Finazzi inter 'Miscellanea di storia Italiana' t. V, p.* 217—232. Chronicon Bergomense ab an. MCLVI. ad MCCLXV. et Fragmentum Chronicae ab an. MCXVII. ad MCCCVII. *edidit. Hoc Annales Bergomates breves, illud Annales Bergomates inscripsimus.*

Periisse enim quidem videntur libri antiqui horum Annalium, sed exstant apographa eorum recenti tempore facta. Videlicet

I) Annales Bergomates breves annorum 1117—1207. *bis in exemplaria transscripti sunt saeculo XVIII, quorum alterum*

1) *manu M. Lupi canonici descriptum exstat in codice bibliothecae civitatis Bergomatis signato A. II.* 17, *fol.* 1: Ex folio adsuto libro mss. finium pagorum agri Bergomatis penes nobiles comites Gromulos Bergomates.

2) *Alterum exemplar manu ignoti viri (non Agliardi, ut dicit Finazzi) ex eodem libro antiquo transscriptum, quod inscriptum sit:* Ex archivo com. de Grumellis, *servatur in bibliotheca capituli Bergomatis ms. nr. XX. Ex hoc peiore exemplari Annales breves edidit C. I. Finazzi l. l. p.* 231. 232.

II) Annales Bergomates manu Agliardi[2] *transscripti sunt in eodem codice bibliothecae capituli Bergomatis ms. nr. XX ('Documenti e Memorie della storia di Bergamo'), cuius apographo praefixa est inscriptio:* Chronicon excerptum ex msso com. Iacobi Cararię, quod continebat quedam alia manu Peregrini nostri conscripta sub initio sęc. XVI. Nunc inter msstos codices Bibliothecae Alexandrinae capitularis[3]. *Haec apographa V. Cl. Ludowicus Schiaparelli nobis precantibus summa cum benevolentia accuratissime in usum nostrum exscripsit. Sed C. I. Finazzi l. l. p.* 217. *duo alia apographa Annalium maiorum manu M. Lupi facta se adhibuisse dicit, utrumque relictum a Iosepho Ronchetti archipresbytero inter schedas eius, quorum alterum invenerit in bibliotheca*

1) *Jaffé omisit duos locos ab eodem III, p.* 219. 221. *allatos, qui putavit non locos maioris momenti ab illo omissos esse. Quod sane non credidisset, si legisset quae Ronchetti III, p.* 218. *IV, p.* 125. *scripsit. Atque alios locos eorundem Annalium et maiorum et brevium invenire potuisset allatos a M. Lupo in Codice diplomatico Bergomate II, col.* 1138. 1158. 1170. 1192. 1223 *sq.* 1289 *sq.* 1294. 1306. 2) *Qui et quaedam utilia adnotavit infra in adnotationibus exhibita.* 3) *Iacobus Schwalm socius noster auctumno anni* 1901. *Alexandriae moratus, in hac bibliotheca ut hunc librum inveniret, studuit, sed, quamvis sollertia atque doctrina viri clarissimi Hamilcaris Bossola adiuvaretur, non invenit.*

publica Bergomate, alterum in collectione Caroli Morbio Mediolanensis. Ubi hoc nunc adservetur[1], *ignoro, collectione illa Monaci publice venum data. Illud nunquam extitisse videtur. In bibliotheca civitatis Bergomatis hoc non haberi Ludowico Schiaparelli affirmavit V. Cl. Angelus Mazzi, praefectus illi bibliothecae, qui iure coniecit Iohannem Finazzi erravisse, apographum Annalium brevium manu Lupi scriptum, in illa bibliotheca adservatum, in mente eum habuisse, cum de exemplari Annalium maiorum diceret*[2]. *Exemplaris Lupi hanc Finazzi exhibet inscriptionem*[3]*:* Ex ms. mihi commodato a com. Iacobo Carraria. Cuiusnam fuerit ignoro. Continebat quaedam manu Perregrini nostri conscripta initio saec. XVI. *Quae cum simillima sit inscriptionis Agliardi, cognoscis inter utrumque exemplar necessitudinem quandam intercedere, aut alterum ex altero, aut utrumque ex tertio apographo descriptum esse, quod verisimilius mihi videtur. Iosephum Ronchetti apographum Lupi habuisse apparet et e varia eius lectione a Iohanne Finazzi adnotata et ex eo, quod hoc inter schedas eius relictum sit. Quo cum careamus*[4], *variam lectionem locorum a Mario Lupi et Iosepho Ronchetti editorum et nonnunquam, ubi coniecimus eam ex apographo Lupi profectam esse, etiam eam Iohannis Finazzi adnotavimus*[5].

Annalium brevium pars maxima descripta est ex Annalibus S. Trinitatis Veronensibus, SS. XIX, p. 1 *sqq. editis. Conicere quidem potes hanc partem non ex codice Annalium S. Trinitatis, qui ad nos pervenit, sed ex alio, qui variam lectionem habuerit, descriptam esse. Quod cum, licet vix crederem, refellere non possim, eam mediis, non minimis, litteris excudendam curavi. Quae Bergomi post annum* 1194. *addita sunt tenuissima sunt atque nullius fere pretii. Hi Annales aut in monasterio Astino prope Bergomum sito scripti aut ad idem monasterium delati sunt. Multa eorum enim, tam loci ex Annalibus S. Trinitatis Veronensibus excerpti*[6] *quam additamenta Bergomatia, descripta sunt in Annalibus maioribus, quorum priorem partem in hoc monasterio*

1) *Halis Saxonum in bibliotheca universitatis, in qua maxima pars illius collectionis nunc servatur, hoc non haberi ad me scripsit V. Cl. M. Perlbach.* 2) *Idem Finazzi in libro 'Degli antichi scrittori delle cose di Bergamo' (Bergamo* 1855*) p.* 67. *de solo exemplari Agliardi dicit. Quater tantum Finazzi variam lectionem apographi Lupi adnotavit, p.* 222, *n.* 3. *dicit hoc habere* Alexandrum papa ! et Octavianum *pro* Alexandrum et papam Octavianum *Annalium maiorum. Sed illa est lectio (si* papam *corrigis) Annalium brevium.* 3) *Etiam exemplar Agliardi eandem inscriptionem habere perperam dixit Finazzi, 'Miscell.' p.* 217. 4) *M. Lupi se hos Annales edidisse dixit duobus locis, quorum unum attulit Finazzi, 'Degli antichi scrittori' p.* 67. *et 'Miscell.' p.* 218. *Alterum adnotavit V. Cl. Ang. Mazzi, qui Ludowico Schiaparelli scripsit in Excerptis ex actis notariorum Bergomi a Lupo factis legi:* Sed videnda . . . exemplaria in eodem archivo *(episcopatus)* fasc. L, nam haec enunciatio componi nequit cum Chronico a n o b i s e d i t o, in quo legitur electum Iohannem in episcopum Bergomatem de mense Augusto, *scilicet in Ann. maioribus a.* 1211. *Sed constat hos Annales nunquam ab eo editos esse. Procul dubio propositum habuit hoc facere, quod non executus est.* 5) *Ubi variam lectionem Ronchetti adnotavi, ea Finazzi non allata, huius editio cum apographo Agliardi convenit. Pro* ę *in apographo Agliardi saepe scripto (ubi et* cępit, cęperunt, cęciderunt*) simplex* e *restitui more saeculi XIII.* 6) *In epistola data ad Ludowicum Schiaparelli, ab hoc mecum communicata, V. Cl. Angelus Mazzi bene monuit annales* 1158. 1159. 1177. 1184. 1186. 1189. *Annalium maiorum ex illis Annalibus Veronensibus desumptos esse. Quae cum Annalibus brevibus in his Annalibus conveniunt et ex Annalibus S. Trinitatis profecta sunt, minimis litteris, reliqua cum Annalibus brevibus convenientia mediis litteris excudenda curavi praeter ea, quae forsan ex varia lectione codicis eorum adhibiti orta sint.*

compositam esse censebit qui videbit quae sub annis 1157. 1185. 1203. *leguntur. Reliquam vero partem in eodem monasterio conscriptam esse non facile crederem, in qua nec de hoc coenobio nec de rebus ecclesiasticis quidquam relatum sit. Et haec pars Annalium, qui in patria nostra hucusque nimis neglecti sunt, etiamsi non copiosa*[1], *ut alii annales Italici eiusdem temporis, tamen gravis ac pretiosa est, quae iam ab anno* 1216. *a viro eodem tempore vivente composita est. Sub hoc enim anno auctor dicit se ab hominibus non levibus de Pado amne gelu constricto relatum audivisse. Doleo, quod antiquo codice deperdito nonnulli loci corrupti ac mutili, ut sub a.* 1166. 1198. 1228. 1237, *non restitui vel non certa coniectura emendari potuerint.*

Berolini a. d. X. Kal. Iunias a. 1902.

O. HOLDER-EGGER.

1) *De annis* 1246—1264. *nihil relatum est. Quae de anno* 1265. *traduntur ab alio scriptore addita esse videntur.*

ANNALES BERGOMATES BREVES.

A. S. Trin. Veron. 1117. *(Ian. 3).* Anno ab incarnatione Domini MCXVII. Multe tures[a] et innumerabilia[b] hedificia propter terremota per Longobardiam et alias terras corruerunt.

ib. 1127. *(Dec.)* Anno MCXXVII. Padus fluvius[c] sic congelatus est, ut ab una ripa usque aliam milites super glaciem cum equis[d] transirent.

ib. 1159. Anno MCLVIII.[e] Exortum est scisma inter Alexandrum papam[1] et

a) turres 2. b) mirabillia 2. — edificia 1. c) fluius 1. d) cum equis *om.* 2. e) *sic* 1, *ubi Lupi adnotavit:* Manus. habet MCLVIII, at per erroneum, crederem MCLVIIII; an. 1169. (legendum 1159) 2; MCLVIIII. *Ann. S. Trinit. Veron.*

1) *Ann. S. Trinit. Veron., SS. XIX, p.* 3. de papatu inter Rolandum et Octav.

ANNALES BERGOMATES.

Anno MCLVI. Factum est bellum de Grumsone[a, 1].

An. MCLVII. Obiit frater Manfredus abbas[2].

An. MCLVIII. Oppidum Trecii tunc captum est. *A. S. Trin. Veron.* 1158.

a) Grumsono *Lupi.*

1) *Agliardi, vir doctus, in suo apographo adnotavit: 'In certo esame di testimoni del* 1222. *H* 4. *vien ricordato il fatto di Grumone e doveva essere qualche guerra civile occorsa in Pavia (!) e di qualche conseguenza, se i vecchi d'allora ne facevano epoca:* interrogatus n. resp[ondit]: et bene me recordor de 60 annis et etiam de facto de Grumone.' *Unde* Grumone *corrigendum esse videtur in Annalibus. In quo proelio Bergomates victi sunt a Brixiensibus. Cf. Ann. Brix. A. C, SS. XVIII, p.* 813; *Iac. Malvecius VII, c.* 38, *Muratori, SS. R. Ital. XIV, col.* 877 *sq.* 2) *Secundus abbas monasterii Astinensis prope Bergomum siti.*

Octavianum. Et hoc anno opidum[a] Tritii captum est[1].

1161. *Iun.* 10. Anno MCLXI. IIII° Idus Iunii[2] ferus Fredericus imperator vallavit Mediolanum magno cum exercitu et
1162. distruxit[b].

1166. Anno MCLXVII. Imperator Fredericus cum validissimo exercitu Italiam intravit et Pergamum, Brixiam atque Cremonam ceterasque civitates
1167. debellavit[3], ad ultimum vero Romam peregit[c] et illam expugnavit et vicit.

a) oppidum 2. b) ac destruxit 2. c) *sic* 1 *et Lupi;* perrexit 2.

1) *Anno* 1159. *Apr.* 13. *hoc castrum captum est a Mediolanensibus, anno* 1158, *ut in Annalibus maioribus dicitur, Iul. ex. a Friderico imperatore. De hoc castro a Mediolanensibus capto Ann. S. Trinitatis Veron. ad a.* 1158. *falso referunt.* 2) *Certo constat die Iun.* 10. *imperatorem Mediolanum non vallasse. Censeo hunc diem perperam transpositum esse ex Ann. S. Trinitatis Veron., SS. XIX, p.* 3, *ubi:* MCLXI. Hic hobiit IIII. Idus Iunii meus egregius pater Valerianus. . . . . Iterum Federicus circa Mediolanum se posuit. 3) *Vastavit terram Brixiensium et Bergomatum, unde Brixienses obsides ei dederunt (Gesta Federici I. in Lomb. p.* 60; *Vincent. Prag., SS. XVII, p.* 683; *Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 813). *Cremonenses imperatori tunc nondum adversati, nedum ab eo debellati sunt. Cf. W. de Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 460 *sq. Falso in Annalibus maioribus imperator has tres urbes intravisse dicitur.*

A. S. Trin. Veron. An. MCLVIIII. Exortum est scisma inter
1159. Alexandrum et papam Octavianum.
1160. An. MCLX. Destructa est Crema.
(Aug. 9). Et fuit bellum de Cercano[a].
1161. *Iun.* 10. An. MCLXI. IIII. Idus Iunii Fe-
1162. dericus imperator vallavit an. MCLXII. Mediolanum[b] magno cum exercitu et destruxit.

An. MCLXIII. . . . .
1167. An. MCLXV. Restauratum est Mediolanum.

An. MCLXVI. Nam cetereque civitates cum Berbenzonibus[1].
1166. MCLXVII. Imperator Federicus Pergamum, Brixiam[c] atque Cremonam[d] intravit[2].
1167. MCLXVIIII.[e] Captum fuit Tricium a Pergamensibus atque[f] Mediolanensibus[3].

a) Certano (vel Carcano) *c.;* Certano *Lupi, Cod. dipl. Bergom. II, p.* 1170. b) Mediol. — destruxit *ad a.* 1162. *Lupi habet et ibi in cod. scriptum erat, ibi deletum et ad a.* 1161. *transpositum manu Agliardi.* c) Brixiamque *Ronch.* d) Cremam *Lupi et Ronch. et ita apogr. Lupi habuisse Fin. dixit.* e) et *Lupi et Ronch., praecedentibus ad a.* 1167. *haec coniungentes.* f) et *Lupi et Ronch.*

1) *Ad hunc locum corruptum ac mutilum Agliardi adnotavit in apographo suo: 'Di questi Berbenzoni si è fatta menzione nel succennato esame del* 1222, *ove di più leggesi, che questi Berbenzoni arrivarono sino al torrente della Morla in Borgo Palazzo:* Interr[ogatus] n. resp[ondit]: . . . ex mea recordantia est de facto Berbenzonum, qui fuerunt ad Murgulam, transacti sunt 50 anni, ut credo'. 2) *Minime intravit. Cf. col. I, n.* 3. 3) *Cf. Anon. Laud., SS. XVIII, p.* 650 *sq.*

Anno MCLXXIIII. Iterum imperator Fredericus in Longobardiam[a] manu[b] cum valida venit et circha Alexandriam in medio mense Octobris[c] se collocavit et usque ad diem sancte resurexionis[d], qui fuit nono Kalendas[e] Aprilis[1], circha[f] illam stetit nec capere potuit. Omnes vero Longobardi contra Fredericum imperatorem perrexerunt eumque ab Alexandria removerunt pacemque cum eo fecerunt VIII. Kal.[g] Aprilis. *A. S. Trin. Veron.* 1174. *Oct.* 1175. *(Apr. 13). Mart. 24. Mart. 25. (Apr. 14).*

Anno MCLXXVI.[h] Fredericus imperator cum Longobardis[i] a sexta hora usque ad nonam pugnavit nec vincere potuit, sed[k] ab eis tristis recessit quarto Kalendas Iunii. *ib.* 1176. *Maii 29.*

Anno MCLXXVII. Fredericus[l] rex apud Venetiam in ecclesia beati Marci cum Alexandro papa Deo inspirante pacem firmam fecit VIIII. Kal.[m] Augusti. *ib.* 1177. *Iul. 24.*

Anno MCLXXXIIII. XI. Kal. Augusti Lucius apostolicus ad urbem Veronam venit. *ib.* 1184. *Iul. 22.*

Anno MCLXXXVII. Yerusalem[n] et multe civitates a Saladino[o] occupate sunt. *ib.* 1187.

Anno MCLXXXVIIII. Imperator Fredericus ultra mare cum valido exercitu perrexit[p] ac in die sancti Georgii iter arripuit. *ib.* 1189. *Apr. 23.*

a) Longobardia 2. b) manu *om.* 2. — cun 1. c) octob 2 d) ressurect 2. e) calendas 2. *ubi* Aprilis *alia manu post add.* f) circa 1 *h. l.* g) cal. 2 *semper.* h) an. 1176. vel 75. 2. i) langob. 2. k) *sic* 2 *et Ann. S. Trinit. Veron.;* verum 1. *Lupi.* l) Frederichus 2. m) Calendas 2. n) Ierusalem 2. o) Salandino 2. p) perexit 2.

1) *Hoc die pascha fuit anno* 1174. *Auctor Veronensis ex cyclo paschali diem paschatis huius anni pro eo anni* 1175. *exscripsit, unde et diem pacis factae male scripsit, opinatus pacem secunda feria paschatis (Apr.* 14*), ut hi Annales habent, aut ipso die paschatis (Apr.* 13, VIIII. Kal. April.*), ut Ann. S. Trinit. Veron. habent, confectam esse, quae demum Apr.* 16/7. *facta est.*

MCLXXVI. Fuit bellum de Legnano. 1176.

Anno sequenti Federicus rex apud Venetiam in ecclesia beati Marci cum Alexandro papa pacem fecit IX. Kal. Augusti. 1177. *A. S. Trin. Veron. Iul. 24.*

MCLXXXIIII. XI. Kal. Augusti Lucius apostolicus ad urbem[a] venit. 1184. *Iul. 22.*

MCLXXXV. Rehedificata est Crema. Obiit[b] Maurus abbas. 1185.

MCLXXXVI.[c] Saladino occupate sunt Hierusalem et multe alie civitates. 1187. *ib.*

MCLXXXVIIII. Imperator ultra perrexit mare. 1189.

MCLXXXX. Erat opidum Calepii Brixiensibus subditum[d, 1]. 1191. *(Mart. 29).*

a) Veronam, ut in alio Chronico habetur *add. c.* b) S *c. pro* Ø *ut videtur.* c) in alio habetur verius MCLXXXV. *add. c. (immo, potius* MCLXXXVII*).* d) *dubius emendari;* Brixiens̄ stum *c.*

1) *Cf. Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 814; *Iac. Malvecius VII, c.* 62, *l. l. col.* 883.

1191. (*Iul. 7*). Anno MCLXXXXI. Apud locum qui dicitur Civitathem, qui est positus supra flumen Olii[a] . . . . . .[1]

1193. *Febr.* 18. Anno MCLXXXXIII.[b] XII. Kal. Martii[2] malignus Saladinus dimisit seculum et descendit ad infernum.

A. S. Trin. Veron. 1194. Anno MCLXXXXIIII⁰ Henricus imperator in Apuliam intravit et ibi mor-
1197. tuus est.

1207. *Mart.* Anno MCCVII.[c] de mense Marcii facta est pax Pergami[3]; eodem mense facta est pax inter Pergamum et Brixiam[d].

1191. (*Iul. 7*). Anno sequenti fuit bellum de Civithate.

1192. An. MCLXXXXII. Oppidum Vulpini destructum est[1].

1198. An. MCLXXXXVIII. Pergamenses ceperunt unum bericium[a].

1199. (*Maii 19*). An. MCLXXXXVIIII. Fuit prelium de Burgo Sancti Donini hoc anno[2].

1200. An. MCC. Comites tradiderunt castrum Curtenove Mediolanensibus; postea fecerunt pacem cum Medio-
1202. lanensibus de anno MCCI[3].

1202. (*Iun.*) An. MCCII. Mediolanenses et Papienses cum carezolis suis venerunt in comitatum Pergami[4] et devastaverunt eum.

1203. An. MCCIII. Tracta est Astina[5] in claustro de Astino.

a) fluvium Olei 2; *in utroque exemplari lacuna indicata.* b) MCLXXXIII. 1, *ubi Lupi adnotavit* ita; an. 1183. 2. c) MCCCVII. 1, *ubi Lupi adnotavit* ita; an. 1307, *et superscr.* 1207. 2. d) *Lupi post adnotavit* id est MCCI. *Et Ronchetti IV, p.* 219. *dixit in* nostra Cronica *legi:* anno 1201. facta est pax inter Pergamum et Brixiam.

a) *sic* (bicium?) *c.;* unum bericium *e nomine loci cuiusdam corruptum esse reor;* fortilicium *Fin. sane e coniectura mala.*

1) *Relatum erat de proelio Civitatensi a.* 1191. *Iul.* 7. *commisso. Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 19. 2) *Die* 3. *Martii Saladinus obiit.* 3) *Nam anno* 1206. *bellum civile Bergomi ortum est, ut Annales maiores referunt.*

1) *Cf. tabulas datas* 1191. *Dec.* 8, *LL. Const. I, p.* 488 *sq., nr.* 342, 1192. *Ian.* 14. *et Oct.* 2, *Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 72—76, *nr.* 184. 185; *Ann. Brix., l. l. p.* 815. *Sed destructum est Vulpinum demum a.* 1198, *ut iidem Annales tradunt.* 2) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 24. 3) *Demum a.* 1202; *cf. tabulam datam a.* 1202. *Iun.* 9, *Reg. Imp. V, nr.* 12246; *Codex dipl. Cremonae I, p.* 203, *nr.* 12. 4) *Cf. Gestorum Fed. I. in Lomb. app. p.* 65 *sq.; Ann. Mediolan. breves, SS. XVIII, p.* 391; *Ann. Mediolan. minores, ib. p.* 397, *ubi fere eadem verba; Mem. Mediolan., ib. p.* 401. 5) *V. Cl. Angelus Mazzi adnotavit inter tabulas membranaceas bibliothecae civitatis Bergomatis nr.* 2491. *exstare tabulam credentiae Bergomatis anni* 1203, *qua concedit monasterio Astinensi* potestatem tollendi et accipiendi de aqua fontane que . . . vocatur fontana Astina . . . et trahendi . . . de ipsa aqua . . . ad iam dictum monasterium.

An. MCCIIII. Interfectus fuit Bonus abbas Sancti Gervasii. In ipso anno 1204.
capta fuit Constantinopolitana civitas.

An. MCCVI. tertio Kal. Augusti, hoc est in festivitate sanctorum Abdon et 1206.
Sennen, factum est civile bellum inter Suardos et illos de Rivola. *Iul.* 30.

An. MCCVIII. Interfectus fuit Albertus de Rivola; XI. die exeunte Iunio[1] 1208. *Iun.* 20.
interfectus fuit Filippus rex a falsagrato[2].

An. MCCVIIII. Otto dux Saxonie perrexit Romam cum magno exercitu et 1209.
incoronatus fuit ab Innocentio papa. *(Oct. 4).*

An. MCCXI. Electus fuit Iohannes Novariensis episcopus Bergomensis, et 1211.
hoc fuit de mense Augusti[3]. *Aug.*

An. MCCXII. Federicus Rogerius ex Anpulia[a] venit Papiam et perrexit 1212.
Alemaniam. Mediolanenses vero tunc multos ceperunt de Papiensibus, et hoc fuit
circa Kal. Augusti[4]. Iam antea perrexerat Otto imperator Ampuliam et venerat *(Iul. 29).*
in quadragesima[5] transacta Mediolanum et redierat Alemaniam[b]. Hoc anno facta *Febr.*
est fames inaudita[6].

An. MCCXIII. in die pentecosten[c], que fuit seconda die[d] mensis Iunii, hoc 1213. *Iun.* 2.
est[e] in die sanctorum Marcellini et Petri[7], comiserunt bellum Cremonenses et Mediolanenses apud Castrum-Leonum[f], et cesi ex utraque parte et mortui sunt multi numero; at[g] Cremonenses fortius et virilius in solido certantes tria millia, ut dicitur, et eo[h] amplius Mediolanensium cum carezolo ceperunt; et sic Mediolanenses fuga verterunt, captis[i] multis de militibus Cremonensibus.

Anno MCCXV. Apud urbem Romam in mense[k] Novembris tempore Inno- 1215. *Nov.*
centii pape concilium magnum et inauditum factum fuit.

An. MCCXVI. Fuit tam magnum frigus, ut per medium Padi fluvium super 1216.
glaciem homines cum equis transirent — et[l] hoc non a levis[m] hominibus audivi —
et fuit de mense Ianuarii[8]. *Ian.*

An. MCCXVII. Mediolanenses et Papienses pacem fecerunt inter se[9]. 1217.

An. MCCXVIII. Mediolanenses, Cumenses, Papienses, Novarienses, Vercel- 1218.
lenses, Alexandrini[n] nec non omnes Laudenses, Placentini perrexerunt in episco-

a) Ruggerius rex Appuliae *Ronch.*; rex Apuliae *etiam Fin.* b) *sic Ronch.*; Alemania *c.* c) pentecostes *Ronch.* d) dies *Ronch.* e) est *om. Ronch.* f) Leonem *Fin.* g) *sic Fin. et Ronch.*; et *c.* h) *sic Fin. et Ronch.*; eo *om. c.* i) *sic Fin. et Ronch.*; ceptis *c.* k) mensis *c.* l) *linea ducta est sub* et hoc — audivi *in c.* m) *sic c.* n) *seq.* Papienses *subducta linea in c.*

1) *Iun.* 21. *potius.* 2) *Titulus* phalenzgrave *a multis aliis Italis etiam pro nomine proprio habitus est, ut ab Ogerio Pane, Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 127: homo nomine Falsusgradus; *Ann. Placent. Gib., ib. p.* 468: princeps nomine Falsagrates. *Cf. supra p.* 294, *n.* 4. 3) *V. Cl. Ang. Mazzi adnotavit in epistola supra p.* 326, *n.* 6. *dicta ex tabula archivi episcopatus Bergomatis fasc. L. apparere ab hoc episcopo investituram de feudo de Offonengo iam factam esse* carta rogata per Martinum Melii notarium anno millesimo ducentesimo undecimo, die 8^{0} mensis Maii. *Cf. supra p.* 326, *n.* 4. 4) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 41. 5) *Quae die Febr.* 8. *coepit, sed imperator iam die Febr.* 6. *Mediolani fuit; Ann. Mediolan. breves, SS. XVIII, p.* 391. 6) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 40. 7) *Cf. ibid. p.* 43 *sq. Casu et fortuito haec cum Cont. Sicardi Cronicae, supra p.* 181, *conveniunt.* 8) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 53 *sq.* 9) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 12502—12505. 12507.

1218. (Iun. 7). patum Cremonensem ad locum qui dicitur Zibelius[a], et ibi magnum damnum recipientes reversi sunt ad propria[1]. Mali (19). Eodem anno, hoc est de mense Madii, Otto imperator obiit[b]. c. Nov. 30. Similiter eodem anno circa festum sancti Andree Mèdiolanenses et Cremonenses pacem fecerunt inter se[2].

1220. Nov. 22. An. MCCXX. De mense Novembris, in die sancte Cecilie Federicus Rogerius coronatus est ab Honorio papa.

1221. Iun. 24. An. MCCXXI. in die sancti Iohannis Baptiste fuit tempestas valida.

1222. Sept. 1. An. MCCXXII. De mense Augusti, circa Kal. Septembris apparuit in occidente stella cometa, fuit crinita[3]; (Oct. 22). et in altero mense circa X. horam noctis luna tota obscurata est. Dec. 25. Eodem anno in die nativitatis Domini circa horam sextam fuit terremotus maximus, et precipue in Brixia et districtu eius innumerabilia edificia corruerunt, et multi homines et mulieres mortui sunt.

1226. MCCXXVI. Circa medietatem mensis Madii factum fuit[c] civile bellum et turpissimum*)[4] Maii 18. ab hora . . .[d] usque ad noctis principium, et hoc fuit die XIIII. exeunte Madio; et[e] tunc iuraverunt Pergamenses cum Mediolanensibus. (Iun. 26). Et in eadem estate venit Fridericus Rogerius[f] imperator in Lombardia et usque Cremonam, et[g] nichil quod volebat faciens, banitis Lombardis reversus [est[h]] Apuliam.

1227. Maio ex. MCCXXVII. Circa finem Madii factum est civile bellum inter[i] illos de Rivola et Cuminella ex una parte et ex[k] altera Collionos. Deinde in medio Octobri[l] Cuminella cum illis de Rivola[m] ceperunt turrim et casamentum Lanfranci de Muzo et destruxerunt, et multa alia hedificia per civitatem tunc destructa sunt, et vinee incise; et tunc erat potestas Lanfrancus Buccabarba[n][5].

1228. Maii 19. An. MCCXXVIII. die XIII. exeunte Madio[o] pars Collionum ceperunt et occiderunt multos de illis de Sesso[p][6], in Brembo[6] multi necati sunt, et hoc fuit inter Pontem et Brembate[q]. Iun. 6. Postea die VI. intrante Iunio Paganus de la Turre tunc potestas Pergami — licet in discordio[r] — cepit Mapellum. Iun. 22. Postea VIIII. exeunte Iunio pars Collionum cepit Montem Sancti Stephani et destruxit.

*) *Adnotatum est in c.: 'In margine scriptum erat:* Pars Colionum[s] cum illis de Rivola, quia nondum propalata erat'.

a) Zibolius *c. et Fin.* b) obiit *om. c. et Fin. Librarius compendium ø legere nequivisse videtur.* c) fuit *om. Ronch.* d) *hoc loco* | *hasta post in c. posita est, ut numerum deesse signaretur.* e) et *om. Ronch.* f) Roggerius *Ronch.* g) at *Ronch.* — nihil *c.* h) *sic Ronch.;* est *om. c.* i) *sic Ronch.;* in *c.* k) ex *om. Ronch.* l) 8bri *c., ut et supra et infra* 7bris, 9bris *scriptum est.* m) Rivolis *corr.* Rivola *c.* n) Buccabarla *Ronch.* o) *sic Ronch.;* madii *c.* p) Resso *superscr. Agliardi.* q) Brembatem *Ronch.* r) licet in decordio (!) *alio atram. post suppl. c.; Finazzi refert in apographo Lupi punctis positis haec verba deesse. Apparet in codice antiquo haec verba difficilia lectu fuisse, a librario doctiore suppleta esse.* s) Collionum *Ronch.*

1) *Cf. supra p.* 14. 182. 2) *Cf. praecepta Hugonis cardinalis episcopi Ostiensis data Dec.* 2; *Reg. Imp. V, nr.* 12553; *Ann. Cremon. p.* 14; *Ioh. Codagnelli Ann. p.* 67 *sq.* 3) *Cf. versus supra p.* 182. *editos; Ann. S. Trinit. Veron., SS. XIX, p.* 6. 4) *Inter partem imperatoris et partem Lombardorum, partibus altercantibus, num civitas societati Lombardorum coniungeretur, an nuntii ad colloquium ab imperatore convocatum mitterentur.* 5) *Agliardi adnotavit hunc fortasse esse Lanfrancum de Biffa rectorem Bergomatem societatis Lombardorum (cf. Reg. Imp. V, nr.* 12960*), potestatem Bergomatem tunc fuisse Busnardum de Incoardis Mediolanensem.* 6) *Gentem de Sesso (nec de Resso) Bergomi nunquam extitisse adnotavit V. Cl. Ang. Mazzi. Sed sic habere etiam apographum Lupi adnotavit Finazzi p.* 236. *atque etiam Ronchetti sic habet. Nescio, quid emendandum sit.*

An. MCCXXXI. Mediolanenses, Vercellenses et Alexandrini circa medium 1231.
Septembris ceperunt locum de Clavascho[a, 1]; pro quo postea marchio Montis- Sept. (15).
ferrati[2] iuravit fidelitatem Mediolanensibus.

An. MCCXXXII.[b] Rediit Federicus Rogerius imperator in Apuliam. 1232. (Maio).

An. MCCXXXIII. Claruit frater Iohannes in[c] Bononia, et frater Petrus in[c] 1233.
Mediolano. Postea circa finem Augusti suprascriptus[d] frater Iohannes subtus[e] Aug. (28).
Veronam fecit fieri[f] magnam pacem cum Veronensibus, et pax[g] tenuit.

Eodem anno de mense Iunii[3] Mediolanenses et Brixienses cum carezolis suis 1234.
et eorum coadiutores, et Cremonenses, Papienses et Parmenses similiter cum suis
carezolis et eorum coadiutores pugnaverunt iuxta locum qui dicitur Zovenolta[h], et (Iul. 3).
pauci capti vel mortui Domini misericordia, reversi sunt ad propria.

MCCXXXV. Federicus perrexit Alemanniam et cepit Henricum filium, qui 1235.
pactum fecerat cum Mediolanensibus, et exiliavit eum in Apuliam.

MCCXXXVI. circa festum pasche[4] facta est pax inter Brixienses et Cre- 1236. Mart. (29).
monenses, dimissis omnibus vinculatis et carceratis[i]. Eodem anno reversus est
imperator de Alemania, et in exaltatione sancte crucis[5] coniunxit se cum Cre- Sept. 14.
monensibus in campania de Monte-clare[k], cum Mediolanenses et Brixienses essent
in Monte-claro[l]. Eodem anno in die sancti Luce Pergamenses iuraverunt fide- Oct. 18.
litatem suprascripto[m] imperatori. Item circa festum sancti Andree imperator re- c. Nov. 30.
diit in Alemanniam ad coadunandum exercitum, Vincentia[n] iam capta[6].

MCCXXXVII. die XII. intrante Februario Maldotus[o] de Murnicho[p, 7] tra- 1237. Febr. 12.
didit oppidum de Paluscho[q] comitibus de Curtenova et Mediolanensibus. Et eodem
anno restitutum est Pergamensibus in[r] Kal. Decembris[8]. Eodem anno circa Dec. 1.
medium mensis Septembris venit imperator ab Alemania et obsedit Monte-clare c. Sept. 15. (Oct. 7—22).
ac destruxit[s], et tunc de mense Novembris venit ad locum de Pontevico et habuit Nov. (9).
in suo conductu Cremonenses et Parmenses cum carezolis suis; et cum magno
apparatu Teutonicorum, Saracenorum, Tuschanorum[t], Pergamensium et Papi-
ensium venerunt citra Ollium[u], relictis Mediolanensibus et Brixiensibus cum
carezolis suis apud locum de Manervio. Tunc Mediolanenses[9] venerunt citra[v]
Oleum et volebant castramentare[w] circa opidum de Curtenova. Imperator, qui
venerat Suncinum, hoc audiens velocissimo cursu audacter irruit super Mediola-

a) clavasco *corr.* clavascho *c.* b) MCCXXXIII. *Ronch. falso.* c) de *Ronch.* d) suptus *c., quod et* supradictus *legi posset, ut Finazzi habet.* e) supter *Ronch.* f) fieri *om. Ronch.* g) non *addendum esse monuit Ronch. IV, p.* 51. h) Zoverolta *c.;* Tenevolta *Ronch.;* Zonevolta *Fin.* i) et carc. *om. Ronch.* k) Claro *Ronch.* l) *sic Ronch.;* ciaro *c. et apogr. Lupi teste Fin.* m) supto *c.; cf. supra n.* d. n) Vicentia *Ronch.* o) Malderus *c. et Ronch., Agliardi superscr.* Maldotus *c.* p) Murnico *c. et Ronch., corr.* Murnicho *c.* q) Palusco *Ronch.* r) *fortasse* III *emendandum est, quod ante* Kal. *saepe in* in *corruptum est.* s) ac destr. *om. Ronch.* t) Tuscanorum *Ronch. et Fin.* u) oleum *Ronch.* v) *sic Ronch. (ut supra l.* 28*) bene emendasse videtur;* circa *c.* w) castrametare *Ronch.*

1) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 104—108. 2) *Bonifacius III.* 3) *Potius a.* 1234. *Iul.* 3. *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13168*a.* 4) *Die Mart.* 29. *hoc factum esse tradunt Ann. Brix., SS. XVIII, p.* 819. *Pascha fuit a.* 1236. *Mart.* 30. 5) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668; *Reg. Imp. V, nr.* 2196*b.* 6) *Quae civitas Nov.* 1. *capta est.* 7) *Agliardi adnotavit: 'Nello statuto vecchio della città trà rebelli del castello di Palosco nominasi an certo Maldotto da Mornico, lo stesso che qui malamente si è trascritto Maldero'.* 8) *Nov.* 30. *hoc factum esse tradunt Ann. Mediolan. breviss., SS. XVIII, p.* 392. 9) *Non Brixienses, qui in civitatem suam redierunt, ut hoc loco bene notandum est. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 2289*d.*

1237. Nov. 26. nenses die IIII^te exeunte Novembri, et capto potestate[1] eorum cum carezolo[a] conversi sunt, et imperator misit suprascriptum carezolum[b] [Romam[c]]. Tunc Pergamenses cum magna alacritate et letitia destruxerunt Curtenovam usque ad solum. Item Novarienses, Laudenses[d] et Vercellenses dederunt se imperatori.

1239. Iun. 3. An. MCCXXXVIIII. Die III.[e] intrante Iunio hora nona sol obscuratus est, nulla nebula ipsum obtenebrante, et ita diu stetit caliginosus. Item de mense
Oct. Octobris[f] Cumenses cum homines[g] de Leucho venerunt ad preceptum imperatoris[2], et tunc erat in comitatu Mediolanensi et tunc cepit castrum de Landriano cum pluribus aliis locis, postea perexit ad pontem novum de Placentia, et inde remotus est propter pluviarum inondationem[3].

1241. An. MCCXXXXI. Civitas Faventie reddita[h] est imperatori Federico[i] die
Apr. 14. sancti Tiburtii, et[k] que fuit per octo menses obsessa. Eodem[l] anno die inven-
Maii 3. tionis sancte crucis Henricus rex, filius imperatoris, cepit XX galeas cum duobus
Oct. cardinalibus[4] et cum multis aliis prelatis. Eodem anno de Octobrio[m] multi Brixienses capti sunt prope turrim de Robasacco[n][5].

1244. Iul. MCCXLIIII. Innocentius papa IIII. de mense Iulii perrexit Ianuam[6] et postea perrexit ultra montes ad civitatem que dicitur Leo ultra Rodanum; et in ipso anno fuit fames valida et mortalitas inaudita, maxime in civitate Mediolani et eius episcopatu; fertur enim, quod plusquam XXX milia[o] mortui sunt[7].

1245. (Iun.) MCCXLV. Venit imperator de mense Iulii[8] de Ampulia Veronam et postea
(Iul.) perexit . . . .[p]

1265. Nov. 11. MCCLXV. De mense Novembri, circa festum sancti Martini venit de ultramonte innumerabilis exercitus, in quo exercitu erat comes Flandrie[9] et multi alii barones de Francia et de Provincia et magna societas Pichardorum, qui non timent mortem, et suprascripti[q] ultramontani ceperunt castrum de Vignanello, quod erat[r] de Torniellis, et destruxerunt totum usque ad solum[10] contra Novarienses[11]. Et tunc Vercellenses dederunt se comuni Mediolani et elegerunt in suum potestatem et rectorem dominum[s] Paganinum de la Turre Mediolanensem, qui postea fuit
1266. Ian. 29. interfectus tertio die exeunte Ianuario a Malexardis comunis[t] Mediolani[12]. Postea
1265. (Nov.) vero suprascripti[q] ultramontani transierunt Olium ad pontem de Calepio et ceperunt incontinenti castrum de Capriolo et ceciderunt omnes homines, qui ibi inventi fuerunt[13], et in multis aliis terris captis ab eis episcopatus Brixiensis

a) eorum du Cerezola *c.*; eorum cum carezola *Ronch.* b) suptu Cerezola *c.*; suprascriptam carezolam *Ronch.* c) *suppleri, om. c. et Ronch.* d) *sic Ronch.*; Laedenses *c.* e) *sic Ronch.*; XIII. *c.* ? f) 8bris *c.* g) hominibus de Leuco *Ronch.*; dum homines *Fin.* h) redacta *Ronch.* i) Friderico *Ronch.* k) . . . ed *Ronch.* l) eo *Ronch.* m) 8brio *c.*; Ottobrio *Ronch.* n) *sic Ronch.*; Robasatto *c.* o) m/30 *c.* p) Taurinum *supplendum esse videtur; nulla lacuna in c.* q) supti *c.* r) eorum *vel* dominorum *supplendum esse videtur.* s) D. *c.* t) com. *c.*; comitibus *Fin. male.*

1) *Petro Tenpulo, filio ducis Veneti.* 2) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 2488. 2489. 2530; *Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 482. 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. l. l.; Reg. Imp. V, nr.* 2540 *a.* 4) *Iacobo episcopo Praenestino et Ottone diacono S. Nicolai in Carcere Tulliano.* 5) *Cf. Ann. Placent. Gib., l. l. p.* 485. 6) *Die Iul.* 7. *Ianuam advenit, iam die Iul.* 1. *Civitate-vetula navigio profectus est.* 7) *Cf. Alex. Tassoni Cron., 'Cronache Modenesi' p.* 44. 8) *Potius iam die Iun.* 2. *Veronam venit.* 9) *Robertus filius Guidonis comitis.* 10) *Cf. Andreas Ungar. c.* 25, *SS. XXVI, p.* 567, *qui hoc castrum* Vynarli *vocat.* 11) *Novarienses cum Mediolanensibus socii erant Caroli comitis.* 12) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 515. 13) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 515; *Alberti Milioli Liber de temp. c.* 272; *Andreas Ungar. c.* 27, *p.* 568; *Iac. Malvecius VIII, c.* 58, *Muratori, SS. XIV, col.* 941.

magnam robariam et interfectionem hominum et mulierum fecerunt, et steterunt 1265. circa Brixiam diebus tribus, et deinde iverunt usque Montem-clarum et ceperunt *(Dec. 9—11).* et destruxerunt, et postea iverunt Romam ad dominum Carlettum, comitem Provincie, in cuius servitio venerant. Postmodum autem venerunt Mediolanenses et Pergamenses cum carezolis suis circa Palazolum et steterunt ibi per plures dies, et habuerunt ipsum locum de Palazolo de mense Decembris cum CCCC Cremo- *Dec. (15).* nensibus, qui ibi erant in custodia[1]; et circa finem Ianuarii[2] Brixienses dederunt 1266. *Ian. ex.* se comuni Mediolani et receperunt Malexardos suos et pacem firmissimam fecerunt cum eis, et elegerunt dominum[a] Franciscum de la Turre in suum potestatem et rectorem. Cremonenses vero hoc audientes venerunt incontinenti in ripam Olii et destruxerunt castrum de Ursis et castrum de Quinzano et castrum de Pontevico et castrum de Caneto[3].

a) .D. *c.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 679. 2) in ultima ebedomata Ianuarii *Ann. Placent. Gib. l. l.;* de mense Februarii *Ann. Mant., SS. XIX, p.* 24, *et Alberti Milioli Liber de temp. c.* 274. 3) *Praeter libros n.* 2. *citatos vide Ann. S. Iustinae Patav., SS. XIX, p.* 188.

ALBERTI MILIOLI NOTARII REGINI LIBER DE TEMPORIBUS ET AETATIBUS ET CRONICA IMPERATORUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Opus duplex mirum ac monstruosum iam in lucem proferimus, de cuius compositione egregie disseruit V. Cl. Alfredus Dove in libro edito Lipsiae anno 1873, *qui inscribitur 'Die Doppelchronik von Reggio und die Quellen Salimbene's'. Cum in prolegomenis huius operis nomen illius viri clarissimi, de eo optime meriti, primo loco praedicare fas sit, secundo loco nominandus est Hippolytus comes de Malaguciis-Valeriis, nunc archivo publico Mediolanensi praefectus, qui effecit, ut librum editum auctoris nomine ornare potuerim. Is enim anno* 1884. *die dominico Iulii* 20. *in archivo provinciali Regino, cui tunc praefectus erat, ostendit mihi statutorum civitatis Reginae volumen primum scriptum manu Alberti Milioli, quo viso intellexi, quod nobilissimus ille comes iam perspexerat, eiusdem Alberti manu scriptum esse codicem bibliothecae Estensis, quo Liber de temporibus et aetatibus et Cronica imperatorum continentur. Tum aestate anni* 1891. *in archivo Regino, cui tunc V. Cl. Albertus Catelani praeerat, et duo volumina statutorum Reginorum — nam et alterius voluminis maxima pars manu Alberti scripta est — et librum dictum Grossum antiquum, registrum videlicet tabularum civitatis Reginae, quarum nonnullae eiusdem Alberti manu scriptae sunt, evolvi, ut quae ex iis de vita Alberti elucerent colligerem, quae exposui in commentatione edita in 'Nachrichten der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philol.-histor. Klasse'* 1901. *fasc. III, p.* 272 *sqq., inde hoc loco breviter aliis additis repetii.*

Albertus fuit filius Gerardi Milioli civis Regini, qui anno 1247. *inter vivos, anno* 1265. *iam mortuus erat*[1]. *Primo anno* 1247, *quod sciam, Albertus* sacri palatii notarius *Consuetudinibus anno* 1242. *factis, quas in exemplar transscripsit, subscripsit, unde conicimus eum non multo tempore post et fortasse non multo ante annum* 1220. *natum fuisse, non multo natu maiorem fuisse quam fratrem Salimbene, qui anno* 1221. *lucem aspexit. Forte avus eius, certe patri eius propinquus, fuit Bernardus Milioli, qui anno* 1204. *die mensis Decembris* 12. *testis affuit, cum potestas Bondeni de Roncoribus massario sive quaestori civitatis Reginae pecuniam debitam solvit*[2]. *Sane patet*

1) *Libris enim quatuor statutorum voluminis primi in exemplar transscriptis subscripsit:* Ego Albertus q u o n d a m Gerardi Milioli sacri palatii notarius. *Consuetudinibus vero anni* 1242, *quas Albertus anno* 1247. *in exemplar transscripsit, subscripsit:* Ego Albertus Gerardi Milioli sacri palatii notarius. *Vide commentationem meam p.* 277. 287. 2) *Tabulam libri dicti Grossi de hac solutione conscriptam edidi l. l. p.* 304 *sq.*

iam avum eius civem Reginum fuisse et cognomen Milioli habuisse. Quod cognomen cum a milvo ductum esse putavisse videatur, signo notarii Albertus usus est ave, in cuius capite crux punctis ornata ⁜ stat[1].

Gens Miliolorum etiam post obitum Alberti Regii floruit, nam in censu civium Reginorum facto anno 1315. *occurrit* D[ominus] Zacharias de Miliolis notarius[2], *quem, cum notarius fuerit, filium Alberti fuisse conicio. Idemque anno* 1325. *inter*

CORRIGENDA.

P. 3 *sqq. In Annalibus Cremonensibus quaedam emendanda sunt, quae adnotata invenies in Supplemento Annalium Cremonensium p.* 185, *n.* 4. *et p.* 186, *n.* 5.

P. 13. *ad l.* 27. *adde in margine:* (Aug. 30).

P. 19, *l.* 45, *n.* 5. *adde:* Chron. Mant., SS. XXIV, p. 216: 'in bello Blancelune'.

P. 62, *l.* 20—22. *dele* sed duobus — habuerit, *pro quibus adde:* Perpauca in Decreto Gratiani lecta de Ambrosio aliaque inseruit.

P. 120, *l.* 23. 24. *contrahe* sed Arrianus effectus est *litteris latius positis expressa et adde ad haec in margine* Isid., *dele ibidem n.* 2, *l.* 49—53.

P. 200, *l.* 27, *col. I. contrahe* Constantio heretico *litteris latius positis falso expressa.*

P. 217, *l.* 24, *col. I. lege:* Celestinus II. men. V *pro* men. X.

P. 218, *l.* 10, *col. I. adde in margine* 1156. (Ian. 7) *et ad haec adde adnotationem:* Cf. Cont. Annalium dictorum Seligenstadensium, SS. XVII, p. 32, et Ann. Herbipol., SS. XVI, p. 9.

P. 235, *l.* 37, *col. I, n.* 2. *lege:* 'XV' Amiat. *pro* XII. Amiat.

P. 239, *l.* 21, *col. I. contrahe* eos *litteris latius positis expressum.*

P. 247, *l.* 35, *col. I. lege:* episcopo, de.

P. 248, *col. II, in margine ad l.* 4. *lege:* L. pont. 84, 3. *pro* 83, 3.

P. 265, *l.* 4, *col. I. lege:* MCCXX, [ind. VIII] *pro* MCCXXI, [ind. VIIII].

P. 318, *l.* 21. *emendandum est:* Adrianus A r n u l f u m legitimavit, *sic enim habet Albertus Milioli, Cron. imp. c.* 85. *Quo facto dele p.* 318, *l.* 49. 50. Nec mirum — posuerit.

Non fortuito evenisse videtur, ut Albertus ab anno 1265. *ad annum* 1273. *a magistratibus civitatis Reginae ad officium scribae publici administrandum adsciretur. Cum enim haec civitas ad annum* 1265. *usque a parte nobilium imperiali vel Gibellina dicta regeretur, parte ecclesiastica vel Guelfa expulsa, die* 6. *mensis Martii anni* 1265.

1) *Vide tabulam X. huius tomi.* 2) *Tacoli, 'Compendio delle dirimazioni de' . . . Tacoli' sive 'Memorie istoriche . . . della città di Reggio' (I), p.* 470. 3) *Ibid. p.* 289: D[ominus] Zaccharias de Miliolis *ultimus recensitorum.* 4) *Ibid. p.* 290: D[ominus] Zaccarias de Miliolis. 5) *Ibid. p.* 465. *et iterum p.* 471. *Utroque loco dicitur* de Meliolis *(non* de Miliolis*), sed eiusdem cognominis aliam hanc formam esse censeo. De Iambonino Melioli v. infra p.* 514, *n.* 3. 6) *Cf. commentationem meam p.* 291 *sq.* 7) *Cf. Tacoli l. l. I, p.* 397.

Guelfi, quorum potentissimi erant Roberti nobiles et illi de Foliano, civitatem Reginam invaserunt et occupaverunt, expulsis nobilibus gentis de Sesso Gibellinorum potentissimae atque reliquis omnibus huius partis[1]*, eamque abhinc rexerunt, multas leges novas condentes, quae voluminibus duobus Statutorum ab Alberto scriptis continentur*[2]*. Albertus sane non fuit inter Guelfos expulsos, quem anno 1247. leges Reginas descripsisse supra viderimus, sed non modo arte, quam callebat, calligraphiae, sed etiam mente atque ingenio principibus partis Guelfae se commendavisse videtur, ut ad munus publicum administrandum admitteretur. Nec casu factum esse videtur, ut ab hoc officio absolveretur. Ipse enim narrat in cap. CCLXXXII. Libri de temp. Stoldum de Rubeis civem Florentinum pro altero semestri tempore anni 1272. potestatem civitatis Reginae electum esse* per artes civitatis Regine sive per societates, *quod contra voluntatem nobilium factum esse patet. Ab hoc magistratu, qui et anno 1273. Ian. 1 — Iun. 29. civitatem Reginam rexit*[3]*, Alberto multa transscribenda mandata sunt, quo officio potestatis defuncto Albertus nihil in libris publicis scripsit. Quamvis sub potestate Stoldo Regii contentiones civiles ortas esse nesciamus*[4]*, tamen illa re perpensa conicies Albertum aliqua re Stoldo civitatem regente acta in offensionem nobilium principantium incurrisse, ideo a muneribus publicis administrandis absolutum esse. Abhinc iam nihil de eo traditum habemus.*

Atque hinc bene observabis duos casus inter se congruentes. Comparato Libro de temporibus Alberti cum Chronico[5] *Sagacii vel Sachacini de Gazata Regini V. Cl. A. Dove l. l. p. 72—81. ostendit utrumque Annales Reginos exscripsisse usque ad annum 1272. vel potius usque ad prius spatium semestre anni 1273. Nam omissa altera potestaria Stoldi de Rubeis (a. 1273. Ian. 1 — Iun. 29) Albertus sub eius priore potestaria (a. 1272. Iun. 29 — Dec. 31) in cap. CCLXXXII. Libri de temp. quae mensibus Martio et Maio anni 1273. acta sunt narravit, quae Sagacius recte sub anno 1273. retulit. Ab hoc loco, ab eodem tempore, quo Albertus ab officio scriptoris publici remotus est, V. Cl. A. Dove demonstravit hunc ipsum reliqua quae de rebus gestis Reginorum tradit conscripsisse, Sagacium de Gazata Annales Reginos continuatos exscripsisse. Mirus casus, quem fortuito accidisse negabis. Nonne conicies Annales Reginos a notario quodam conscriptos in palatio civitatis Reginae servatos fuisse, Alberto, qui eos usque ad medium annum 1273. in exemplar descripserit, ab hoc tempore aditum ad eos non patuisse, ideo eum coactum esse, ut ipse abhinc suo ingenio reliqua componeret? Sane iam hoc certo constare non sine iure dices.*

Post annum 1273. nihil traditum est de vita Alberti Milioli. Qui cum Annales Reginos descriptos continuaret atque vacuus negotiis, ut videtur, otio abundaret, adductus esse videtur, ut Chronicon universale a Christo nato conscribendum aggrederetur. Quod sane qui opus eius leget summe mirabitur. Stupendae enim simplicitatis fuit, rudis, linguae Latinae ignarus, quam non magis didicisse videtur, nisi ut formulis notariorum memoriae mandatis ad tabulas conscribendas uti posset. Qualis auctor, tale opus eius. Inter tot chronica post saeculum octavum medio aevo composita non memini me unquam legisse librum tantae ruditatis, tantae inscientiae atque imprudentiae, tantae simplicitatis. Plerumque quae in libris adhibitis legit atque ex iis descripsit minime intellexisse videtur, praesertim quae versibus Gotifredi Viterbiensis et Donizonis dicta erant saepissime non

1) *Cf. Liber de temp. c. CCLXXII.* 2) *Inter quas notanda est lex de civitate custodienda et de parte illorum de Sesso infestanda conscripta, quam edidit Tacoli l. l. I, p. 398—400.* 3) *Cf. commentationem meam p. 285, n. 3.* 4) *Quod nescio an appariturum sit, cum tabulae et leges Reginae horum annorum in lucem editae erunt.* 5) *Ab a. 1272. edito a L. A. Muratorio, SS. R. Ital. XVIII, col. 5 sqq., cuius partem priorem V. Cl. A. Dove in libro manu scripto legit.*

percepit. Innumeris locis quae sano sensu penitus careant scripsit, inter quae verba monstruosa, saepe signis breviata, quae nemo, neque ipse Albertus, explicare posset. De quo libro acturi iam neglegimus ea quae viri docti priores, ut L. A. Muratorius, Ireneus Affò, vir sane doctissimus atque acutissimus, alii de eo coniecerint, haec enim omnia abrogata sunt libro ab Alfredo Dove [1] scripto, atque hunc potissimum sequimur iis quae iam exponimus.

Nescimus, quo anno Albertus Milioli librum, quem de temporibus et aetatibus inscripsit, componendum aggressus sit. Quem dum conscriberet, cognovit fratrem Salimbene de Adam, qui anno 1281. in conventum Reginum venerat, atque in eius familiaritatem intravit. Atque cum uterque comperisset alterutrum in chronicis componendis occupatum esse, Albertus fratri Salimbene plagulas Libri de temporibus tunc nondum compactas utendas tradidit. Ab hoc vero libros, quos cousque non habuerat, exscribendos accepit, demum anno 1285. ineunte Salimbene ei suae Cronicae plagulas ad folium usque 438. vel potius 443. scriptae, quibus ille uteretur, dedit. Quae omnia infra luculentius exponemus.

Bene V. Cl. A. Dove l. l. p. 79. observavit auctorem Libri de temporibus magis reliquis civibus Reginis clericis deditum ac devotum fuisse, qui in capite CCXCVII. dixerit cives Reginos multa statuta p r a v a contra clericos fecisse. Etiam ex iis quae Albertus in libello de vita Mathildis comitissae scripsit, apparet eum ecclesiae et clero adprime deditum fuisse, idemque praesumendum est, cum in Librum de temporibus — praesertim in marginibus postmodum addita — multa de sanctis receperit. Qui cum familiaris fuerit fratris Salimbene, non absone conici posset eum inter fratres laicos de poenitentia tertii ordinis S. Francisci extremo vitae tempore receptum fuisse, fratri Salimbene semel in quolibet mense peccata confessum esse [2]. Ipsum vero iam in senium vergentem in ordinem fratrum Minorum receptum esse non admitto, cum nusquam se fratrem huius ordinis dixerit, neque etiam ubi occasio hoc dicendi se obtulisset [3].

Postremo manu sua Albertus in Libro de temporibus indiculum capitis CCIX, iam numero non signati, scripsit, quo capite narrare sibi proposuerat quae anno 1285. a Iul. 1. ad Febr. 1. anni 1286. usque gesta sunt, quod saltem ex parte executus esse videtur [4]. In reliqua enim parte columnae, in qua indiculus ille legitur, scripta erant, quae nunc penitus erasa sunt [5], aliis alia manu in ea et in sequentibus foliis scriptis. Hinc coniciendum est bonum ac pium scriptorem nostrum ante finem anni 1286, certo non post annum 1287. obiisse.

Opus duplex Alberti exstat in codice membranaceo maximae formae [6] bibliothecae E s t e n s i s M u t i n a e servatae, nuper signato M. 1, 7 (antea VI. H 5), qui saeculo XVIII, sed postquam L. A. Muratorius eum exscripsit [7], a bibliopego [8] iterum compactus est,

1) Qui quidem erravit, cum censeret auctorem Libri de temporibus fratrem ordinis Minorum fuisse et cum fratre Salimbene ab anno 1281. in eodem conventu Minorum Regino vixisse. Quo errore in alios errores ductus est, quod evenire oportuit. 2) In regula tertii ordinis c. 13, § 3, ed. P. Sabatier ('Opuscules de critique historique' I) p. 28. iubetur: Item quilibet frater confiteatur alicui sacerdoti semel in quolibet mense. Cf. ibidem c. 13, § 4. de fratre Minore gubernante fraternitatem de poenitentia. 3) Paucos locos procul dubio a fratre Minore scriptos, qui in Libro de temporibus leguntur, eum a fratre Salimbene accepisse alio loco ostendam. 4) Sed in indice capitum Libro de temp. praefixo huius capitis inscriptio deest. 5) Cf. infra p. 340, l. 23 sqq. 6) Altitudinis 47 cm. paulo minoris, latitudinis 33,6 cm. 7) Quae hic SS. R. Ital. VIII, col. 1175 sq. edidit, dicens ea alio charactere in eodem volumine scripta fuisse, iam non in eo inveniuntur. 8) Ab hoc tegumini impressum est: Liber de temporibus. Eodem corio rubeo, quo huius libri tegumina tecta sunt, multi alii libri bibliothecae Estensis compacti sunt.

unde non cognosci potest, quis eum possederit, antequam in bibliothecam Estensem deferretur. Nunc continet 122 *folia eiusdem membranae numeris a librario saeculi XVI. signata, quorum paginae exteriores multae male politae sunt, ut atramentum e calamo effluens, cum aliquid pinguedinis in corio remansisset, male folio adhaereret atque diffunderetur. Novem folia prima, quorum primum alteri folio non cohaeret, cum folium olim decimum excisum sit, indicem capitum Libri de temporibus continent. Noni folii columnae tres b. c. d vacant. Folium primum nimis laceratum reliquis aliquanto minus est, cuius pagina prior ita attrita, ut multa in ea scripta ne maximo labore quidem legere potuerim. Non multo minus etiam reliquarum plagularum paginae exterae detritae, ut appareat multo tempore has non in librum compactas fuisse. Index capitum eadem manu, qua Liber de temporibus ipse, scriptus est ac quidem uno tenore indiculi capitum I — CCXCVI. Indiculi capitum CCXCVII — CCCVIII. eiusdem quidem scriptoris manu, sed postmodum alio atramento subfusco scripta addita sunt. Apparet ergo capite CCXCVI. perscripto huius indicis maximam partem confectam esse, reliquam demum suppletam, cum caput CCCVIII. perscriptum esset. Sequitur quinternio foliorum* 10—19, *cuius in primo folio incipit* Liber de temporibus et etatibus. *Omnes paginae totius libri et indicis capitum et ipsius Libri de temp. in binas columnas divisae sunt. Sequuntur tres quaterniones foliorum* 20—27. 28—35. 36—43, *sexta plagula est quinternio foliorum* 44—53, *septima complectitur duas plagulas binorum foliorum* 54—57. *Sequitur iterum quinternio foliorum* 58—67 [1], *tum duo quaterniones foliorum* 68—75. 76—83, *tum quinque folia* 84—88, *quorum primum alteri non cohaeret. In ima margine ultimarum paginarum omnium plagularum praeter sextam et septimam custodes, quos dicimus, positi sunt, prima videlicet verba folii sequentis. Manus librarii primi (Alberti) desinit f.* 85^{b}. *post inscriptionem capitis CCCVIIII. Quae eadem manus, ut videtur, in reliqua parte columnae* 85^{b}. *scripserat, ita erasa sunt, ut nihil eorum legi possit* [2]. *Quae in hoc spatio eraso nunc leguntur et sequentia f.* 85^{c}—87^{d}. *res a Iul.* 1. *anni* 1285. *usque ad annum* 1290. *complectentia alia manu* [3] *saeculi XIII. exeuntis scripta sunt. Quae pars iam non in capitula divisa est. In folio* 88, *quo prior pars libri clauditur, olim nihil scriptum erat, postea manu saeculi XVI. de caritate annonae annorum* 1528. *et* 1529. *et de urbe Roma capta quaedam scripta sunt.*

Omnia eadem manu scripta sunt quae in columnis foliorum 1—85^{b}. *leguntur* [4], *litteris magnis, quibus notarii saeculi XIII. in tabulis conscribendis usi sunt. Cum maxima pars horum foliorum elegantius ac splendidius scripta sit, librarius a folio* 79. *multo neglegentius scripsit. F.* 79^{d}. *et f.* 80^{d}. *bis atramentum mutatum est, et ab iisdem locis*

1) *Aliter de plagulis sexta, septima, octava A. Dove l. l. p.* 18. *retulit, dicens folia* 20—83. *in octo quaterniones divisa esse. Non me erravisse credo, cum expresse hoc adnotaverim quod scripsi.* 2) *A. Dove l. l. p.* 22. *n.* 2. *dicit eadem antea ibi scripta fuisse, quae nunc alia manu scripta leguntur. Equidem nihil eorum legere potui, quae prior manus scripserat. Repetivisse potest altera manus, quae prior de magistratibus Reginis scripserat, non scripsit reliqua, quae prior manus de morte regis Franciae* († 1285. *Oct.* 5) *et cet. scribere sibi proposuerat, quamvis spatium columnae* 85^{b}. *ad haec scribenda abundaret. Ac mihi persuasum est Albertum haec in ea scripsisse.* 3) *Una manu, non diversis manibus, ut G. Waitz dixerat, scripta esse quae f.* 85^{b}—87^{d}. *leguntur summo iure A. Dove p.* 22. 83. *statuit. Sed quae f.* 86'. *in margine inferiore addita sunt (Dove p.* 221, *n.* 1) *alia manu (D) scripta esse mihi videbantur, iure, ut reor, longe enim alio, multo meliore sermone haec scripta sunt eo, quo scriptor horum foliorum usus est. Adnotavi mihi hanc scripturam similem esse ei continuatoris, nec tamen quidquam alibi eadem manu in libro Estensi scriptum esse.* 4) *Per folia* 41 *lineae stilo metallico ductae sunt.*

scripturae formam aliquatenus mutatam esse observabit qui librum leget. A quibus locis auctorem, qui praecedentia suo ingenio composuit, Cronicam fratris Salimbene exscripsisse invenies. Inscriptiones capitum omnes et maiorum partium tituli minio bono manu Alberti scriptae sunt. Partium maiorum litterae initiales ab eodem eleganter pictae, capitum litterae initiales ornatae, scriptura multis litteris capitalibus colore rubeo et caeruleo insignitis ornata. Capitum particulae signo quod dicitur rubrica ℭ modo rubeo, modo caeruleo colore picto distinctae sunt, quod praesertim positum est, ubi auctor ab alio libro exscripto ad alium transscribendum transiit. Signum distinctionis solum punctum invenitur, quod saepe falso loco positum est, saepe deest, ubi ponendum fuit. Capitum numeri omnes in margine atramento subfusco positi sunt et omnes postea mutati, cum nonnullis capitibus postea diverso tempore in margine suppletis eorum numerus auctus esset. Multis locis atramentum ita detritum est, ut quae ibi scripta erant aut summo cum labore aut non legi possint.

In marginibus plurimorum foliorum multa additamenta leguntur, omnia fere scripta manu Alberti, sed diverso modo ac diversis temporibus. Ea quae prius reliquis addita sunt, eleganter scripta ac lineis rubris cincta, posteriora neglegentius, nonnulla neglegentissime scripta sunt. Nonnullorum longiorum additamentorum pars prior bene ac belle, posterior foede scripta est. Auctoris manu haec omnia scripta esse primo patet aspectu, cum eiusdem librarii manu, qui columnas scripsit, et inter ipsum scribendum et postea multa correcta et in margine suppleta, omnia fere additamenta marginum ab eodem librario scripta sint. Hoc facile perspiciet qui tabulas II. III. IV, quibus tres paginae Libri de temporibus arte phototypica redditae sunt, examinaverit. Atque qui has cum tabulis X. libri Grossi et VI. VII. VIII. Statutorum Reginorum manu Alberti Milioli scriptorum comparaverit, iam litteris initialibus utriusque visis mox perspiciet eadem manu Librum de temporibus scriptum, Albertum Milioli huius esse auctorem ac scriptorem, quamvis volumen prius Statutorum elegantius atque accuratius scriptum sit quam Liber de temporibus. Praeter eius manum quatuor aliae manus in Libro de temporibus deprehenduntur, eius scilicet (B), qui Annales a. 1285—1290. in foliis 85^{b} — 87^{d}. scripsit; alterius viri saeculo XIV. scribentis (C), qui quaedam in margine f. 17^{b}. ad cap. XXX. et f. 72^{a}. ad cap. CCLXVIII. adscripsit, qui nomen suum littera B signavit; tertii (clerici, ut mihi persuasum est), qui f. 86′. quaedam adnotavit, quibus dixit se anno 1289. Reate in curia Nicolai IV. papae adfuisse (D); quarti viri saeculo XIV. scribentis (E), qui f. 77^{a}. ad cap. CCLXXXVII. quaedam adscripsit. Permulta additamenta ita attrita sunt, ut difficillime aut non legi potuerint. Multa mihi patuerunt, cum locos Cronicae fratris Salimbene, ex quibus illa exscripta erant, adhiberem.

Altera pars libri Estensis complectitur folia 89—122. eiusdem magnitudinis atque ea prioris partis, quorum duo prima f. 89. 90. inter se cohaerentia libro iam confecto praefixa sunt. Haec in columnas tres divisa[1] indicem capitulorum sequentis libri continent. Ipse liber, qui inscribitur Cronica imperatorum, ex quatuor quaternionibus foliorum 91—98. 99—106. 107—114. 115—122. compositus est. In ima margine ultimarum paginarum priorum trium quaternionum verba prima sequentium foliorum repetita sunt, et ea folii 106′. lineis rubris cincta ut ea folii 75′. Libri de temporibus. In folia 42 vel 43 lineae stilo metallico ductae sunt[2], folia in binas columnas divisa. Omnia quae hoc libro continentur una manu, litteris, quibus librorum scribae (non notarii) uti solebant, scripta sunt. Sed si tabulam V, qua pagina Cronicae imperatorum redditur, cum tabula IX. voluminis prioris Statutorum comparaveris, perspicies Albertum Milioli etiam his litteris usum esse, eiusdem manu utramque tabulam scriptam esse, quamvis scriptura Cronicae imperatorum

1) Per quae 43 lineae stilo metallico ductae sunt. 2) Cf. supra p. 340, n. 4.

minus elegans, magis rudis sit ea Libri de temp. et Statutorum. Atque inter additamenta Libri de temporibus Alberti manu scripta invenis etiam quaedam, cuius scriptura simillima est ei Cronicae imperatorum. In hac etiam inscriptiones capitum minio ineleganter et nonnusquam etiam foede, sed eadem manu scriptae sunt, numeri capitum atramento subfusco in margine positi, litterae initiales eadem manu atque eodem modo ut in Libro de temp. pictae. Particulae capitulorum signo ℭ modo rubro, modo caeruleo colore, ut in Libro de temp.[1], *picto, coloribus quidem deterioribus, distinctae. In margine huius libri ad permulta capita adscripta sunt:* Et si vis invenire de gestis que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam n. pape *(scilicet ad caput quoddam Libri de temporibus praecedentis)* et invenies *vel similia, et haec ubique lineis rubris ut multa additamenta Libri de temp. cincta sunt. Caput CLXXXIX. continet catalogum episcoporum Reginorum. Nominibus eorum scriptis Albertus aliquanto tempore post, ut videtur, minoribus litteris quaedam de gestis multorum adscripsit, quorum pleraque iam supra in Libro de temporibus vel inter additamenta eius leguntur. Haec postea adscripta non simillimae, sed eiusdem prorsus sunt scripturae atque multa additamenta Libri de temporibus atque haec omnia ut illa lineis rubris cincta.*

Primus Georgius Waitz b. m., quid liber Estensis contineat, exposuit et de eius forma scripturaque disseruit in 'Nachrichten von der Königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen' 1871. *'Phil.-hist. Kl.' p.* 519—528[2], *iterum A. Dove l. l. p.* 18—23, *qui nonnulla a Georgio Waitz non recte dicta verius explicuit. Primus, quod sciam, L. A. Muratorius hunc librum in usum virorum doctorum excussit, qui SS. rerum Italicarum VIII (anno* 1726*), col.* 1073—1174, *alteram partem Libri de temporibus,* Memoriale potestatum *videlicet, edidit, sed multa, praesertim additamenta in marginibus scripta, aut quia ea legere non potuit, aut alia ratione ductus omisit, multa corrupit, quorum multa iam A. Dove in libro saepe laudato passim attulit, multa, ut adsolet, foedis suis coniecturis depravavit*[3], *lectione codicis non indicata, ea quae postea in marginibus ab Alberto addita sunt — pleraque ex Cronica fratris Salimbene exscripta — non secrevit ab iis quae idem in columnis scripserat, itaque oleum lacti concoctum lectoribus apposuit. Iam antea idem Muratorius partes Cronicae imperatorum coniunctas cum partibus Cronicae Sicardi Cremonensis sub eius nomine edidit in tomo SS. rerum Italicarum VII, col.* 526—625[4]. *In eodem tomo p.* 350—352. *versus quosdam Speculi regum Gotifredi Viterbiensis, cuius magnam partem Albertus in Libro de temp. descripsit, ex codice Estensi edidit. Atque cum idem Donizonis carmen de vita Mathildis comitissae t. V, p.* 337—383. *ederet, paucissima, quae Albertus in Libro de temporibus scripsit, addidit*[5].

Hieronymus Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' II, p. 27. 29. *dixit se legisse apographon libri Regini qui dicitur* Memoriale *servatum apud comites Crispos Ferrarienses, cuius locos ibidem et p.* 80. 82. 88—92.[6] *ad annos* 1201—1271. *laudavit, sed omnia, quae in eo legi dixit, non inveniuntur in vero Memoriali potestatum, altera scilicet parte Libri de temporibus. Atque idem ibidem I, p. VI. dicit se adhibuisse exemplar Chronici Sagacii et Petri de Gazata, quod comites Crispi Ferrarienses possiderent*[7], *cuius pars prior ad annum* 1271. *usque nondum edita est, ab anno* 1272. *demum partem*

1) *Cf. supra p.* 341, *l.* 6 *sq.* 2) *Nescio, quomodo evenerit, ut loci ab eo ex codice editi tantopere vitiati sint.* 3) *Ut duas afferam, in capite de Nicolao III. papa, ubi clare legitur* exquilentia *(quod verbum est Italicum), ille scripsit* ex hac vita. *In eodem capite pro* imputati et inventi fuerunt . . . . entes hereticorum, *quae in codice leguntur, ille scripsit:* imputata eis fuerunt multa delicta. 4) *Cf. supra p.* 67 *sq.* 74. 5) *V. p.* 349, *n.* 60; *p.* 351, *n.* 87; *p.* 352, *n.* 93. 94; *p.* 353, *n.* 104; *p.* 357, *n.* 149. *etc.* 6) *Fortasse etiam aliis locis.* 7) *Supra p. IV. de Memoriali potestatum Reginorum edito a Muratorio dixit.*

incipientem L. A. Muratorius, SS. rerum Ital. XVIII, col. 5 *sqq. edidit. Et ab hoc anno exemplar Ferrariense ab Hieronymo Tiraboschi usquam laudatum esse non inveni. Credo igitur apographon Ferrariense fuisse chronici illorum de Gazata, non Libri de temporibus Alberti Milioli*[1].

In duas partes, non tam modo componendi quam rebus quae iis relatae sunt diversas, Albertus Librum de temporibus divisit. Prior pars a Christo nato exordium sumens finitur medio saeculo XII. post caput CLXX. Altera pars, quam Albertus inscripsit Memoriale omnium potestatum . . . civitatis Regine *ab anno* 1154. *incipit, a quo anno videlicet coeptos Annales Reginos Albertus descripsit. Utramque partem simplicissimo modo composuit, priore pontificum Romanorum potissimum res gestas enarravit, omnibus pontificibus singula capita tribuens. Sed tantum de pontificibus priorum saeculorum omnibus tractavit, posterioris aetatis papas multos penitus praetermisit. Pleraque quae de his retulit ex duobus libris ad verbum exscripsit, ex Cronica videlicet Iohannis de Deo supra edita et ex Libro pontificali, cuius codicem habuit simillimum libri E* 4 *ab editoribus dicti*[2], *Pomposiani scilicet, nunc in bibliotheca Estensi Mutinae servati. Atque Cronicam Iohannis de Deo vilissimam tanti duxit, ut omnia fere, quae praebet, transscriberet, notarius iuris peritum magnae famae admiratus, rerum scriptor puerilis scriptorem miserrimum imitatus, cuius formulam, de qua supra p.* 302. *dixi, in omnibus capitibus pontificum repetiit:* N., natione . . ., cepit anno Domini . . ., sedit annis . . ., mens. . . ., di. . . ., imperante N., qui imperavit annis . . . *Atque huius libri alteram recensionem anno* 1241. *vel paulo post editam, quae ad nos non pervenit, habuit, in qua nonnulla ab ipso Iohanne addita fuisse videntur*[3]. *Tum casu infelici Gotifredi Viterbiensis Speculum regum nactus*[4] *iis, quae de pontificibus ex illis libris descripsit, multos paucosve versus Gotifredi nullo consilio, nulla ratione ductus, nec temporis nec rerum ordinem curans, interposuit, ut de rebus ab imperatoribus gestis tractaret. Ex catalogo pontificum huic libro praefixo*[5] *nonnulla capitibus, quibus de rebus a pontificibus gestis egit, addidit. Paucos locos ex libro Gotifredi Viterbiensis qui inscribitur Pantheon Albertus repetivit, quem librum integrum cum ipse non legisse videatur, hos locos codici Speculi regum ab eo lecto a librario quodam inscriptos fuisse conicio*[6].

Haud minoris quam libellum Iohannis de Deo Albertus aestimavit Cronicam Iacobi de Varagine capiti CLXXXI. Legendae Aureae insertam[7], *quam discerptam totam fere in multis capitibus descripsit. Habuit etiam Pauli diaconi Historiam Langobardorum, sed ex hoc libro amplo et gravi perpauca excerpsit, multo maioris habuit fabulas Iohannis Codagnelli notarii Placentini, cuius corporis historici*[8] *in priore parte Libri de temporibus has partes exscripsit:* Istoriam Longobardorum[9], *SS. Lang. p.* 196 *sq. editam,* Istoriam qualiter translatum est imperium Romanorum in Francia apud Teo-

1) *In codice bibliothecae publicae Parisinae Lat.* 9076, *chart. saec. XVIII, f.* 64—77. *Gesta obsidionis Damiatae, quae in Libri de temp. cap. CCXIX. CCXX. leguntur, ex editione Muratoriana, non ex libro manu scripto descriptae sunt, ut codice viso statui.* 2) *Duchesne, Liber pont. I, p. CXCIX. et II, p. XVII; Gesta pont. I. ed. Th. Mommsen p. XCVII sq.* 3) *Cf. supra p.* 303 *sq.* 4) *Habuit codicem similem librorum* $1^{a.b}$ *ab editore G. Waitz b. m. SS. XXII, p.* 12. *signatorum. Haud raro in marginibus foliorum repetiit quae in marginibus horum librorum adnotata sunt. In marginibus vero libri ab Alberto lecti alia etiam adscripta fuisse apparet, quae in codicibus* $1^{a.b}$ *non leguntur.* 5) *SS. XXII, p.* 25—30. 6) *Quae Albertus ex libro Pantheon exscripta habet conveniunt cum eius codice B* 1. 7) *Ed. Th. Graesse p.* 824—844; *cuius pars postrema SS. XXIV, p.* 167—171. *edita est. Non alias partes Legendae Aureae Albertus in textu Libri de temp. exscripsit.* 8) *De quo vide 'N. Archiv' XVI, p.* 253—346. 475—509. 9) *De qua vide ibidem p.* 505 *sq.*

thonicos[1], *ibid. p.* 592—596, Istoriam Theodorici Ticinensis regis et Alboini regis, *'N. Archiv' XVI, p.* 480—486. *a me editam,* Istoriam Papirii Carli nepotis, *ibid. p.* 496—499, *alios paucos locos partium ibidem editarum*[2]. *Ex iis, quae Paulus, Codagnellus, Iacobus tradunt, Albertus libellum continuum de origine Langobardorum et eorum ingressu in Italiam et de regibus eorum composuit, qui caput LXVI. complectitur, longe diversum a reliquis capitibus ex libris hucusque dictis congestis, monstruosum atque ineptissimum, nam nulla ratione continuationis serieique rerum, quae inter se connexae sunt, habita modo ex hoc libro, modo ex illo particulas quasdam exscripsit et media sententia abrupta ad particulam tertii libri describendam transiit, itaque easdem res bis terve diverso modo, simplicitate sane infantili praeditus, retulit. Haec legens cum Fausto dices: 'Caput meum dirumpitur'.*

Ut hoc embolium duos alios libellos continuos Albertus Libro de temporibus inseruit, capiti tertio videlicet libellum de vindicta salvatoris, editum a Constantino de Tischendorf inter Evangelia apocrypha ed. 2. *(Lipsiae* 1886*) p.* 471—486, *cuius multae exstant formae vel recensiones*[3]. *Ea quae in hoc libro tradita est, quod sciam, nondum edita est, quare eam integram exscripsi et lectori exhibui, ut intellegat, quid ineptiarum Albertus dignum habuerit, quod in libro suo describeret.*

Tertius libellus duobus iam dictis amplior capita CLVI—CLXV. occupat, quem, cum ei propria inscriptio et proprius prologus praefixi sint, secundam partem Libri de temporibus dicere posses[4], *Memoriali potestatum pro tertia parte numerato. Hac parte Albertus ea, quae Donizo monachus Canusinus versibus rudibus de vita comitissae Mathildis atque eius maioribus memoriae tradiderat*[5], *sermone pedestri multo magis rudi, raro Donizonis versibus repetitis, enarravit. L. A. Muratorius cum carmen Donizonis inter scriptores rerum Italicarum ederet, pauca in margine ex hoc libello Alberti adnotavit, dicens*[6] *duas Vitas Mathildis pedestri sermone conscriptas in bibliotheca Estensi exstare, quarum unam fuisse hunc libellum Alberti apparet, cum Muratorius verba prima prologi et capitis primi attulerit. Sed cum is haud dixisset hanc Vitam esse particulam libri multo amplioris, Lud. Bethmann b. m. in errorem ductus est, ut crederet hanc Vitam separatim scriptam in bibliotheca Estensi exstare*[7]. *Sed certissime constat Albertum non ex alio libro hanc partem descripsisse, ipsum eam duce Donizone, ne quidam alia quadam epitomarum carminis eius, quarum multae exstant, usum, composuisse. Nam ubique in ea Alberti sermonem rudem inconditumque, ubique indolem Miliolanam simplicem deprehendis*[8]. *Reginum auctorem huius partis cognoscis fuisse, qui quaedam de locis civitati Reginae vicinis addiderit, notarium eum fuisse perspicis, qui crebra verba idem declarantia accumulaverit. Nonnulla ex carmine Donizonis excerpta iam praecedentibus capitibus ordinem temporis aliquatenus secutus inseruit, quae in libello de vita Mathildis copiosius repetivit. Cuius libri priore parte cum iam de rebus ineunte saeculo X. gestis relatum sit, hoc inserto ordo temporis Libri de temporibus penitus conturbatus est.*

1) *De qua vide ibidem p.* 506 *sq.* 2) *De Gestis obsidionis Damiatae Iohannis Codagnelli in altera parte Libri de temporibus exscriptis vide infra p.* 346 *sq.* 3) *Vide C. de Tischendorf l. l. p. CXXXII sqq. Etiam Iohannes Codagnellus in corpore suo historico formam quandam huius libelli descripsit (cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 346. *XXIII, p.* 402*). Sed ex iis, quae Karolus Hampe V. Cl. mihi de ea retulit, apparet Albertum hunc libellum non ex corpore historico Codagnelli descripsisse.* 4) *Quod non feci, cum post hunc libellum ante Memoriale potestatum sequantur quinque capita pontificum prioris partis, quare hic libellus potius embolium est prioris partis.* 5) *SS. XII, p.* 348—409. 6) *SS. R. Ital. V, p.* 339. 7) *SS. XII, p.* 350. *Dixit hunc Donizonis epitomatorem Estensem tertium.* 8) *Cum labor nimius ei fuerit versus Donizonis in sermonem pedestrem transponendi, ubi potuit inscriptiones capitum repetivit.*

Praeterea in priore parte Libri de temporibus Albertus duos libellos exscripsit, quos non reperi, quamvis quae ex iis exscripsit omnia fere alibi legantur. Habet enim nonnullos locos de quibusdam sanctis, quorum alia cum Rationali divinorum officiorum Iohannis Beleth, alia cum libro eiusdem tituli Guillelmi Durandi conveniunt, sed certissime constat Albertum neque ex hoc libro neque ex illo hos locos assumpsisse, quorum verba saepe haud inscite mutata atque additamentis aucta sint. Potius Albertus alium librum, in quo multi loci illorum mutati atque ampliati descripti fuerint, exscripsisse videtur. Alter libellus ab Alberto exscriptus fuit martyrologium quoddam, quod modo cum Usuardi, modo cum Adonis martyrologio convenit. Nescio num ex utroque congestum an ex alio descriptum fuerit. Unusquisque, qui in his libris utcumque versatus est, non nescit difficillimum esse de ortu talium libellorum inquisitu. Nec vereor profiteri me non multum de hac re inquisivisse, ne in labore inutili tempus tererem. Adscripsi his locis diem Usuardi vel Adonis, sub quo sancti commemorati in eorum martyrologiis dicantur. Patet vero martyrologium a viro linguae Latinae ignaro conscriptum fuisse. Cum enim Albertus in capite XXX. scripsisset: et fuerunt martyres quatuor Coronatorum: Claudium, Castorium, Simpronianum et Nicostratum, mirificos in arte quadratoria *etc., eadem postea, eodem modo lingua Latina cruciata, in margine ad caput XXXI. adscripsit, ut saepe in marginibus foliorum adnotavit, quae iam in capitulo quodam antea scripserat. Cum igitur eadem bis eodem modo depravata scripserit, iam libellum, ex quo haec desumpserit, haec eodem modo vitiata habuisse concludendum est.*

Codex Libri pontificalis tertiae recensionis ab Alberto exscriptus, qui, ut supra p. 343. *dixi, simillimus fuit libri E* 4, *desiit ut hic liber in Vita Hadriani I. pontificis. Sequebatur vero catalogus pontificum simillimus eius, quem liber E* 4 *continet, quem L. Duchesne Catalogum Estensem inscripsit. Codex vero ab Alberto lectus habuit nonnunquam lectionem alius catalogi propinqui, praesertim Laurentiani et Cavensis*[1]. *Attamen locis ex illo catalogo ab Alberto exscriptis in margine adnotavi* Cat. Est. *Capita igitur de pontificibus saeculorum IX. et X. et dimidii spatii saeculi XI. ab Alberto composita sunt locis Iohannis de Deo et Catalogi Estensis*[2] *coniunctis, additis saepe locis Iacobi de Varagine, raro aliis Donizonis. Catalogus Estensis desinit in Gregorio VII. pontifice. Sed Alberti locus cum hoc congruens postremus legitur in capite CXLVI. de Benedicto IX. papa. Catalogum ab Alberto lectum post hunc pontificem alio modo continuatum esse in usum vocato quodam catalogo Romano facile perspicis ex locis brevibus, quos Albertus in sequentibus capitibus habet, quorum alii nusquam alibi, quod sciam, leguntur, alii conveniunt cum catalogo Cencii*[3], *Chronico pontificum et imperatorum ex codice Veneto edito*[4], *cum Cronica Tiburtina deperdita, qui loci videlicet in Cronicis supra editis Tiburtina et Basileensibus inveniantur, cum Chronico pontificum et imperatorum Amiatino*[5]. *Quibus locis servatis etiam priori parti Libri de temporibus quantulumcumque pretii remanet. Post Paschalem II. pontificem catalogus ab Alberto exscriptus desiisse videtur*[6], *cum sequentibus capitibus de pontificibus solum ex Cronica Iohannis de Deo relatum sit. Restant paucissima in priore parte ex libris hucusque dictis non desumpta, quae ex chronico quodam brevissimo profecta esse videntur.*

Ea quae continentur Libri de temporibus altera parte, quae inscribitur Memoriale potestatum *etc., in duas partes diversae materiei disiunguntur. Ut in priore parte de*

1) *De quibus vide Duchesne, Liber pont. II, p. XIV sq. XVI.* 2) *Huius catalogi apographo a Wilhelmo Giesebrecht facto, quod apud nos servatur, usus sum.* 3) *SS. XXIV,* p. 105 *sq. Cf. 'N. Archiv' XXVI,* p. 516 *sqq., ubi de aliquot horum locorum disserui.* 4) *SS. XXIV,* p. 114. 5) *Ibid.* p. 834. 6) *Sed cap. CXLVII. sub Honorio II. papa de inundatione Tiberis fluvii, nescio quo anno facta, relatum est.*

omnibus pontificibus singulis capitibus relatum est, atque omnia quae habet de Anastasio III. papa et sequentibus pontificibus usque ad Honorium III. exscripta sunt ex Cronica Iohannis de Deo, aliis additis ex Cronica Iacobi de Varagine, ex qua quaedam desumpta etiam aliis capitibus inserta sunt. Caput CCXXVIIII, quo de Gregorio IX. papa relatum est, ex altera recensione Cronicae Iohannis de Deo circa annum 1241. editae, quam non habemus, exscriptum esse patet, ut supra p. 303 sq. exposui. De Coelestino IV. et sequentibus pontificibus ad Iohannem XXI. usque omnia exscripta sunt ex Chronico Martini Oppaviensis tertiae recensionis. Cum vero ante Coelestinum IV. Albertus ex hoc libro nihil exscripserit, eum Martini Chronicon integrum non habuisse apparet, dubitari non potest, quin in codice Cronicae Iohannis de Deo ab Alberto lecto Vitae pontificum Coelestini IV. et sequentium ad Iohannem XXI. usque ex Chronico Martini exscriptae subiunctae fuerint[1]. *Sed his etiam addita fuisse apparet ea quae Martinus de imperatoribus eiusdem temporis et de vacante imperio habet, cum ex hac parte etiam Albertus non pauca transscripserit.*

Cum haec nullius sint pretii, haud parvi facienda sunt reliqua, quae altera pars Libri de temporibus continet. Ut enim V. Cl. A. Dove docuit atque ostendit[2], *Albertus Annales Reginos annorum 1154—1273.*[3] *a cive Regino (fortasse notario) vel a pluribus civibus Reginis compositos exscripsit. Hi simplicissime sermone Italico verbis Latinis expresso, quo et alii auctores annalium urbanorum Italicorum saeculi XIII. usi sunt, sine ira ac studio partium conscripti sunt. Revera Annales incipiunt ab anno 1162.*[4] *(non 1154), et prior pars Annalium brevissimorum a. 1162—1198. Bononiae, non Regii, conscripta est*[5], *quibus post paucissima Regina addita sunt. Etiam pars annorum 1199—1215. brevis ac tenuis est, in qua pauca praeter magistratus Reginos adnotata sunt. Haec ut ampliaret, Albertus ex tabulis nonnullis annorum 1169—1211, quae in libro Grosso antiquo*[6] *transscriptae erant, incondite atque imprudenter quaedam excerpsit et Annalibus inseruit*[7], *additis omnibus his locis verbis his:* ut in registro comunis continetur[8]. *Conicere potes eum iam anno 1272. vel 1273. hoc fecisse, cum munere scribae publici functus Annales Reginos in exemplar transscriberet*[9]. *Conicere potes ei postea iterum aditum ad archivum civitatis patuisse, non eruere poteris, quando vel quomodo hoc factum sit, nec multum iuvat hoc exquisivisse. Ab anno 1216. Annales Regini amplitudine ac gravitate accrescunt, ut ab anno 1236. praesertim non solum historiam civitatis Reginae et vicinarum urbium scripturo, sed etiam bella Friderici II. imperatoris contra Lombardos gesta descripturo magnam utilitatem afferant. Iam supra p. 338. dixi me consentire V. Cl. Alfredo Dove probanti Annales Reginos ab Alberto usque in medium annum 1273. exscriptos esse, abhinc ipsum Albertum Annales Reginos ad annum 1281. usque composuisse.*

Alteri parti Libri de temporibus etiam Albertus magnum embolium, quod multo a reliquis partibus huius libri discrepat, inseruit, videlicet Gesta obsidionis Damiatae[10],

1) *Hoc etiam iam supra p. 304. dixi.* 2) *P. 68—85, qui hos Annales in libro suo p. 153 sqq. edidit.* 3) *Cf. supra p. 338.* 4) *Sub anno 1154. solum adnotatum est (falso, ut videtur), quis potestas fuerit Regii. Sub anno 1156. quae leguntur ex notitia quadam separatim scripta, non ex Annalibus Reginis desumpta esse censeo.* 5) *Ut in commentatione mea p. 298 sqq. exposui.* 6) *De quo vide supra p. 337.* 7) *Vide commentationem meam p. 290 sqq.* 8) *Semel postea etiam, sub anno 1241. legitur:* ut in registro comunis continetur. *Sed ea quae praecedunt non modo Alberti ex tabula excerpta sunt, potius in Annalibus Reginis extitisse videntur. Albertus haec verba addidisse videtur, cum sciret tabulas de re dicta conscriptas in libro Grosso exstare. Nec vero penitus negare potes haec verba ab auctore Annalium scripta esse.* 9) *Cf. supra p. 337 sq.* 10) *Cap. CCXIX. CCXX.*

bellum Damiatinum annis 1218. *et* 1219. *gestum copiose, sed imprudentissime enarrans. Ut enim 'N. Archiv' XVI, p.* 304—310. *exposui, magnam partem huius embolii ex Iohannis Codagnelli Gestis obsidionis Damiatae, quem libellum in eius corpore historico iam in priore parte Libri de temporibus exscripto*[1] *invenit, desumpsit, tum vero alteram relationem eiusdem belli deperditam habuit, cuius particulas eodem inepto modo, quo narrationem de origine Langobardorum ex tribus libris conflaverat, nulla ratione habita ordinis serieive rerum nec continuationis orationis, cum locis Codagnelli confudit ac conturbavit. Relatio deperdita, quam Albertus habuit, non parvi pretii erat, cuius auctor relationem de bello Damiatino deperditam clerici cuiusdam Itali, qui cum Pelagio cardinali legato ad bellum Damiatinum venisse videtur, ad libellum suum componendum adhibuit. Atque eadem narratio a Iohanne de Tulbia et a Iohanne Codagnello et ab auctore libelli qui inscribitur* Liber duelli Christiani in obsidione Damiatae *adhibitus est, ut demonstravi l. l. p.* 299 *sqq. Cum igitur libellus Codagnelli de obsidione Damiatae integer nondum editus sit*[2], *eum a latere capitum CCXIX. CCXX. Alberti positum infra edidi, qui exstat in codice bibliothecae publicae Parisinae Lat. nr.* 4931, *membranaceo, formae fere quadratae, medio saeculo XIII. in Italia scripto, f.* 107c—115c [3].

Libellum Iohannis de Tulbia et Librum duelli Christiani, quibus carere non potest Codagnelli et Alberti relationibus usurus, post libros Alberti appendicis loco edidi, in quorum prolegomenis etiam de his duobus libellis plura videas. Hoc loco addo Albertum etiam epistolam Roberti patriarchae Hierosolymitani de cladibus Christianorum anno 1244. *in Terra Sancta acceptis in capite CCXLVII. descripsisse.*

Interim vero, dum Librum de temporibus componebat, Albertus familiaritatem cum fratre Salimbene conflaverat, ut iam supra p. 339. *diximus, eique plagulas Libri de temporibus conscriptas utendas dederat. Hic vero celerius scribens anno* 1284. *exeunte*[4] *iam res hoc anno gestas narraverat, de quibus cum sequentibus diebus plura addidisset, Cronicam suam nondum confectam vel partes eius Alberto describendas anno* 1285. *ineunte tradidit. Hic igitur nonnulla, quae Salimbene de rebus anno* 1281. *gestis et pleraque, quae hic de rebus annorum* 1282—1284. *narraverat, ex foliis* 420—438.[5] *Cronicae eius descripsit, quibus ipse suo more magistratus Reginos horum annorum paucaque alia gesta Regina minoris momenti addidit, ut V. Cl. A. Dove p.* 47—54. *optime demonstravit, cui adstipulor atque assentior, cum nemo hoc in dubium vocare posset. Sed cum hic Albertum Cronicam fratris Minoris demum ab anno* 1282, *a capite scilicet CCC, descripsisse censuerit, mihi persuasum est eum iam extrema capitis CCXCVIII. et posteriorem partem capitis CCXCIX*[6], *quibus de rebus anni* 1281.

1) *Cf. supra p.* 343 *sq. In codice Codagnelli ab Alberto lecto nec Librum tristitiae et doloris (Mediolanensem) nec Annales Placentinos extitisse apparet, cum Albertus ex neutro libro quidquam exscripserit. Quos libros si habuisset, procul dubio expilasset, qui de rebus saeculo XII. et saeculo XIII. ineunte gestis perpauca tradita habuerit et anxie studuerit, ut plura nancisceretur.* 2) *R. Röhricht, Quinti belli sacri scriptores ('Publications de la société de l'orient Latin. Série historique' II) p.* 73—115. *libellum Codagnelli cum eo Alberti confudit, lectione codicum Estensis et Parisini conturbata.* 3) *De quo vide locum supra p.* 343, *n.* 8. *allatum. Ex eodem edidi inter SS. R. G. Gesta Federici I. imp. in Lombardia et in expeditione sacra (*1892*), Ioh. Codagnelli Annales Placentinos (*1901*).* 4) *Hoc tempore, ut ipse ait, folium* 433. *Cronicae suae scripsit.* 5) *Folio* 443. *clauditur vigesimus sexternio Cronicae fratris Salimbene. Nescio an hic iam confectus fuerit, cum Salimbene eum Alberto traderet. Inter ea quae f.* 439—443. *leguntur Albertus nihil invenisset, quod transscribendum ipsi placuisset.* 6) *In hac pauca verba leguntur, quae in Cronica fratris Salimbene non inveniuntur, haec vero etiam eum a Salimbene accepisse, sive ab ore eius sive separatim ab illo scripta, apud me constat.*

agitur, ex Cronica fratris Salimbene desumpsisse. Nec dubito, quin ab hoc, non ab Alberto, Vitae Nicolai III.[1] *et Martini IV. pontificum, quas Albertus in margine foliorum* 77^{c}. 79^{c}. *ad capita CCXC. CCXCVIII. postea adscripsit, compositae sint. Neque ut credam relationem, quam in cap. CCCIV. de pugna navali Neapolitana anno* 1284. *commissa et de adventu Karoli regis Siciliae habet*[2], *ab ipso Alberto compositam esse, adduci possum. Haec omnia ut probem, commentatione mox edenda studebo, quod hoc loco exponere longum est.*

Iam dum in conscribendo Libro de temporibus occuparetur, Albertus studuit, ut eum excoleret, in maius reficeret, amplificaret[3]; *ad quod faciendum primo libros iam antea in hoc libro exscriptos adhibuit, videlicet Iohannis de Deo Cronicam cum continuatione ex Chronico Martini Oppaviensis descripta, Librum pontificalem, quorum locis eodem prorsus modo atque in ipso libro coniunctis gesta quorundam pontificum omissorum in margine supplevit, ut cap. XLV. Zosimi, cap. LIIII. Anastasii II, cap. LVIII. Felicis IV, cap. CCXLIIII. Coelestini IV; tum ex martyrologio supra p.* 345. *dicto multo plura in margine adscripsit quam antea in ipsum librum receperat; etiam Gotifredi Speculum regum et Iohannis Codagnelli corpus historicum, ex quo longum caput de Papirio Carli regis Francorum nepote in margine supplevit, et librum, quem cum Rationalibus divinorum officiorum convenire supra p.* 345. *diximus, iterum adhibuit. Tum vero additamenta inveniuntur ex libris hucusque dictis non exscripta, ut notae de monasterio S. Prosperi Regino, excerpta tabularum episcopatui Regino datarum, alia, quae separatim scripta Albertus a monacho S. Prosperi et a canonico ecclesiae maioris accepisse videtur. De Iohanne VIII. papa mira quaedam in margine adscripsit, quae ex Chronico Sigeberti profecta sunt, ubi eadem non de hoc Iohanne VIII. papa, sed de Iohanne X. et XI. pontificibus traduntur. Sane Albertus hunc librum non vidit, sed haec aliunde iam ita breviata et mutata, ut ipse praebet, descripsit, cum quaedam eorum etiam alibi simili modo breviata legantur, ut infra adnotavi. Librum Mirabilium Romae, ex quo Albertus locos longos in marginibus Libri de temporibus adscripsit, eum a fratre Salimbene accepisse conicio. Atque huius libri eandem habuit recensionem, quam supra p.* 268, *n.* 2. *auctorem Cronicarum Basileensium exscripsisse dixi, auctam quibusdam capitulis, quae in editionibus huius libelli desunt*[4]. *In hoc libello amplificato Albertum etiam ea, quae de reliquiis a Leone III. papa reconditis ad caput CXXIII. f.* 49^{v}. *adscripsit, invenisse conicio.*

Longe vero plurima additamenta Libri de temporibus ex Cronicis Sicardi Cremonensis et fratris Salimbene profecta sunt. Ex hac, cuius pars prior ad annum 1166. *usque periit, Albertum permulta in marginibus Libri de temporibus adscripsisse, cum anno* 1285. *ineunte*[5] *eam a fratre Salimbene accepisset, V. Cl. A. Dove ostendit atque demonstravit. Salimbene vero Sicardi Cronicam potissimum in ea, quam habemus, parte secutus est, ac plerumque non eam, quae supra edita est, sed alteram eius recensionem maiorem, quae periit, exscripsit. Sane inter haec additamenta paucissima inveniuntur,*

1) *Quam Vitam suppletam esse patet, postquam index capitum ad caput CCXCVI. usque scriptus est, cum haec in eo non commemorata sit.* 2) *Dove p.* 213 *sq.* 3) *Inter ea, quae post ab eo addita sunt, minime reputanda sunt, quae ex codice suo Speculi regum Gotifredi Viterbiensis in margine adnotavit, in margine cuius haec iam adscripta erant.* 4) *Quae ex eodem libello descripta pervenerunt ad Cencium, qui ea in Libro censuum descripsit. Cum igitur Albertus f.* 18. *ad cap. XXXV. locum huius libelli exscripserit, addens multa de reliquiis in basilica Lateranensi reconditis, quae in editionibus huius libelli non inveniuntur, haec in codice Mirabilium ab Alberto lecto iam addita fuisse apparet.* 5) *Dove p.* 53. *quidem dixit anno* 1284. *medio mense Septembri. De qua re alibi agam. Cf. supra p.* 347.

quae a Salimbene ipso in parte Cronicae deperdita locis ex Cronica Sicardi exscriptis addita esse videntur vel possunt. Duo tantum longiora ex hac excerpta esse mihi persuasum habeo: ea, quae f. 17c. ad cap. XXXII. de martyribus tempore Diocletiani et Maximiani et Maxentii imperatorum interfectis, quae f. 17d. ad cap. XXXIII. de inventione crucis addita sunt. Num vero ex Cronica fratris Salimbene desumpta sint quae f. 35b. ad cap. LXXIX. ex Iacobi de Varagine Legenda Aurea profecta ab Alberto addita sunt, dubito. Salimbene etiam in parte quae exstat Cronicae multos locos longos ex Iacobi Legenda exscripsit, in Libro de temporibus vero non nisi loci ex Cronica eiusdem excerpti inveniuntur. Ille vero locus et in hac et in cap. 153. legitur. Atque ex Cronica fratris Minoris brevia quaedam de sanctis, quae sermone aliquatenus Latino, non Miliolano, conscripta sunt, addita esse conicio.

Ut omnia fere quae scripsit Albertus haec additamenta nulla ratione ductus atque imprudenter excerpsit, saepissime enim ex Cronica fratris Salimbene exscripsit, quae hic ex ipsius Libro de temporibus emendato sermone transscripserat, quae in eodem vel vicino eius capite leguntur, ad quod Albertus haec adiecit. Ex aliis etiam libris multa addidit, quae iam in ipsum librum receperat.

Nondum vero Albertus satis habuit haec addidisse, plura ex Cronicis Sicardi et fratris Salimbene, cum has legisset, exscribere desiderabat. Ideo novum opus conscripsit, quod Cronicam imperatorum inscripsit. Hanc litteris simplicioribus, quibus librorum scribae uti solebant, scripsit, ut celerius laborem absolveret. Cronicas Sicardi et fratris Salimbene Albertum legisse dico. Collata enim parte, quae exstat, Cronicae fratris Salimbene cum Cronicae imperatoris capitulis CLIV — CLXXXIV. apparet Albertum plerumque quidem hanc exscripsisse[1], sed cap. CLX. CLXI. CLXIV. CLXVII — CLXIX. CLXXVIII. CLXXIX.[2] verba Sicardi habet, quae a Salimbene mutata sunt, unde evidentissime constat hunc Alberto etiam Cronicam Sicardi utendam tradidisse[3]. Ideo praesumendum quidem est Albertum in praecedentibus quoque capitibus plerumque Cronicam fratris Salimbene secutum esse, minime vero constat eum omnia, quae ex Cronica Sicardi profecta in additamentis Libri de temporibus et in Cronica imperatorum habet, ex libro fratris Minoris descripsisse. Hic, ut iam supra dixi, plerumque Sicardi Cronicae recensionem maiorem, quae periit, exscripsit[4], sed apud me constat eum etiam supra editam Cronicam eiusdem minorem habuisse. Cum commentatione mox edenda de Cronicae Sicardi recensione duplici ac de ratione, quae inter eam et libros Alberti fratrisque Salimbene intercedat, acturus sim, hoc loco paucis hanc quaestionem absolvo. Albertum Sicardi Cronicam quam habemus habuisse constat, num vero Salimbene etiam maiorem Sicardi recensionem ei dederit, quaestio est, quae dissolvi non potest, cum illa careamus. Equidem hoc affirmare vellem, cum fratrem Salimbene utramque recensionem eodem volumine coniunctam legisse coniciam. Sed apparet Albertum magnas partes a medio fere saeculo XI. ex maiore Cronica Sicardi profectas praebere, quarum longe plurimae in sola Cronica imperatorum, paucae in solis additamentis Libri de temporibus, pauciores et in his et in illa servatae sunt. A medio fere saeculo XI.[5] dico Cronicae maioris Sicardi fragmenta in his libris deprehendi, priorem enim partem Cronicae a Sicardo retractatam esse nullum invenitur indicium, immo omnes locos Sicardi, quos Albertus in

1) Cf. Dove p. 97 sqq. 2) Cap. CLXXXII. Albertus habet locum ex Continuatione codicum 2 Cronicae Sicardi exscriptum, qui in Cronica fratris Salimbene non legitur. 3) Idemque lectori evidentissime patebit, ubi adnotavi Albertum verba Sicardi et fratris Salimbene inepto suo modo coniunxisse, si respexerit, quae infra p. 350. de Historia ecclesiastica Eusebii-Rufini a Salimbene exscripta dixi. 4) Cf. supra p. 74—77. 5) Nempe locum capitis XCIX. Cronicae imp. ad a. 1052. (vere 1054) ex Cronica maiore Sicardi desumptum esse censeo.

additamentis Libri de temp. et in Cronica imperatorum praebet, ex ea quam habemus exscriptos esse patet. A quo vero tempore Cronica maior coepta sit, difficilis est quaestio, quae nec plane dissolvi potest. Haec pendet ex alia quaestione non minus difficili. Et in additamentis Libri de temp. et in Cronica imperatorum loci paucissimi ac breves inveniuntur, qui ex Chronico Veneto vulgo dicto Altinati[1] *profecti sunt et maxime cum codice eius signato* 1^{a} *conveniunt. Supra p.* 63. *vidimus in Cronica Sicardi (p.* 79*) locum ex eodem Chronico Veneto profectum inveniri, qui cum in solo codice* 1 *legatur, conieci Sicardum librum quendam Venetum, in quo illud Chronicon Venetum exscriptum fuerit, demum nactum esse, cum magnam partem Cronicae iam elaborasset, illum locum in margine codicis autographi sui adiecisse. Facile ergo adduceris, ut credas eum hunc librum etiam in Cronica maiore exscripsisse, ex ea illos, quos Albertus praebet, locos profectos esse. Quod si verum est — ac verisimillimum esse sane concedes — primus locus Cronicae maioris is est*[2]*, quo de Carolo Magno Venetias veniente relatum est. Reliqua, quae Albertus in Cronicae imperatorum cap. LXXXVII — CI. praebet ex Cronica nostra Sicardi non exscripta neque ex Libro de temporibus repetita num ex Cronica maiore Sicardi desumpta, an a Salimbene aliunde deprompta sint, in dubio relinquo. Quae vero Albertus cap. CII — CLIII. habet ex libris dictis non repetita, omnia fere ex Cronica Sicardi maiore descripta esse censeo. In quibus partibus Cronicae maioris Sicardus permulta ex Historia Hierosolymitana Fulcherii Carnotensis excerpta addidit*[3].

Modo de locis Libri de temporibus in Cronica imperatorum repetitis dixi. Non solum enim Albertus in hoc suo altero libro Sicardi et fratris Salimbene Cronicas exscripsit, sed in hunc etiam locos, paucos quidem, Libri de temporibus transposuit et ex libris ad illum conscribendum adhibitis iterum excerpsit. Deprehendis enim ibidem locos Iohannis de Deo, Libri pontificalis, Pauli Historiae Langobardorum, Iohannis Codagnelli Istoriae Longobardorum[4]*, Speculi regum Gotifredi Viterbiensis, Chronici ignoti*[5] *brevissimi, quod in cap. CXXV. CXXVII. Libri de temporibus exscriptum est, Annalium Reginorum. In cap. III. et IV. Cronicae imperatorum duos locos amplos libelli qui inscribitur Mirabilia Romae descripsit, quos iam f.* 11^{r}. 10^{b}. *ad Librum de temporibus adscripserat. Sed in Cronica imperatorum priori loco suo verba nonnulla Sicardi modo inepto, continuationem verborum conturbans ac laedens, inseruit. Alterum locum, quem ad Librum de temp. ex ipso libello Mirabilium Romae eum exscripsisse mihi persuasum habeo, in Cronica imperatorum ex Cronica fratris Salimbene eum descripsisse apud me constat*[6]*. Inde est quod supra p.* 348. *dixerim Albertum hunc libellum a Salimbene accepisse.*

Alios etiam locos amplos Albertum ex huius Cronica descripsisse facile advertitur, capita X — XIII. videlicet Cronicae imperatorum a Salimbene procul dubio ex Iacobi de Varagine Legenda Aurea[7] *et Eusebii-Rufini Historia ecclesiastica, quam Albertus non legit, exscripta, tum* legendam beatae Iuliae *in monasterio Leonensi dioceseos Brixiensis compositam, capiti LXXIV. insertam, quae hucusque, quod sciam, non edita est*[8]*. Atque nonnullos locos Sicardi auctos locis ex Historia ecclesiastica, ex Orosii Historiis, quas Albertus non legit, ex Petri Comestoris Historia scolastica, quam Salimbene mul-*

1) *Edito SS. XIV, p.* 1 *sqq.* 2) *Qui legitur f.* 50^{a}. *ad caput CXXIII. Libri de temp. adscriptus.* 3) *Inter quae leguntur paucissima ex Cronica Sigeberti Gemblacensis profecta, de quibus alio loco disseram. Cf. supra p.* 348. 4) *Cf. supra p.* 343. 5) *Vide Cron. imp. cap. LXXX.* 6) *Vide quae ad Cron. imp. cap. IV. adnotavi.* 7) *Cf. supra p.* 349. 8) *Albertus omnes degressiones amplas atque embolia, versibus sacrae scripturae farcta, quae Salimbene spiritu spirante ubi vult ductus, ut ipse ait, innumera scripsit, praetermisit, ut ea, quae Salimbene f.* 215^{b}—216^{a}. *sub anno* 1198. *de Ioachim abbate et de duobus ordinibus ab eo praenunciatis habet. Conieciendum est hunc fratrem talia etiam in parte Cronicae deperdita scripsisse, neque vero mirum, quod talium nihil apud Albertum inveniatur.*

toties in Cronicae parte quae exstat exscripsit, profectis ex eius Cronicae parte deperdita desumpta esse dubitari nequit. Ubicumque indicium inveni, unde patere videtur locum quendam ex Cronica fratris Salimbene descriptum esse, hoc adnotavi.

Caeterum Albertus studuit, ut locos Sicardi ad Librum de temporibus nondum adscriptos in Cronica imperatorum describeret, saepenumero omisit eadem et nonnusquam haec sola, quae iam supra adnotaverat. Nonnullos vero locos ibidem adscriptos in Cronica imperatorum repetivit.

Qua ratione Albertus adductus sit, ut Cronicam imperatorum Libro de temporibus subiungeret, luculenter V. Cl. A. Dove l. l. p. 85 *sqq. exposuit. In hoc quidem gesta pontificum Romanorum atque sanctorum, res ecclesiasticas, Vitam comitissae Mathildis ac maiorum eius, a medio fere saeculo XII. etiam gesta civium Reginorum retulerat, cum vero Cronicas Sicardi et fratris Salimbene legisset, perspexit se parum de rebus ab imperatoribus gestis tradidisse, alia etiam, quibus alliciebatur, ibidem invenit. Quibus adscribendis cum margines Libri de temporibus non sufficerent, novi libri conscribendi consilium cepit. Ipse multos pontifices Romanos in priore libro suo paetermiserat, cum vero Sicardum omnes pontifices breviter recensuisse animadvertisset, hunc imitatus plenam seriem eorum ex Cronicis huius et Iohannis de Deo restitutam in permultis capitibus Cronicae imperatorum gestis imperatorum addidit. Quo facto verbis* Si vis invenire *etc.*[1] *ad omnia fere capita additis lectorem ad Librum de temporibus relegavit.*

Idem V. Cl. A. Dove p. 105. *etiam exposuit, cur Albertus Cronicam imperatorum ad annum* 1213. *tantum produxerit. Ab hoc anno enim Salimbene potissimum illius Librum de temporibus secutus est. Post annum* 1212: Hic, *ait,* verba Sichardi episcopi deseruerunt[2], amodo incurrimus verba inculta et rudia et grossa et superflua, que etiam in multis locis gramaticam non observant, *Alberti Milioli scilicet verba nostri, iusto iudicio opus eius castigans; quod iudicium de se datum Albertus procul dubio legit. Cum igitur hic permulta ex parte sequente Cronicae fratris Salimbene ad Librum de temporibus adscripsisset, inter quae etiam multa ab ipso iam in Libro de temp. scripta*[3], *post hunc annum Cronicae imperatorum finem facere potuisset. Sed sub anno* 1213. *Salimbene ex Continuatione Cronicae Sicardi copiosam relationem de proelio Mediolanensium et Cremonensium descripserat, de quo cum Albertus antea nihil tradiderat, hanc etiam addidit, ad quam lectorem verbis Libri de temp. capiti CCXI. adnotatis relegavit. Quo facto apte Cronicae finem imposuit. Nescio, num recte V. Cl. A. Dove p.* 105. *coniecerit ideo eum a Ptolomaeo Dionysio hunc librum coepisse, quod ab eodem Salimbene initium Cronicae suae fecerit.*

Tamquam appendicem Cronicae imperatorum tria capita CLXXXV—CLXXXVII. addidit, quibus quae continentur procul dubio a Salimbene accepit, scilicet Sybillam Tiburtinam, *cui tabula Pseudoioachitica de solutione septem sigillorum et de temporibus septem persecutionum subiuncta est,* De XV signis terribilibus, Versus Merlini, *quos Salimbene f.* 359. *habet. Sequitur alter appendix capitum CCLXXXVIII. CCLXXXIX, quo catalogi abbatum monasterii S. Prosperi Regini et episcoporum Reginorum*[4] *continentur. Episcopis Albertus minoribus litteris adscripsit excerpta tabularum episcopatui Regino datarum aliaque*[5], *quae magna ex parte iam ad Librum de temporibus*

1) *Vide supra p.* 342. 2) *Hoc verbum in codice fratris Salimbene non satis certo legi potest.* 3) *Cf. supra p.* 349. 4) *Similes catalogos episcoporum Reginorum edidit Affarosi, 'Memorie istoriche del monastero di S. Prospero di Reggio' II, p.* 293 *sqq. Utrumque catalogum Alberti ac versus dictos Muratorius edidit post Memoriale potestatum Regiensium, SS. VIII, col.* 1177—1180. 5) *Cf. supra p.* 348.

adnotaverat[1]. *Catalogus episcoporum variis manibus ad annum* 1540. *usque continuatus est.*

Quomodo L. A. Muratorius Cronicam imperatorum ediderit, iam supra p. 67 *sq.* 74. 342. *diximus.*

Libro de temporibus post obitum Alberti Milioli a cive quodam Regino[2] — *cognato eius, ut conicio, qui illum librum haereditate acceperit* — *Annales Regini ab anno* 1285. *medio usque ad annum* 1290. *copiosi atque utiles subiuncti sunt, quos auctor eorum sua manu in foliis* 85^b^—87^d^. *ab Alberto vacuis relictis, erasis iis quae antea in columnae* 85^b^. *parte maiore exarata erant*[3], *scripsit.*

A. Dove p. 153—226. *Annales Reginos ex Libro de temporibus exsecatos, et eos, quos ignotus civis Reginus a.* 1154—1273. *conscripserat, et eos, quos Albertus Milioli ipse composuit a.* 1273—1281, *et ea, quae Albertus partibus ex Cronica fratris Salimbene exscriptis annorum* 1281—1285. *addidit, et continuationem ignoti civis Regini a.* 1285—1290, *edidit, multa vitia atque adulterata editionis Muratorianae emendans. Nemo mirabitur, quod quaedam emendanda reliquerit.*

Iam absolvimus quae de opere duplici Alberti Milioli monstruoso atque incondito dicenda erant, in quo eadem bis, ter, quater in columnis et in marginibus iisdem verbis aut alio modo relata legis. Mirus auctor ieiunus, aridissimus, simplicissimus, rudis, mirus socius fratris Salimbene concitatissimi, vividi, vegeti!

Librum de temporibus integrum edere non nostri fuit. Quid enim utilitatis afferret Librum pontificalem innumeris mendis vitiatum totum fere, Cronicam Iohannis de Deo miserrimam iterum exhibuisse? Ex priore parte libri igitur quaedam selegi, quibus lectores cognoscerent, qualis scriptor Albertus fuerit, quae subsidia habuerit, quomodo liber compositus sit. Omnia inde a capite CXXII. edidi. Indicis capitum, cuius folia prima difficillime leguntur, capitula quatuor prima exhibui exempli causa, partem a capite nonagesimo integram dedi. Quae vero in margine Libri de temporibus adscripta erant, omnia — *praeter pauca brevissima nullius momenti* — *et Cronicam imperatorum integram edidi, quibus lectis viri docti omnia habebunt, quae ad quaestiones criticas dissolvendas facere possunt.*

Quid agendum fuit in his partibus edendis, ab ipso auctore neglegentissimo sua manu scriptis, innumeris mendis hiatibusque incredibili modo vitiatis? Num oportuit, ut omnia vitia in textum reciperentur? At quomodo exprimi potuerunt verba signis breviata, e quibus nemo vera verba explicare posset? Quid faciet editor, cum nichū *pro* nichil *scriptum invenerit. Num* nichum *edet? Ne Albertus quidem alio loco hoc scripsit. Usui lectoris providere volui. Quae auctor errore, non prudens ac sciens, vitiavisse mihi videbatur, emendavi. Reliqua vitia in partibus ex libris quos habemus exscriptis fere omnia intacta reliqui, omissa non suppleri. Sed partes ex libris deperditis exscriptas vel ab ipso auctore compositas ut emendarem, studui, nolens insulsa, quae explicari nequeant, lectori exhibere ea, ex quibus restitutis atque emendatis addiscere poterit quae ad res gestas cognoscendas faciant.*

Berolini pridie Idus Augustas anni 1902.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Cf. supra p.* 342. 2) *Dove p.* 83. *auctorem huius partis clericum fuisse, fortasse in conventu Minorum Regino commoratum esse dixit. Quod sane ideo tantum statuit, quod Librum de temporibus a fratre Minore compositum esse non recte censuisset. Nihil, quod sit clerici, nihil rerum ecclesiasticarum in hac continuatione inveni.* 3) *Cf. supra p.* 340.

INCIPIUNT CAPITULA DE OMNIBUS ETATIBUS ET GESTIS, FACTIS ET ORDINATIS A TEMPORE CHRISTI CITRA USQUE IN HODIERNUM DIEM INFRA SCRIPTI LIBRI. f. 1a.

Ut istius libri sentencia conpendiosius a lectore quolibet et levius cognoscatur, ego scriptor libri per capitula plurima secundum istius sentenciam eundem distinxi, pertractans in unoquoque, de quibus operibus intellectus in singulis omnibus habeatur.

Primum capitulum[a] tractat de nativitate Christi et de Octaviano fidelissimo imperatore et de gestis suis, et quod Romani volebant, ut deus et dominus vocaretur per totum mundum, et quod[b] ara celi aperta est precibus Sibille Tyburtine in camera dicti Octaviani, ubi vidit virginem Mariam tenentem in brachiis filium suum, et vox de celo audita est: 'Hec est ara fili[c] Dei', et vidit agmina angelorum circa predictam virginem et filium; et eodem tempore natus est beatus Iohannes Baptista, et fons olei manavit Rome; et de Tyberio imperatore, filio predicti Octaviani; et de duobus phylosophis, qui venerunt ad predictum Tyberium, et de eorum sapientia. Eodem tempore Virgilius, Oratius et Ovidius poete[d] claruerunt; et Colonia Agrippa[e] rege condita fuit. Eodem tempore fuerunt Titus et Vespasianus et Gaius Gallicula, qui superavit Hebreos; et beatus Matheus scripsit euuangelium, et Gaius Gallicula collocavit ydola sua in templo Domini; et de victoria, quam habuit Octavianus [de Anto]nio[f].

Secundum capitulum tractat de beato Petro apostolo et de beato Paulo apostolo et de eorum gestis, et de Nerone imperatore, qui interfecit predictos apostolos et magistrum suum Senecam et aperuit viscera matris sue; et eodem tempore decolatus fuit beatus Iohannes Baptista, et Christus crucifigitur[g], et Lucas evangelium scripsit, et Lucanus claruit et Iosephus, et Iacobus apostolus a Iudeis lapidatur, et tres apostoli vivi fuerunt Rome: Petrus, Paulus et Iohannes, et tres evangeliste: Iohannes, Marcus et Lucas.

Tertium capitulum tractat de Lino papa primo, [natione[f] Ytalicus, et] de Galba imperatore et de Tito et Vespatiano, qui [obse]derunt[f] civitatem Ierusalem et destruxerunt, et de vindicta, [quam[f] fecerunt] de Iudeis propter mortem Iesu Christi, et de liberatione infirmitatis [cancri[f]] Titi, et de liberatione infirmitatis lepre Tyberii imperatoris per sudarium, quem[h] habebat Veronica, et de interfectione pontificum Iudeorum et de vendicione aliorum Iudeorum; et eodem tempore [fuit[f] Yventius] episcopus civitatis Papie et beatus Appolenaris Ravenne[i] [archiepiscopus[f]].

Quartum capitulum tractat de Cleto papa primo, [natione[f] Romanus, et de] imperatore Domiciano, quomodo destruxit omne [genus[f] regum Hebreorum], et precipue regis David omnino destructum [fuit[f]].

. . . .

. . . .

*LXXXX. Sergius papa I[us k]. LXXXX. Nonagesimum capitulum tractat de Sergio papa primo, natione[l] Syrus, imperante Constantino, post Iustiniano minore, filio Constantini. Hic statuit, ut tempore confractionis dominici corporis *Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, miserere nobis* a clero et populo decantaretur, et[m] aliis constitutionibus, que infra in ystoria sua plenius invenietur[c]. *f. 4c.

a) *capitum numeri in margine scripti primae columnae carta agglutinata tecti sunt.* b) quod (d superscr.) *c.* c) *sic c.* d) poete *Alberti manu superscr.* e) *Albert.*, a Grippa *ut legeretur, voluisse videtur.* f) *uncis inclusa detrita legi nequeunt.* g) crucifitur *c.* h) *sic* (q) *c.* i) rauen *c.* k) *numeri capitum et nomina paparum indicis ubique in margine scripti.* l) nat̄ *plerumque c.* m) *supple* de.

LXXXXI. Iohannes papa primus[a]. Nonagesimum primum capitulum tractat de Iohanne papa VI⁰, natione Grecus, imperante Tyberio. Iohannes liberavit captivos, qui capti erant a duce Longobardorum, et de Rathordo[a] duce Frixonum, qui se[b] desperavit, et de gestis, quas[a] fecerunt, in predicta ystoria infra scripta reperietur, et de frumento et aliis leguminibus in modum pluvie de celo cecidisse refertur.

XCII. Iohannes papa VII[us]. Nonagesimum secundum capitulum tractat de Iohanne papa VII⁰, natione Grecus, imperante Tyberio; et de gestis et factis, qui[c] eodem tempore fuerunt, in ystoria predicti pape plenius invenietur.

XCIII. Sinsinius papa I[us]. Nonagesimum III[m] capitulum tractat de Sinsinio papa primo, natione Syrus, imperante Iustiniano. Sinsinius statuit, ut feria V[a] misse celebrentur, et de aliis gestis, que fecit, in hystoria plenius invenietur.

XCIIII. Constantinus papa I[us]. Nonagesimum IIII[m] capitulum tractat de Constantino papa primo, natione Syrus, imperante Iustiniano. Constantinus, sub quo Iustinianus imperator omnia privilegia renovavit, et pedes eiusdem pape deosculatus est. Eodem tempore fuit beatus Leonardus, et Tybris[a] inundavit, et fames magna fuit, et postea fuit magna ubertas et fertilitas; et de aliis gestis, quos[a] predicti papa et imperator fecerunt, in hystoria predicti pape totum plenius ibi invenietur.

XCV. Gregorius papa II. Nonagesimum V[m] capitulum tractat de Gregorio papa secundo, natione Romanus, imperante Phylipo, post Anastasio, post Theodosio, post Leone. Gregorius Germanos convertit ad fidem, et statuit V[a] feria quadragesime[d] ieiunandum[e] et missas per totum ieiunium celebrandas; et de inundatione Tyberis et de eius[a] pestilentia, et de mortalitate Saracenorum in Yspania et de mortalitate Francorum et de aliis gestis, que eodem tempore fuerunt, plenius in ystoria predicti pape invenietur.

XCVI. Nonagesimum VI⁰[a] capitulum tractat[f] de proemio tractat ante ystoriam, per quam ostenditur, unde Theotonici venerunt ante adventum Christi, et de nobilitate Troiana in duas regiones est[a] divisa.

XCVII. Nonagesimum VII[m] capitulum tractat de Priamo iuniore et de Anteriore[g], qualiter a Troia destructa in Germaniam venerunt, et de eis principes et reges Theotonici sunt oriundi, et de edificatione civitatis Padue.

XCVIII. Nonagesimum VIII[m] capitulum tractat, quo tempore Sicambri, id est Troiani, invaserunt Germaniam, et tunc vocati sunt Germani.

XCVIIII. Nonagesimum VIIII[m] capitulum tractat, qualiter Germani et Romani facti sunt amici.

*f. 4d. C. Centesimum capitulum tractat, qualiter Germani delerunt[a] Alanos, *propter quod etiam vocati sunt Franci, id est feroces.

CI. Centesimum primum capitulum tractat de terminibus[a] vere Francie.

CII. Centesimum secundum capitulum tractat de Iulio Cesare primo imperatore et de columpna[h], ubi iacet Iulius Cesar, vulgo autem dicitur Agulia; et eodem tempore tres soles et tres lune apparuerunt, et boves locuti sunt ad aratorem. Et post Iulium Cesarem fuit imperator Octavianus, qui fuit tempore beate Marie virginis et Iesu Christi et beati Iohannis Baptiste, ut superius in principio libri dictum est.

CIII. Gregorius papa tercius. Centesimum tercium capitulum tractat de Gregorio papa tercio, natione Syrus, imperante Leone. Gregorius quedam addidit in secreta, scilicet: *Quorum sollempnitates hodie in conspectu tuo celebrantur, domine Deus;* et eodem tempore obsessa fuit civitas Constantinopolis a Saracenis, et magna fames fuit; et predictus papa missit[a] claves sancti Petri Karlo Martello; et de translatione corporis

a) *sic c.* b) se *delendum.* c) *sic* (q) *c.* d) $\overset{a}{XL}$ *c.* e) ieiunanda *c.* f) tractat *Alberti manu superscr., quod iterum infra.* g) *sic pro* Antenore *c.* h) *seq.* ⁊ d' (et de) ci *expunct.*

sancti Benedicti et sancte Scolastice, et de aliis gestis et factis, que fuerunt suo tempore et fecit, plenius in hystoria sua reperietur.

CIIII. Centesimum IIII^{m} capitulum narrat de gestis post mortem Cesaris actis[1].

CV. Centesimum V^{m} capitulum tractat de Cildinberto primo rege Francorum. In civitate Maguntia.

CVI. Centesimum VI^{m} capitulum tractat de Mirobeo rege Francorum.

CVII. Centesimum VII^{m} capitulum tractat de Lothario rege Francorum.

CVIII. Centesimum VIII^{m} capitulum tractat de Celperico rege Francorum.

CVIIII. Centesimum VIIII^{m} capitulum tractat de Glothario rege.

CX. Centesimum X^{m} capitulum tractat de Dagumberto[a] rege.

CXI. Centesimum XI^{m} capitulum tractat de Ildrico rege Francorum.

CXII. Centesimum XII^{m} capitulum tractat de antiqua consuetudine Francorum.

CXIII. Centesimum XIII^{m} capitulum tractat de Pipino Grosso duce Francorum, patre Karli Martelli.

CXIIII. Centesimum XIIII^{m} tractat de Pipino Nano[b] duce Francorum, filio Martelli, qualiter adeptus est regnum in civitate Maguntia, et de aliis gestis, que fuerunt eodem tempore, ut in hystoria sua continetur.

CXV. Centesimum XV^{m} capitulum tractat de regibus et imperatoribus, qua ratione constituti fuerunt in mundo[2].

CXVI. Çacharias papa primus. Centesimum XVI^{m} capitulum tractat de Çacharia papa primo, natione Grecus, imperante Leone, post Constantino cum Erine[c] matre sua; et eodem tempore Venerabilis Beda baptiçavit quendam imperatorem, et angelus ei oleum ministravit[3]; et de rege Lumprando[d] Lomgobardorum, et de turbatione Ytalie; de magno terremotu et terribile[e], quod[e] subvertebat civitates et urbes; et eodem tempore Tyrii Armeniam infestabant; et de miraculo, quem[f] fecit Venerabilis Beda; et de aliis gestis et factis, que suo tempore fuerunt, in hystoria infrascripta supradicti pape plenius invenietur et ibi dicetur.

CXVII. Stephanus papa primus[g]. Centesimum XVII^{m} capitulum tractat de Stephano papa secundo, natione Romanus, imperante Constantino et Leone eius filio; et de afflictione Astulfi regis, quam fecit ecclesie *Romane eodem tempore; et de Karulo[h], *f. 5a. quomodo liberavit ecclesiam Romanam a predicto Astulfo, et de morte ipsius Astulfi; et post Astulfum factus fuit rex Desiderius, qui multum afflixit ecclesiam Romanam; et de gestis et factis, que fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape plenius reperietur.

CXVIII. Paulus papa I^{us}. Centesimum XVIII^{m} capitulum tractat de Paulo papa primo, natione Romanus; fuit autem temporibus Constantini et Leonis; de gestis et factis tunc temporis in hystoria predicti pape plenius per seriem totum invenietur.

CXIX. Constantinus papa II^{us}. Centesimum XVIIII^{m} capitulum tractat de Constantino papa secundo, ex laicis, imperante Constantino; et suo tempore rex Pipinus obiit.

CXX. Stephanus papa III. Centesimum XX^{m} capitulum tractat de Stephano papa tercio, natione Syculus, imperante Constantino; et de invasione pontificis[i. 4] contra

a) *sic* (daguberto) *c.* b) Nano *manu Alberti superscr.* c) erine *c., ut videtur.* d) lūprando *c.* e) *sic c.* f) *sic* (q̄) *c.* g) *sic c. pro* II. h) *seq.* romā *expunct.* i) pōtificīs *corr.* pōtificis *c.*

1) *Capita CIIII — CXIIII. ad verbum descripta sunt e Speculo regum Gotifredi II, c.* 54 — 64, *v.* 1316 — 1453. 2) *Hoc caput exscriptum est e Speculo regum Gotifredi I, c.* 1. 2, *v.* 1 — 33. 3) *Ne lector curiosus hac mirabili historia careat, eam infra edidi.* 4) *Constantini scilicet.*

constitutionem ecclesie Romane et contra predictum Stephanum papam; et de gestis habitis et factis hisdem temporibus in hystoria infra scripta predicti pape plenius reperies

CXXI. Adrianus papa primus. Centesimum XXI^m capitulum tractat de Adriano papa primo, natione Romanus. Adrianus Karolum vocavit, ut Romam a Longobardis liberaret; qui veniens cum exercitu suo Papiam, et obsedit eam, quia in predicta civitate erat Desiderius rex, et cum eo uxorem eius Adegardam et filios eius obsessam; qui Desiderius destruebat ecclesiam Romanam; et predictus Karolus dimisit partem exercitus sui circa dictam civitatem et ivit Romam et honorifice a predicto papa receptus est, et postea reversus est ad predictam civitatem et Desiderium et uxorem et[a] filios eius cepit atque secum in Franciam Aquisgrani deduxit. Ibique Desiderius et uxor eius captivitate vitam finivit; et tunc in eius persona translatum est[b] de Grecis in Latinos; et de gestis, que fuerunt eodem tempore pape, in hystoria eius per ordinem totum reperies.

CXXII. Leo papa tercius. Centesimum XXII^m capitulum tractat de beato Leone papa tercio, natione Romanus; tunc Constantinus imperator excecatus, imperante deinde Karolo Romanis, deinde Michaele, postea Leone. Iste Leo dum processiones faceret et letanias, primicerius eius Campolus nomine et camerarius eius nomine Pascalis armata manu eum ceperunt et eum cecaverunt et linguam eius truncaverunt et sub arta custodia eum posuerunt, et eadem nocte visum et loquelam recepit; et inde venit Karolus et cepit eos et misit eos in exilium in Franciam, et coronatus est a predicto papa; et de ordinatione officii ecclesiastici; et de gestis et factis Turpini archiepiscopi[c]; et de aliis gestis eodem tempore in hystoria predicti pape reperies.

CXXIII. Stephanus papa quartus. Centesimum XXIII^m capitulum tractat de Stephano papa quarto, natione Romanus, imperante Lodoyco cum Lothario filio suo. Stephanus Lodoycum imperatorem unxit; tunc temporis corpus beati Marchi de Leuca in Veneciis translatum est; et eodem tempore Campolus et Pascalis, qui detinebantur in Francia in carceribus dicti Lodoyci, precibus Stephani pape reversi sunt. Et eodem tempore Theodulfus Aureliensis episcopus conposuit cantum quod[d] dicitur in processione ramis palmarum, scilicet *Gloria laus et honor tibi sit* et cet.; et de aliis gestis, que fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape invenietur.

*f. 5b. *CXXIIII. Pascalis papa I^us. Centesimum XXIIII^m capitulum tractat de Pascale papa primo, natione Romanus, imperante Lodoyco. Iste invenit corpora sanctorum Cecilie et Valeriani.

CXXV. Eugenius papa II^us. Centesimum XXV^m capitulum tractat de Eugenio papa secundo, natione Romanus, imperante Lodoyco. Constantinopolim[e] solus imperavit[1].

CXXVI. Valentinus papa I^us. Centesimum XXVI^m capitulum tractat de Valentino papa primo, natione Romanus, imperante Lodoyco.

CXXVII. Gregorius papa IIII^us. Centesimum XXVII^m capitulum tractat de Gregorio papa quarto, natione Romanus, imperante Lodoyco, post Lothario. Gregorius ecclesiam sancti Marchi fecit cathedralem. Constantinopolim[e] Helena sola imperavit. Mortuo Lodoyco Lotharius imperium tenuit, cui fratres eius, scilicet Karolus et[f] Lodoycus, bellum indicentes contra eum, ut in hystoria predicti pape plenius de gestis eorum, que fecerunt, invenietur.

CXXVIII. Sergius papa secundus. Centesimum XXVIII^m capitulum tractat de Sergio papa secundo, natione Romanus, imperante Lothario. Eodem tempore Ytalia a

a) ⁊ ⁊ et *bis scr.) c.* b) *supple* imperium. c) arc̄epi *c.* d) *sic* (q̄) *c.* e) constantinopol̄ *c.* f) et, ⁊ *(bis scr.) c.*

1) *Sic et in capite infra, ubi vide, quid supplendum sit.*

Saracenis vastata fuit, et Bononia funditus destructa fuit; et de gestis, que fuerunt tempore predicti pape et Lotharii, plenius in hystoria eius invenietur.

CXXVIIII. Leo papa IIII^{us}. Centesimum XXVIIII^{m} capitulum tractat de Leone papa quarto, natione Romanus, imperante Lothario cum Lodyco filio suo. Leo civitatem Leonicam edificavit; et de submersione Saracenorum et captione et aliis gestis, que fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape plenius dicetur.

CXXX. Benedictus papa III. Centesimum XXX^{m} capitulum tractat de Benedicto papa tercio, natione Romanus, imperante Lodoyco filio Lotharii; et eodem tempore in parochia Maguntina magna pestilentia fuit per demonem facta; et per idem tempus rex Bulgarorum cum gente sua ad fidem conversus est; et in Ytalia apud Brixiam tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo pluisse narratur; et de persecutione locustarum, qui[a] eodem tempore apparuerunt, qui[a] omnia destruebant; et de fame et mortalitate et de aliis gestis, qui[a] eodem tempore fuerunt, plenius in ystoria predicti pape reperietur. [Et[b] in predicto capitulo est positum de Iohanne[c] papa VIII. et de Carulo imperatore tercio[d], secundum quod donavit insulam Suçarie[e] episcopo Paulo Reg., et est positum in[f] margine].

CXXXI. Formosus papa I^{us}. Centesimum XXXI^{m} capitulum tractat de Formoso papa primo, natione Portuensis. Eodem tempore Franci perdiderunt imperium et tenuerunt eum CXX an.

CXXXII. Stephanus papa VII^{us}. Centesimum XXXII^{m} capitulum tractat de Stephano papa VII^{0}, et episcopus Campanie. Et eodem tempore venit comes Sigifredus de episcopatu Lucensium in episcopatu Regino cum tribus filiis, ut inferius in ystoria sua continetur et per ordinem dicetur.

CXXXIII. Iohannes papa X^{us}. Centesimum XXXIII^{m} capitulum tractat de Iohanne papa decimo, imperante Berengario, post Ugone. Eodem tempore Atto filius supradicti Sigifredi edificavit arcem Canusinam, ut inferius in hystoria sua continetur et invenietur.

CXXXIIII. Agapitus papa II^{us}. Centesimum XXXIIII^{m} capitulum tractat de Agapito papa secundo, imperante Lothario, post Berengario cum Alberto filio suo. Eodem tempore Saraceni ceperunt Capuam; et de gestis, qui[a] fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape invenietur.

CXXXV.[g] Centesimum XXXV^{m} capitulum tractat de Iohanne papa XII. [de[h] regione Via-l]ata. Iste papa totam vitam suam in adulterio et va[nitate[h] duxit; et de] malis gestis suis, que fecit, in ystoria sua invenietur.

*CXXXVI. Leo papa VIII. Centesimum XXXVI^{m} capitulum tractat de Leone *f. 5c.
papa VIII^{0}, natione Romanus; et de hoc, quod fecit et factum fuit eodem tempore, in hystoria predicti pape per ordinem reperies.

CXXXVII. Benedictus papa V^{us}. Centesimum XXXVII^{m} capitulum tractat de Benedicto papa V^{0}, natione Romanus. Benedictus captus et in carcere strangulatus fuit, imperante Ottone primo; et de hoc, quod fuit suo tempore predicti pape, in ipsa hystoria[i] eius per ordinem totum reperies.

CXXXVIII. Iohannes papa XIII^{us}. Centesimum XXXVIII^{m} capitulum tractat de Iohanne papa XIII^{0}, imperante Ottone primo, post Ottone secundo; et de gestis, que fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape per ordinem reperies.

CXXXIX. Benedictus papa I^{us}[k]. Centesimum XXXIX^{m} capitulum tractat de Benedicto papa VI^{0}. Domnus Suri primus fuit et strangulatus est. Benedictus a papatu

a) *sic* (q) *c.* b) *uncis inclusa manu Alberti in marg. suppl., rubris lineis cincta.* c) hanne *abscisum.* d) tercio *abscisum esse videtur.* e) ie *abscis.* f) in *abscis.* g) *numerus capituli et nomen papae agglutinata scidula membranacea tecti.* h) *uncis inclusa agglutinata scidula membranacea tecta sunt.* i) hyst. *in sequente linea ab Alberto suppl.* k) *sic c. pro* VI.

eiectus, et Silvester restitutus, sed hic[a] eiecto Benedictus substituitur; quo cito eiecto Gregorius substituitur, quem imperator deposuit; et de gestis, que fuerunt tempore predicti pape, in hystoria ipsius invenies.

CXL. Bonifacius papa VII^us^. Centesimum XL^m^ capitulum tractat de Bonifacio papa VII⁰, natione Romanus, imperante Ottone; de gestis suis in hystoria reperies.

CXLI. Benedictus papa VII^us^. Centesimum XLI^m^ capitulum tractat de Benedicto papa VII⁰, natione Romanus, imperante Ottone secundo; et de pace, quam dictus Otto cum Ytalicis fecit et postea eam eis fregit, et interfecit et decolari eos fecit, in ystoria predicti pape invenietis.

CXLII. Iohannes papa XIIII^us^. Centesimum XLII^m^ capitulum tractat de Iohanne papa XIIII⁰, Papie[1], quem Bonifacius Ferucii filius reversus a Constantinopolim[a], ubi fugerat, conprehendit ac deposuit, in custodia misit, et in infirmitate positus dictus Iohannes repentina morte interiit; qui ipse Bonifacius post mortem eius in papatu sedit et repentina morte interiit; et in tantum post mortem eius sui[b] odio eum habuerunt; de hoc, quod de eo fecerunt, in hystoria invenietis, et de Ottone imperatore tercio, quomodo interfecit comittem fraudulenter[c] ad suggestionem uxoris sue et de vindicta uxoris sue et redemptione persone sue.

CXLIII. Gregorius papa V^us^. Centesimum XLIII^m^ capitulum tractat de Gregorio papa V⁰, natione Saxonum, imperante Ottone tercio; et de gestis, que fuerunt suo tempore, in hystoria predicti pape per ordinem invenies[d].

CXLIIII. Silvester papa secundus. Centesimum XLIIII^m^ capitulum tractat de Silvestro papa secundo, natione Aquitaniorum, imperante Ottone, post Henrico. Eodem tempore fuit beatus Henricus dux Baverie, sumpsit imperium et dedit sororem suam nomine Galam Redenga[e] in uxorem dedit[f] Stephano regi Ungarie adhuc gentili[g] et ad fidem Christi eum convertit cum tota gente sua; et de gestis et miraculis, que fecerunt, in hystoria predicti pape plenius[h] reperies.

CXLV. Benedictus papa VIII^us^. Centesimum XLV^m^ capitulum tractat de Benedicto papa VIII⁰, natione Tusculanus, imperante Henrico primo, post Henrico secundo. Huius tempore visa est in celis trabes ignea mire magnitudinis super solem iam ad occasum vergentem currere et ad terram cadere; et de gestis habitis et factis eodem
*f.5d. tempore, *de comitte Lupuldo et Henrico eius filio, omnia per ordinem in hystoria predicti[i] pape reperies.

CXLVI. Benedictus papa IX^us^. Centesimum XLVI^m^ capitulum tractat de Benedicto papa VIIII⁰, natione Tusculanus, imperante Corado. Et eodem tempore fuit dux et marchio Tedaldus: in ystoria infra scripta comittisse Matildis invenies.

CXLVII. Gregorius papa V^us^ [2]. Centesimum XLVII^m^ capitulum tractat de Gregorio papa V⁰ [2], natione Romanus, imperante Henrico tercio. Eodem tempore dux et marchio Bonifacius duxit in uxorem matrem comittisse Matildis, ut in hystoria infra scripta predicte comittisse Matildis plenius invenies.

CXLVIII. Clemens papa II. Centesimum XLVIII^m^ capitulum tractat de Clemente papa secundo, natione Teotonicus, imperante Henrico; et mortuus est, et permansit vacuum regnum[k] XXVI ann.

CXLIX. Leo papa IX^us^. Centesimum XLVIIII^m^ capitulum tractat de Leone papa VIIII⁰; et fuit bellum Romanorum et Leonis pape; et his temporibus[1] Henricus tercius;

a) *sic c.* b) *hoc loco perperam punctum positum in c.* c) fraudulet̃ *c.* d) *hoc loco signum :' positum est, sed non invenitur quod ad hoc spectet.* e) *sic* (redega) *etiam in capite infra.* f) *sic iterum c.* g) genti *c.* h) plenies *c.* i) predicti *bis scr.* k) reğ c. l) *supple* imperavit.

1) *Sic etiam infra in capite.* 2) *Lege* VI *ut infra in capite.*

et cum ad sedem apostolicam capescendam[a] tenderet[1], audivit voces angelorum canentium. Et eodem tempore mortuus est dux et marchio Bonifacius, pater comittise[a] Matildis; et de gestis, que fuerunt eodem tempore, in hystoria predicti pape invenietur.

CL. Stephanus papa IX^us^. Centesimum quinquagesimum capitulum tractat de Stephano papa IX^0^, natione Lotheringus, imperante Henrico; et mortuus est; et eodem tempore imperavit Henricus quartus; et eodem tempore floruit Lanfranchus prior monasterii Bertensis[b]; et sub hoc tempore Ierusalem a Saracenis et[2] a Christianis recuperata fuit; et de reliquiis beati Nicolai translata[c] fuerunt; et de quadam ystoria nova beati Nicholai, et de quodam miraculo predicti sancti Nicholai; et de aliis gestis et factis, qui[a] eodem tempore fuerunt, in hystoria pape per ordinem reperietis.

CLI. Alexander papa secundus. Centesimum LI^m^ capitulum tractat de Alexandro papa secundo, natione Mediolanensis, antipapa Cadalo Parmensi. Alexander secundus cum tercio Henrico magnam discordiam habuit, et predictus Henricus elegit Cadalum in papam contra predictum papam Alexandrum et ecclesiam Romanam; et de hoc, quod[d] fecit predictus papa et predictus Henricus, et de hoc, quod fecerunt eodem tempore, totum in hystoria predicti pape totum[e] integre invenies.

CLII. Gregorius papa VII. Centesimum LII^m^ capitulum tractat de Gregorio papa VII^0^, imperante supradicto Henrico. Gregorius VII.[f] a Romanis et in eadem die restitutus[3], et similiter habuit maximam discordiam habuit[e] cum supradicto Henrico. Et predictus et[g] venit et stetit in arce cum domina comittissa Matilde[h]; et eodem tempore Robertus Guiscardus intravit Romam; et fuit fames magna per totum mundum; et sol eclipsim passus est, et terra mota est; et de gestis, que fuerunt hiisdem temporibus, in hystoria dicti pape invenies.

CLIII. Urbanus papa secundus. Centesimum LIII^m^ capitulum tractat de Urbano papa secundo, imperante predicto Henrico tercio; et predictus papa magnam discordiam[i] cum predicto Henrico et cum Giberto. Et eodem tempore castrum Sancti Angeli captum est; et terra mota est, et stelle vise sunt de celo cadere; et de gestis factis eodem tempore in ystoria predicti pape plenius reperies.

*CLIIII. Pascasius papa secundus. Centesimum LIIII^m^ capitulum tractat de *f. 6a.
Pascasio papa secundo, imperante Henrico. Pascasius tantum[k] expulsus fuit, et tres pape facti fuerunt et ab eo confusi et prostrati sunt, et eum[k] imperator tenuit papam[l] predictum in vinculis; et de gestis, que fecerunt predictus papa cum predicto Henrico, in hystoria predicti pape et comittisse Matildis per ordinem invenies. Et eodem tempore predicti pape fuit sanctus Bernardus abbas Cistercium[m]; et factum fuit fundamentum turris Sancti Prosperi per abbatem Iohannem.

CLV. Gelasius papa secundus. Centesimum LV^m^ capitulum tractat de Gelasio papa secundo, imperante Henrico. Et eodem anno obiit Bonus-senior episcopus Reginus.

CLVI. Centesimum LVI^m^ capitulum tractat de gestis comittisse Matildis, suorum antecessorum et ipsorum nationibus[n]. Hystoria omnium nobilium et antecessorum[o], de quorum prosapia fuit comitissa Matildis, quibus temporibus regnaverunt, et de eorum

a) *sic c.* b) *sic et infra in capite: lege* Beccensis. c) *sic c.: lege* que translate. d) qd' *superscr.* e) *sic iterum c.* f) *supple* captus fuit. g) *lege* papa, *deleto* et. h) maltid' *c.* i) *supple* habuit. k) *sic et in capite infra.* l) pp (papa) *c.* m) *sic* (cistercium) *c. ut infra in cap.* n) natōibȝ (natoribus) *c.* o) anteces| ssorum *c.*

1) *Scilicet Leo papa.* 2) *Corrupit quae infra in capite recte scripta sunt.* 3) et — restitutus *legitur tantum priore loco cap.* 152. *Libri de temp., non altero loco ex continuatione catalogi pontificum exscripto.*

gestis laudabilibus, que fecerunt temporibus suis, et de eorum actis, que viriliter ipsa comittissa peregit, dum pro fide catholica contra perfidos tyrannos et imperatores molestantes Romanam ecclesiam triumphabiliter propugnavit[1]. Qualiter Sigifredus comes venit de comitatu Lucensi.

CLVII. Centesimum LVII^{m} capitulum tractat de comitte Attone et comittissa Ildegarda, eius uxore, et filiorum suorum.

CLVIII. Centesimum LVIII^{m} capitulum tractat de rege Berengario, de eius gestis, que fecit et habuit.

CLIX. Centesimum LVIIII^{m} capitulum tractat de duce et marchione Tedaldo et filiis et eorum gestis.

CLX. Centesimum LX^{m} capitulum tractat, quot marchiones sunt sepulti in arce Canusina.

CLXI. Centesimum LXI^{m} capitulum tractat de duce et marchione Bonifatio et de uxore et filia et eorum gestis.

CLXII. Centesimum LXII^{m} capitulum tractat de victoriis et gestis marchionis et[a] ducis Bonifacii, quos[b] fecit suo tempore.

CLXIII. Centesimum LXIII^{m} capitulum tractat de aceto et aliis donis, quos[b] misit marchio Bonifacius imperatori Henrico.

CLXIIII. Centesimum LXIIII^{m} capitulum tractat, quod predictus rex Henricus fraudulenter volebat capere et detinere predictum marchionem Bonifacium.

CLXV. Centesimum LXV^{m} capitulum tractat de victoriis et gestis comittisse Matildis, filie supra dicti marchionis Bonifacii, quas[b] fecit contra perfidos tyrannos et rebelles, et defendricis[c] ecclesie Romane et fidei catholice, et de bonis, que fecit toto tempore vite sue, et de morte ipsius domine.

CLXVI. Calistus papa secundus. Centesimum LXVI^{m} capitulum tractat de Calisto papa secundo, imperante Henrico; et de hoc quod fecit in ystoria sua reperies; et de pace facta inter Reginos et imperatorem Henricum sextum.

*f. 6b. *CLXVII. Honorius papa secundus. Centesimum LXVII^{m} capitulum tractat de Honorio papa secundo, imperante Henrico, post Lothario, et de inundatione fluminis Tyberis, ut in hystoria predicti pape continetur.

CLXVIII. Innocentius papa secundus. Centesimum LXVIII^{m} capitulum tractat de Innocentio papa secundo, imperante Lothario, post Corado, antipapa Petro Petri-Leonis. Et eodem tempore fuit Ugo de Sancto Victore; et de gestis, que fecit dictus papa cum dicto imperatore, et aliis gestis, que fuerunt eodem tempore, omnia per ordinem in hystoria predicti pape invenies. Et eodem tempore fuit Adhelberius[d] episcopus Reginus.

CLXVIIII. Celestinus papa secundus. Centesimum LXVIIII^{m} capitulum tractat de Celestino papa secundo, natione Tuscus, imperante Corado. Celestinus manu armata Capitolium ascendit.

CLXX. Eugenius papa tercius. Centesimum LXX. capitulum tractat de Eugenio papa tercio, natione Tuscus, imperante Corado; et de eo, quod fecit et suo tempore fuit, in hystoria sua plenius reperies.

a) Bonif. et ducis *corr.* et ducis Bonif. *c.* b) *sic c.* c) *sic et infra in cap.* d) Adheberius *in capite.*

1) *Haec omnia non hoc capite continentur, sed c.* 156—165, *quibus Albertus Donizonis librum exscripsit.*

MEMORIALE OMNIUM POTESTATUM, CONSULUM ET RECTORUM CIVITATIS REGINE ET EORUM, QUE SUIS TEMPORIBUS CONTIGERUNT ET QUE FECERUNT, ET QUO ROMANO DOMINANTE PONTIFICE QUILIBET PREDICTORUM TENUIT POTESTATEM[a].

CLXXI. Anastasius papa quartus. Centesimum LXXI^{m} capitulum tractat de Anastasio papa quarto, imperante Frederico primo. Iste Fredericus primus destruxit Mediolanum anno primo[1]. Eo tempore[b] predicti Anastasii floruit magister Petrus Lombardus episcopus Parisiensis, qui libros Sententiarum, glosas Psalterii et epistolarum Pauli utiliter conpulavit[c]. Eo tempore tres lune in celo vise sunt et in[d] medio signum crucis habentes, nec multo[e] visi sunt tres soles.

CLXXII. Domnus Piçus de Manfredis potestas[f] Regii. Eodem tempore fuit sub eodem millesimo.

CLXXIII. Adrianus papa quartus. Centesimum LXXIII^{m} capitulum tractat de Adriano papa quarto, imperante predicto Frederico et ab eo coronato; et eo anno destruxit Terdonam et Spolitum.

CLXXIIII. Archidiaconus Achilex de Taculis Reginus archidiaconus fuit, qui fecit fieri ecclesiam sancti Iacobi Zebedei de Regio, ut in hystoria ipsius archidiaconi infra scripta invenietis.

CLXXV. Alexander papa tercius. Centesimum LXXV^{m} capitulum tractat de Alexandro papa tercio, natione Tuscus, imperante Frederico primo, antipapa Octaviano, post Guidone de Crema, post Iohanne de Struma; et foverunt scisma XVIII an.; et fundata fuit civitas Alexandrie a predicto papa. Eo tempore fuit sanctus Ymenus et sanctus Libaldus confessores. Hoc tempore celebratum est concilium Lateranense; et de eo, quod fecit et ordinavit suo tempore, in hystoria sua infra scripta plenius invenies.

CLXXVI. De destructione Mediolani, et fossa et muros Bononie[g].

CLXXVII. De rehedificatione civitatis Mediolani et edificatione civitatis Alexandrie.

CLXXVIII. De destructione Creme et de interfectione, quam fecerunt Theotonici de Romanis, et de morte imperatoris Frederici.

*CLXXIX. De domno Gerardo de Carpinete et aliis infra scriptis, qui iuraverunt *f. 6c. esse cives comunis Regii, et de episcopo Albrico[h] Reg. et consulibus civitatis Regii.

CLXXX. De morte sancti Thome archiepiscopi et martyris tempore predicti pape Alexandri.

CLXXXI. De militibus Lombardie, qui equitaverunt in servicio imperatoris Frederici primi.

CLXXXII. De bello inter Lombardos et imperatorem Fredericum et de mignoco.

CLXXXIII. De pestilentia famis super omnem terram.

CLXXXIIII. De celebratione concilii pape Alexandri.

CLXXXV. Lucius papa tercius. Centesimum LXXXV^{m} capitulum tractat de Lucius[i] papa tercio, imperante Frederico, et obiit predictus papa Verone. Eodem tempore Iohannes antipapa.

CLXXXVI. De pace facta inter Lombardos et imperatorem Fredericum et de victoria, quam habuerunt Regini de Moroelo.

CLXXXVII. De obsidione Faentie a Bertoldo et rehedificatione Creme, et alia que facta fuerunt, et imperator Fredericus intravit Bononiam.

CLXXXVIII. De introitu regis Henrici in Longobardiam.

a) *sic c. h. l. et infra in cap.* b) tp̄a *c.* c) *sic* (ꝯpulavit) *h. l. c.;* copulavit *infra in cap.* d) im *c.* e) *supple* post. f) pot *plerumque.* g) *scil.* destruxit Fredericus imperator. h) *sic pro* Albricone *c.* i) *sic c.*

1) anno primo *ad praecedentia verba tracta sunt in capite.*

CLXXXIX. Urbanus papa tercius. Centesimum LXXXIX. capitulum tractat de Urbano papa tercio, natione Mediolanensis, et obiit in civitate Ferarie; et de captione et interfectione Christianorum et de captione sepulchri; et obiit Albriconus episcopus.

CLXXXX. Gregorius papa VIII. Centesimum LXXXX. capitulum tractat de Gregorio papa VIII, natione Beneventanus, et obiit Pisis.

CLXXXXI. De promisione[a], quam fecit domnus Iacobus de Mandra comuni Regii, et de scola tenenda; et milites de Moçatella iuraverunt precepta potestatis et esse cives civitatis Regii.

CXCII. De promissione, quam fecit domnus Atto de Dallo cum aliis de Dallo comunis[b] Reg.

CXCIII. De incoronatione imperatoris Henrici a papa Celestino.

CXCIIII. Celestinus papa tercius. Centesimum LXXXXIIII^{m} capitulum tractat de Celestino papa tercio, natione Romanus, et Tusculanam civitatem ab imperatore recepit et Romanis dedit, qui eam destruxerunt et multos excecaverunt; sub quo rex Anglie et Francie iverunt ultra mare et partem Terre Sancte liberaverunt, et liberassent totam, si pax fuisset inter eos; et tunc temporis fuit abbas Iohachim, qui spiritum prophetandi habuit, qui librum de trinitate conposuit. Et eodem tempore predicti imperatoris Henrici tante pluvie cum tonitruis et fulminibus et tempestatibus fuerunt; et Constantinopolim[c] capta fuit; et de gestis et factis, que fuerunt tempore predicti pape et predicti imperatoris, totum in hystoria predicti pape infrascripta per ordinem reperies.

CXCV. De obitu imperatoris Henrici et de electione Phylipi fratris dicti Henrici et de discordia, quam habuit cum Ottone rege; et tunc temporis domnus Baylardinus de Carceris de Verona potestas Reg.; sub quo potestate domini de Quarantulis et illi de *f. 6d. Paderno et de Gipso Crustunei *et de Paule et de Palude et de Leçulo et de Serçano et de Miliaria et de Laguia et de Filina et de Campigiola iuraverunt precepta dicti potestatis et comunis Reg. et dederunt omnes supradictas terras comuni Reg.

CXCVI. Innocentius papa tercius. Centesimum LXXXXVI^{m} capitulum tractat de Innocentio papa tercio, qui incoronavit Ottonem filium ducis Saxonie et eum consecravit et propter eius maliciam eum deposuit; et electus fuit Fredericus Henrici filius. Et eodem tempore ordines Predicatorum et Minorum orti sunt; et de conbustione hereticorum, quam fieri fecit[d] Francie in terra Albigensium. Et eodem tempore fuit sancta Helysabet, filia regis Ungarie et uxor lantegravii, que XVIII mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit; et predictus papa suo tempore bona multa fecit et ordinavit pro fide catholica et ecclesia Romana; et de gestis, que suo tempore fuerunt et fecit, omnia per ordinem in hystoria sua infra scripta plenius per ordinem invenies et reperies.

CXCVII. De discordia Maçaperlie inter milites et pedites civitatis Regii.

CXCVIII. De eadem discordia inter milites et pedites dicte civitatis Regii.

CXCVIIII. De victoria, quam habuerunt Regini de Mutinensibus.

CC. De obsidione Mutinensium, quam fecerunt cum Mutinensibus[e] et Ferariensibus et cum Veronensibus apud castrum Herberie. Et eodem tempore et anno concessa fuit aqua fluminis Situle venire Regium.

CCI. De domino[f] Ysaco de Dovaria potestate Regii.

CCII. De captione Constantinopolim[a] et de coltis et factionibus, quos[a] solvebant et faciebant illi de Gonçaga et de Pigognaga comuni Regii; et de magna copia panis et vini; et de mortalitate bovum et porcorum; et pascha fuit in sancto Marcho; et quod illi de Bondeno de Roncoribus et consules et homines Bondeni Arduini faciebant omnes dationes, coltas et factiones comuni Regii.

a) *sic h. l. et in capite infra c.* b) *lege* comuni. c) *sic c.* d) *supple* rex. e) Mutin. et *delendum.* f) *sic h. l.; plerumque* dn̄s, dn̄i, dn̄o *etc., ubi* domnus *etc. scripsi, ut saepe perscriptum est.*

CCIII. De consulibus civitatis Reg. et de castro Carlaxarii capto.

CCIIII. Dominus Guido Lupus potestas Regii.

CCV. De consulibus civitatis Reg. Aço marchio fuit expulsus[a] de Verona.

CCVI. De consulibus civitatis Reg. et de obsidione Suçarie a Reginis.

CCVII. Quod imperator Otto coronatus fuit ab Innocentio papa; et eo anno capta fuit Feraria a Saginguerra[b].

CCVIII. De consulibus civitatis Reg. et de celebratione prime[c] misse in ecclesia sancti Benedicti; et eo anno obiit Petrus Reginus episcopus de Albriconibus.

CCVIIII. Quod fera sancti Mauricii[d] fuit ad pontem Platum; et domnus Nicolaus de Maltraversis factus fuit episcopus Reginus; et Boschum et Sparatam et Curtem Mantuanam emptum fuit pro comuni.

CCX. De consulibus civitatis Reg. et de exercitu ad montem Sambuganum.

CCXI. De consulibus civitatis Reg., et Mediolanenses amiserunt carocium.

CCXII. De exercitu, quam[e] fecerunt Regini[f] in servicio Cremone et Parme.

CCXIII. De celebratione concilii Innocentii pape tercii, et de discordia condempnationum inter potestatem et illos de Sesso, et de morte predicti pape Innocentii, et de edificatione hospitalis sancti Barnabei[g].

*CCXIIII. Honorius papa tercius. Ducentesimum XIIII[m][h] capitulum tractat de Honorio papa tercio, natione Romanus, imperante Frederico secundo rege Cicilie et Apulie et Ierusalem. Honorius fecit concilium et ordinavit postea, quod lumen semper precedat eucharistiam, et quod sacerdos eum[g] portat ante pectus ad infirmum, et incoronavit predictum Fredericum; et de gestis, factis et ordinatis per eum omnia per ordinem in hystoria predicti pape invenies. *f. 7a.

CCXV. De exercitu mittendo in servicio Bononiensium, et de congelatione Padi, et de regina uxore domni Frederici imperatoris, et de magna ubertate bladi et congelatione vinearum; et quod Padus ita fortiter gelavit, quod milites bagordabant super glacies dicti Padi, et homines transibant dictum Padum cum caris et traçis; et dictum gelum[g] duravit per duos menses; et eo[g] hyeme maxima nix fuit et maxima copia panis et vini.

CCXVI. Quod infirmi Sancti Lazari, qui stabant prope burgum Sancti Petri extra civitatem iusta[g] braidam domni episcopi, iverunt ad habitandum ad pontem Platum, et de fera, que facta fuit in dicta braida domni episcopi.

CCXVII. De exercitu, quem miserunt Regini in servicio Cremonensium apud terram Çibelli, et iurata fuit societas inter Reginos et Parmenses, et magnum prelium ibi fuit, et multi mortui et capti fuerunt.

CCXVIII. De obsidione et captione Damiate per Christianos et de tribulationibus et angustiis, quos[g] ibi dicti Christiani habuerunt et substinuerunt.

CCXIX. Prologus super facto civitatis Damiate.

CCXX. Gesta obsidionis civitatis Damiate.

CCXXI. De obsidione castri de Gonçaga; et eodem tempore facta fuit taleata de flumine Paudi, et captum fuit castrum Bondeni, et capti fuerunt Mantuani et disconfiti ab hominibus de Campagnola et de Bedullo et de Fabricis.

CCXXII. De domno Gotescaldo de Bononia potestate Regii.

CCXXIII. De destructione fovearum[i] civitatis Imole a Bononiensibus et Faventinis.

CCXXIIII. De terremoto[k] magno, quod[g] fuit in nativitate domini nostri Iesu Christi tempore[l] domni Nicholai Regini episcopi.

a) expulus *c.* b) *sic c.* c) ṗe *c.* d) *supple* incepta. e) *sic* (q̈) *h. l. et infra in capite.* f) reg̃ *c.* g) *sic h. l. et infra in cap.* h) XXIIII[m] *c.* i) civ. fov. *corr.* fov. civ. *c.* k) *sic infra in cap.;* terremo *c.* l) tepore *c.*

CCXXV. De obsidione strate a Mantuanis in paludibus, et fecerunt çeparias acensas ad conburendum pontem dicte strate et naves, que erant et substinebant dictum pontem in ranfreda; et mortuus fuit domnus Iacobus de Palude.

CCXXVI. De treuga facta inter Reginos et Mantuanos.

CCXXVII. De consulibus civitatis Regii et de conbustione scrineorum, qui[a] erant super palatium comunis Regii, cum scripturis, que intus erant, et de clavica facienda porte Castelli, et de transitu sancti Francischi ordinis fratrum Minorum.

CCXXVIII. De caristia[b] frumenti, spelte, melice et caro[c] porcina[c].

CCXXIX. G r e g o r i u s p a p a n o n u s. Ducentesimum XXVIIII[m] capitulum tractat de Gregorio papa nono, natione Campanus de civitate Annanie, imperante Frederico. Iste Gregorius suo tempore multa bona fecit et ordinavit; et iste Fredericus multum pugnavit et[d] contra ecclesiam Romanam; et de hoc, quod fecerunt predictus papa cum
*f. 7b. predicto *imperatore, in hystoria predicti pape plenius per ordinem reperies.

CCXXX. De obsidione castri Baçani, quia Bononienses ibi fuerunt cum carocio; et Mutinenses, Parmenses et Cremonenses conburerunt[c] et destruxerunt episcopatum Bononiensem[e], et ab eis captum fuit castrum Plumacium; et edificata fuit religio sancte Trinitatis de Campagnola; et venit magna nix in festivitate sancti Christofori in Ianuario; et canoniçatus fuit sanctus Franciscus ordinis fratrum Minorum.

CCXXXI. Quod incepta primo fuit civitas Regii murari, et factum[c] fuit pontem[c] Bernonis, et captum fuit castrum Sancti Çesarii a Bononiensibus.

CCXXXII. Quod facta fuit porta Sancti Nazarii cum barbacanis et muro civitatis; et corpus beati Francischi dedicatum et translatum fuit.

CCXXXIII. Quod facta fuit pusterla de Sancto Cosme[c], et de muro civitatis.

CCXXXIIII. De inceptione sturmi inter Rugherios et Malagucios et de disconficta marchionis Cavalcabovis.

CCXXXV. De inceptione ecclesie et locus[c] Iesu Christi et fratrum Predicatorum, et incepta primo fuit moneta fieri Reg.

CCXXXVI. De nivibus et glacibus[c] et de congelatione vinearum, et volucres et bestie silvestres mortue fuerunt; et de lupis, qui intraverunt civitatem et capti et mortui et suspensi fuerunt in platea comunis Regii, et arbores propter gelum[c] scindebantur et exsiccabantur.

CCXXXVII. De vento frigidissimo, qui venit de mense Aprilis, et de brina magna, que[f] destruxit vineas die VIII. exeunte April.

CCXXXVIII. Quod imperator Fredericus intravit Lombardiam contra voluntatem Paduanorum et aliorum; et Cremonenses, Parmenses, Reginos[g] et Mutinenses tenebant partem imperatoris.

CCXXXVIIII. De obsidione Bançole et Cavaçole, et de exercitu militum et peditum Reg. in servicio imperatoris Frederici transmisso in episcopatu Brixie contra Mediolanenses et Brixienses.

CCXL. De obsidione civitatis Brixie ab imperatore Frederico cum exercitu Reginorum[h], Parmensium, Cremonensium, Bergamensium et Papiensium.

CCXLI. De obsidione civitatis Ferarie et captione et de obsidione castri Plumacii et Crevacori per imperatorem Fredericum, et de obscuritate solis in hora none[c], et stelle apparuerunt in celo.

CCXLII. De tempore domni Gerardi de Corigia potestatis[i] Regii.

CCXLIII. De emptione molendinorum per comune Reg. civitatis et burgorum.

a) *sic* (q) *h. l. et infra in capite.* b) : : caristia, *duabus litteris erasis;* eucaristia *infra in cap.* c) *sic h. l. et infra in cap.* d) et *delendum.* e) bononien *c.* f) *sic infra in cap.;* q (qui) *c.* g) *sic h. l. c.;* reg *infra in cap.* h) Regin. Parm Cremon *c.* i) pot *c.*, *ut plerumque.*

CCXLIIII. Ducentesimum XLIIII[m] capitulum tractat de Celestino papa quarto, natione Mediolanensis, imperante Frederico.

CCXLV. De edificatione strate de Raçolo et de cavamento fovearum castri de Raçolo et de pontibus super dictam stratam et supra taleatam et de edificatione turris.

CCXLVI. De morte domni Musche de Lambertacis[a] de Florentia et de morte domni Iacobi Iudicis de Luca, Reg. potestatum[b], et de *morte domni Nicholai Reg. episcopi, et de reçeto murato et de ponte facto supra taleatam. *f. 7c.

CCXLVII. De confirmatione potestatis domni Maçe de Oldevrandis de Cremona in potestatem[b] Reg., et de mortalitate Christianorum in ultramarinis partibus.

CCXLVIII. Innocentius papa quartus. Ducentesimum XLVIII[m] capitulum tractat de Innocentio papa quarto, natione Ianuensis, de comitibus Lavanie, imperante Frederico, et depositus fuit per predictum papam propter contumaciam, quam habuit adversus ecclesiam et papam, et predictus papa fecit concilium in Lugduno, ipsum velud hostem condempnavit in[c] imperio privando, procuravit et lantgravium in regem Alamanie elegit, et in dicto concilio canoniçavit sanctum Emundum confessorem, Cantuariensium archiepiscopum, et canoniçavit Perusii beatum Petrum ordinis Predicatorum. Canonizavit etiam sanctum Stavillanum Asisii Cracoviensem[d] episcopum. Hiis temporibus floruit domnus Ugo cardinalis ordinis Predicatorum, sciencia laudabilis, qui totam Bibiam[e] postulavit, Concordanciarum in[f] Bibie[g] primus auctor fuit.

CCXLVIIII. De sturmo inter Robertos et illos de Sesso ante domum Scaçani; et domnus Innocentius papa quartus ivit ultra montes in terra Leonis; et de obsidione castri Gorgunçole et de captione regis Ençi et recuperatione sue persone.

CCL. De obsidione et captione castrorum Filine et Rosene per domnum Ubertum marchionem de Pelavicinis, potestatem[b] Reg.

CCLI. De obsidione et destructione castri Berselli et de captione navigii Mantuanorum, et de morte domni patriarche Anthioceni[h], qui erat de Robertis; et de captione civitatis Parme per domnum Gerardum de Corigia et alios bannitos imperatoris; et de obsidione civitatis Parme per imperatorem Fredericum et de edificatione civitatis Victorie per predictum imperatorem, et de destructione et captione dicte civitatis Victorie per Parmenses, qui erant in civitate Parme, et de captione carocii Cremonensium.

CCLII. De captione omnium castrorum de montaneis partibus per bannitos imperatoris, et de morte domni Bernardini de Rubeis potestatis[b] Reg., et de molendinis novis, que facte[i] fuerunt per domnum Çavatarium[k] de Strata potestatem[b] Reg. in navilio; et de recuperatione castrorum Bibianellum, Cruviacum[l], Guardaxonem et Rivaltam per Parmenses.

CCLIII. De captione regis Henrici a Bononiensibus, et de conbustione burgorum et pontis et burgi Sancti Stephani et porte Bernonis, et de inundatione Crustunei, et de captione castrorum Sancti Stephani, Novis[m] et Arolis[i], et de obsidione civitatis Mutine; et Yçolinus cepit castrum Estem et terras marchisii, et Parmenses *fecerunt castrum Berselli, et Mutinenses fecerunt pacem cum Bononiensibus et recuperaverunt conpedes[f] et captivos suos, qui erant in carceribus Bononie, et regem in vinculis dimiserunt. *f. 7d.

CCLIIII. De mercato dato Parmensibus, et de captione castrorum Novis et Campagnole, de captione et amissione carocii Parme, et de morte imperatoris Frederici.

a) Lamberteschis *infra in cap.* b) pot *c.* c) in *delendum.* d) cratonien, *ut videtur, c.* e) *lege* Bibliam postillavit, *sed* bibiam *et infra in cap.* f) *sic h. l. et infra in cap.* g) *lege* Biblie. h) anthioceñ *c.* i) *sic c.* k) Çavaranus *infra in cap.* l) Curviacum *infra in cap.; Albertus retinuit locorum casus accusativos infra in capite scriptos.* m) *sic c., quia infra in cap.* terram de Novis.

CCLV. De impedimentis Romani imperii post depositionem imperatoris Frederici secundi per Innocentium papam quartum, qui eum deposuerat, et de principibus electis ad imperium.

CCLVI. De captione castri Castellarani et de concordio[a] populi Placentinorum cum Cremonensibus, et milites Placentinorum exiverunt civitatem cum discordia populi et steterunt per castra; et de reversione domni Innocencii pape a terra Leonis ad civitatem Ianue, et postmodum ivit Mediolanum; et de captione civitatis Laude, et de versione, quam fecit dictus papa per civitates Lombardie, et venit Perusium; et de adventu regis Conradi in Lombardiam, et ivit in Apuliam; et de captione castri imperatoris, qui[b] erat in civitate Laude.

CCLVII. De brina magna de mense Madii, et de pace facta inter Robertos et illos de Sesso et de Foliano, quam pacem fecerunt et iuraverunt in palacio comunis Regii voluntate et parabola consilii generalis.

CCLVIII. De introitu civitatis Reg.[c] domnus Guilielmus de Foliano Reg. episcopus cum illis de parte sua per bonam concordiam et veram pacem.

CCLIX. De morte domni Guidonis de Gente potestatis Reg.

CCLX. De expulsione vicarii domni Giberti de Gente et predicti domni Giberti de civitate Reg., et de captione roche de Canossa per Bonifacium de Canossa et de predatione et robatione, quam fecit de thesauro monasterii sancti Appolonii[1], et de captione dicte roche et eius destructione.

CCLXI. Alexander papa quartus. Ducentesimum LXI[m] capitulum tractat de Alexandro papa quarto, natione Campanus. Huius tempore Manfredus filius condam Frederici imperatoris, gerens se pro pedagogo Coradini nepotis Frederici, ipso Coradino mendaciter publicato mortuo[d], sibi ipsi coronam assumpsit; quod factum quia in preiudicium domni pape fuit, primo excomunicatus, post contra ipsum magnus exercitus, sed in nullo proficiens, mentitur[e]; et predictus papa canoniçavit Anagnie sanctam Claram; et de electione, quam fecerunt principes Alamanie de rege Castelle et de comite Connudie[f], et de reprobatione doctrine Ioachim per predictum papam et ecclesiam Romanam[2].

CCLXII. De electione et confirmatione domni Iacobi de Sesso in potestatem Regii.

CCLXIII. De captione castri de Castellarano.

CCLXIIII. De carastia[g] frumenti tempore domni Loderengi potestatis Reg.

CCLXV. De guerra, que facta fuit Yçolino, et de morte ipsius Yçolini et de sepultura eius in castro Sulçini.

*f. 8a. *CCLXVI. De verberatoribus, qui veniebant cum confalonibus et faciebant processiones per civitatem et circa civitatem; et facta fuit arengheria comunis, et incepta fuit turris de Raçolo.

CCLXVII. De inceptione regule militum beate Marie virginis et de gabella salis comunis, que incepta fuit.

CCLXVIII. Urbanus papa quartus. Ducentesimum LXVIII[m] capitulum tractat de Urbano papa quarto, natione Gallus de civitate Trecensi, et de exercitu Saracenorum,

a) concordia *infra in cap.* b) *sic et infra in cap.* c) *supple* quem fecit. d) morto *corr.* mortuo *c.* e) *sic* (m̄titur) *c. h. l. et in cap. infra, ubi vide adnotata.* f) *sic c. h. l. et infra in cap.* g) caristia *infra in cap.*

1) s. Appol. *non legitur infra in cap.* 260. 2) *Haec conveniunt iis, quae primo in cap.* 260. *ex Martini Oppav. Chronicis exscripta erant, non iis, quae postea ex Cronica fratris Salimbene posita sunt, eraso priore textu.*

quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, et de comite Provincie Karolo, fratris[a] regis Francie; [et[b] de festo corporis Christi, quod instituit celebrandum].

CCLXVIIII. De domno Açolino de Lambertacis potestate Regii et de morte domni Bernardi de Sesso.

CCLXX. De Urbano papa, qui tradidit regnum Sicilie domno Karolo, quod rex Manfredus violenter et malo modo detinebat.

CCLXXI. De captione civitatis Mutine per domnum marchionem de Este cum Ferariensibus et expulsione illorum de Gorçano et partis sue de dicta civitate; et de quadam stella cometes[c], que apparuit, et de morte ipsius pape Urbani.

CCLXXII. De electione Clementis pape quarti, et de adventu regis Karoli ad civitatem Romanam, et confirmatus fuit in regem Apulie et Sicilie et erat senator civitatis Rome; et de expulsione illorum de Sesso cum omnibus de parte sua de civitate Reg.; et illi de Sesso iverunt ad castrum Raçoli et ceperunt castrum de Canullis; et domnus Karolus venit in Apuliam et interfecit regem Manfredum; et de domno Uberto de Pellavicinis, qui volebat vetare passum comitti Flandie; et destruxit Cavriolum et Montemclarum dictus comes cum exercitu suo, venit Mantuam.

CCLXXIII. Clemens papa quartus. Ducentesimum LXXIII. capitulum tractat de Clemente papa quarto, natione Provintialis, et de morte Coradini; et predictus papa canoniçavit Endidigam[d] quandam ducissam Pollonie, mire sanctitatis viduam, Viterbii; et eodem anno venerunt Saraceni ex Affrica per angustum[e] mare et intraverunt in terram Yspanie et multos Christianos interfecerunt; adunati Christiani de Saracenis triumphaverunt.

CCLXXIIII. De transitu, quem[f] fecit domnus rex Karolus[g] pontem de Çiperano cum exercitu suo contra regem Manfredum; et de transitu, quem fecit pontem de Sancto Çermano, et habuit Capuam et per vim habuit Sanctum Çermanum et retinuit campum et disconfixit totum exercitum dicti regis Manfredi; et de morte eius, et de captione uxoris dicti Manfredi; et de pace facta Brixiensium cum Mediolanensibus et Pergamensibus; et de obsidione et captione castri Montis-Vallarii.

CCLXXV. De pace facta inter illos de Sesso et Robertos et de reversione Guelforum in civitate Florencie; et de obsidione et captione Ponçi-*bonaçi[h]; et ibi obiit uxor dicti regis Karoli. *f. 8b.

CCLXXVI. De pace facta inter Cremonenses per legatum domni pape, et de[i] obsidione Rochete domni Bosii, et de adventu Coradini filius[d] condam regis Coradi cum exercitu suo; et de introitu et captione Besmantue per domnum Iacobinum de Palude, et de obsidione Corvarie et de recuperatione castri de Raçolo.

CCLXXVII.[k] De transitu, quem fecit dictus Coradinus ad dictam Rochetam per Lombardiam et Toscanam, et fecit exercitum super terram Luche; et postea captus et disconfictus fuit cum baronibus et exercitu suo, et capti et mortui fuerunt pro maiori parte; et de captione et destructione Brandule; et de adventu comitis Frandie[l] cum exercitu suo; et de adventu uxoris regis Karoli; et de morte dicti Coradini cum quibusdam baronibus suis; et de destructione et explanatione fovearum Burgi Sancti Dompnini; et de obitu pape Clementis et domni Manfredi de Robertis et Petri de Vico prefecti[m] urbis Rome; et capta et vastata fuit Antiochia, una de famosioribus civitatibus orbis, a soldano Babilonie et a Saracenis, et Arminia et redacte fuerunt in solitudinem.

a) *sic c. h. l. et infra in cap.* b) *uncis inclusa alia manu saec. XIV, quae fol.* 72^{a}. *hoc additamentum de corpore Christi scripsit, post add.* c) *sic c.* d) *sic h. l. et infra in cap.* e) augustam *c. h. l.;* augustum *infra in cap.* f) *sic infra in cap. ut l.* 24; q̃ (quam) *h. l. c.* g) *supple* ultra. h) Ponçi-bonici *in inscriptione cap.* 275. *melius, nec tamen recte.* i) et de *bis scriptum, alterum delet.* k) CCLVII. *c.* l) Flandie *infra in cap.* m) pecefecti *c.*

CCLXXVIII. De nive magna, que venit in medio mensis Aprilis, et sequenti nocte venit brina maxima, que destruxit vineas; et captum et destructum fuit castrum Piçegulum et Thoanum; et ciburium ecclesie maioris fuit levatum et altatum; et obiit Ubertus marchio de Pellavicinis; et de obsidione Rochete domni Bosii et eius destructione; et Niceria[a] civitas Apulie Saracenorum venit ad precepta domni Karoli; et de captione et mortalitate Mutinensium[b] et Reginorum, que facta fuit in Fregnano per domnum Guidinum de Monte-Cuculo; et de inceptione et batitione monete Regine.

┼ CCLXXIX. De emptione domus domni Ravani pro comuni et eius destructione et de emptione domus domni Ugonis Specialis et eius destructione cum aliis casamentis et de edificatione palacii novi comunis; et de adventu imperatoris Constantinopolitani[c], qui ibat ultra mare; et obiit domnus Bonifacius de Foliano, archidiaconus Reginus et archipresbiter plebis de Campigiola; et de obitu domni Lodoyci regis Francie cum multis aliis baronibus in regno Saracenorum prope portum Cartaginis.

CCLXXX.* De adventu domni Lodoyci regis Francie, qui ibat ultra mare pro recuperatione Terre Sancte, et venit in regno Tunicii et venit ad portum Cartaginis et eum cepit; et de obitu eius cum aliis suis baronibus; et de timore Christianorum, quam[d] habuerunt propter mortem dicti regis, et de adventu regis Karoli supradicti[e] regis[f] *cum exercitu suo; et de passionibus, quas Christiani ibi sustinuerunt; et de pacto, quod dictus domnus Karolus cum rege Tunicii[g], et tributarius effectus est regi Karulo.

*f. 8c.

*) *In marg. manu Alberti:* Istud capitulum superius deberet esse ubi crux est ┼[1].

CCLXXXI. De adventu Phylipi regis Francie de terra Tunicii cum corpore patris sui condam Lodoyci ad terram Regii, et de adventu comitis Flandie, et de obsidione castri Malgrati et eius destructione et devastatione Creme; et de magna carastia[h] bladi; et de obsidione castri Corvarie et eius destructione; et de adventu Bononiensium super episcopatum Mutinensium; et destruxerunt duo castra, scilicet Montem-umbrarum et Savignanum; et de electione pape Gregorii decimi, et de carastia[i] bladi et aliarum rerum victualium.

CCLXXXII. De obitu regis Hençi, filius[k] condam Frederici imperatoris, et de obitu domni Octaviani cardinalis, et de carastia[h] omnium rerum victualium, et de adventu domni Oduardi regis Anglie cum uxore sua, et de inceptione palacii novi comunis et eius edificatione.

CCLXXXIII. Gregorius papa X^us^. Ducentesimum LXXXIII^m^ capitulum tractat de Gregorio papa decimo, natione Lombardus de civitate Placentie, et de concilio, quem[l] fecit Lugdunum[m] sollempne; et fuerunt Greci et Tartari in dicto concilio, et multa bona ordinata ibi et stabilita fuerunt pro subsidio Terre Sancte; et de electione Rodulfi regis Romanorum.

CCLXXXIIII. De muratione palacii novi comunis usque ad sumitatem, et de adventu domni pape Gregorii decimi ad civitatem Regii cum cardinalibus suis.

CCLXXXV. De emptione campi, ubi fit fera comunis et pro comuni, de denariis pedagii salis et mercationum; et de concilio generali et electione imperatoris Rodulfi; et de destructione civitatis Bononie et eius combustione, et de expulsione Lambertaciorum, et de obsidione civitatis Faventie et eius guastatione; et de complectione[n] palacii novi comunis Regii, et de inceptione cavationis navilii novi.

a) *sic c. h. l. et in cap. infra pro* Nuceria. b) Mutin̄ *c.* c) constantinopoł *c.* d) *sic* (q̈) *c.* e) srdicti (superdicti) *c.* f) *sic iterum c.* g) *supple* iniit. h) caristia *infra in cap.* i) *sic h. l. etiam infra in cap.* k) *sic h. l. c. et infra in cap.* l) *sic* (q̄) *c.* m) *sic h. l. et infra in cap. c.* n) *sic c.*

1) *Attamen in libro infra cap.* 279. *huic praecedit.*

CCLXXXVI. De disconfictione Bononiensium cum amicis suis et eius[a] exercitu et[b] expulsione et mortalitate facta a Faventinis et ab amicis suis, qui Faventini habuerunt victoriam de dicto campo et exercitu; et de inundatione fluminis et aquarum in planicie; et in montaneis partibus fuerunt nives ultra modum magne; et de pestilencia et mortalitate porcorum et aliarum bestiarum propter inopiam famis; et de adventu pape Gregorii decimi a terra Leonis et de infirmitate eius in civitate Aricii.

CCLXXXVII. De obitu dicti Gregorii pape in civitate Aricii et de electione Innocencii pape V^{ti}; et de stationibus palacii novi comunis, que date fuerunt ad pensionem mercatoribus; et de inundatione maximi diluvii *et sparsione fluminis et de submersione *f. 8d. bestiarum et eorum necatione; et de obitu Innocencii pape V*; et de electione Adriani pape quinti, et de obitu eius, et de electione Iohannis pape XXI.

*) *Manu saec. XIV, quae hac de re in marg. f.* 77^a. *retulit, add.:* et de inventione corporis sancti Venerii confessoris in ecclesia sancti Prosperi de Castello.

CCLXXXVIII. Innocentius papa V. Ducentesimum LXXXVIII^{m} capitulum tractat de Innocentio papa V^{0}, natione Burgundus, et Petrus ante dictus.

CCLXXXIX. Adrianus papa V. Ducentesimum LXXXVIIII^{m} capitulum tractat de Adriano papa quinto, natione Ianuensis, Ottobonus ante dictus.

CCLXXXX. Iohannes papa XXI^{us}. Ducentesimum LXXXX^{m} capitulum tractat de Iohanne papa XXI^{0}, natione Yspanus, Petrus ante dictus, et de obitu[1].

CCLXXXXI. De expulsione illorum dominorum de Turre cum amicis suis et eorum captione et interfectione, et de exercitu circa Besmantuam, et de captione Guastalle ab inimicis et eius recuperatione; et de magna pestilentia et mortalitate, et infirmitates hominum et mulierum et pluvie, et de magna carastia de omnibus rebus victualibus, et de electione Nicholai pape tercii, et de claudenda[a] flumen[c] taleate.

CCXCII. De prohibitione claudendi flumen taleate a marchione Cavalcabo[d] et a Cremonensibus, et de expensis factis et dampno habito comune[a] Regii pro dicta taleata claudenda; et de carastia de omnibus rebus victualibus, et de electione capitanei populi Reg.; et de victoria, quam habuit imperator Rodulfus de rege Boemie, et de morte eius[2].

CCXCIII. De[e] evictatione[f] illorum de Besmantua mandata potestatis[g] et comunis Regii; et de captione castri Fornovi a Cremonensibus, et de captione multarum terrarum de episcopatu Mediolani a patriarcha Aquilegensis[a], et de pace facta inter Bononienses, et de victoria imperatoris Rodulfi super regem Boemie, et de morte predicti regis.

CCXCIIII. De electione capitanei[h] populi; et de captione furtive[a] Besmantue a domno[i] Thomasino de Gorçano et ab illorum[a] de Bançola, et habuerunt omnes res et omnia victualia[k] illorum de Besmantua, et predicti raptores reddierunt[a] dictam Besmantuam comuni Reg.; et de miraculis beati Alberti portatoris Cremone; et de pace[l] rupta inter illos de Ture[a].

CCXCV. De pace facta inter Bononienses intrinsecos et extrinsecos, et de expulsione fratrum Predicatorum de civitate Parme, et de fractione pacis inter Bononienses

a) *sic c.* b) et *bis scr. c.* c) flum̄ *c.* d) caualca *c.* e) De — imperatoris *in loco raso scr.* f) *sic pro* evitatione *c.* g) pot̄ *c.* h) capit̄ *c.* i) dn̄o *post superscr.* k) *seq.* de *delet. c.* l) *seq.* fc̄a (facta) *delet. c.*

1) *Caput de Nicolao III. papa in margine folii* 77^c. *ab Alberto post additum, quod fratris Salimbene est, licet in Cronica eius non legatur, hoc loco non commemoratum est.*
2) *De proelio Rudolfi et Ottocari regum demum in sequente capite relatum est, ut infra iterum dicitur.*

intrinsecos et extrinsecos et de mortalitate multorum et conbustione et robatione domorum.

CCXCVI. De emptione domorum domni Acursi et aliorum[a] et eorum[a] diruptione propter palacium comunis et populi faciendum et murandum; et de carastia seminis canipe, et de edificatione castri et cavatione fovearum dicti castri per Parmenses in contracta[b] Çelle, et de ponte Braçoli facto per Mantuanos.

CCXCVII. De[c, 1] domno Dego capitaneo populi Reg.; et de discordia decimarum; et de obitu pape Nicholai; et de prodictione[b] Faventie et aliis gestis; et restitutionibus carociorum Parmensium et Cremonensium, quod[d] fecerunt inter eos.

*f. 9a. *CCXCVIII. De domno Coradino de Savignano potestate[e] Reg. et de domno Baçalerio de Baçaleriis de Bononia capitaneo populi Regii, qui primo habitavit super palacium novum comunis et populi Reg., et de aliis gestis[2].

CCXCIX. De domno Rubeo de Bondemontibus de Florencia potestate[e] Reg. et de domno Anselmo de Rodeldesco capitaneo populi Regii; et de muro facto super foveas civitatis a ponte Lovone et portam[f] Sancti Petri et quatuor bobulcis terre[g] emptis a domno Guilielmo episcopo Reg.; et de electione Martini pape et aliis gestis.

CCC. De domno Alberto de Bostolis[h] de Arecio potestate[e] Reg. et de domno Leaçaro de Leaçaris de Bononia capitaneo populi Reg.; et de magna multitudine erucarum; et de exercitu marchionis Montis-ferati, et de aliis gestis, que fuerunt eodem tempore.

CCCI. De domno Lodoyco, comitte Verone, potestate[e] Reg. et de domno Barono capitaneo populi Reg.; et de domno Petro, fratre regis Francie, et de comite Artesio[a], et de aliis gestis, que fuerunt eo tempore.

CCCII. De domno Rolando de Adhegheriis de Parma potestate[e] Reg. et de domno Uberto de Adelmaris[a] capitaneo populi Reg.; et de adventu filie dicti domni comittis et de morte eius; et de morte bovum et aliis gestis, que fuerunt eo tempore.

CCCIII. De domno Bernardo Lanfredo de Lucha potestate[e] Reg. et de domno Leucio capitaneo populi Reg. de Prato. Et de discordia regis Karoli et Petri Aragonensi[a] super facto regni Sycilie et de prelio constituto inter eos et aliis gestis.

CCCIIII. De domno Barnaboe de Pallastrellis de Placentia potestate[e] Reg. et de domno Iohanne de Ugonibus de Pistorio capitaneo populi Regii et de gestis, quas[a] fecit et fuerunt suo tempore; et de captione principis filio[i] regis Karuli et aliis gestis.

CCCV. De gestis[k] et factis Tartarorum de ultramarinis partibus, et facte fuerunt sub millesimo ducentesimo LXXXIIII.

CCCVI. De domno Thobia de Rangonibus de Mutina potestate[e] Reg. et domno Rubeo condam domni Stephani de Civitate Castelli capitaneo populi Reg.; et de guerra et discordia Mutinensium; et de guerra et destructione et captione et mortalitate Pisanorum et Ianuensium et aliis gestis.

a) *sic h. l. c. et infra in cap.* b) *sic c.* c) *sequentia posteriore tempore atramento alio subfusco addita sunt ab Alberto. Litterae initiales rubeae et cyaneae abhinc aliis coloribus minus bonis quam praecedentes pictae sunt neque ornatae lineolis binis cyaneis vel rubeis ut illae.* d) *sic* (ꝙ) *h. l. et infra in cap. c.* e) pot̄ *c.* f) *sic* (portā) *c., quia infra in cap.* inter portam . . . et pontem. g) bobulč t *c.* h) *sic c., ut infra c.* 308, *sed* Boscolis *et* Bosculis *infra in cap.* i) *sic c.;* filii *infra in cap.* k) gestis — partibus *in loco raso.*

1) *Abhinc index capitum magis convenit cum inscriptionibus capitum ipsius libri quam hucusque.* 2) *Caput de Martino IV. papa in margine folii* 79[c]. *ab Alberto suppletum, quod est fratris Salimbene, hoc loco non commemoratum est.*

CCCVII. De fulgure et tonitruo, qui[a] fuit in Veneciis et Cluçe.

CCCVIII. De domno Alberto de Bostolis de Arecio potestate[b] Reg. et domno Tega de Bondemontibus de Florencia capitaneo populi Reg.; et de morte regis Karuli, et de morte Martini pape, et de electione Honorii pape; et de introitu[c] regis Francie, quam fecit in regno Petri Aragonensi[d], et de mortalitate et strages[d], que facta fuit ibi; et de mortalitate, quam fecerunt Tartari in regno Ungarie de religiosis et aliis personis.

*INCIPIT LIBER DE TEMPORIBUS ET ETATIBUS AD PERPETUAM REI MEMORIAM[e]. *f. 10a.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen.

Breve conpendium collectum ex variis cronicis et per ordinem digestum de temporibus, in quibus sederunt certi pontifices Romani et imperatores imperaverunt, reges regnaverunt, sederunt Regini pontifices, consules et potestates civitatem Reginam rexerunt, et de quibusdam gestis sub diversis pontificibus et principibus, potestatibus et aliis rectoribus, ut in certis locis huius conpendii maiora gesta et magis neccessaria facilius, omissa prolixitate, valeant inveniri.

EXPLICIT PROLOGUS.

I. De anno et tempore, quando natus fuit Iesus Christus ex Maria virgine in Betheleem Iudee[f].

IESUS Cristus, filius Dei vivi, in anno XLII. imperii Octaviani Augusti, qui imperavit annis LVI, in Betheleim[g] Iude ex Maria virgine natus est, anno XXXIII. sue nativitatis, sed anno octavo decimo Tyberii, qui imperavit annis XXIII, passus est. Petrus apostolus post passionem Domini, filius Iohannis, provincie Galilee de Cobethaida[h]. Episcopatus[i] autoritate[k] sedit ecclesie princeps annis quatuor, post tenuit episcopatum Anthiochie annis VII, deinde venit Romam. Ibique XXV annis et mensibus VII et diebus VIII pontificatum tenuit. Papa esse cepit anno Domini XLV, sedis imperium tenente Tyberio, post Gaio Gallicula, qui imperavit annis quatuor, mensibus X, diebus VIII, post Nerone[l], qui imperavit annis XIII, mensibus VII, diebus XXIII. *Ioh. de Deo.*

De Octaviano imperatore.

Erigitur nascente Deo pius Octavianus *Sp. regum II, 6.*
*. . . . . . crisma venire monet. *f. 10b.

In marg. sinistra f. 10a. Nota, quando conversi sunt gladii in vomeres et lancee in falces tempore Octaviani imperatoris[1].

In marg. f. 10b. *rubris lineis cincta:* Nota senatum et populum Romanum decrevisse, ut Octavianus imperator vocaret[m] deus, sed consilio Sibille per visionem celestem remansit[2].

Nota, quomodo Octaviano imperatori ara celi aperta est presente Sibilla, ubi vidit filium virginis in sinu matris coronatum, et turba angelorum circa eum[3]. *ib.*

Nota, quod tempore Octaviani imperatoris senatores videntes eum — — ubi nunc est ecclesia sancte Marie in Capitolio. *Quae vide edita in Cron. imp. c.* 4. *(infra).* *Mir. Romae.*

a) *sic* (q) *c. h. l.;* que *infra in cap.* b) pot reg *post superscr.* c) intr. — ibi *in loco raso scripta hic et infra in cap.* d) *sic h. l. et infra in cap. c.* e) *sequitur* ℞[ubrica]. f) *sequitur* ℞[ubri]ca. — *In marg. pulchre pictus est Christus barbatus, caeruleo amictu vestitus; vide tabulam II.* g) *sic hoc loco c.* h) *vide supra p.* 305, *n.* b. i) *sic cum littera initiali maiuscula c.* k) *sic Ioh. de Deo;* aut (autem) *c.* l) nerone *c.;* Nerone *Iohannis de Deo codex.* m) *lege* vocaretur.

1) *Ut dicitur in Spec. regum Gotifredi II,* 6, *v.* 849. 2) *Quod in Spec. regum II,* 6, *v.* 861 *sqq. narratur.* 3) *Hoc ad Spec. regum II,* 6, *v.* 867 *sqq. adnotatum est, SS. XXII, p.* 69.

Sp. regum. Nota, quod tempore Octaviani imperatoris erat baptisma Iohannis[1].

Mir. Romae 50. Nota: trans Tyberim, ubi nunc est Sancta Maria, fuit templum [Ravennatium[a]], ubi manavit oleum tempore Octaviani imperatoris, et fuit ibi domus meritoria, ubi merebantur[b] milites qui gratis serviebant in senatu; sub Ianiculo templum Gorgonis[2].

Sicard. p. 83 sq. *In marg. inferiore f.* 10[a]. *rubris lineis cincta:* Huius tempore Christus nascitur, Iohannes Baptista, Virgilius, Oratius et Ovidius poete claruerunt, et Collonia Agrippa[c] rege conditur[3].

De imperatore Tyberio, filio Octaviani.

Sp. regum II, 7. v. 10.

Tiberio moriente Deo . . . .
*. . . . . . . Vespatianus amat.

In marg. f. 10[b]. *rubris lineis cincta:* Nota Titum Christi mortem vindicasse[4].

Mir. Romae 38. *cf. Cenc. c.* 35. *In infer. marg. f.* 10[b]: Nota, quod caballi marmorei ad quid facti sunt nudi et homines nudi, et quid est, quod[d] ante caballos quedam femina serpentibus circumdata sedet, habens concam ante se, et fuit in urbe Roma. Temporibus Tyberii imperatoris venerunt Romam duo phylosophi iuvenes, Paxitellus[e] et Fidia, quos imperator cognoscens magne sapientie caros in palatio suo habuit. Qui dixerunt ei se tante sapientie, ut quicquid imperator[f] absentibus in camera sua consiliaretur, dicerent ei usque ad unum verbum. Quibus imperator ait: 'Si facitis quod dixistis, dabo vobis quicquid vultis'. Qui respondentes dixerunt: 'Nullam peccuniam, sed nostrorum memoriam postulamus'. Veniente altera die per ordinem retulerunt imperatori quicquid in illa preterita nocte consiliatus est, unde fecit [eis[g]] promissam prelibatam eorum memoriam, sicut postulaverunt. Equos videlicet nudos, qui calcant terram, id est potentes principes huius seculi, qui dominantur[h] super homines huius mundi. Veniet rex potentissimus, qui [ascendet[i]] super equos, id est super potenciam principum huius seculi. In hoc quod homines stant iuxta equos nudi et altis brachiis et replicatis digitis anumerant[k] ea que futura erant, [et[l] sicut ipsi sunt nudi, ita] omnis mundialis scientia nuda et aperta est mentibus eorum. Femina circumdata serpentibus, sedens, habens concam ante se, predicatores sunt, qui predicabant eam[m], et quicumque ad eam [ire[l] voluerit, non poterit], nisi prius lavetur in conca illa.

De Gaio Gallicula imperatore.

Sp. regum II, 8.

Gaius Gallicula consedit . . . .
. . . . Iovis est ibi grandis ymago,
Hanc[n] et Hebreorum mandatur habere propago.
Cronica nostra ferunt, que recitator ago*.

*) *In marg.:* Nota, ydolum quomodo Iovis Ierosolimis in templo Dei inpositum fuit.

II. Petrus papa primus.

Ioh. de Deo. Petrus fecit duas epistolas canonicas, sed de secunda dubitabatur[o] propter stillum; et evangelium Dei tradidit ecclesiis legendum, et evangelium Pauli[p], Luce tradidit et adventum Domini et ordinationes in eo constituit, et ut ait Ambrosius, ieiunium quadragesime ecclesie tradidit observandum, et per omnem Ytaliam, Gallias, Yspanias, Affricam et Ciciliam; XXII. d., c. I. et II; XXIIII, q. I: *Rogamus;* et omnes interiacentes provincias et insulas sacerdotes instituit; XI. d., c. ult[imo]. Ut[q] *L. pont.* 1. Ieronimus[5] dicit: Beatus Petrus apostolus ordinavit duos[r] episcopos, Linum et Cletum, qui presentialiter omnem[s] ministerium sacerdotale in urbe Roma populo vel supervenientium exhiberent. Beatus autem Petrus ad orationem et predicationem populum erudiens vacabat. Hic cum Symone mago multas disputationes habuit, tam ante Neronem imperatorem quam ante populum, et quos beatus Petrus ad fidem Christi agregabat, ille per magicas deceptiones segregabat. Et dum diucius alter-

a) *vox attrita legi nequit in c.* b) mereb. mili *certo legi nequit.* c) *vide supra p.* 353, *n.* e. d) qd' *Alberti manu superscr.* e) Praxitelus *Mirab.* f) *supple* eis. g) eis *legi nequit in c., ubi forsan* illis *scriptum erat.* h) *sequitur* homines *expunct. c.* i) ascendet *legi nequit in c.* k) *sic* (añant) *c.;* numerant *multi codd. Mirabilium.* l) *uncis inclusa penitus detrita legi nequeunt in c.* m) m *legi nequit in c.* n) *hunc et sequentem versum Albertus in margine supplevit.* o) dubitatur *manu Alberti corr.* dubitabatur. p) *supple* et. q) ut *c.* r) duos *Alberti manu superscr.* s) *sic c.*

1) *Hoc ad Spec. regum II,* 6, *v.* 885 *sqq. adnotatum est. Sequitur in margine alia nota detrita.* 2) *Hoc ad Spec. regum II,* 6, *v.* 887. *Albertus adnotavit.* 3) *Cf. Gotifr. Viterb. Pantheon XXI,* 12, *addit. cod. A, SS. XXII, p.* 158. 4) *Hoc ad Spec. regum II,* 7, *v.* 891 *sq. adnotatum.* 5) *A quo Albertus Librum pontificalem compositum esse credebat, cui epistola eius nomine conficta praefixa sit.*

carent, Symon divino nutu interemptus est. Hic beatum Clementem episcopum consecravit eique cathedram vel ecclesiam omnem disponendam commissit[a] dicens: 'Sicut michi gubernandi tradita est[b] a domino meo Iesu Christo potestas ligandi et solvendi, ita et ego tibi committo, ut ordinans dispensatores[c] diversarum causarum, per quos actos[a] ecclesiasticos[a] profligetur, et tu minime in curis seculi deditus repperiaris, sed solummodo ad orationem et predicationem populo vacare stude'. Post hanc dispositionem martyrio cum Paulo coronatur, post passionem Domini annis XXXVIII, et sepultus est in via Aurelia iuxta locum ubi crucifixus est. *L. pont.* 1.

De Nerone imperatore.

Scandit Nero thronum . . . . . . *Sp. regum II*, 9.
*. . . . . . . deditus ipse cadit. **f.* 10d.

*) *In marg. f.* 10d*:* Nota: huius tempore Iohannes Baptista decolatur[1], et Christus crucifigitur, et Matheus evangelia scripsit, et Lucas evangelium scripsit. Lucanus claruit et Ioseph. Iacobus apostolus a Iudeis lapidatur. *cf. Isid. Sic. p.* 105. 107. *Hier.*

Et nota, quod tres apostoli leguntur tantum fuisse Rome vivi: Petrus, Paulus et Iohannes, et tres evangeliste: Iohannes, Marcus et Lucas. Nota etiam apostolos sive Christi discipulos non ideo tantum fuisse passos, quia de Christo predicaverunt, sed quia ipsum deificatum aiebant[d] aut sine Romanorum auctoritate, quod ipsi prohibuerant. *Guill. Durand. VII*, 44.

III. Linus papa primus.

Linus papa primus, natione Ytalicus de regione Tuscie, patre Exculano. Cepit anno Domini LXX, sedit annis Domini XII, mensibus XI, diebus X[2], imperante Galba, qui imperavit mensibus[e] VII, et post Vespatiano, qui imperavit annis VII, mensibus XI, diebus XXII, post Tyto, qui imperavit annis II, mensibus IX. Linus statuit mulierem capite velato intrare ecclesiam; XXIII[f], q. V: *Hec ymago*. *Ioh. de Deo.*

In marg. f. 10d. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore fuit beatus Yventius episcopus civitatis Papie[3]. Eodem tempore fuit beatus Appollenaris archiepiscopus Ravenne.

De Vespatiano imperatore.

Imperiosa manus . . . . . . *Sp. regum II*, 10.
. . . . ubique salus.

De Tito imperatore.

Titus honoratus . . . . . . *ib. II*, 11.
. . . . militiaque datus.

De vindicta passionis Iesu Christi facta super Iudeos ab imperatoribus Tito et Vespatiano in civitate Ierusalem[g, 4].

In diebus Tyberii imperatoris et Iuliani cesaris, sub principibus sacerdotum Anna et Cayphas traditus fuit dominus noster Iesus Christus a Iudeis per Iudas[a] Scarioth. In Iudea sub Pontio Pilato, nesciente Tyberio imperatore. Eo namque tempore erat quidam Titus in regno Aquitanie, in civitatem[a] Livie, que vocatur Burgidal. Erat namque ipse Titus multo tempore infirmus, pro eo quod in nare dextera[h] cancrum habebat, et delacerata est facies usque ad collum. In diebus namque illis exivit homo quidam de Iudea, *cui nomen Nathan, filius Naú. Erat Nathan homo Hismahelitus, qui de terra in terram et de mare in mare usque ad orbem terrarum pergebat. Tunc misit[5] Herodes rex, ut tolleret pactum de Hierosolima et de Iudea et portaret in urbem Rome ad Tyberium imperatorem. Erat namque ipse Tyberius per multum tempus afflictus, pro eo quod **f.* 11a.

a) *sic c.* b) *seq.* potestas *expunct. c.* c) *sic codex E* 4 *Libri pont.* d) aiebʒ *c.*, aut *delendum.* e) mens. — imperavit *omissa sunt in codice Iohannis supra p.* 305. f) XXXIII. *Ioh.* g) *seq.* Rubrica *c.* h) dextra *c.*

1) *Cf. supra p.* 229. 2) mens. III, d. XII *Ioh. de Deo cum Libro pont.* 3) *Cf. Sicard. supra p.* 104. 4) *Sequens narratio est libellus qui inscribitur Vindicta salvatoris, Tischendorf, Evangelia apocrypha ed.* 2. *p.* 471—486, *ab alio auctore, non ab Alberto, in aliam formam redactus. Cf. praef. p.* 344. 5) *Scilicet illum Nathan.*

passiones corporis a lepra sustineret. Ingressus quoque est[a] Nathan in mare, voluit adimplere omnia, sicut ei fuerat imperatum. Et tunc insufflavit Dominus ventum magnum in mare septentrionis, quod vocatur Austerim, portavit navigium illius et deduxit eum ante portas Livie civitatis. Vidit autem Titus navigium venientem[b], statim cognovit, quod de Iudea erat. Et tunc mirati sunt omnes dicentes, quia numquam viderant aliquando talia mirabilia. Tunc iussit Titus eum ad se venire et interrogavit eum omnia, que illi contingit[b]. At ille dixit ad eum: 'Ego sum Nathan filius Naú de regione Grecorum, subditus sum in Iudea sub Pontio Pilato, missus ab Herode rege, ut veniret[c] a Tyberio imperatore urbis Rome ad portandum sibi pactum de Iudea. Cumque introissem in navem, irruit ventus validus in mare et deduxit me in isto loco, et nescio, ubi sum'. Tunc dixit ei: 'Si potuissem invenire aliquam medicinam et[d] curare potuissem vulnus meum, quod in faciem meam habeo, statim ego te restituissem ante Tyberium imperatorem'. Tunc Nathan iusiurandum dixit illi: 'Domine mi, talem medicinam numquam novi, quam michi denuntias. Tamen si fuisses in Iudeam[b], ibidem in[e] electum prophetam, cui nomen erat Iesus Christus, qui verbo suo leprosos mundabat, cecos illuminabat, mortuos suscitabat in conspectu discipulorum suorum, et Laçarum de monumento suscitabat, puellam in domo patris sui a mortuis resuscitavit, adholescentem in brachio matris sue resuscitavit et mulierem in adulterio deprehensam, in templo iudicatam lapidare[f], de potestate Iudeorum liberavit. Et ad[g] mulierem Samaritanam aquam petivit et repromisit, et ad aliam mulierem Veronicem nomine, que sanguis[b] fluxum patiebatur XII annis, accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti eius et sanam eam fecit. Et
*f. 11b. inde[h] post multos dies dum iret per desertum, predicavit[i] ad turbam fidelium. *Tunc de quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum satiavit in heremo'. Dixit autem[k] Titus ad Nathan: 'Ex quo tempore est, quod hec facta sunt?' Cui Nathan ait: 'Crede michi, Tite, quia, cum essem in Iudeam[b], frequenter ambulavi cum discipulis eius et videbam signa et mirabilia, que ostendebat illis, ut crederent in eum. Ego autem cum iam viderem tanta mirabilia, credidi in eum et postulavi, et baptiçavit me unus ex ipsis discipulis suis occulte propter metum Iudeorum. Et credo, quia ipse est vere salvator mundi'. Et dixit ei Titus: 'Frater Nathan, obsecro te, ut ennares[b] michi quod de eo factum est aut de discipulis eius'. Cui Nathan ait: 'Vere credi michi potest, domine mi Tite, cum adhuc essem in Iudea, vidi, quomodo Iudei[l] comprehenderunt illum cum summis sacerdotibus et ligaverunt eum et deduxerunt ad Annam primum et Cayphan. Et deinde venerunt ante conspectum Pilati dicentes: "Invenimus hunc hominem avertentem gentem nostram, et dicit se deum esse". Pilatus autem dixit eis: "Nos non habemus regem nisi Cesarem Tyberium imperatorem". Cumque hoc dixisset Pilatus, precepit, eum ut crucifigerent eum[m]. Et tunc deduxerunt eum in Golgotha et crucifixerunt eum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, et terra tremuit, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Post tercium vero diem resurrexit a mortuis, et vidimus eum talem in carne sua, qualis antea fuerat'. Dixit quoque Titus ad eum: 'Quomodo[n] resurrexit qui numquam[o] mortuus fuerat?' Respondens autem Nathan et dixit: 'Vere scio, quia resurrexit et mortuus fuit et in cruce suspensus et de cruce depositus et in sepulchro positus, et per tres dies iacuit in sepulchro, et postea resurexit a mortuis et diabolum alligavit et infernum expoliavit et omnes prophetas a mortuis suscitavit. Et genus humanum de

a) est *Alberti manu superscr.* b) *sic c.* c) *lege* venirem ad Tyberium imperatorem. d) et *e corr.* e) invenisses *legendum, ut habet Tischendorf p.* 173. f) *sic c. pro* lapidari; et lapidaretur *Tisch.* g) ad *Alberti manu superscr.* h) un (unde) *legere mihi visus sum in cod. verbum nimis attritum.* i) cavit ad tur *certo legi nequeunt.* k) aut *Alberti manu superscr.* l) iudeis, s *erasum c.* m) *sic* eis eum *c.* n) Quodo *c.* o) numquam, *quod abundat, deest Tisch.*

potestate diaboli liberavit. Et tunc post resurrectionem suam apparuit discipulis suis, et in Chana Galilee de aqua vinum fecit et deinde in celum ascendens, et vidimus eum ascendentem in celum. Post quadraginta dierum de celis descendens ad discipulos suos et in septuaginta duas linguas eos divisit'. Cum autem hec omnia manifestasset Nathan, *tunc credidit Titus cum omni exercitu suo in domino nostro Iesu Christo. Et dixit: *f. 11c. 'Heu! heu! Tyberii[a] imperatori[a] meo, ulceratus es a lepra, et non est qui te consolet nec auxilium prestet infirmitatis sue[a]; ut pro quo misisti reges in terram Iudeam, qui conprehenderunt domino[b] meo, qui fuit liberator[c] et gubernator[d] omnium populorum, et occiderunt eum et non dederunt ei licentiam ad nos venire, ut te curaret a lepra et me[e] miserum curaret a vulnere. Quapropter, si ego ibidem fuissem, omnes inimicos tuos gladiis meis interfecissem et[f] in diversis tormentis illos affligissem[a], quia tulerunt dominum meum; ut quid, domine, quare non fuerunt digni oculi mei videre te, ut potuissem aspicere mirabilia, que fecisti in omnibus servis tuis'. Et tunc dixit ad Nathan: 'Frater Nathan, scio, quia ipse te in hunc locum transmisit, credo enim, quod, si ego cum illo fuissem in Iudeam[a], mecum misericordiam facere habuit[a], sicut vobiscum fecerit'. Cumque hoc dixisset, tunc cecidit ad[g] vulnus eiusdem faciem eius, quod nominabatur cancrus, et restaurata est facies eius, que destaurata[a] fuerat ab eo, et factus est sanus. Et tunc exclamavit voce magna ad Deum, sic ait: 'Iudex rex meus et deus meus, numquam te vidi nec credidi, et ecce sanus factus sum, tibi soli gratias ago omnibus diebus vite mee, quia misisti nuntium per Nathan, qui nuntiavit michi omnia mirabilia tua, que fecisti; et cum me misero[a] essem sine fide et sine baptismo, salvare me dignasti et curasti me[a] vulnus meus[h], tibi soli gratias ago, qui non derelinquis querentem te'. Et tunc dixit ad Dominum: 'Domine Deus, rex celi et terre, iube me ambulare super aquas maris in terra nativitatis tue, ut facias me contra Iudeos in prelio, ut possim eos delere de terra illa et mortem tuam vindicare, et non remaneat de his quicquam, nisi in manu[a] ad vindicandum sit'. Cumque hoc dixisset, precepit se baptiçare, et vocavit Nathan et dixit ei: 'Quomodo vidistis[a] eum baptiçare in terra illa hos qui credebant in domino nostro Iesu Christo, ita et veni ad me et baptiçare[a] me'. Tunc suscepit eum Nathan et baptiçavit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti. Et tunc baptiçati sunt omnes principes sui ipso die et crediderunt omnes[i] filium dei, salvatorem mundi. Et statim misit nuntios suos ad Vespatianum patrem[k] suum et iussit eum *ad se venire *f. 11d. cum omnibus armatis parati[a] quasi in prelium. Tunc Vespatianus cum sex milia[a] virorum occurrit cito in occursum filio[l] suo. Cum autem venisset ad Livie civitatem, interrogavit patrem[m] suum, quidnam esset hic sermo, quocumque[n] fecerat ad se venire. Ille autem dixit: 'Pater[o] mi, venit Christus in hunc mundum et in Iudea natus est in Betheleem, traditus est a Iudeis et flagellatus est ab eis et crucifixus est in Gogotha[p]. Tertio autem die resurrexit a mortuis; eamus illuc et videamus mirabilia eius, que fecit, et dissipemus omnes Iudeos de terra viventium, ut cognoscant omnes populi, quia non sit similis illi in terra, qui ipse me curavit a vulnere infirmitatis mee; et credo, quia victoriam dabit Dominus noster in manibus nostris de eis'. Consilio autem inito exierunt de civitate Livie Titus et Vespatianus cum omnibus armatis de regno eorum, ascenderunt in navem cum omni festinatione, descenderunt in Ierosolimam et circumdederunt regnum illius, et tunc ceperunt omnes Iudeos mittere in perditione. Cumque hoc dixisset[q] reges de

a) *sic c.* b) dn̄m meū *Alberti manu corr.* dn̄o meo. c) liberatorē, ē *erasum c.* d) gubernatorem, em *expunct. et erasum c.* e) me *Alberti manu superscr.* f) et *in loco raso.* g) cec. vulnus eius de facie eius *corrigendum videtur, et sic habet Tisch. praeter prius* eius. h) s *e corr. Alberti manus in loco raso.* i) ōs *c.* k) patrem *in loco raso.* l) filio *in loco raso.* m) patrem *in loco raso;* filium *Albertus hoc loco corrigere debuisset.* n) quod eum *corrigendum, ut videtur.* o) P[at] *in loco raso, correctum, ut videtur, ex* Frat *c.* p) *sic c. h. l.* q) *corrigendum* didicissent *vel* audissent, *ut habet Tisch.*

Hierosolima, quod hoc facerent, turbati sunt in sermonibus suis et timuerunt eos usque ad mortem. Tunc Archelaus rex turbatus est in sermonibus suis, dixit ad Pilatum[a] suum: 'Fili mi, apprehende regnum meum et diiudica illum, et apprehende consilium cum aliis regibus, qui sunt in Iudea, ut possitis evadere et eripere[b] de inimicis vestris. Ego enim apprehendi Christum, et inimici nostri volunt nos delere de regno isto'. Cumque hoc dixisset, attulit lanceam suam et fixit eam in terra et iactavit se super eam et mortuus est. Pilatus autem, cum hoc vidisset, que[b] fecerat pater suus, confestim surrexit et venit ad regem alium, et inito consilio concluserunt se in Hierosolimam cum omnibus principibus suis, qui fuerunt cum eis in consilio de domino nostro Iesu Christo, quem tradiderant, et non remansit de eis unus quicquam[c] foris. Cumque omnes fuissent ingressi in civitate[b] Hierosolimam, concluserunt[d] ibidem per septem annos. Inito autem consilio Titus et Vespatianus, ut regnum ipsum circumdarent, et ita fecerunt. Impleto autem septimo anno ingressa est fames magna in totam terram illam, et ceperunt omnes pro neccessitate panis terram comedere. Tunc omnes qui erant in eadem civitate a
*f. 12a. quatuor regionibus conclusi acceperunt consilium intra *se et dixerunt: 'Nos enim mortem morituri sumus, quid facit Deus? Quid prodest vita nostra, in qua vivimus? ecce nunc venerunt Romanorum genus[e] et tulerunt nostrum locum. Melius est enim nobis, ut nos metipsos interficiamus, ut non dicant[f]: "nos interficiemus[g] eos et vincimus eos victoriam[h] nostram'. Et tunc eximierunt[b] gladios suos et percusserunt se unanimiter in eadem hora et mortui sunt. Omnes enim qui se interfecerunt hoc[b] fuerunt XI milia virorum amplius. Et tunc irruit fetor illorum in civitate illa, et timuerunt ipsi reges usque ad mortem. Quia non potuerant fetorem illorum evadere nec potuerant eos sepellire nec foras eicere. Dixerunt intra se: 'Quid enim faciemus? Nos simus[i], qui tradidimus Christum ad mortem, nos enim in morte tradituri[b] sumus. Declinemus enim capita nostra et tradamus claves ad Romanos, quia iam mortui sumus'. Tunc exierunt ipsi quatuor reges in[k] muris civitatis illius, clamaverunt voce magna dicentes: 'Domini mei, Tite et Vespatiane, tradimus enim vobis claves Hierosolime civitatis, quia nos scimus, quod vobis datum est desuper. Notum enim vobis sit, quia non erit regnum istud amplius nostrum, propter quod Christum tradidimus. Nos enim scimus, quia vos creditis in illum'. Et tunc aperte sunt porte de Hierosolima, et tradiderunt se et omnem terram Iudeam dicentes: 'Domini mei, iudicate, qualem mortem sustinere debemus, quia nos scimus, quod Christum tradidimus'. Cumque hoc dixissent, tunc apprehendit eos Titus et Vespatianus et ligaverunt illos et statuerunt in iuditium, ex parte lapidaverunt et ex parte suspenderunt, pedes sursum et caput deorsum, et lanciabant[b] eos. Et alios tradiderunt in vendicione et alios diviserunt, et fecerunt quatuor sortes de eis, sicut illi fecerunt de Iesu[l]. Tunicam et dabant intra se triginta Iudeos pro uno argenteo. Et cum hec omnia fecisset[b], comprehenderunt Pilatum et ligaverunt eum et iussit eos[m] custodire militibus per aliquot dies. Tunc itaque accepto consilio Titus et Vespatianus et miserunt nuntios suos ad Tyberium imperatorem urbis Rome, ut transmisisset Volosianum consiliatorem suum et vidisset omnia que facta fuerant in illis diebus. Quia nullus rex ausus fuerat in temporibus illis aliquam causam perficere, donec illi nuntium misissent.
*f. 12b. Tunc Tyberius imperator vocavit ad se Volosianum et dixit ei: 'Vade *et apprehende omnia ista dispendia, que neccesse est in mare, et descende in Iudeam et vide hoc, quod fecit Titus et Vespatianus in Hierosolimis, et inquire ab eis diligenter de propheta illo, qui tanta mirabilia fecit. Forsitan invenire poteris aliquem[b] adiutorium, ut possitis curare

a) *supple* filium. b) *sic c.* c) *lege* quisquam. d) *supple* se; *cf. supra l.* 8. e) *lege* gens. f) *supple* Romani. g) *corrige* interfecimus eos et vicimus. h) *corrige* victoria nostra. i) sumus *radendo corr.* simus *c.* k) *lege* ex. l) *sic distinctum in c.; supplendum videtur* de vestimentis domini *(ut Tisch. habet)* et miserunt sortem super [tunicam]. m) *lege* iusserunt eum.

me a lepra, cui circumdatus sum'. Et ait Volosianus ad eum: 'Domine, si invenero hominem illum, qualem mercedem habeam ei promittere?' Tunc Tyberius imperator dixit: 'Crede michi, Volosiane, omnem regnum meum in manum suam restituam'. Tunc Volosianus perrexit itinere tercia[a] unius diei. Cumque venisset ad portum maris, qui dicitur Nicostratus, ascendens in navem cum omnibus gubernatoribus suis perrexit in mare. Anno autem et die septimo perrexit in Iudeam et venit in Hierusalem ad templum Domini, et invenit Titum et Vespatianum et dixit eis Volosianus: 'Tite et Vespatiane, misit me imperator noster[b] Tyberius, ut inquiramus aliquod signum de Iesu aut de mirabilibus eius, que fecit in istis temporibus, quia ipse valde vulneratus est a lepra, et sperabat aliquid auxilium, quomodo salvari possit. Et tunc fecerunt vocari Ioseph de Barimathia[c] et Nicodemus cum eo, et interrogavit omnia, que de Iesu sciebant, ut manifestarent eis[d]: 'Domini mei, ego vidi eum ante passionem et scio, quia vere Dei filius erat ille, quoniam ipse erat vere salvator mundi'. Ioseph autem dixit: 'Ego autem deposui eum de cruce et posui in monumento, quem[e] ego ipse excidi in petra, et custodivi eum usque in diem tercium. Et inclinavi capiti[e] meo[e], ut potuissem eum videre, et non potui. Sed tamen vidi duos angelos in albis sedentes, unum ad caput et alium ad pedes, et interrogaverunt me dicentes: "Quem queris?" Ego autem dixi eis: "Iesum crucifixum". Illi autem dixerunt: "Ite in Galilea, ubi eum videbitis". Postea vidi eum in eadem carne quam ante fuerat. Et dedit michi manducare et bibere manibus suis, et manifestavit se discipulis suis et cenavit cum illis, et dedit eis bibere de vino, quod de aqua fecerat, et crediderunt in eum discipuli eius. Et ego credo, quia ipse sit salvator meus, quod in novissimo die resurrecturus sum de terra et in carne mea videbo Deum salvatorem meum'. Venit autem Symeon senex et dixit ei: 'Ego autem infantem agnovi illum et in templo suscepi eum et in cruce adoravi illum et credo, quia vere resurrexit a mortuis. Postea[f] *vero surrexit, vidi illum ascendentem in celum et sedentem ad *f. 12c.
dexteram[g] patris. Et scio, quia vere filius Dei erat ille'. Venit ergo Veronice[h] femina et dixit ei: 'Et ego namque tetigi eum in turba in fimbria vestimenti eius, quod duodecim annis sanguis[e] fluxum patiebam[e], et statim recepi sanitatem. Manifesto et credo, quod Deus meus vivit in eternum'. Tunc Titus et Vespatianus fecerunt adduci Pilatum de custodia carceris, et statuit eum ante Volosianum, et dixit ei Volosianus: 'Quare interfecistis[e] filium Dei?' Pilatus autem dixit: 'Gens sua tradiderunt illum michi, quid amplius facere potui?' Tunc Volosianus dixit ei: 'Manifeste et tu morte morieris'. Et tunc fecit illum conprehendere, et miserunt eum in scrineo ferreo expoliatum. Et ceperunt inquirere omnes, ubi vultum Domini invenire poterant. Erat namque ibi illa Veronice[i] femina, que pinxerat pallium suum [et[k]] omnia[e] figura[e] Christi, quomodo[l] eam ab infirmitate sanam fecit. Et tunc adducta est ante Volosianum[m]: 'Mulier, affer pallium, in quo habes vultum Domini'. Illa autem pre multitudine gaudiorum Domini et propter misericordiam, quam cum ea fecerat Christus, ausa non erat demonstrare eis, sed dixit: 'Domini mei, credite michi, quia non habeo hoc, quod[n] queris'. Tunc Volosianus iussit eam mittere in tortorium, quoadusque redderet vultum Domini. Illa autem nimio terrore deposita[o] cepit dicere ad Volosianum: 'Habeo ipsum, domine mi, inclusum in cofino meo, et cotidie ipsum adoro, qui me sanam fecit, qui est Christus dominus'. Tunc Volosianus dixit: 'Dona eum michi, ut ego adorem eum'. Tunc Veronica vidit, quia iam amplius facere non potuerat, dedit illi vultum Domini. Volosianus autem vidit

a) *sic c. Auctor fortasse dicere voluit* fecit iter trium dierum una die. b) nr̄ (noster) *Alberti manu superscr.* c) *sic c., quod ortum est ex* ab arimathia *(ut Tisch. habet) scripto* a barimathia. d) *supple ex edit. Tisch.:* Nicodemus autem dixit. e) *sic c.* f) *lege* Postquam. g) dextram *c.* h) *sic h. l. c.* i) *post(?) corr.* ueronicē *c.* k) ⁊ *post superscr.* l) *corrige* quando. m) *supple ex edit. Tisch.:* Et dixit ad eam. n) uod *in loco raso.* o) *lege* deterrita.

eum et prostratus cecidit in terra et cum summa devotione et pura mente adoravit eum. Similiter et Vespatianus cum omni exercitu venit cum ipsis et adoraverunt eum simulque baptiçati sunt omnes in ipsa die[a], crediderunt in domino Iesu Christo, per quem[a*] tanta mirabilia ostenderat eis dominus Iesus Christus. Et tunc Volosianus cum magno timore attulit vultum Domini et involvit illum in palleo[b] et consubtili[c] de auro supertexto et misit eum in capsam auream et sigillavit anulo suo et iusiurandum dixit: 'Vivit dominus Deus, et vivit anima mea, non videbo vultum domini mei usque in diem illum, quo ego videbo imperatorem meum Tyberium'. Cum autem hec omnia fecisset, et[d] fecit conprehendi Pilatum et omnes discipulos Christi, qui testimonium dederunt de *f. 12d. Domino. Et *dimisit Titum et Vespatianum in Iudea et accepit vultum Domini et stipendia eorum qui Dominum testificaverunt; eadem die ascenderunt in navem. Veronices[e] autem derelinquit[f] omnia pro Christi nomine et simul cum eis ascendit in navem[g]. 'Mulier, quem queris?' Ita[h] autem dixit: 'Ego quero dominum meum, qui me sanam fecit, quem ipse dedit michi non meis meritis, sed sua magna clementia, quem[i] tu contra legem abstulisti michi. Et siquidem Iudei abstulerunt Christum de mundo et crucifixerunt illum, et ego quale malum merita sum? Quapropter obsecro te, ut redas[k] eum michi. Vere, si non dederis eum michi, ego non dimittam eum, quoadusque videam ubi posueris eum, et ego veniam[l], adorem eum et serviam ei ibidem usque in diem, qua ego moritura sum'. Flebant enim vir eius et filii et filie et omnes vicini, qui noverant eam. Et tunc dixit illa ad eos: 'Ut quid flemini? non audistis', inquid, 'in Matth. 19,29. evangelio dicente Domino: "Quid[m] si quis relinquerit[n] omnia pro Christi nomine, *centuplum accipiet et vitam eternam possidebit?*' Tunc Volosianus in Dei nomine iussit omnes gubernatores suos Romam dirigere et levavit velam[o] suam[o] et direxit itinere suo in mare. Anno autem expleto venit urbis[o] Roma[o] et dimisit navigium in Tivere flumen[p] cum omnibus, qui cum eo fuerant in navi. Et tunc introivit in civitatem, que vocatur Lateranis, et misit nuncios suos ad Tyberium imperatorem. Tunc Tyberius imperator iussit eum venire ad se et ait illi: 'Volosiane, quid invenisti in Iudea de propheta illo, qui se prophetam[q] dicebat, aut de mirabilibus[r] eius vel de discipulis eius?' Tunc Volosianus dixit: 'Omnia que ego inveni in manu tua restituam, domine mi. Ego inveni Titum et Vespatianum, fideles tuos, timentes Deum mundatis[s] ab omnibus vulnis[o] suis, et inveni[t] reges tuos interfectos, Cesare suspenso, Caypham lapidatum, Annam sagittatum, Herode a se metipso interfecto, Archelaus[o] lanceatum. Pilatum vero hic abeo[u] in Tiveris[o] in scrineum ferreum colligatum. Et audivi alia de Christo, quoniam venerunt Iudei et conprehenderunt eum et crucifixerunt eum et occiderunt lumen nostrum, qui nos debuit illuminare, et non dederunt ei licentiam ad nos venire. Cum autem fecisset[v], venerunt discipuli eius Ioseph et Nichodemus et emerunt[w] corpus eius centum libras mire et aloe et deposuerunt eum de cruce et posuerunt in sepulchro. Tercia autem die resurrexit a *f. 13a. mortuis et manifestavit se discipulis suis[x]. Eadem carne, quali antea *fuerat, et cum ipsa ascendit in celum. Sed[y] cum[z] esset in hunc mundum, faciebat mirabilia magna ante conspectum discipulorum suorum, quia antea increduli erant, sicut et nos erabamus[o]. Mortuos quidem suscitavit, leprosos mundavit, demones effugavit, surdis auditum dedit et mulierem Veronicem[a], sanguis[o] fluxum paciebatur duodecim annis, et[b] sanam eam fecit.

a) qui *supplendum esse videtur.* a*) *corrige* Christo, quia. b) *post alio atram. corr.* pallio *c.* c) *lege* pallio inconsutili. d) et *delendum.* e) *sic h. l. c.* f) n *eraso corr.* dereliquit *c.* g) *supple ex edit. Tisch.:* Et dixit ad eam Volosianus. h) Illa *corrigendum, ut videtur.* i) que *radendo corr.* que *c.* k) credas *vel* tredas, c *vel* t *eraso corr.* redas *c.* l) *supple* ut. m) *lege* Quod. n) n *eraso corr.* reliquerit *c.* o) *sic c.* p) flum *c.* q) pphiam *c.* r) ibus *e corr. alius atram. c.* s) *lege* mundatos. t) inuenim (?) *radendo corr.* inueni *c.* u) *post corr.* habeo *c.* v) *lege* hec fecissent. w) *supple* ad ungendum. x) *sic distinctum in c.* y) d *e corr. in loco raso c.* z) eum *c.* a) *supple* que. b) et *delendum.*

Ipsam[a] namque habeo in Tiverio cum Pilato et discipuli[b] Iesu, qui testimonium tulerunt coram de omnia[b] mirabilia[b], que fecit dominus Iesus Christus in hunc mundum; et tunc invenit[c] vultum Domini absconsum ab ipsa muliere Veronice, quomodo[d] eam sanavit Christus ab omni infirmitate sua, et ecce eum hic habeo mecum'. Tunc Tyberius imperator dixit: 'Demonstra eum michi, Volosiane, quia ecce tot dies sunt, quoniam[e] ego expectavi aliquod signum, per quem salvari[f] possim'. Tunc Volosianus expandit pallium, ubi erat vultum[g] Domini, et statim, ut vidit eum Tyberius, sanus factus est, et cito de lecto surrexit et adoravit eum. Tunc omnes, qui ibidem infirmi erant, ceci et claudi et omnes leprosi et muti et surdi curati sunt. Tunc prostravit se in terra Tyberius per horas tres, cepit considerare illos sermones, que[h] dixerat per prophetam: *Beatus venter,* *Luc.* 11, 27. *qui te portavit,* Christe, *et* beata *ubera, que suxisti.* Et tunc ingemescens[b] nimis et elevans oculos suos ad celum cum lacrimis clara voce sic ait ad Dominum: 'Domine deus celi et terre, non me permittas perire, sed conforta corpus meum et animam meam in regnum tuum, quod in nomine tuo confido, et libera me, Domine, de regno isto et de manibus inimicorum meorum'. Cumque dixisset, vocavit Volosianum et dixit ei: 'Volosiane, vidisti, quomodo ab eis baptiçabantur in terra illa qui credebant in Domino?' Tunc Volosianus dixit: 'Hic enim habeo unum ex discipulis Iesu, cui nomen Silvester, illum voca ad te, quia ipse te potest baptiçare'. Tunc vocavit eum Tiberius et dixit ei: 'Silvester, propheta Dei, veni ad me, in manu tua commendo spiritum meum, et in nomine Domini veni ad me et baptiça me'. Tunc Silvester manus suas coram Domino extendens et gratias agens et[i] baptiçavit eum in nomine patris et filii et spiritus sancti, et suscepit eum et confirmavit illum; et tunc ascendit Tyberius super solium suum, benedixit Dominum et dixit: 'Benedictus es, domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis et gloriosus in secula! Et benedico te et glorifico nomen tuum, domine Deus meus, qui vocasti me in regnum tuum et sanasti me et mundasti me[k] vulnera lepre iniquitatis mee. Tibi enim gratias ago, domine Iesu Christe, qui me visitare dignatus *es non meis *f. 13b. meritis, sed tua magna clementia[l]. Ut quid, Domine, non fui dignus videre te, aut quare non[m] venerunt pessimi Iudei et abstulerunt dominum meum a me? Verumtamen et ipsi confessi[b] sunt in novissimo die'. Et tunc statuit se in orationem et dixit ad Dominum: 'Domine Deus, rex eterne celorum, libera me de regno isto et dona michi locum et spatium, et te benedicam et laudes tibi referam, quia, cum iratus fueris, misericordiam facies omnibus qui colunt te in veritate. Quia nomen tuum in eternum benedictum est in seculum, et vivemus in perpetuum'. Et tunc dixit ad Volosianum: 'Frater Volosiane, quia iam Dominus victoriam dedit nobis et visitare nos dignatus est de omnibus malis, que gessimus. Tolle hunc Pilatum a Deo maledictum et dele eum de terra nostra, quia ipse abstulit Dominum, et deduc eum in gehennam carceris tormentorum et subclude eum sigillo anuli tui, ut amplius non appareat super terram'. Tunc Volosianus fecit omnia, sicut ei preceperat vir[b] Tyberius imperator. Cumque omnis populus hoc[b] audissent, que facta fuerant, omnes[n] nimio timore perterriti, propter mirabilia, que facta fuerant, et ostenderat ei dominus noster Iesus Christus, crediderunt in eum. Cuius regnum permanet in secula seculorum. Amen.

In marginibus dextra f. 11b. *et inferiore f.* 11r: Ista hystoria tractat de victoriis Octaviani — — catenas apostolorum Petri et Pauli. *Quae vide edita infra in Cron. imp. c.* 3.

a) Ipā *c.* b) *sic c.* c) *lege* inveni. d) *cf. supra p.* 377, *n.* 1. e) qm̄, m̄ *alio atram. e corr. c.* f) saluare *alio atram. corr.* saluari *c.* g) uultū *radendo et alio atram. corr.* uultus *c.* h) e *e corr. in loco raso c.* i) et *delendum.* — bapticauit *h. l. c.* k) *lege* mea. l) clemtiam, m *eraso corr.* clemtia *c.* m) non *delendum.* n) omis (omnis) *c.*

IIII. Cletus papa primus.

Ioh. de Deo. L. pont. 3. Cletus papa primus, natione Romanus de regione Vico-patricii. Cepit anno Domini LXXXII, sedit annos XI, mense uno, diebus XI, imperante Domiciano, qui imperavit[a] XV. Cletus ex precepto beati Petri XXV presbiteros ordinavit in urbe Roma; et cessavit episcopatus di. XXX[b].

De Domitiano imperatore.

Sp. regum II, 12. Titi germanus . . . . . .

. . . . . . prorsus honore cadit.

In marg.: Nota, quomodo omne genus regnum[c] Hebreorum et precipue regis David omnino deletum fuit a Domiciano imperatore[1].

V. Clemens papa primus.

L. pont. 4. et Ioh. de Deo. Clemens papa primus, natione Romanus de regione Celio monte. Cepit anno Domini XCIII, sedit annos VIIII, mensibus duobus, diebus X, imperante Domitiano, post Nerva, qui imperavit ann. I, mensibus quatuor, diebus VIII, post Traiano, qui imperavit annos XIX, mensibus VI, di. XV. Clemens statuit canonem ante hostie fractionem; de con[secratione] di. I: *Tribus*[2]; LXIII. d.: *Nosse*[3]; et episcopum constitui cleri electione et populi consensu, sedem episcopalem poni loco eminentiori; de con[secratione] d. I: *Ecclesias*[4]; et baptiçatos in fronte perungi[d] et a ministris ecclesie ser- **f. 13c. L. pont.* vari; *de con[secratione] d. V, c. I. et II. et III; ut Ieronimus dixit[5]: Clemens hic dum libros çelo fidei Christiane religionis[6] — dividit notariis fidelibus ecclesie, qui gestas martyrum sollicite et curiose, unusquisque per regionem suam, diligenter perquirerent. Hic fecit duas epistolas, que catholice nominantur. Hic ex precepto beati Petri suscepit ecclesiam et pontificatum gubernandi, sicut ei fuerat a domino Iesu Christo cathedra tradita vel commissa. Tamen in epistola, que ad Iacobum scripta est, qualiter a beato Petro commissa est ecclesia, reperies. Ideo preterrea[e] Linus et Cletus ante conscribuntur, eo quod ab ipso principe apostolorum ad ministerium sacerdotale exhibendum sunt episcopi ordinati; et cessavit episcopatus diebus XXX[f].

Ioh. Beleth c. 126. *In marg. f. 13c. rubris lineis cincta:* In tempore cuius[7] beatus Iohannes[g] evangelista Romam venit, ut ibi predicaret. Domicianus autem fecit eum poni in cuppa ferventi oleo plena ante portam Latinam, sic enim vocabatur. Beatus autem Iohannes nullam ibi sustinuit lesionem divina illum protegente gratia; sed tamen quantum ad se martyr fuit, ubi tripudiavit; videtur ergo vero[h], quod passus est exemplo Domini *Math. 20, 22. 23.* dicens[i]: *Calicem quidem meo*[k] *ut bibatis, sedere ad dexteram*[l] *meam non potestis;* hanc passionem, quam in dolio sustinuit, in pascali tempore celebramus. Unde festum de illo agitur pro re illa, ac si ibi martyrium sustinuisset. Tunc *Sic. p. 107.* Domitianus[m] in Pathmos insula relegavit.

De Traiano imperatore.

Sp. regum II, 14. Traianus magnus Asiam . . . . . .

. . . . . . te lacrimante capit[n].

In marg.: Nota obitum Iohannis evangeliste fuisse tempore Traiani imperatoris[8].

a) *supple* annis. b) XX *Lib. pont.* c) *lege* regum. d) puagi *c.* e) ptrea *c.* f) XXI *Lib. pont.* g) *seq.* in (?) *expunct. c.* h) *lege* verum. i) *lege* dicentis. k) meum bibetis *Vulg.* l) dextram *c.* m) *supple* eum. n) *in cod. hoc loco f.* 13d. *sequebantur quatuor capita:* Sixtus papa primus. Theleforus papa primus. Annicius papa primus. Eleutherius papa primus. *Quae deleta sunt et infra f.* 14b. c *immutata repetita sunt. Sed Eleutherii caput hoc loco non deletum est, cuius capitis initium f.* 14d. *repetitum est, addito* et cetera ut supra.

1) *Ad Spec. regum v.* 930 — 932. *haec in margine codicis* 1, *SS. XXII, p.* 73, *adnotata sunt.* 2) *Non Grat. III, dist.* 1, *c.* 36: Tribus, *sed III, dist.* 2, *c.* 23: Tribus, *quod est Clementis I, hoc loco citandum erat, quamvis in hoc capite non legatur, quod hoc loco dicitur.* 3) *Grat. I, dist.* 63, *c.* 12. *Ad sequentia spectant quae hoc capite continentur.* 4) *Ibid. III, dist.* 1, *c.* 13; *quod ut praecedentia capita est Clementis I, nec tamen hoc loco inveniuntur, quae ibi leguntur.* 5) *Cf. supra p.* 372, *n.* 5. 6) *Albertus omisit* adscriberet — regiones *Libri pont.* 7) *Domitiani scilicet, ut habet Ioh. Beleth c.* 126. 8) *Haec ad v.* 943. 944. *Speculi regum, SS. XXII, p.* 74, *in margine codicis* 1 *adnotata sunt.*

In marg. f. 13[c]: Nota[1]: Traianus imperator cum exercitu suo procedens ad prelium cum pontem Tyberis transiret, occurrit ei vidua in ponte, cuius filius erat necatus; et cum ab imperatore vindictam peteret, eum[a] imperator: 'Cum rediero a prelio, vindicabo mortem filii tui'. Illa dixit: 'Quid[b], si non redieris?' Et ille dixit: 'Fatiat successor meus'. Ait illa: 'Quam laudem habebis tu, si alius fecerit?' stetit imperator et fecit vindictam, processit ad prelium, interiit. Hoc opus pietatis postea longo tempore papa Gregorius audiens oravit pro Traiano. Cui dixit angelus: 'Oratio tua exaudita est, tu vero, quia pro pagano orasti, omni tempore inferiori tuo claudicabis'. *Sp. regum II, 14.*

In marg.: Nota hominem paganum, non baptiçatum, per orationem Gregorii pape salvatum esse[2].

. . . .

VII. Euaristus papa primus. *f. 14a.*

Euaristus papa primus[c], natione Grecus, ex patre Iudeo nomine Iuda, de civitate Bethleem. *L. pont. 6.*

. . . .

In marg. infer. f. 14[a]: Eodem tempore Euaristi[d] pape: Sancte Cristine virginis et martyris[e, 3] et beati Appollonii episcopi Brixiensis et martyris[e], qui martyriçatus fuit ab Adriano imperatore.

IX. Sixtus papa primus. *f. 14b.*

Syxtus papa primus, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via-lata. . . . . . *L. pont. 8.*

In marg. f. 14[b]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore natale[f] sancte Simphoriose cum VII filiis, cum quibus simul passa est ab Adriano principe, qui ipsam iussit palmis cedi, deinde suspendi crinibus. Sed cum superari nullatenus posset, iussit eam aligato saxo in fluvium precipitari. Cuius frater Eugenius curie principalis Tyburtine colligens corpus sepellivit. Mane enim iussit imperator VII figi stipites ibique ab trodeas[g] filios eius extendi et Crescentem in gutture transfigi, Lucianum[h] in pectore, Nemesium in corde, Primitiberum per umbilicum, Iustinum per menbra distentum sindi[i] per singulos corporis nodos atque iuncturas, Straceum[k] lanceis innumerabilibus, donec moreretur, in terram configi, Eugenium sindi[l] a pectore usque in inferiores partes. *Extra lineas rubras Alb. post add.:* XII. Kal. Aug. *Ado Iun. 27.*

X. Theleforus papa primus.

Theleforus papa primus, natione Grecus, ex anachorita. Cepit an[no] Domini CXLVIII.[m] . . *L. pont. et Ioh. de Deo.*

In marg. f. 14[b]: Eodem tempore Policarpus, Iohannis evangeliste[n] discipulus, Seunensis[o] episcopus, alibi dicitur Ephesinus, orationis voto Romam venit, et fuit tempore predicti Titi Antonii. *Sic. p. 110.*

XI. Yginus papa primus. *f. 14c.*

Yginus papa primus, natione Grecus, ex phylosopho, de Athenis, cuius genealogiam non inveni. Cepit ann[o] Domini CL.[p] . . . . *L. pont. 10. Ioh. de Deo.*

In marg. f. 14[c]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore Rome natale[f] VII fratrum, Felicis, Phylipi, Vitalis, Marcialis, Alexandri, Silani et Ianuarii, filiorum sancte Felicitatis, cum[q] matre dictorum, martiriçati fuerunt ab Antonino imperatore. *Us. Iul. 10.*

XII. Annicius papa primus.

Annicius papa primus, natione Syrus, ex patre Iohanne, de vico Amisa. Cepit ann[o] Domini CLIIII.[r] . . . . *L. pont. et Ioh. de Deo.*

In marg. f. 14[c]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore fuit beatus Agapitus, qui martyriçatus fuit ab Aurelio imperatore. *Us. Aug. 18.*

a) ait *Spec. regum.* b) quod *Spec. regum falso.* c) primus *Alberti manu superscr.* d) euasti *alio atram. corr.* euaristi *c.* e) mar̃ *c.* f) nat̃ *c.* g) *sic c.* (ab t *in loco raso;* t *incertum*); ad trocleas *Ado.* h) Iulianum *Ado.* i) scindi *Ado.* k) Stacteum *Ado.* l) findi *Ado.* m) CXLVIIII. *Ioh. de Deo.* n) *sic codd.* 2 *Sicardi.* o) Smirnensis *Sicard.* p) *post corr.* CLX. *c.* q) cum *delendum et legendum* matris. r) *post corr.* CLXIIII. *c.*

1) *Haec ad v.* 948—968. *Speculi regum in margine codicis* 1 *adnotata sunt.* 2) *Haec ad v.* 960—968. *Speculi regum in margine codicis* 1 *adnotata sunt.* 3) *Cf. Sicard. p.* 109.

Us. l. 1. 2. *In marg. f.* 14c: Eodem tempore sanctorum martyrum[a] Thimothei et Augusti[1] et Simphoriani, qui martiriçati fuerunt ab Aurelio.

XIII. Pius papa primus.

L. pont. et Ioh. de Deo. Pius papa primus, natione Ytalicus de civitate Aquilegiana, ex patre Rufino, fratre Pastoris de eadem civitate. Cepit an[no] Domini CLXIII.[b] . . . .

Us. Maii 12. *Us. Aug. 22.* *In marg. f.* 14c. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore sanctorum martyrum[a] Nerei et Achilei, qui decolati fuerunt ab Aurelio[2], et decolati fuerunt sanctorum martyrum[a] Thimothei, Augusti et Simphoriani a predicto Aurelio[3].

XIIII. Sother papa primus.

f. 14b. *L. pont. 15. Ioh. de Deo.* Sother papa primus, natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Undis[c]. Cepit an[no] Domini CLXXIIII.[d] . . . .

Sic. p. 110 sq. *In marg. superiore f.* 14v: Eodem tempore Sotheri papa[e] primus[e] Lucius rex Britanicus Christianus effectus est. Sed persecutio in Christianos invaluit, ita quod Policarpus in Asia et multi alii, in Galilea plurimum martyrium substinuerunt[f]. Sed Iustinus phylosophus et Thephylus[g] Anthiocenus et Papias Ieropolimitanus[e], Appolinaris Asianus, Dionisius Corinthus et Melito Sacradensis[h] episcopi claruerunt. Sed Tacianus et Bardesanes heretici[i] doctrine fialas effuderunt; dogmatiçabat namque Tacianus nuptias et fornicationem ad paria iudicanda; qui evangelium unum ex quatuor conposuit, quod Diateseron nominavit, et adhuc a multis habetur; cuius disciputi Devoratice[k] vocati sunt et postea Severiani a Severo discipulo eius.

XV. Eleutherius papa primus.

L. pont. 14. Ioh. de Deo. Eleutherius papa primus, natione Grecus, ex patre Abundio, de oppido Nicopolim. Cepit an[no] Domini CLXXXIIII.[l] . . . .

Sic. p. 111. *In marg. inferiore f.* 14d: Eodem tempore Eleutherii pape et Comodi. Hireneus Lugdunensis episcopus, Policarpi discipulus, Demetrius Alexandrinus, Serapio Anthiocenus claruerunt episcopi, et Pathenos[e] phylosophus theologus Alexandrinus et Apolonius martyr et Theodotio Ephesinus interpres et Clemens Alexandrinus, qui multa conscripsit. Protus et Iacintus[e] et Eugenia martirio coronati sunt.

XVII. Çephirinus papa primus.

f. 15a. *L. pont. 16. Ioh. de Deo.* Çephirinus papa primus, natione Romanus, ex patre[m]. Cepit an[no] Domini CCVIIII.[4] . . . .

Sic. p. 111 sq. *In marg. inferiore f.* 15a: Eodem tempore Çepherini pape Narcisus Ierosolimitanus claruit et Symachus interpres, et Leonides pater Origenis martirio coronatur. Et contra filius Origenes, in Alexandria studiis eruditus, Clementis discipulus fuit, se ipsum ad litteram castravit, multos ad fidem convertit, multa conscripsit, in omni scientia peritus fuit, a XVIII. sue etatis anno docuit[n], quia sicut melior in bonis, sic peior in malis.

XIX. Urbanus papa primus.

f. 15b.

. . . .

Sic. p. 112. *In marg. f.* 15b. *neglegentissime manu Alberti scripta, rubris lineis cincta:* Sub Alexandro translatum est corpus beati Thome apostoli ab India in Edissam civitatem, secundum quod loquitur, aliqui vero dicunt, quod XXV que . . . . .[o] in India.

Us. *In marg. f.* 15b. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore sanctorum martyrum[a] Quiricus et Iulita, qui martyriçati fuerunt ab Aurelio Alexandro.

a) mar *c.* b) *post corr.* CLXXIII. *c.* c) *sic pro* Fundis *habet codex E* 4 *Libri pont.* d) *post corr.* CLXXXIIII. *c.* e) *sic c.* f) substi || substinuerunt *c.* g) chephylus (?) *c.;* Theophilus *Sic.* h) Sardensis *Sic.* i) *supple* venenosas *e Sic.* k) ce *e corr. alius atramenti c.;* Enoratite *Sic.* l) *post corr.* CLXXXXIIII. *c.* m) *sic c., nullo spatio vacante.* n) *supple* sed plus nocuit *e Sic.* o) *quatuor vel quinque litterae legi nequeunt, quarum extrema fortasse* s (sunt).

1) et Augusti *corruptum pro* Augustudini. 2) *Neque in actis eorum neque in martyrologiis hoc legitur.* 3) *Eadem iam supra l.* 1. 2. 4) *In cap. XVI.* Victor papa primus *numerus anni* CXCVIIII, *quo is papa creatus sit, post (X eraso) correctus est in* CCVIIII.

XX. Pontianus papa primus.

Pontianus papa primus, natione Romanus, ex patre Calpurnio. Cepit ann[o] Domini CCXXXII. *L. pont. 19. Ioh. de Deo.*

. . . .

Et eodem tempore fuit beata Martina virgo et martyr[a] sub Alexandro.* *Us. Ian. 1.*

*) *In marg. inferiore f.* 15[b]: et beata Mustiola virgo et martyr[b] ab eodem [1].

*XXI. Anterius papa primus. *f. 15c.*

Anterius papa primus, natione Grecus, ex patre Romulo. Cepit ann[o] Domini CCXXXIIII.[c] *L. pont. et Ioh. de Deo.* . . . . et cessavit episcopatus diebus XIII.

De Severo[2] imperatore.

Sevus in imperio, tu Domitiane tyranne, *Sp. regum II, 12.*
. . . . . . clarior ille redit.

De Nerva imperatore.

Nerva tenet solium . . . . . . *ib. II, 14.*
. . . . . . Nerva quod inde datur[3].

De Adriano imperatore.

Sepe rebellantes . . . . . . *ib. II, 15.*
. . . . . . quem[d] revocavit eos.

De iuniore Antonio imperatore.

Iunior Antonius . . . . . . *ib. II, 17.*
. . . . . . non nocuisse parum.

De Elio imperatore.

Elius imperio . . . . . . *ib. II, 19.*
. . . . . . commoda multa dedit.

De Claudio imperatore.

Claudius imperium . . . . . . *ib. II, 20.*
. . . . . . vivere pace datis.

In marg. rubris lineis cincta: Nota Claudium imperatorem rogatum a Romanis esse, ut filium suum faceret imperatorem, qui dixit se nolle filium suum viciis imperii commaculari[4].

De Antonio imperatore.

*Tercius Antonius . . . . . . *f. 15d. ib. II, 22.*
. . . . . . in orbe dolus.

In marg. rubris lineis cincta: Nota, quod tempore Gothi[e] Antonii imperatoris primum ceperunt partes imperii Romani inquietare[f, 4].

De Marciano[5] imperatore.

Cesar Marcianus[g] . . . . . . *ib. II, 23.*
. . . . . . vixit in orbe suo.

De Aurelio imperatore.

Imperat Aurelius . . . . . . *ib. II, 24.*
. . . . . . pace carere sua.

De Aureliano imperatore[6].

Suscipit imperium . . . . . . *ib. II, 31.*
. . . . . . cesar[h] iniqua manus.

Nota Aurelianum imperatorem fuisse in flumine submersum, id est Tyberim[7].

a) m̃ *c.* b) mar̃ *c.* c) CCXXXVII. *Ioh. de Deo.* d) qua *Gotifr.* e) *lege* Ant. imp. Gothi. f) inequitate *c.* g) Macrinus *Gotifr.* h) cessat *Gotifr.*

1) *Usuard. Iul.* 3: sanctorum martyrum Hirenei diaconi et Mustiolae nobilis matronae, qui passi sunt sub Aureliano principe. 2) Domitiano *potius scribendum erat, tres versus sequentes enim sunt Speculi regum II, c.* 12, *v.* 933—935, *supra p.* 380. *omissi. Auctor temere versus de quatuordecim imperatoribus capitulo de Anterio papa inculcavit.* 3) *Spec. regum II, c.* 14. *de Traiano iam supra p.* 380. *descriptum est, multa alia capita eiusdem libri omissa sunt, quod cognoscis ex numeris capitum adscriptis.* 4) *Haec in margine codicum* 1 *Speculi regum adscripta sunt.* 5) *Macrino potius.* 6) *A Spec. regum II, c.* 24, *v.* 1013. *Albertus transiit ad c.* 31, *v.* 1050, *sequentibus infra in cap. XXII. XXIII. Speculi regum II. capitibus* 25—28. 7) *Quod in versibus praecedentibus dictum est.*

De Tacito imperatore.

Sp. regum II, 32. Consurgens Tacitus . . . . . .
. . . . sub brevitate sonat.

De imperatore Caro.

ib. II, 33. Carus ad hec[a] regnans . . . . . .
. . . . hac brevitate cano.

Nota Carus imperator cum duobus filiis suis Carino et Umeriano[b] flumine interimisse.

De Valerio[c] imperatore.

ib. II, 35. Valerius tenet . . . . . .
. . . . prelia nulla vitent[d].

Columnae 15^{d}. *extremis quinque versibus erasis in his et in marg. inferiore f.* 15^{v}. *et* 16^{r}. *Cenc. c. 43.* *sequentia ab Alberto scripta sunt*[1]*:* Nota[e], quod quicumque voluerit predicare passiones sanctorum Abdon et Senen et sancti Sixti, Laurencii et ceterorum, provideat, pro qua causa Decius imperator eos occidisset, ex una parte sicut dicit lectio ita incipiens: *Orta*[f] *tempestate sub Decio multi Christianorum necati*[g] *sunt presidente in urbe Roma Galba.* Fuit enim quidam imperator Gordianus, cuius signifer fuit Phylippus in legionibus; quem Gordianum, dominum suum, Phylippus Christianus interfecit et abstulit sibi imperium; qui habebat filium nomine Phylippum. Cui imperatori Phylippo adhesit quidam miles nomine Decius, paganus Pannoniensis, qui erat[h] in milicia[i] et[k] bona fama apud imperatorem et apud milites et senatum in sensu, prudentia et largitate. Cui imperator cum senatu dederunt legationem cum quatuor legionibus contra occidentalem populum, qui rebellis erat. Qui ivit et obsedit eos et multa[l] bella devicit. In reversione milites iugiter[m] laudabant eum et dicebant: 'O si noster[n] esses imperator, omnia haberemus[o] bona'; qui delectatur[p] in verbis militum, conspiravit cum eis, quatenus haberet[q] imperium et daret[r] eis ducatus, marchias[s], comitatus et honores in curia et thesaurum Phylippi. Veniens autem Decius in partes Ligurie, Phylippus, qui[t] iverat apud Romam[u], audiens eius reversionem, honorifice suscepit eum. Transacto illo die milites[v] omnes armati sunt, sicut cum suo futuro imperatore pepigerant. Decius autem cum occulto ense medio die ivit ad curiam imperatoris et intravit in papilionem, proiciens camerarium foras, et Phylippum imperatorem, dominum suum, in lecto dormientem[w] evaginato gladio percussit inter labrum et nasum, et sic interfecit eum. Qui statim exivit foras, sonavit[x] signum, et omnes sui milites[y] occurrerunt ei circa papilionem, sicut proposuerant. Milites autem Phylippi audientes dominum suum occisum a Decio fugerunt; qui in ipso timore vocati a Decio, ne timerent, sed eius amici efficerentur, tandem reversi sunt ad eum, magis timore quam amore. Cumque audisset Phylippus iunior, qui Rome erat, patrem suum occisum[z] a Decio pagano, timuit et fugit ad beatum Sixtum papam Romanum dicens: 'Domne[a] pater, pater meus mortuus est, quem impius Decius interfecit. Rogo te, ut thesaurum patris mei apud te habeas occultum. Si evadere possum, quod non occidat me, reddes michi thesaurum, sin autem, habeas ipsum pro ecclesia'. Decius veniens intravit Romam, et accepit imperium magis virtute quam amore, et cepit requirere[b] Phylippum iuniorem, qui absconsus erat. Tandem magnis promissionibus et minis invenit eum; quem occidit, et quesivit[c], ubi esset thesaurus Phylippi. Quidam dicebant eum[d] habere Sixtum episcopum Christianorum, quidam esse Philippoli[e] Grecie. [Statim[f]] venit ei legatio de

a) adhuc *Gotifr.* b) *lege* Numeriano fulmine interiisse. c) Valeriano *Gotifr.* d) nitent *Gotifr.* e) Nota — qui erat in milicia *in quinque versibus erasis columnao* 15^{d}. *scripta.* f) Orta *certo legi nequit.* g) vocati *c. (?)* h) crevit *Cenc.* i) *sequentia in marg. inferiore f.* 15^{v}. *scripta.* k) ex *Cenc.* l) per multa *Cenc.* m) laud. eum iug. (*corr.* iug. laud. eum) laudabant eum *(iterum) c.* n) ñr int *c.* o) h'emus *c.* p) delectatus *Cenc.* q) ipse hab. *Cenc.* r) ipse daret *Cenc.* s) *sic recte c.;* marc:s *Cenc.* t) imperator *Cenc.* u) veonam (?) *Cenc.* v) Deciani mil. *Cenc.* w) in l. dorm. *om. Cenc., sed eadem verba exscripsit auctor Basileensis supra p.* 299, *l.* 33. x) et sonuit *Cenc.* y) mil. — circa *in loco raso.* z) interfectum *Cenc.* a) dñe *c.* b) perquirere *Cenc.* c) inquisivit *Cenc.* d) *sequentia in inferiore marg. f.* 16^{r}. *scripta.* e) *sic c. et Cenc.* f) *sequentium multa nimis detrita legi nequeunt, quae uncis inclusa sunt.*

1) *Sequens caput Albertus vel potius Salimbene exscripsit ex libro Mirabilium Romae. Quod caput quidem in editionibus huius libelli deest, sed ex codice quodam eiusdem ab Albino cardinali et ex libro eius a Cencio in Libro censuum c.* 43, *ed. P. Fabre p.* 272 *sq.* (*'Bibl. des écoles françaises d'Athènes et de Rome' VI,* 2*) descriptum est. Cf. supra p.* 268. 299. 348.

[Persida] dicens eos rebelles [esse, et tintinnabulam statue personuit]; non habens quem mitteret, [*Cenc. c.* 43.] ipse cum exercitu suo [ivit, ordinato] Rome suo vicario Galba, et duxit secum filium suum Decium et expugnavit [et vicit omnes Persas et cepit] Abdon et Senen, sicut [lectio] ma[nifestat]; quos [cognovit] clarissimos genere, [eduxit aure]is catenis catena[tos. Cumque reverteretur], posuit obsidionem Philippoli. Interim nuntius venit a Roma et Galbam fore[a] mortuum nuntiavit. [Reliquit ibi filium] suum Decium cum parte exercitus et al[iam sec]um duxit Romam cum Ab[don et Senen]. Cumque venisset Romam, interrogavit de thesauro[b] Phylippi[c]. Occidit autem istos sanctos martyres Christi clarissimos Abdon et Senen [in amphitheatro]. Indicatum vero ei fuit, quod Syxtus episcopus Christianorum haberet thesaurum Phylippi. [Cepit . . . . .[d]] eum et multis tormentis maceravit, et quia per eum de thesauris certus[e] esse non potuit, iussit eum Valerianus capitis subire sententiam. [Cumque duceretur] ad decolandum, beatus Laurencius exclamavit et dixit: 'Noli[f] me derelinquere, pater sancte, quia[g] thesauros expendi, quos tradidisti michi'. Tunc milites audientes de thesauris, ante Septem-solium [in via Nova tenentes beatum Lauren]tium, duxerunt et tradiderunt eum Parthemio tribuno et cet.

*Severus[h] imperator[1]. [**f. 16a.*]
Romule[i] sedis Severus . . . . . . [*Sp. regum II, 21.*]
. . . . . . dogmata sacra tenet.

In marg.: Nota tempus magni Origenis[2].

XXII. Fabianus papa primus.

Fabianus papa primus, natione Romanus, ex patre Favio[k]. Cepit an[no] Domini CCXXXVIII. [*Ioh. de Deo et L. pont.* 21.]
. . . . sepultus est in cimiterio Calixti, via Appia.

Maximianus imperator.
Maximianus adest . . . . . . [*Sp. regum II, 25.*]
. . . . . . perdere sancta datus.

In marg. f. 16a. *rubris lineis cincta:* Nota Maximianum imperatorem militem fuisse cohortis, qui[l] per seditionem militum[m] factus est imperator[3].

Gordianus imperator.
Dum Gordianus . . . . . . [*ib. II,* 26.]
*. . . . . . quis modo presul erit. [**f.* 16b.]

In marg. inferiore f. 16a: Nota spiritum in specie columbe venisse[n] super Gordianum[4].

Phylipus imperator.
Suscipit imperium . . . . . . [*ib. II,* 27.]
. . . . . . ipsius esse decet.

In marg. f. 16b. *rubris lineis cincta:* Nota primum Christianum fuisse imperatorem Phylipum, cuius tempore Roma erat etatis mille ann. [*Beda, Isid.*]

XXIII. Cornelius papa primus.

Cornelius papa primus, natione Romanus, ex patre Constantino[o]. Cepit an[no] Domini CCLII. [*Ioh. de Deo et L. pont.* 22.]
. . . . *. . . . . et cessavit episcopatus di. XXXV. [**f.* 16c.]

a) esse *Cenc.* b) thesauris *Cenc.* c) phyl' *c.* d) *plura hoc loco in cod. scripta erant, quae Cenc. non habet.* e) certior *Cenc.* f) Non *c.?* g) iam *add. Cenc.* h) *haec scripta sunt f.* 16a. *post tres versus minio deletos (extrema parte col.* 15d. *erasa), in quibus legitur:* confirmavit, ut nulla esca usualis a Christianis repudietur, XXX. d[ist.] e. f.; quo mandante Lucius rex Britanorum Christianus factus est; *quae de Eleutherio papa dicta ex Iohannis de Deo Cronica exscripta sunt.* i) Romulee *Gotifr.* k) *sic codex E* 1 *Libri pont.* l) ꝙ (quod) *(pro* ꝗ*) c.* m) militem *c.* n) ven. *bis scr. c.* o) *sic codex E* 4 *Libri pont.*

1) *Perperam Albertus Speculi regum II, c.* 21, *v.* 996—1002. *huc transtulit.* 2) *Qui v.* 1000. *Speculi regum nominatur.* 3) *His repetita sunt quae versibus praecedentibus Speculi regum v.* 1013—1019. *continentur.* 4) *Fabianum papam potius. Quod Albertus non perspexit, cum Fabiani nomen in praecedentibus versibus* 1020—1026. *Speculi regum non dictum esset.*

In marg. f. 16[b]:

De septem dormientibus.

Nota[1], quod eodem tempore fuerunt septem dormientes. Sex eorum potentes fuerunt tempore, quo Decius cesar persecutus est ecclesiam Dei. Qui, quam cito audierant persecutionem, fugerunt in montem et latuerunt in spelunca quadam et secum magnam portaverunt peccuniam, sed parum cibi. Prima enim die comederunt quicquid habuerunt comestioni aptum et dixerunt servienti suo: 'Cras emes nobis cibos, parum enim hodie comedimus'; et postea dormierunt. Tandem Decius quesivit eos, nam audierat Christianos esse. Sed dictum est sibi eos aufugisse vel in alias regiones vel in monte latuisse. Quod ipse audiens fecit hostia spelunce obstrui lapidibus. Post iustum[a] temporis circiter CCC annos quidam voluit stabularium[b] facere contra speluncam, et fecit ibi magnum ignem, quo resoluti sunt lapides, qui erant in hostio spelunce, et statim splendor ignis refulxit in spelunca, et evigilati sunt dormientes VII; et VI qui potentiores erant dixerunt VII^{0}, qui erat servus eorum: 'Dies est. Vade nobis emere cibos'; putabant enim se per unam noctem dormisse. Ivit ergo ille in civitatem et venit ad macella, miratus ultra modum, quod videbat omnia esse mutata, et cruces videbat per vicos et in triviis et in quadriviis; cumque emeret carnes et obtullisset monetam, quam habebat, non cognoverunt eam carnifices et dixerunt: 'Unde habes istos nummos?' qui ait: 'Ex meo proprio labore'; et illi: 'Unde es tu?' et ille: 'De patria ista'; tunc illi: 'Qui sunt parentes tui?' Respondit: ille et illi, et non cognoverunt carnifices aliquos eorum, quos ipse nominabat. A longo enim tempore nomina cum illis fuerant sepulta. Iterum illi dixerunt: 'Sub quo imperatore fuit ista moneta?' Ille ait: 'Sub Decio'. Tunc illi admirantes, tum propter monetam, tunc propter ea que referebat, estimantes eum esse vesanum, ligaverunt eum et duxerunt ad pontificem civitatis; cui diligenter inquirenti, quis ille esset et unde et ubi invenisset hanc monetam, et de aliis, que ipse [respon]derat[c] carnificibus, omnia, prout eis contigerat, revelavit. Tunc ipse[d] veniens cum omni populo civitatis ad speluncam et[e] invenit VI gravissime iterum dormientes et evigila[ns[f] eos et] in civitatem adduxit et singula sciscitatus ab eis, inventum est eos in spelunca fuisse fere per annos CCC. Preterrea[g] inven[te[h] sunt ibi] tabule plumbee, quas ibi posuerant qui mandato Decii obturaverant os spelunce, et annotaverant tempus in eis, quo illi[i] tempore inclusi fuerant. [Tunc[k] temporis] erant imperatores Honorius et Archadius, et cum pri[us[l] dubitarent de resurrectione, firmius hoc viso crediderunt. Fuerunt] autem cum episcopo predicti VII [iuvenes[l] per aliquot di]es et postea mortui sunt [libera[l] morte. Unde et dicti sunt martyres, et quia tam diu[m] [in spelunca[l] remanserunt].

a) multum vero *Guill. Durandus.* b) stabulum *Durand.* c) respon *certo legi nequit;* retulerat *Durand.* d) episcopus *Durand.* e) et *delendum.* f) ns eos et *certo legi nequit;* evigilatos secum in civ. *Durand.* g) p̄trea *c.* h) *uncis inclusa legi nequeunt;* inv. sunt. pl. tab. in ipsa spelunca *Durand.* i) illi *in marg. suppl.* k) *uncis inclusa conieci, legere non potui;* Imp. erant tunc *Durand.* l) *uncis inclusa e Durando supplevi, legere nequivi in c.* m) et — diu *nimis difficile legi;* et *om. Durand.*

1) *Sequentia Albertum e Cronica fratris Salimbene descripsisse reor. Eandem narrationem ad verbum fere cum hac convenientem habet Guillelmus Durandus, Rationale divinorum officiorum VII,* 19. *Eius variam lectionem adnotavi, ubi hic mendum habere videbatur, aut ubi nostri verba in codice non bene legi potuerunt. Reliquam neglexi. Haec narratio longe recedit ab aliis, quas laudaverunt socii Bollandiani, Biblioth. hagiogr. Lat. I, p.* 348.

De Decio imperatore.

Decio[a] imperium . . . . . . *Sp. regum II, 28.*

. . . . non tenet ordo patrum[b].

In marg. f. 16[c]: Nota tempus beati Antonii anachorite[1].

In marg. superiore f. 16[v]: Huius temporibus Decii imperatoris Alexander Ierosolimorum episcopus martyrium subiit, Felicissimus et Agapitus, Fabianus pontifex Romanus, Abdon et Senen, Agatha Cathaniensis. . . . .[c] Quintiano, et tunc sedit Cornelius papa. *Sic. p.* 113.

XXV.[d] Stephanus papa primus.

L. pont. III. 24. et Ioh. de Deo.

Stephanus papa primus, natione Romanus, ex patre Iulio[e]. Cepit an[no] Domini CCLVIII, sedit an. IIII, men. II, di. XV, imperante Valerio[f] cum Galieno [filio suo[g]]; cessavit episcopatus di. XXII. Stephanus statuit sacramenta non tangi nisi a sacris hominibus; XXIII. d.: *Non oportet;* et in c. . . . . . .[h]. Stephanus predictus martyrio coronatur; sedit autem temporibus Valeriani et Gallicani et Maximi usque ad Valerianum III. et Gallicanum secundum*. Hic constituit, sacerdotes et levitas[i] ut vestes sacratas in usu cotidiano non uti nisi in ecclesia tantum. Hic fecit ordinationes[k] II per mensem[l] Decemb., presbyteros VI, diacones[m] V, episcopos per diversa loca III; qui etiam sepultus est in cimiterio Calixti, via Appia, III. Non. Aug. *L. pont.*

*) *In marg.:* Et eodem tempore fuit beatus Çeno episcopus Verone, tempore Galieni. *Sic. p.* 114.

XXVI. Sixtus papa secundus.

L. pont. III. 25. et Ioh. de Deo. Ioh. Beleth c. 145.

Sistus papa secundus, natione Grecus de Athenis[2], ex phylosopho. Cepit an[no] Domini CCLXII, sedit ann. Domini II, men. XI, di. VI, imperante Valeriano et Galieno et Decio; cessavit episcopatus di. XXXV. Beatus Sistus ad Hyspanias partes profectus est, duos iuvenes inde secum Romam adduxit, beatum Laurentium et beatum Vincentium eius cognatum. Beatus Laurencius remansit cum eo et passus est Rome gravissima tormenta, ut eius plenarie narrat hystoria. Beatus vero Vincentius cognatus in Hyspaniam reddiit[n] et ibi in glorioso martyrio vitam finivit. Sistus martyrio *coronatur. Fuit autem temporibus supradicti Valeriani et Decii. Quo tempore fuit maxima persecutio. Eodem tempore hic conprehensus est a Valeriano et ductus est, ut sacrificaret demoniis; qui contempsit precepta Valeriani et truncatus est capite, et cum eo alii VII diacones[m], Felicissimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus, Vincentius et Stephanus, sub die VIII. Idus Augusti; et presbyteri prefuerunt a consulatu Maximi et Gravionis II. usque Tusco et Basso, a consulatu Tusci et Bassi usque XIII. Kal. Aug. Quo tempore sevissima persecutio urgebatur. Et post passionem beati Sixti post tercium diem passus est beatus Laurencius, archidiaconus eius, IIII. Idus Aug. et Claudius subdiaconus[o] et Severus presbyter et Crescentius lector et Romanus hostiarius. Hic fecit ordinationes[k] II per mensem[l] Decemb., presbyteros IIII, diacones[m] VII, episcopos per diversa loca II. Qui sepultus est in cimiterio Calixti, via Appia, VIII. Idus Augusti. Beatus autem Laurencius sepultus est via Tyburtina in cimiterio Cyriacetis in agro Verano in cripta cum aliis multis martyribus IIII. Idus Aug. **f. 16d. L. pont. III.*

In marg. f. 16[d]: Eodem tempore fuit beatus Miniatus martyr[p], civis Florencie. *cf. Us. Oct. 25.*

De festo beati Syxti.

Post hec dicendum est de festo beati Syxti. Sed quia passio eius satis manifesta et nota omnibus est, ideo ad aliud agendum transeamus. Hoc ipso die est festum de transfiguratione Domini, non quia tali die transfiguratio facta sit, sed quia tunc ab illis qui secum fuerant in monte Thabor fuit manifestata et publicata. . . . . Quia ergo dixit novum, et transfiguratio Domini pertinet ad illum statum, quem habuit post resurrectionem, ideo in hoc festo novum vinum exquiritur. *Ioh. Beleth c. 144.*

De festo beati Laurencii.

De festo beati Laurencii breviter est dicendum. Hoc autem festum tria habet, que magne sollempnitates habere solent, scilicet ieiunium diei, sollempnitatem, octabas. Iste enim sanctus in *ib. c. 145.*

a) Decius *Gotifr.* b) parum *Gotifr.* c) *quatuor verba erasa sunt.* d) *cap. XXV. in marg. f.* 16[v]. *suppletum est.* e) iul' *c.* f) Valeriano *Ioh.* g) fil. suo *ab Alberto litteris tabulariorum post e Sicardi Cron. p.* 114. *add.* h) in .c.||secractiribus *(? non satis certo legitur) c.; forte corrigendum* 'Sacratas Deo' = *Grat. I, dist.* 23, *c.* 25. i) leuit *c.* k) ordin *c.* l) men *c.* m) diac *c.* n) *sic c.* o) subdiac *c.* p) mar *c.*

1) *De quo in praecedentibus versibus* 1035—1037. *Speculi regum dicitur.* 2) Atheniensis *Iac. de Varagine c.* 114.

*f. 17a. Ioh. Beleth c. 76. quatuor privilegiatus est. . . . . *. . . . . . Augustus Cesar ad gloriam Romani imperii donavit[a] edictum, ut de singulis civitatibus mundi aliquis Romam veniret afferens inde tantum terre, quantum pugnus claudere potuisset. Quod ita factum est, et ex ea terra factus est quasi monticulus quidam, super quem postea fundata fuit ecclesia. Ideo in dedicationis[b] illius die cantatur officium: *Omnis terra adoret te* et cet.

XXVII.[c] Dionisius papa primus.

L. pont. III. 26. et Ioh. de Deo. Dionisius papa primus ex monacho, cuius generationem non potuimus repperire. Cepit an[no] Domini CCLXV, sedit an. II, men. III, di. VII, imperante Valerio et Galieno. Dionisius parrochias divisit et[d] singulis propter penitentes singulas[e] instituit sacerdotes; sub quo Cyprianus fuit; XIII, q. I, L. pont. c. I; et cessavit episcopatus di. V. Fuit autem temporibus Galieni, ex die XI. Kal. Aug. Emiliano et Basso consulibus usque in diem VII. Kal. Ian., a consulatu Claudii et Paterni[f]. Hic presbyteris ecclesias dividit et cimiteria et parrochias, dioceses constituit. Hic fecit ordinationes[g] II per mensem Decemb., presbyteros XII, diacones[h] VI, episcopos per diversa loca VIII. Qui etiam sepultus est in cimiterio Calixti, via Appia, VI. Kal. Ian.

Sic. p. 114. *In marg. inferiore f.* 16[d]: Eodem tempore predicti Dionisii pape fuit beatus Çeno Veronensis episcopus, qui Galieni filiam demoniacam liberavit; cui rex Galienus coronam ei donavit. His temporibus Rome sedit episcopus Dionisius, qui parochias divisit. Cyprianus primo rethor, deinde presbyter, demum Cartaginensis episcopus, coronatur martirio. Eodem tempore et die, sed non eodem anno[i]; similiter et Marinus civis Ierosolomitanus militaris martyr effectus est, Protus etiam et Iacintus.

XXVIII.[k] Felix papa primus.

L. pont. 27. Ioh. de Deo. Felix papa primus, natione Tuscus[1], ex patre Marino, de civitate Lune. Cepit an[no] Domini CCLXX, sedit an. VIII, men. X, di. IIII, imperante Valerio. Felix statuit missas celebrari super L. pont. III. memorias martirum; XXX. d.: *Si quis per superbiam;* et cessavit episcopatus[l] di. V. Fuit autem temporibus Claudii et Aureliani a consulatu Aureliani et Cupetolini[e]. Hic constituit super sepulcra martirum missas celebrari. Felix martyrio coronatur. Hic fecit ordinationes[g] II per mensem[m] Decemb., presbyteros VIIII, diacones[h] II, episcopos per diversa loca V. Hic fecit basilicam in via Aurelia, ubi et sepultus est, miliario II, III. Kal. Iun.

XXIX. Euticianus papa primus.

L. pont. 28. Ioh. de Deo. Euticianus papa primus, natione Tuscus, ex patre Marino, de civitate Lune. Cepit an[no] Domini CCLXX. . . . .

cf. Us. Sept. 14. *In marg. f.* 17[a]: Eodem tempore fuit beatus Cyprianus episcopus et martyr[n] de civitate Nubitana[o,2] sub Valeriano.

cf. Us. Aug. 23. Us. Nov. 1. Sic. p. 114. *In marg. inferiore f.* 17[a]: Eodem tempore Euticiani pape et Claudii imperatoris sanctorum martyrum[n] Cyriaci, Maximi et Archelai et Cesarii diaconi et Iuliani presbyteri, omnes supradicti martyriçati fuerunt a Claudio imperatore. Cuius temporibus Marius et Martha cum[p] filiis Audifax et Abacuc de Persida causa orationis Romam venerunt, martyrio coronati sunt.

Claudius imperator.

Sp. regum II, 30. Claudius exurgens . . . . . .
*f. 17b. . . . . *. . . dampna pericula ferens.

Hier. Us. Nov. 1. *In marg. f.* 17[a]. *rubris lineis cincta:* Nota, quod Claudius imperator Illirico de Gothis triumphavit[3]. Eodem tempore sanctorum martyrum[q] Cesarii diaconi[h] et Iuliani presbyteri, martiriçati fuerunt a Claudio imperatore[4].

a) *sic c.;* huiusmodi edictum proposuit et ordinavit *Ioh. Beleth.* b) dedicationibus illius diei *Ioh.* c) *cap. XXVII. in marg. inferiore f.* 16[v]. *suppl.* d) et *superscr. c.* e) *sic c.* f) pãrui (*vel* pami) *c.* g) ord' *c.* h) diac̃ *c.* i) *non distinctum h. l. in c.* k) *cap. XXVIII. in inferiore marg. f.* 16[d]. *suppl.* l) cef epa. *c.* m) men *c.* n) mar *c.* o) nubi *non certo legitur.* p) cui9 *c.* q) mr̃ *c.*

1) Tuscus — di. IIII *ad Euticianum sequentem pertinent, quae in sequente capite repetita sunt.* 2) *Fuit episcopus Carthaginensis.* 3) *Haec ex Chronicis Hieronymi in codice Speculi regum ab Alberto lecto in margine adnotata fuisse apparet.* 4) *Eadem vide l.* 35 *sq.*

XXX.[a] Gaius papa primus.

Gaius papa primus, natione Dalmatianus, ex genere Dioclitiani imperatoris, ex patre Gaio. Cepit an[no] Domini CCLXXX, sedit an. XI, men. IIII, di. VIIII, imperante[b] post Caro cum filiis Carino et Numeriano; qui Carus in flumine interiit, cum Carino filio, qui occiditur, et Numeriano, qui a socero interfectus est[1]; annis II, post Dioclitiano et Maximiano, qui imperavit[c] XX; et cessavit episcopatus di. XI. Gaius statuit, quod VII diaconi assistant in celebratione misse; XCIII. d.: *Diaconi.* Fuit autem temporibus Carini[d] et Carini, a die XVI. Kal. Ian. a consulatu Carini[d] II. et Carini usque in diem X. Kal. Maii Dioclitiano IIII. et Constantino II. Hic constituit, ut ordinationes omnes sic ascenderent: si quis episcopus mereretur, ut esset hostiarius, lector, exorcista, sequens, subdiaconus, diaconus, presbyter et exinde episcopus ordinaretur[e]. Hic regiones dividit[f] diaconibus. Hic fugiens persecutionem Dioclitiani in criptis habitando martyr[g] coronatur post an. VIII. Hic fecit ordinationes[h] IIII per mensem[i] Decemb., presbyteros XXV, diacones[k] VIII, episcopos per diversa loca V. Qui post an. XI cum Gavino fratre suo propter filiam Gabini presbyteri nomine Susanam martyrio coronatur; qui etiam sepultus est in cimiterio Calixti, via Appia, X. Kal. Maii. Eodem[2] tempore fuit beatus Genesius martyr[g]; et fuerunt martyres[g] quatuor Coronatorum[l]: Claudium, Castorium, Simpronianum et Nicostratum, mirificos in arte quadratura. Et apud Sciciliam natale[m] LXXIX martyrum[g], qui mortui fuerunt a Dioclitiano. In Campania sancti Herasmi episcopi et martyris[g] et sanctorum Cosmas et Damianus martyres[g] sub Dioclitiano martiriçati fuerunt*.

L. pont. 29. et Ioh. de Deo. — Hier. — Ioh. de Deo. — L. pont. III. — Us. Aug. 25. Us. Iul. 7. — Us. Febr. 21. Us. Iun. 3. Sept. 27.

*) *Cruce in calce capitis XXX. et ante sequentia posita in marg. inferiore f.* 17b. *alia manu C (notarii) saec. XIV. (non Alberti) haec scripta sunt:* Nota, quod annis Domini CC⁰LXXXIX⁰ passi fuerunt sancti martires Crisantus et Daria sub Numeriano filio Cari imperatoris, tempore Gagi pape primi, qui fuit de genere Diocliciani imperatoris; quod Numerianus regnaverit et quo tempore, require in Cronica imperatorum[3] XLII⁰ capitulo. Nota, quod annis Domini DCCCC⁰XIIII⁰ corpora supradictorum martirum Crisanti et Darie fuerunt Regium apportata[4], tempore Iohannis pape decimi, imperante Berengario; et hec require inantea in presenti Cronica C⁰XXXIII⁰ capitulo et in Cronica imperatorum LXXXVIII⁰ capitulo[5], tempore Adhelardi episcopi Reg. Et ego B. facta ratione hec approbata descripsi.

XXXI. Marcellinus papa primus.

Marcellinus papa primus, natione Romanus, ex patre Proiecto. Cepit an[no] Domini CCLXXXXII. *L. pont. 30. Ioh. de Deo.*

. . . .

Dioclitiano[n] et Maximianus imperatores.

Dioclitianus pariter . . . . . . *Sp. regum II, 34.*

. . . . ante fuisse ferunt.

In marg. f. 17b. *rubris lineis cincta:* Qui prius possuerant[l] gemmas preciosas in vestibus aut in calciamentis. Dioclitianus et Maximianus. *Sic. p. 116.*

In marg. superiore f. 17b: In Campania sancti Herasmi episcopi et martyris[g] sub Dioclitiano et Maximiano. Martiriçatus fuit tempore Marcellini pape, et martyres[g] fuerunt sanctorum quatuor Coronatorum: Claudium, Castorium, Sempronianum[o] et Nico- *Us. Iun. 3. — cf. Us. Iul. 7.*

a) *cap. XXX. in marg. f.* 17b. *suppl.* b) Probo *omisit Alb.* c) *sic c.; supple* annis. d) *lege* Cari. e) ordinarereretur *c.* f) diui||dit. dit *c.* g) mar̄ *c.* h) ordiñ *c.* i) m̄ *c.* k) diac̄ *c.* l) *sic c.* m) nat *c.* n) Dioclitia, *Alberti manu superscr.* no (!). o) *sic h. l. c.*

1) Carus — est *ex Chronicis Eusebii-Hieronymi in codice Speculi regum ab Alberto lecto ad caput II,* 33. *adscripta fuisse censeo. Vide quae SS. XXII, p.* 79. *in codicibus* 1 *et* 3 *adnotata sint. Pro* in flumine *lege* fulmine. 2) *Haec l.* 38 *sqq. iterum in margine adscripta sunt.* 3) *Alberti infra edita.* 4) *Quae anno* 844. *iam in monasterium Münstereifel apportata sunt (SS. XV, p.* 374 *sq.).* 5) *In illo capitulo de Iohanne X. papa, in hoc de Berengario, neutro loco de translatione SS. Chrysanti et Dariae relatum est.*

stratum, mirificos in arte quadratoria[a], et martiriçati[b] fuerunt a predictis im-
Us. Aug. 25. peratoribus Dioclitiano et Maximiano, et beatus Genesius martyr[b, 1] et beata
Us. Sept. 26. Iustina virgo et martyr[b].

f. 17. 'XXXII.[c] Marcellus papa primus.

L. pont. 31. Ioh. de Deo. Marcellus papa primus, natione Romanus, ex patre Benedicto, de regione Via-lata. Cepit an[no] Domini CCCVII. . . . .

In marg. f. 17c: Eodem[2] tempore fuit Maxentius filius Maximiani augusti, qui cum Diocliciano multos pro fide sanctos interfecit. Deinde Maxencius filius supradicti Maximiani factus est imperator, qui et ipse multos martyres interfecit; dum autem in Alexandria resideret, anno regni sui XXXV⁰ interfecit gloriosam virginem Katerinam. Erat autem beatissima Katerina annorum XVIII, quando substinuit passionem[3]. Iste Maxencius, qualis fuerit eius vita, vel etiam ad quem finem devenerit, in parte[d] scriptum est in legendis sanctorum. Maximianus, qui cum Diocliciano, dum uno tempore essent imperatores, ipsi et eorum vicarii per universum orbem multa milia martyrum et sanctos Dei occiderunt et[e] eos magnis penis afflixerunt. Fecerunt autem occidi beatum Marcellum papam[4] et beatum Tyburcium et sanctum Mauricium cum sociis suis et sanctum Sebastianum, sanctum Cyriacum cum sociis suis et sanctos Marcum et Marcellianum et sanctos Sinsinium[f] et Saturninum, sanctos Vitum et Modestum atque Crescentiam et sanctum Quintinum[5], sanctos Luciam et Geminianum, in quorum hystoria[6] legitur, quod, postquam Dioclitianus diversis eos penis afflixisset, obcecatus a diabolo iter aripuit[f] ab urbe Roma ad pontem Galacium. Qui dum venisset in fluvio qui dicitur Tyberim et dum introisset in eo, Dei iudicio in medio flumine interiit cum omni officio suo. Erant enim omnes viri, qui cum eo demersi sunt, MCCCXLVI. Et sanctam Eufemiam[7], sanctum Panthaleonem[8] et sanctum Grisogonum, sanctum Marcellinum papam cum XVII milia[f] Christianorum[9], sanctos Vitalem et Agricolam[10] et sanctum Adrianum, sanctos Naborem et Felicem cum sanctis Gorgonium[f] et Dorotheum[f, 11] et duos presbyteros nomine Felices[12]. Interfecerunt autem beatissimam Iulianam cum centum viginti viris et mulieribus. Interfecerunt ipsi et eorum vicarii sanctum Georgium[13] et sanctum Florianum, sanctum Victorem et sanctum Dompninum[14], sanctos Cantium et Cantianum et Cantianillam[15], sanctos Primum et Fellicianum, sanctos Faustinum, Simplicium et Beatricem[16], sanctos quatuor Coronatos et sanctum Alexandrum et sanctam Barbaram[17] et beatum Theodorum[18]. Interfecerunt etiam et alios innumerabiles, quorum nomina nunc tacemus. In die igitur, quo per Pascasium eorum vicarium

a) *sic h. l. c.* b) mar̄ *c.* c) XII. *in loco raso.* d) ıp̱te *c.* e) *seq.* fecerunt *expunct. c.* f) *sic c.*

1) *Eadem vide supra p.* 389, *l.* 15 *sqq.* 2) *Sequentia omnia ex Cronica fratris Salimbene exscripta esse videntur.* 3) *Cf. acta Catherinae edita a Mombritio, Vitae sanctorum I, f.* 160 *sqq.* 4) *Cf. Liber pont.* 31. 5) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 23. 141. 116. 82. 160. 6) *Edita a Mombritio, Vitae sanct. II, f.* 59 *sqq.* 7) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 139. 8) *Cf. Usuardi Martyrol. Iul.* 28. 9) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 171. 60; *Liber pont.* 30. 10) *Cf. acta eorum, Acta SS. Nov. II, p.* 247 *sqq.* 11) *Iacobi Leg. Aurea c.* 134. 135. 12) *Cf. Usuardi Martyrol. Aug.* 30. 13) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 43. 58. 14) *Cf. Usuardi Martyrol. Oct.* 9. 15) *Cf. acta eorum, Acta SS. Maii VII, p.* 428 *sqq.* 16) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 80. 104. 17) *Cf. Usuardi Martyrol. Dec.* 16. 18) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 165.

in Syracusana civitate passa fuit martyr Christi sancta Lucia, Dioclitianus fuit de regno eiectus, Maximianus nece turpissima interfectus. Pascaxius ergo eodem anno iusto fuit iudicio decollatus[1]; et interfecerunt beatum Mennam martyrem[a. 2] et beatum Quirinum episcopum et martyrem[b. 3].

XXXIII.[c] Eusebius papa primus.

Eusebius papa primus, natione Grecus, ex medico. Cepit an[no] Domini CCCXIII. . . . *L. pont. 32. Ioh. de Deo.*
. . . . **f. 17d.*

In marg. f. 17c. *rubris lineis cincta:* Nota. Nunc de inventione sancte crucis dicendum est: cruce Domini inventa ab Helena matre Constantini per Iudam, ut hystoria[d] de inventione illius narrat, celebratum est Ierosolime festum illius. Sed Eusebius papa XXXIII[us e] a beato Petro illud ubique postea terrarum celebrari precepit. De hoc Iuda legitur, quod conversus est ad fidem, postea vocatus Quiriacus mutato nomine, factus est episcopus Ierosolimitanus; de quo, ut dicunt, diabolus sic prophetavit: 'Iudas Christi mortem[f] tradidit, sed iste Iudas mortuum Christum exaltavit et magicas artes detexit. Sed in brevi Iulianus amicus rex erit, qui me de illo vindicabit'. Quod ita factum est, quia illum, ut dicitur, interfecit tormentis. *Ioh. Beleth. c. 125. et Durand. VII, 11.*

In marg. inferiore f. 17c: Eodem tempore fuerunt sanctorum martyrum[a] Iohannes et Paulus et inventio corporis sancti Stephani prothomartyris[g. 4]. *Us. Iun. 26. Us. Aug. 3.*

Constantinus imperator.

Nunc Constantinus . . . . . . *Sp. regum II. 36.*
. . . . . . crux benedicta caput.

In marg. f. 17d. *rubris lineis cincta:* Nota Constantinum primum Arrianum fuisse et denuo[h] ab episcopo Eusebio Arriano baptiçatum. *ib.*

Nota: Constantinus alienigena fuit, quia spurius, non de genere imperatorum, et interfector[i] domini sui imperatoris Maximiani, cuius coronam invasit et tenuit.

Not.: Constantinus divisit imperium in tres partes tribus filiis suis. Primus[k] dedit Danaos, Romula regna secundo, tercius habuit Babilon cum Tholomaida.

Nota, quod Helena invenit crux[k] sancta[k].

In marg. inferiore f. 17d. *rubris lineis cincta:* Nota[5], quod Helena mater Constantini ivit Ierosolimam et vocavit Iudeos et quesivit, ubi erat crux Christi, et promisit multam peccuniam, ut revelarent, et multa tormenta, si non revelarent; tandem elegerunt quendam seniorem, qui vocabatur Iudas, ille vero noluit revelare. At illa affixit[l] eum multis tormentis et ieiuniis; tandem adductus fuit ad locum, ubi[m] erat, et fecit homines fodere, et invenerunt tres cruces, quarum una erat Domini, duarum[n] latronum, et equales erant, quare nesciebant, que esset Domini. Hoc[o] suavissimus odor de loco, ubi crux erat, exibat; tandem invenerunt hominem mortuum et posuerunt super eum crucem Domini, et revixit. Statim Iudas et multi Iudei et etiam multi pagani baptiçati sunt.

a) mar̄ c. b) m̄ c. c) III. *in loco raso.* d) hystoria c. e) trigesimus *Ioh. Beleth., quod Albertus secundum numerum capitis supra l.* 5. *positum correxit.* f) *lege* Christum morti. g) prothomar̄ c. h) d'nio c. i) *haec vera lectio esse videtur, cum SS. XXII, p.* 80. *in nota marginali legatur* in territorio. k) *sic c.* l) *lege* afflixit. m) *supple* crux. n) *legendum* aliae duae duorum. o) *sic vel* Hec *c.;* Sed *legendum videtur.*

1) *Cf. acta Luciae, Surius, De probatis SS. hist. (Coloniae* 1581*) VI, p.* 892 *sq.; Iacobi Leg. Aurea c.* 4. 2) *Cf. Usuardi Martyrol. Dec.* 11. 3) *Cf. acta eius, Acta SS. Iun. I, p.* 381 *sqq.* 4) *Demum tempore Honorii imperatoris haec inventio facta est.* 5) *Sequentia, quae ex historia inventionis s. crucis vel actis Cyriaci (Inventio s. crucis ed. A. Holder p.* 1 *sqq.) excerpta sunt, ex Cronica fratris Salimbene ab Alberto descripta esse videntur.*

Constantinus et Constans imperatores.

**f. 18a. Sp. contra II, 37.* *Dum Constantino Constans . . . . . .

. . . . possumus esse sui.

ib. II, 37. *In marg. f.* 18[a]. *rubris lineis cincta:* Nota Constantinum et Constantem filios Constantini primi fuisse Arrianos, et Eusebium, dum contra catholicos disputat in palatio Constantinopolitano, viscera omnia emisisse[a].

XXXV.[b] Silvester papa primus.

L. pont. 34. et Ioh. de Deo. Silvester papa primus, natione[a] ex patre Rufino. Cepit an[no] Domini CCCXVIII. . . .

**f. 18c.* . . . .

Us. Aug. 7. *In marg. f.* 18[a]: Eodem tempore fuerunt sanctorum martyrum[c] Donati et Hylariani.

Sic. p. 120. Temporibus Constantini conversi sunt Indi et Hyberni[d].

In marg. superiore f. 18[b]: Eodem tempore Silvestri pape et Constantini fuit *ib.* beatus Nicholaus episcopus de Patera urbe et Licise[e] regione oriundus; pater eius vocabatur Epiphanius, mater[f] vero eius nominata fuit Norina[1]; et Mirensis episcopus fuit; qui cum adhuc viveret, nocte in visione apparuit Constantino et eparcho ipsius, minitans pro quibus[g] stratilatibus, quos iniuste dampnare disposuerant, nisi absolverent ipsos, qui[h] invocaverant nomen eius; eos igitur Constantinus absolvit et beato Nicholao per ipsos munera misit, mandans non minari, sed orare.

Mir. Romae 35. *In marg. laterali et inferiore f.* 18[b]. *rubris lineis cincta:* Huius temporibus fecit Constantinus augustus basilicam istam, quam decenter ornavit, et posuit ibi archam testamenti, quam Titus asportaverat de Ierusalem, et candelabrum aureum cum VII infusoriis lucernis. In quo[i] archa sunt hec: Ani aurei et mures aurei, tabule testamenti, virga Aaron[2], virga Moysi, cum qua fecit signa, qua etiam percussit bis silicem[k], et fluxerunt aque; et turribula aurea et altare incensi, Cherubin aurei et propitiatorium aureum, urna aurea habens manna, panes ordeacei, vestis inconsubtilis[a] et arundo, purpureum vestimentum eiusdem Domini nostri, de sanguine et aqua lateris Domini ampulle due. Ibi sunt reliquie de cunabulis Domini, mensa Domini, linteum unde extersit pedes discipulorum suorum, sudarium quod fuit super caput eius, de sanguine sepulture sancti Iohannis Baptiste et vestimentum eiusdem sancti Iohannis, de pulvere et cinere conbusti corporis eiusdem precursoris Domini, de manna sepulture sancti Iohannis ampula[l] plena, tunica et vestis eiusdem apostoli, que[l] superposita corporibus trium iuvenum surrexerunt, et capita apostolorum Petri et Pauli, quorum partem *ib.* Lateran.[m] posuit in ecclesia sancti Laurencii in Palatino[n]; et forcipes unde tonsus fuit sanctus Iohannes evangelista; superposuit ciburium[o] cum columpnis porphireticis et posuit ibi quatuor columpnas ereas deauratas, quas de campo Martis adduxerant in Capitolium antiqui consules et posuerant[p] eas in templo Iovis.

ib. 36. Huius temporibus Constantinus augustus ex rogatu Silvestri episcopi[q] basilicam beato Petro apostolo ante templum Apollinis in Vaticano. Cuius fundamentum imperator prius[r] fodit et asportavit inde XII cophinos ad honorem XII apostolorum; cuius corpus ita recondidit: locum[s] ex omni parte ere et cupro[t] conclusit, quod est immobile, ad caput pedes V, ad pedes pedes V, ad latus dextrum pedes V, ad latus sinistrum pedes

a) *sic c.* b) V *in loco raso.* c) m̃ *c.* d) Hyberi *Sic.* e) Licia *Sic.* f) mar̄ *c.* g) quibusdam *Sic.* h) *sic* (q) *c.;* quia *Sic.* i) *sic c.; lege* qua. k) perc. ƀissilice *c.* l) *sic h. l. c.* m) lateran *c.; supplendum videtur* partem. n) palat *c.* o) tiburium *c.* p) posuerunt *Mirab. ed.* q) *supple* fecit. r) primus *Mirab.* s) reconditur: loculum *Mirab.* t) cipro *c.*

1) *Haec a Salimbene e Vita Nicolai, Mombritius, Vitae sanctorum II, f.* 161 *sqq., Sicardi verbis addita esse videntur.* Nonna *vocatur mater in Vita Nicolai, de qua cf. Analecta Bolland. XVII, p.* 205 *sqq.* 2) *Sequentia quin in codice Mirabilium Romae ab Alberto vel a Salimbene vel ab utroque lecto addita fuerint, non dubito.*

[*Mir. Romae* 36.] V, subtus pedes V. Sic inclusit corpus beati Petri et ornavit superius altare ex fulvo auro et archam et fecit cyburium[a] ex columpnis porphireticis et auro mundissimo; posuit ibi ante altare XII columpnas vicineas[b], quas de Grecia adduxerat, que fuerunt de templo Appollinis Troie; posuit super corpus beati Petri crucem ex auro puro habens[c] CL libr., in qua scriptum[d] est: *Constantinus augustus*[e] *et Helena augusta*[e]*:* fecit[f] basilicam beato Paulo apostolo via Hostiensi et recondidit corpus eius in ere et cupro[g] sicut corpus beati Petri. Imperator vero post[h] Christianus effectus est et has ecclesias fecit, donavit beato Silvestro frigium, equos albos et omnia imperialia, que ad honorem et dignitatem Romani imperii pertinebant, et ivit Bizantium; cum quo ivit papa ita ornatus usque ad arcus[i] Romanum, ibique amplexati sunt[k] et dederunt oscula, et sic diviserunt se. Constituit etiam[1], [*L. pont.* 35.] ut episcopus Hostiensis, qui consecrat episcopum urbis Rome, pallio uteretur et ab episcopo urbis Rome consecraretur; et constitutum fecit de omni ordine ecclesiastico. Hic fecit duas basilicas, unam via Ardeatina et aliam iusta Palatinas in urbe Roma.

In marg. inferiore f. 18[r]: His temporibus Constantini Antonius maximianus[l] extitit [*Sic. p.* 120.] monachorum, cuius esca sal, panis et aqua, prandii[m] solis occasus.

His temporibus Alexander Alexandrie fit episcopus, fortissimus evangelii predicator. Pan- [*ib. p.* 119.] nucius confessor et episcopus Egyptius. Quirinus episcopus Sciscianus[n] martyrio coronatur.

XXXVIII.[o] Liberius papa primus.

Liberius papa primus, natione Romanus, ex patre Augusto. Cepit an[no] Domini CCCLV. . [*L. pont.* 37. *et Ioh. de Deo.*]

. . . . [*f. 19a.]

In marg. f. 18[c]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore fuit beatus Severus archiepiscopus Ravenne et electus fuit per columbam spiritus sancti[2].

Iulianus[p] imperator apostata et cronica illius temporis.

Clericus imperium . . . . . . [*Sp. regum II.* 38.]

. . . . . . parcere namque soles.

Nota, quod iste Iulianus prius monachus fuit et magne[q] religionis simulator, adeo[r] ut [*Ioh. Beleth c.* 125.] quedam mulier habens tres ollas plenas auri, aurum in orrificiis ollarum cinere cooperiens, ne comperiretur, ad servandum illi tradidit, quia sanctum illum hominem credebat, nec tamen confessa est ibi aurum esse . . . .

*Sublimatur ergo in imperatorem huius rei conmemorans; cum per artem magicam operari [*f. 19b] vellet, apostatavit, signum crucis ubique destruxit, Christianos in quantum potuit persecutus, putans, quod aliter sibi demones non obedirent, et Iudam Quiriacum vocatum interficere fecit, per quem crux Christi fuerat inventa.

Legitur etiam, quod quidam miles similiter Quiriacus . . . .

In marg. inferiore f. 18[v]: His temporibus predicti Liberi et Iuliani fuit Hylarion [*Sic. p.* 123.] monachus, et multi martyres pro Christo passi sunt, ut Gordianus et Epymachus, Rome Iohannes et Paulus et Donatus, Theodolus in Frigia, qui dum cremaretur, ait ad carnificem: 'Altera latera igni suppone, ne, dum comedere ceperis, semicrutas[s] invenias'. Basilius presbyter vitam martyrio finivit. Ossa beati Iohannis Baptiste conbusta et in pulverem dispersa. Athanasius, Esebius[t] Verccellensis[t], Ossus[u] Cordubensis concilium Alexandrie celebrant, ubi patrem, filium et spiritum sanctum trinitatem nominaverunt et his nominibus 'substantia' et 'subsistentia' utendi licentiam tribuerunt contra eos qui dicebant non esse utendum, quia substantia diffinitur, Deus vero diffiniri[v], ut Euagrius ait: 'Quod ineffabile est ratione taciturnitatis adoretur.'

a) tyburium *c.* b) vitrineas *Mirab.* c) *sic c.;* habentem *Mirab.* d) script⁹ *c.* e) aug̅ *c.* f) fec̄ *c.* g) cipro *c.* h) p⁹tē (postea), tē *expunct. c.;* postquam *Mirab.* i) *sic c.;* arcum *Mirab.* k) *supple* se. l) *sic et codex* 1 *Sicardi.* m) *supple* tempus. n) scianus *non certo legitur.* o) *capitis numerus prius scriptus erasus.* p) *in marg. superiore ab Alberto nigro atramento praescriptum:* De Iuliano imperatore et cronica illius temporis. q) *lege* magnus. r) Adeo *c.* s) *sic c.; supple* carnes. t) *sic c.* u) Osius *Sic.* v) *supple* non potest.

1) *Marcus, non Silvester. Sequentia enim e Vita Marci (Lib. pont. XXXV) exscripta sunt.* 2) *Vide infra p.* 394, *n.* 1.

In marg. inferiore f. 18v. 19r: Nota, quod predicti pape Liberii et Constancii *Sic. p. 121 sq.* filii condam[a] Constantini, heretici, fuit Maximianus Treverorum episcopus, qui Athanasium cum honore suscepit, sed postmodum Athanasius Alexandriam ad litteram Constancii reversus est. Eusebius quoque Vercellensis episcopus[b] martyr et episcopus, natione Sardus, et Dionisius Mediolanensis episcopus et Romanus presbyter nomine Pancracius dampnatur[c] exilio, qui contradicebant Arrio. Serapion multa conscripsit. Iohannes cognomento Sappens[d] Persarum episcopus et Eusebius presbyter Romanus, confessor, et martyres Maximus presbyter et Archelaus diaconus claruerunt, cuius corpus Cremonam[e] episcopus Lando portavit. Ylarius vero Pictaviensis multa de Christiana religione conposuit, qui fuit lucifer Romanorum, lucerna ecclesiarum, lapis preciosus, qui ad quecumque sermone pulcro ascendit aureoque ore locutus est. Sed synodo[f] apud Seleuciam, Ariminum et Mediolanum celebratur[g], in quibus dampnatur fides nostra, quia omnes toto orbe polluebantur ecclesie Arriana impietate. Sed quidam Audeus, a quo Audiani, qui et Antropomorphite dicti sunt, Deum conformem[h] humane ymagini dogmatiçabat, quia dixit: *Faciamus hominem ad ymaginem et similitudinem nostram.* Macedonius etiam actor[g] erroris spiritum sanctum creaturam esse docebat; unde eius discipuli Macedoniani vel Pneomatici[i] vel Seminiani[k], quia ex parte consentiebant eis, dicebantur. Fortinus[l] preterrea negabat Christum ante secula natum. Acatius[m] fuit novi erroris inventor, sed veteris inmitator. *Aetius vero pro suis cathegoriis et **f. 19r.* silogicis[n] perplesionibus[n*] ab ecclesia pellitur. Apostoli namque nos non dialeticam docuerunt; cuius discipuli[o] non dicebantur Actiani[n], sed vocati sunt Eunomiani[p] ab Eunomio discipulo eius. Eudoxius etiam patrem dixit asebis et filium ausebus[q], que vocabula cum active et passive ponantur, ab ecclesia cum auctore sunt repudiata[r]; asebis[s] enim 'non cedens[t]' vel 'non[u] cultus', eusebis 'bene colens' vel 'bene cultus' interpretatur. His temporibus Sapor rex Persarum in Christianos seviens Antiochiam[v] venit, sed orationibus Iacobi[w] episcopi prevalere non potuit, cuius precibus syniphes[x] et culices exercitum confunderunt[y], eius animalia violabantes[y] et fugere conpellentes. Macharius discipulus Antonii heremiticam vitam duxit. Plures autem fuerunt Macharii sanctimonia commendandi. Donatus magister Ieronimi gramaticam docuit. De Donato gramatico[z]. Victorinus rethor statuam in foro promeruit. Reliquie Timothei disciputi apostoli Constantinopolim inveniuntur. Ossa beati Andree apostoli et Luce evangeliste, qui obierat in Bethania, a Constantinopolitanis miro favore de Achatia[a] translata[b] suscipiuntur.

Sic. p. 124. *In marg. f.* 18d: His quoque temporibus Iulianus prefectus quoddam sacrum altare perunxit[c], ideo putrefactis visceribus per hos[d] stercus emittens interiit.

ib. *In marg. infer. f.* 19a: Anno Domini CCCLXVII. Iovinianus regnavit apud Romanos men. VIII. post Iulianum apostatam. Eodem tempore fuit beatus Geminianus episcopus Mutinensis et tempore Liberii pape, et fuit beatus Severus archiepiscopus Ravenne, qui electus fuit per columbam spiritus sancti[1].

f. 19r.

XXXIX. Felix papa primus[e].

L. pont. 58. et Ioh. de Deo. l. h. Bibl. l. 125.

Felix papa secundus, natione Romanus, ex patre Anastasio. Cepit an[no] Domini CCCLXVI[f]. . . . . . . Eodem tempore post Iulianum apostatam surrexit Cyprianus homo luxuriosus, qui beatam Iustinam virginem ad suam luxuriam concitare volens misit quendam militem, qui eius precrat luxurie inmundicie, sed signo crucis repulsus est; misit iterum fortiorem tandem principem, qui similiter signo crucis repulsus est. Quare Cyprianus ad fidem conversus est.

a) *.9. c.* b) episc. *delendum.* c) *sic c., ut videtur, cum cod.* 1 *Sicardi.* d) *sic c.;* sapiens *Sic.* e) cremona(?) *ut videtur c.* f) synodi *Sic.* g) *sic c. cum Sicardi cod.* 1. h) conformen *c.* i) pneomatici *c. cum Sicardi cod.* 1. k) semiarriani *Sic.* l) Fotinus *Sic.* — pretrea *c.* m) *supple* non. n) *sic c.* n*) pplesionibus *c.* o) disc. non *Alberti manu superscr.* p) euuonomiani *c.* q) eusebes *Sic.* r) ab ecclesia sunt repudiata *iterum add. c.* s) asebiȝ *c.* t) colens *Sic.* u) non *bis scr. c.* v) Ant. venit *bis scr. c.* w) *seq.* apostoli et *expunct. c.* x) cyniphes *Sic.* y) *sic c.* z) De Don. gram. *in marg. scripta habent Sicardi codd.* 1. 2a. a) Achaya *Sic.* b) *seq.* fuerunt *expunct. c.* c) perunxit *Sic.* d) os *Sic.* e) *sic h. l. c.* f) CCCLXV. *Ioh. de Deo.*

1) *Hoc iam supra p. 393, l. 21. Quod a fratre Salimbene scriptum esse patet, qui hoc in Agnelli Libro pontif. eccl. Ravennatis c. 17, SS. Lang. p. 286, legit. Cf. fratris Salimbene Cron. f. 275b. Haec etiam in Cronica imp. c. 47. infra repetita sunt.*

Ex predictis habemus, quod Iulianus apostatavit per[a] crucem, hic magnus[a*] factus est Christianus propter eam; iste quidem nomine magnus[b] Cyprianus multas mulieres ad se traxit per artes magicas, tandem[c] voluit decipere, ad quam subvertendam misit malignum spiritum; illa vero comisso[d] signo crucis se armavit. Misit secundo malignum spiritum, et alias similiter fecit sicut primo, tandem misit principem inmundicie, id est Belcebut, et similiter fecit illam[e]; tunc demon dixit mago: 'Illa tale signum fecit super se, quod non possumus resistere'; quibus auditis statim conversus est magus ad fidem[1].

Iohannes[2] imperator christianissimus.

Gloria Romulei soliti[f] fit tota Iohannis *Sp. regum II, 39.*
*. . . . . . tibi nos quoque[g] damus. **f. 19d.*

In marg.: Nota, quia Iohannes Christianus princeps, cum ad imperium mortuo Iuliano vocaretur, dixit: 'Non decet Christianum esse regem paganorum'. Unde illi statim pro eo baptismum catholice susceperunt[3].

In marg. f. 19c: Eodem tempore fuit beatus Gordianus martyr[h]. *cf. Sic. p. 123.*

In marginibus laterali et inferiore f. 19c. et inferiore f. 19d: His temporibus Damasi pape et Valentiniani et Valente[i] imperatorum. *Sic. p. 125 sq.* Anno secundo Valentiniani Damasus et paulo post Ursinus diaconus Rome fuerunt episcopi, sed prevaluit Damasus[k]. Hic dampnavit Liberium et annulavit[i] omne quod fecerat. Anno V. Valentiniani Hylarius Pictaviensis moritur. Anno VII. Eusebius Vercellensis moritur. Anno XI. Ambrosius, cum esset cathecuminus, Mediolani ad sacerdocii[l] postulatus, multipliciter fugiens, a Valentiniano legitur audivisse: 'Noli timere, quia Deus[m] elegit te, ipse te adiuvabit; et ego adiutor et defensor tuus semper existam'. Post hec consecravit[n] episcopus; extunc Ytalia ad fidem convertitur, et Aquilenses clerici quasi chorus sanctorum habentur. Temporibus quoque Valentiniani Hathanaricus rex Gothorum Christianos persecutus est. Eunomius discipulus Actii[o] fidem impugnavit. Similiter et Appollinaris Laodicenus episcopus, qui dogmatiçavit Christum carnem sine anima suscepisse et degnitatem[p] corpori prestitisse. His temporibus apud Attrebatas lana pluvie mixta de celo descendit. Valens adhuc Valentiniano vivente ab Eudoxio Arriano baptiçatur episcopo, et Valentiniano defuncto impietatem, quam contra Christianos meditatus fuerat, exercuit, precipiens, ut monachi militarent, nolentes occiderentur. Multi martyrii palmam consecuti sunt. Multa quoque per eum Christiane religioni et fidei illata sunt incomoda. Nam Gothis petentibus, ut miteret[q] eis episcopos, a quibus fidei rudimenta susciperent, doctorem dogmatis Arriani Eudoxium, qui eum baptiçaverat, misit, sicque universa gens illa Arriana effecta est. Demum cum Valens pugnaret contra Gothos in Trachia, quod Romanis fuit lacrimabile[r] bellum, sauciatus sagitta interiit, et domo incensa, in quam[s] fugerat, caruit sepultura. Proinde Gothi Constantinopolim veniunt, sed Dominica uxor Valentis eis viriliter resistitit[i] et regnum cognatis fideliter conservavit; iusto Dei iudicio ab illis crematus est. Temporibus Valentis Basilius Cesariensis episcopus fuit, qui cuidam regi sibi pulmentaria detrahenti ait: 'Tuum est de pulmentariis cogitare, non dogmata divina decoquere'. Florentinus monachus, pater pauperum pro misericordia nominatus. Golfilas Gothorum episcopus Gothicas litteras adinvenit et utrumque Testamentum in propriam linguam transtulit. Fuerunt et alii multi episcopi et heremite meritis et miraculis annotandi. Nam cum heremite infugati quandam insulam intrassent, ubi demon habitabat, demon puellam ingrediens per os eius dicebat: 'O ministri Christi, ecce recedimus a loco isto, quia vestre virtutis radiis iaculamur'. Dicens[t] puellam prostraverunt, sed sanctus chorus suscitavit eam.

a) apostatauit. per crucem hic *falso distinctum in c.* a*) *lege* magus. b) *lege* magus nomine. c) hanc Iustinam *supplendum esse videtur.* d) comisso. signo *falso distinctum in c.* e) *lege* illa. f) solii *Gotifr.* g) nosque *Gotifr.* h) mar̄ *c.* i) *sic c.* k) preualuit. Damasus hic *falso distinctum in c.* l) sacerdocium *Sic.* m) *supple* qui. n) consecratur *Sic.* o) *sic c. cum codd. 2 Sicardi.* p) deitatem vitam *Sic.* q) intēēt *c.* r) lacrimale *c.* s) *voce attrita non patet, num* quam *an* qua *scriptum sit in c.* t) Hec dicentes *Sic.*

1) *Iterum narrata sunt quae supra ex libro Iohannis Beleth exscripta sunt.* 2) *Iohannes pro Ioviniano in Spec. regum II, 39. positus est.* 3) *Haec in margine codicis Speculi regum ab Alberto exscripti adnotata fuisse censeo, quae versus continebant in linguam pedestrem versa. Cf. SS. XXII, p. 83, n. * quae codex 2 adnotata habet.*

Sic. p. 126. Valens misit Theodosium contra regem Gothorum Maurorum, qui Mauros oppressit. Valens invidia motus eum iussit occidi; at ille baptiçari preoptavit, et sic baptiçatus gloriosa morte occubuit. Valens demonem consuluit, qui post eum esset habitaturus[a] imperium, qui sibi quatuor litteras . .[b] e. o. o[c], dicens hec[d] nomen imperii culmen accipere, quo circa Theodros[e] et similes in nomine litteras habentes occidit.

XL. Tyberius[1] papa secundus.

Ioh. de Deo. Liberius papa secundus. Cepit an[no] Domini CCCLXVII, sedit an. V, imperante Valentiano[e] *Hier.* cum fratre suo Valente, qui imperavit an. XI[f]. Valentianus[e] fluxu sanguinis obiit. Athanasius claruit[2].

Valentianus[e] et Valens frater eius.

Sp. regum II. 40. Imperat ecce Valens . . . . . .
. . . . diripiuntque forum.

In marg.: Nota, quod Valens et Valentianus[e] Arriano[e] fuerunt heresi involuti, cum Gothis hereticis associati, et totam regionem Ystriam devastant[3].

In marg. f. 19[d]: Eodem tempore fuit beatus Germanus[g] episcopus et martyr.

XLI.[h] Damasus papa I.

L. pont. 39. Ioh. de Deo. Damasus papa primus, natione Hyspanus, ex patre Antonio. Cepit an[no] Domini CCCLXXII.
**f. 20a.* . . . .

In marg. f. 19[d]. *aliquanto tempore post sequens additamentum scriptum manu Alberti:* Et eodem tempore fuit beatus Possidonius.

In marg. f. 20[a]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore predicti pape Damasi fuit beatus *Sic. p. 128.* Possidonius, et Iohannes anachoritanus claruit.

XLII.[i] Siricius papa I.

L. pont. 40. Ioh. de Deo. Siricius papa primus, natione Romanus, ex patre Tiburtino. Cepit an[no] Domini CCCXC. .
**f. 20b.* . . . .

In marg. f. 20[a]. *rubris lineis cincta:* Eodem tempore fuit beatus Alexius filius Eufumiani[e] nobilis viri Romani[4].

In marg. f. 20[a]. *aliquanto tempore post praecedens additamentum scriptum:* Eodem tempore fuit beatus Bassianus Laudensis episcopus. *Sic. p. 128.* Et eodem quoque tempore Prudentius secularibus litteris multa conscripsit.

ib. *In marg. inferiore f.* 20[a]: Eodem tempore Siricii pape beatus Sigismundus martyr, rex Burgundionum, qui factus Christianus fuit, cum super Burgundiones regnaret, et pater eius vocabatur Gondobaldus. Cui predictus filius eius Sigismundus successit in regno Burgundionum, ab ipsis Burgundionibus in puteum capite deorsum verso proiectus est, cuius sanctitas postmodum est per miracula declarata.

In marg. superiore f. 20[b]: Temporibus Syricii pape et Graciani imperatoris *Sic. p. 126.* Parthi quoque cetereque barbare nationes prius Romanis inimice ultro legatos ad Theodoxium miserunt et cum eo fedus inierunt. Eodem tempore crematus fuit Gracianus[5] a Gothis, et Valentianus[e] filius fratris sui[k].

XLV.[l] Çosimus papa primus.

L. pont. 43. Ioh. de Deo. Çosimus papa primus, natione Grecus, ex patre Abramio. Cepit an[no] Domini CCCCXXIII, sedit ann. VI[m], men. V . . . .[n]

a) habiturus *Sic.* b) *litterae inserendae spatium vacuum relictum.* c) *lege* d; *supple* demonstravit. d) *lege* hoc. e) *sic c.* f) X *Ioh.* g) episc. et mar̄ Germ. *corr.* Germ. ep. et mar̄ *c.* h) XLI.. *numeris erasis c.* i) *numerus in loco raso.* k) successit ei *supplendum videtur.* l) *hoc caput in margine folii* 20[b]. *scriptum est manu Alberti.* m) uno *Ioh. de Deo.* n) *reliqua omisi, quia pleraque attrita legi nequeunt.*

1) *Liberius iterum post Felicem ab exilio revocatus episcopatum regens.* 2) Valent. — claruit *ex cronica brevissima ignota desumpta esse videntur.* 3) *Haec in margine codicis* 1 *Speculi regum scripta SS. XXII, p.* 83. *corrupta sunt.* 4) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 94. 5) *Valens potius. Haec quoque e cronica brevissima ignota descripta.*

XLVII. Celestinus papa primus. *f. 20c.*

Celestinus papa primus, natione Campanus, ex patre Prisco, cepit an[no] Domini CCCCXXVIII. *L. pont. 45. Ioh. de Deo.*

. . . .

In marg. f. 20c: Temporibus Theodosii et Celestini pape fuit Nestorius Constantinopolitanus episcopus, qui novum mollitur errorem, predicans Christum hominem tantum, non deum natum, sed ei divinitatem pro meritis[a] esse collatam. Cuius impietatem Celestini pape dampnavit auctoritas et synodus apud Ephesum congregata, sed et Theodorus Anchiranus episcopus et Cassianus presbyter Masiliensis et Ysaac presbyter Antiocenus contra Nestorium multa scripserunt. Nestorio successit Maximianus, cui fuit cura monumenta fabricare et religiosorum corpora sepellire. Celestinus misit ad Scotos Pallandinum[b] primum eos[c] episcopum VIII. an[no] Thedosii[b] episcopi[d]. *Sic. p. 132 sq.*

XLIX. Leo papa primus. *f. 21a.*

Leo papa primus, natione Tuscus, ex patre Quintiano. Cepit an[no] Domini CCCCXLIII[e], *L. pont. 47. et Ioh. de Deo.* sedit an. XXI, imperante Theodosio, post Martiniano[b] et Valentiano[b] et Martino[1], qui imperaverunt annis XVII, post Leone[f] primo, qui imperavit an. XVIII; et cessavit episcopatus di. VII. Leo draco Manicheos dampnavit; sub quo concilium Ephesinum celebratum; XV. d., c. I[2]; qui Dioscorum excomunicavit; XXI. d.: *In tantum*[3]; qui Magnum Leonem excomunicavit. Tunc temporis claruit sanctus Prosper episcopus Reginus. Tunc temporis celebratum fuit concilium Calçedonense; *Ioh. de Deo.* XV. d., c. I. Huius temporibus fecit Demetria ancilla Dei bassilicam[b] sancto Stephano via Latina mill. III. in predio suo. *L. pont. 47. III.* Hic invenit duas hereses per quosdam episcopos. Hic ordinavit precepta sua auctoritate et misit ad Marcianum augustum[g], fidelem principem catholicum, et facta collactione[b] cum eodem principe, collecti sunt episcopi, et factum est concilium sanctorum[h] episcoporum in Calcedonia in martyrio sancte Eufemie, et congregati sunt CCLVI sacerdotes et aliorum cyrografum CCCCVI episcoporum, qui congregati una cum totum[i], hoc est fidem apostolice ecclesie Romane cum cyrografum sancti archiepiscopi Leonis, sed et catholici principis Marciani in[h] presentia augusti congregatum concilium mille CC episcoporum una cum augusto Marciano, qui exposuerunt fidem catholicam et apostolicam, duas naturas in uno Christo domino[h] deo et homine. In quo loco piissimus augustus[g] Marcianus una cum uxore sua augusta Pulcheria deposita regia maiestatem[b] fidem suam exposuerunt ante conspectum sanctorum episcoporum, ubi et dampnaverunt Euthycium et Nestorium, et iterum fidem suam imperator Marcianus augustus[g] cum uxore[h] sua Pulcheria augusta cyrografo proprio exponentes postulaverunt sanctum concilium, ut dirigerent ad beatissimum papam Leonem dampnatos[k] omnes hereses. Iterum multas epistolas misit fidei beatissimus Leo archiepiscopus, que hodie archivo recondite tenentur. Hic firmavit frequenter suis epistolis synodum Calcedonensem, *ad Marcianum epistolas XII, **f. 21b.* ad Leonem augustum epistolas XII, ad Flavianum episcopum epistolas VIIII, episcopis per Orientem epistolas XVIII, quas fidei confirmavit synodi. Hic propter nomen Romanum suscipiens legationem ambulavit ad regem Hunnorum nomine Athela et liberavit totam Ytaliam a periculo hostium. Hic constituit, ut monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate LX annorum. Hic fecit ordinationes[l] IIII per mensem[m] Decemb., presbyteros LXXXI, diacones[n] XXXI, episcopos per diversa loca CLXXXV. Qui etiam sepultus apud beatum Petrum III. Idus Aprilis. Hic suo tempore multa bona fecit et donavit in ornamentis ecclesiarum.

Martinus imperator.

Cesar Martinus fulget . . . . . . *Sp. regum II, 17.*
. . . . . . vulnera[b], marte, manu.

In marg. f. 21a. et in margine inferiore f. 21r. et superiore f. 21b: Tempore Leonis pape et Marciani imperatoris. Quedam femina Digna nomine forme[o], timens ab hostibus opprimi, metu amittende pudicitie se in flumen precipitavit. *Sic. p. 134.* Concordiam, Pyctavium[p] solo equavit; per Venetiarum urbes, scilicet Vincentiam, Veronam, Brixiam, Pergamum

a) diu. ₚmittis *c.* b) *sic c.* c) *lege* eorum. d) *lege* imperii *vel* imperatoris. e) CCCCXLIIII. *Ioh.* f) leonē *c.* g) aug̅ *c. saepe.* h) *sic codex E 4 Libri pont.* i) *sic codex G;* toto *codex E 4 Libri pont.* k) damnantes *L. pont.;* damnatas *eius codex E 1.* l) ord' *c.* m) m̅ *c.* n) diac̄ *c.* o) forma *Sic.* p) *cf. supra p. 134, n. k.*

1) *Cf. infra l. 42, ubi* Martinus *pro Martiano.* 2) *Grat. I, dist. 15, c. 1. de quatuor synodis universalibus relatum est.* 3) *Hoc caput Gratiani I, dist. 21, c. 9, etiam in Cronica Iohannis de Deo citatum, sed initium eius ibi non allatum est.*

Sic. p. 134 sq. et reliquas, Hunni bachantur, Mediolanum Ticinumque arripiunt, Emilie civitates expoliant, et ubi Mencius in Padum influit castrametati sunt. Cumque Attila animo fluctuaret, si Romam adiret, Leo papa, vir sanctissimus, a Valentiniano, senatu populoque Romano missus, cum Abieno misso consulari et Trietio viro prefectorio ad regem truculentissimum ingressus est. Cui Attila nil loqui valuit, nisi quod papa voluit; sicque Rome et salutem Ytalie reportavit, ut Attila bello abstineri preciperet et ultra Danubium promissa pace discederet; post discessum pontificis interrogatus Attila, cur tantam Romano pape ultra solitum reverentiam exhibuerit, respondit[a] vidisse quendam iuxta eum in habitu sacerdotali, canicie venerabilem, sibi terribiliter gladio evaginato minantem, nisi cuncta que ille petebat expleret. Cum Attila Pannonias remeasset, Honoria Valentiniani germana eunuchum dirigit petens, ut eam a fratre petat uxorem. Ille itaque[b], licet plures haberet uxores, Valentiniano mandavit minitans peiora se proximo illaturum Ytalie, nisi cum parte regni sororem sibi tradat uxorem. Traditur; nuptie celebrantur. Attila vero, cum nimium bibitum[c], sanguine de naribus effluente suffocatur[d], tacitus moritur. Eadem nocte Marcianus imperator vidit in sompnis arcum Attile fractum, quo armorum genere gens illa utitur. Quia sepe vero virtus parit invidiam, Valentinianus prosperos successus Actii pertimescens, spadone multa sinistra imperatori de Actio referente, Actium et Boetium pretorii prefectum occidit. Ita vir bellicosus Actius, Attile terror, occubuit, cum quo imperium Occidentis rei publice corruit. Sed mors eius non fuit inulta. Nam Valentinianus ab amicis Actii non longo post tempore pariter et Eraclius occiditur[e], cum iam regnasset Valentinianus an. XXX, ex quibus cum Theodoxio an. XXV et cum Marciano V. Mortuo Valentiniano quidam Maximus regnum invadit; qui non solum Valentiniani occisores in amicicias recepit, sed etiam uxorem eius augustam in suum coniugium transire coegit; sed septuagesimo[f] die adepti imperii a famulis regis dilaniatus est et in Tyberim menbratim deiectus. Continuo Gensericus de Affrica veniens cum magno exercitu, regina Eudoxia eum ad hoc facinus invitante, Romam capit XLIII°[g] anno, postquam Alaricus eam invaserat, anno a condictione[h] sua MCCVIII°. Sed intercedente Leone papa ab igne et cede abstinuit. Sed Romam opibus evacuavit, multa milia hominum, prout quique vel etate vel arte placuerit, cum regina et filiabus eius duxit Cartaginem. Transiens per Campaniam cuncta ferro et flamma consumpsit. Nolanam civitatem prostravit, Neapolim et alias, quas ob firmitatem capere non potuit, rebus agrariis[i] exinnanitas[h] reliquit; ad Affricam reversus Valentiniani filiam, quam abduxerat[k], Transmundo filio[l]; unde natus est Hildericus rex. Martianus autem imperator Orientis apud Constantinopolim moritur[m]. Temporibus eiusdem Marciani apud Calcedoniam concilium celebratur. In quo Eutices et Dioscorus et[n] supradicto synodo Euphesina[h] Marciano auctore dampnantur[o].

In marg. f. 21[b]: Eodem tempore beatus Prosper Reginus episcopus[1]. Eodem tempore beatus Germanus episcopus[2].

Nota: Cathalani sunt iuxta Ragonam[h, 3].

Nota: farum[h] Sibillie est inter Yspanos et Afros et est modicum brachium maris[p] sicut farus Sicilie[3].

L. Hylarius papa primus.

L. pont. 48. Ioh. de Deo. Hylarius papa primus, natione Sardus, ex patre Crispino. Cepit an[no] Domini CCCCLXX.
Sp. regum II, 48. sedit an. VI, men. III, di. X, imperante Leone maiore, qui imperavit an. XVII[4]. Eodem tem-
Ioh. de Deo. pore populus Arrianus in Egypto facti sunt canes latrantes[5]; cessavit episcopatus di. X[q]. Hylarius Sardus interdixit penitus, ut nullus pontifex sibi eligat successorem; VIII, q. I: *Moyses*[6]
L. pont. 48. III. etc. *Plerique.* Hic fecit decretale, per universum mundum sparsit epistolas de fide catholica et apostolica, confirmans tres synodus[h], Nicenum, Ephesenum et Calcedonensem, vel tomum sancti archiepiscopi Leonis, et dampnavit Euthycem et Nestorium vel omnes sequaces eorum et omnes hereses, et

a) *supple* se. b) naqȝ *corr.* itaqȝ *c.* c) bibisset *Sic.* d) suffocatus moritur *Sic.* e) occiduntur *Sic.* f) *supple* septimo. g) XLIIII. *Sic.* h) *sic c.* i) ag::a . . . . (?) *certo legi nequit in c.* k) *cf. supra p.* 135, *n.* a. l) *verba, quae hoc loco desiderantur, etiam in Sicardi cod.* 1 *desunt; cf. supra p.* 135, *n.* b. m) oritur *c.* n) et *certo legi nequit in c.*; et supradicta synodus *Sic.* o) *aliud additamentum sequens in marg. scriptum erasum est.* p) mare(? *c.* q) XI *Ioh.*

1) *Hoc iam supra p.* 397, *l.* 17 *sq. in cap. XLIX.* 2) *Cf. supra p.* 396, *l.* 14. 3) *Haec ad Spec. regum II,* 47. *adnotata vide SS. XXII, p.* 85. 4) maiore — XVII, *quae in Cronica Iohannis supra p.* 312 (*vide ibid. n.* h) *desunt, in altera eius editione addita fuisse videntur.* 5) *Cf. infra p.* 399, *n.* 1. 6) *Est caput* 6. *quaest. I, C. VIII. Gratiani.*

confirmans donationes et principatum sancte catholice et apostolice sedis. Hic fecit ordinationem[a] per mensem[b] Decemb., presbyteros XXIIII, diacones[c] VI, episcopos per diversa loca XXII. Qui etiam sepultus est ad Sanctum Laurencium in cripta ad corpus beati Laurencii Syti[d]. *L. pont.*

Leo maior imperator.

Dum fit aput Danaos Leo . . . . *Sp. regum II, 18.*
. . . . sanguine tincta dolet.

In marg.: Nota, quod populus Arrianus in Egypto facti sunt canes latrantes[1].

In marg. f. 21[b]: Eodem tempore beati Hylarii pape translatum[e] fuit corpus beatissimi[f] Prosperi episcopi Reg. de ecclesiola sancti Appollinaris et reconditum per episcopum Thomam, qui fuit post eum successorem[g], in monasterio noviter constructo ad honorem ipsius sancti Prosperi prope civitatem Reg.[2]

In marg. f. 21[b]: Quidam quoque Olibrius reginam[h] dignitatem adeptus est[i], VII menses occubuit. Licerius apud Ravenam imperator efficitur; quem Nepos patricius regia exuens dignitate Dalmatiarum fecit episcopum. Cum autem inter hunc Nepotem et Henricum regem Guisegothorum odii fomenta crevissent, Epyphanius Ticinensis episcopus inter eos pacem conposuit. Theodoricus rex Ostrogothorum fere usque ad Urbem veniens in Illirico mortuus est; et quia per Illiricum divisi fuerunt, occidentales Guisogothi, australes Astrogothi[k] sunt appellati. Leo moritur, qui filium Leonem nomine vocabatur[l] in regno sibi consortem fecerat. *Sic. p. 135 sq.* Et eodem tempore quidam heretici orientales apparuerunt, Acatium, Nestorium et Dioscorum et omnes sequaces eorum, qui dampnati fuerunt in concilio Calcedonense[3], inpugnantes. Egyptus et Alexandria, et factus populus in Egypto heresis Arriana, canes latrantes[4]. Leoni pape successit Hylarius, et Hylario successit Simplicius. *ib. p. 136. Sp. regum II, 48. Sic. p. 136.*

LI. Simplicius papa primus.

Simplicius papa primus, natione Tiburtinus, ex patre Castino. Cepit an[no] Domini CCCCLXXVII, sedit an. XV, men. I, di. VI, imperante Leone, post Çenone, qui . . . . *L. pont. 49. et Ioh. de Deo*
. . . .

LIIII.[m] Anastasius papa secundus. *f. 22[b].*

Anastasius papa secundus, natione Romanus, ex patre Petro, de regione quinta Capud-tauri. *L. pont. 52.* Cepit an[no] Domini D[5], sedit an. I, men. XI, di. XXIIII, imperante Theodorico rege[5]. Eodem tempore multi clerici et presbyteri se a comunione eius eregierunt[k], eo quod comunicasset sine consilio episcoporum vel presbyterorum et cleri cuncte ecclesie catholice[n] Thesaloniensi nomine Photimo[k], qui comunis erat Acatio, et quia voluit occulte revocare Acatium et non potuit; qui nutu divino percussus est. Hic fecit ordinationem[o] I per mensem[b] Decemb., presbyteros XII, episcopos per diversa loca XVI. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli XIII Kalendas Decembris; et cessavit episcopatus diebus IIII[6].

a) ord' *c.* b) m̄ *c.* c) diac̄ *c.* d) *lege* Syxti. e) traslatum *c.* f) batissimi *c.* g) *lege* successor. h) *lege* regiam. i) *lege* post. k) *sic c.* l) voc. *delendum.* m) *hoc caput in margine folii* 22[b]. *scriptum est manu Alberti, cinctum lineis rubris.* n) *supple* diacono. o) ordin *c.*

1) *Haec in margine codicis Speculi regum ab Alberto exscripti ad a.* 1230—1234. *adnotata fuisse censeo. Quae leguntur his versibus profecta sunt ex Isidori Chronicis maioribus* 384: Alexandria et Aegyptus errore Dioscori haeretici inmundo repleta spiritu canina rabie latrat. 2) *Eadem infra in Cronica imp. c.* 189. *leguntur. Cf. sermonem de translatione corporis S. Prosperi, Affarosi, Appendix ad monasterii divi Prosperi Regiensis commentaria historica (Patavii* 1746*) p.* 119—125; *cf. ib. p.* 46. 3) *Nescio, unde Albertus haec, sententiam ac sensum ineptissimo modo pervertens, inseruerit.* 4) *Vide haec iam bis supra l.* 7. *et p.* 398, *l.* 43. *scripta.* 5) *Haec ex capite Iohannis de Deo, quod in nostro codice deest (cf. supra p.* 311*), exscripta esse videntur.* 6) *Haec et capita XXV. XXVII. XXVIII. XXX. XLV. LVIII. in margine addita non ex Cronica fratris Salimbene assumpta, sed ab ipso Alberto Milioli composita sunt, ex libris videlicet (Libro pontificali et Iohannis de Deo Cronica) exscripta, quos hic, non Salimbene, adhibuit.*

f. 23a

LVII. Iohannes papa primus.

L. pont. 55. Ioh. de Deo. Iohannes papa primus, natione Tuscus, ex patre Constantio. Cepit an[no] Domini DXXIIII.[a]

**f. 23* . . . .

In marg. f. 23[b]. *lineis rubris cincta:* Eodem tempore predictus Olimbrius martiriçavit et interfecit beatam Margaritam virginem et martyrem[b·1].

Ioh. Cod. Anno ab incarnatione Domini DXXII. fundata fuit civitas Mediolani et edificata[2].

f. 23

LVIII.[c] Felix papa quartus.

L. pont. 56 et Ioh. de Deo. Felix papa quartus, natione Sabinus, ex patre Castorio. Cepit an[no] Domini DXXVIIII, sedit *L. pont.* an. IIII, men. II, di. XIII, imperante Iustino[d]. Fuit autem temporibus Iustini augusti et Theodorici regis a consulatu Maburii usque ad consulatu[e] Lampadii et Horestis, a die IIII. Iduum Iuliarum usque in IIII. Idus Octub. Hic fecit basilicam sanctorum Cosme et Damiani in urbe Roma[e*], qui appellatur via Sacra, iusta templum urbis Rome Huius temporibus consumpta est incendio basilica sancti martyris[b] Saturnini via Salaria, quam a solo refecit; qui etiam ordinatus est cum quiete et vixit usque ad tempora Athalarici. Hic fecit ordinationes[f] II in urbe Roma per mensem[g] Feb. et Marcio, presbyteros LV, diacones[h] III, episcopos per diversa loca XXVIIII. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri apostoli IIII. Idus Octubr.; et cessavit episcopatus di. III.

. . . .

f. 24a

LXII. Iustinianus imperator.

Panth. 22, 23. Suscipit imperium pro tempore Iustinianus

. . . . conflixit sepe tirannis[3].

In marg. lineis rubris cincta: Nota, quod iste est ille Iustinianus, qui Romanas leges correxit[4].

ib. 22, 22. Iustinianus ab Augusto LI. sumpsit imperium, regnantibus in Francia adhuc filiis Glodoici[c]. Iste christianissimus imperium quasi iam mortuum prudentissime suscitavit, rem publicam reparavit. De Persis per Belisarium patritium magnifice triumphavit. Leges ante edictas[e], nimietate diffusas, in con- *H. Lang. I, 25.* pendium conformavit atque correxit. Nam omnes constitutiones principum, que utique in multis voluminibus habebantur, intra duodecim libros coartavit. Idemque volumen Codicem Iustiniani appellari precepit. Cursumque[i] singulorum magistratuum sive iudicum leges, que usque ad duo milia pene libros erant extense, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem Digestum sive Pandectarum vocabulo nuncupavit; quatuor etiam[k] Institutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus conprehenditur, noviter conposuit. Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas, eundem codicem Novella[e] nuncupari sancivit. Nam per Belisarium Vandalorum gentem, capto eorum rege Legismero[l], usque ad internicionem delevit. Affricamque[m] totam post annos nonaginta et sex Romano imperio restituit. Rursumque Belisarii viribus Gothorum in Italia **f. 24b.* gentem, capto *Witigen[n] eorum rege, superavit. Mauros quoque post hec Affricam infestantes eorumque regem Amtalam per Iohannem exconsulem mirabili virtute protrivit. Pari etiam modo et alias gentes belli iure compressit. Quam ob causam propter horum omnium victorias, ut Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus Affricanusque diceretur, habere agnomina meruit. *Panth. 22, 22.* Extruxit quoque idem princeps intra urbem Constantinopolim ecclesiam sancte Sophye, id est sapiencie divine, que est Christus filius Dei, inter alia infinita ecclesiarum beneficia miro opere et ornamenta[o] construxit. Regem Erulorum nomine Craten convertit et baptiçavit; tunc etiam rex Hunorum nomine Garda et cum eo quedam mulier vidua ex principibus Hunorum et alii gentis illius C milia baptismi gratiam receperunt. Rex itaque Atalaricum[p] cum matre sua Eudosia in tuitionem Iustiniani impera-

a) DXXVII. *Ioh. de Deo.* b) mar *c.* c) *hoc caput manu Alberti in margine folii* 23[c]. *scriptum est, cinctum lineis rubris.* d) Iustiniano *Ioh.* e) *sic c.* e*) *supple* in loco. f) ordin *c.* g) m̄ *c.* h) diacoñ *c.* i) Rursumque *Paulus.* k) etiam *in marg. Alberti manu suppl.* l) Gelismero *Paul.* m) Affrica q *c.* n) uu|| *(f.* 24[b]*)* uuitigen, uu *expuncto c.* o) ornamento *Gotifr.* p) *sic codex B* 1 *Pantheon.*

1) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 93. 2) *A.* 522. *ante nativitatem Christi Mediolanum conditam esse dicit Ioh. Codagnellus, 'N. Archiv' XVI, p.* 327. 3) *Hi octo versus in Gotifredi Pantheon XXII,* 23, *non in Speculo regum eiusdem leguntur.* 4) *Haec in margine codicis ab Alberto exscripti adnotata fuisse patet, nam eadem fere habet codex* 2 *Speculi regum, SS. XXII, p.* 88, *n.* **.

toris suscipitur. Atalaricus[a] post pauca a suis occiso mater eius Theodatum in regnum suscipit, qui *Pauli h. 22, 22.* postea ingratus et perfidus eam in balneo strangulavit. Iustinianus Wandalis ab Affrica eliminatis Affricam in Romanam provinciam reformavit. Theodatus, traditor et strangulator uxoris, penas Iustiniani metuens, Agapitum papam ad imperatorem pro petenda indulgentia et pace transmittit; qua inpetrata fecit se ab ipso pontifice ad fidem catholicam revocari. Ubi et ipse pontifex diem suum functus, dum per portam regie urbis feretrum portaretur, cecus quidam tacto feretro fuit illuminatus. Post hec Basiliarius patritius Theodatum ob commissum in uxorem scelus occidit et Guitegisium, post Theodatum regnum invadentem, captum ad imperatorem transmisit, atque totum regnum Gothorum, quod Iordanis actor eorum per duo milia annorum et amplius stetisse conmemorat, tunc finivit, atque per eum sub Iustiniano, tam Wandalis ab Affrica quam Gothis ab Ytalia exstirpatis, utrasque provincias in pristinam[b] Romanorum subiectionem reduxit. Hucusque Iordanis episcopus, natione Gothus, ut ipse testatur, sua cronica et Gothorum ystorias protelavit. Basiliarius patricius cum Teodoberto filio Glodovici[c], fratre Lotharii, qui cum CC milibus Ytaliam invaserat, bellum commisit et rogantibus Francis pacem concessit. Interrea[d] Parthi totam Syriam et urbem Antiochiam invadunt et depopulantur, quibus occurrens Basiliarius patricius, Guandalorum et Gothorum *triumphator, vincit[e] et a terminis Romanorum **f. 24c.* repressit. His diebus Gothi cum rege suo Totila tumultuantes in Ytaliam deferunt[f]. Eisdem tem- *ib. 22, 23.* poribus gens Longobardorum, que ab insula Scantia, quam alii vocant Scatinaviam, a qua etiam primi Gothi egressi fuerunt, cum Alboino rege suo in Pannonia habitabant; quod[g] non multo post Ytaliam occupaverunt, sicut postea inferius dicemus. Basiliarius patricius in Ytalia manens precepto Theodore aguste[h] Silverium papam invitus in exilium misit, Vigilio quoque successori suo similiter fecit. His temporibus Iustiniani fuerunt Iohannes papa et Agapitus papa et Silverius papa et Vigilius *Ioh. de Deo.* papa et Pelagius papa et papa Iohannes. Extractus de Cronica Bede[1].

. . . .

LXIIII. Vigilius papa primus. *f. 25b.*

Vigilius papa primus, natione Romanus, ex patre Iohanne consule. Cepit an[no] Domini DXL. *L. pont. 61. Ioh. de Deo.*
*

. . . . **f. 25c.*

In marg. f. 25c: Hisque temporibus corpus beati Antonii monachi revelatur, in ecclesia sancti *Sic. p. 141.* Iohannis Baptiste iuxta Constantinopolim gubernatur, alibi dicitur apud Alexandriam, tempore Vigilii pape.

Temporibus supradicti Vigilii pape et Iustiniani imperatoris congregati sunt *ib. p. 140 sq.* homines in sinu Adriatici[i] metu Vinulorum[2], id est Longobardorum, Ytaliam ingredientium, ubi civitatem que nominatur Venecia condiderunt, habitaveruntque Veneciis, qui[k] fuerunt a terminis Pannonie usque ad flumen Adue, cuius capud Aquilegia est. Ideoque nomen anticum[l] retinuerunt et dicuntur Veneciі[m], quasi Heuneticі[n], et[o] quod Grecum est, Latine 'laudabiles' appellatur[p], et fuit an. DXL.

His quoque temporibus Teutepertus rex Francorum Buccelinum et Amingum duces ad subiciendum Ytaliam miserat, sed a Narsete superati sunt; tercius dux fugiens Leuterius inter Veronam et Tridentum iuxta lacum Benacum mortuus est. Post hec Narses quendam regem, suum proditorem, suspendit; sic ergo Narses patricius propter virtutem crevit, qui prius fuerat cartularius.

. . . .

LXVI. Quomodo Longobardi in Ytaliam venerunt et unde fuerunt. *f. 26a.*

*Eodem tempore predicti Pelagii pape primi[3] in septemtrionali plaga, quanto magis ab *H. Lang. I, 1.* estu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, *gelida et propa- **f. 26b.*

*) *In inferiore marg. ab Alb. suppl.:* Anno DLVIII. ab incarnatione domini nostri Iesu Christi.

a) Atalarico *Gotifr.* b) pistrinam *c.* c) Gloduci *h. l. c.* d) Intrea *c.* e) vicit *Gotifr.* f) iter deflectunt *Gotifr.* g) qui *Gotifr.* h) *sic c.* i) *supple* maris. k) *sic* (q) *c.;* que *Sic.* l) n *e corr. c.* m) Veneti *Sic.* n) *sic aut* hennetici *c.* o) et *delendum.* p) *lege* appellantur.

1) extractis(!) de Cronicis Bede *legitur etiam infra in Cronica imp. c.* 60. *post hos pontifices. Quid his verbis dicere voluerit, solus scit Albertus. Neutiquam haec leguntur in chronicis Bedae.* 2) *Salimbene hoc pro* Hunnorum, *ut Sicardi codices* 1. 2 *habent, scripsisse videtur; cf. infra p.* 402, *l.* 39; *p.* 403, *l.* 6. *etc.* 3) Eodem — primi *ex Iacobi Leg. Aurea c.* 181, *qui dicit Langobardos tempore Pelagii I. Italiam ingressos esse.*

[*H. Lang. I, 1.*] gandis est gentibus coaptata. Sicut contra omnes[a] meridiana regio, quo solis est fortiore[b] vicinior, eo semper morbis habundat et educandis minus[c] est apta mortalibus. Unde fit, ut tante populorum multitudinis arcivo[d] sub axe oriantur, ut non inmerito universa illa regio Tanaitenus usque ad occiduum, licet et propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur. [*Iac. de Var.*] Gens etenim erat[e] quedam erat Germanica plurimum populosa, que de litoribus occeani per[f] septemtrionali egressa, cum de insula Scandinaria per bellorum multa certamina diversarumque [*Ioh. Cod. Ist. qual.*] terrarum circuitus[1] —; cuius incole famis ingentis terrore perterriti iussu regis terciam hominum partem occidere proposuerunt. Cumque, qui occiderentur, dissensio[g] esset, consilio virorum huius rei fortunam iudicem fore statuit rex. Cecidit autem sors super filiam regis Gambaram nomine et super omnes terre meliores. Filia vero regis in visione sua viderat patrocinatum Longobardorum terre subiugare. Quo sompno patri suo recitato petivit ab eo, ut omnes, super quas[h] venerat sors, secum proficisci paterentur[i] et ipsas cum ingenti turba virorum nobilium ad Longobardas partes mittere[k] deberet. Placuit ergo hoc Gunthiramo regi Scannoniorum[l], patri suo, et omnibus viris nobilibus curie [*H. Lang. I, 4.*] sue. Illa vero proficiscens cum exercitu suo[2]. — Haut[m] ab re esse arbitror paulisper narrandi ordinem postponere, et qui[n] adhuc stilus in Germania vertitur, miraculum, quibus[o] illic apud omnes celebre habetur, sed et quedam alia breviter intimare. In extremis circium versus Germanie finibus, in ipso occeani littore antrum sub eminenti rupe conspicitur, ubi septem viri, incertum ex quo tempore, longo sopiti sopore quiescunt. Ita inlesis non solum corporibus, sed etiam vestimentis, ut ex hoc ipso, quod sine ulla parte[p] annorum curricula corruptione perdurant, apud indociles easdem et barbaras nationes venerationi habeantur. Hi denique, quantum ad habitum spectat, Romani esse cernuntur. E quibus dum unum quidam cupiditate famulatus[q] vellet exuere, mox eius, ut dicitur, brachia aruerunt; penaque sua ceteros perterruit, ne quis eos ulterius contingere auderet. Videns[r], ad quod eos profectum per tot tempora providentia divina conservet; fortasse horum quandocumque[s], quia non aliter nisi Christiani [*ib. I, 5.*] esse putantur, gentes[t] ille predicatione salvande sunt. Huic loco Scriptobini — sic enim gens illa [**f. 26c.*] nominatur — vicini sunt; qui etiam estatis tempore nivibus non *carent. Nec aliud, ut pote feris ipsis ratione non dispares, quam crudis agrestium animantium carnibus vescuntur. De quorum etiam hyrcinis pellibus sibi indumenta coaptant. Hi a saliendo iuxta linguam barbaram ethimologiam ducunt. Saltibus enim utentes arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras assequuntur. Apud hos est animal cervo non satis assimile, de cuius ego corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem in modum tonice[u] genutenus aptatam conspexi, sicut iam fati, ut relatum est, Scriptobini utuntur. Quibus in locis circa estivale solsticium per aliquot dies etiam noctu clarissima lux cernitur, diesque ibi multo maiores quam alibi habentur, sicut e contrario circa brumale[v] solsticium, quamvis diei lux adsit, sol tamen ibi non videtur, diesque minimi quam usquam alibi, noctes quoque longiores existunt, quia scilicet, quanto magis a sole longius disceditur, tanto sol vicinior apparet, et umbre longiores excrescunt. Denique in Ytalia, sicut et antiqui scripserunt, circa diem natalis Domini novem pedes in umbre[w] stature humane hora [*Iac. de Var.*] sexta metiuntur. Veniente Gambara per bellorum multa certamina diversarumque terrarum cir- [*H. Lang. I, 7. Iac. de Var.*] cuitus cum exercitu suo[3] et cum duobus filiis suis, Ibor[x] et Agion[4], et tandem Pannoniam devenisset, ultra non audens procedere, sedem[y] sibi in ea perpetue habitationis instituit. Hii primo [*Ioh. Cod.*] Vynnuli, postea Longobardi sunt appellati. Extendentur[z] enim Pannonie fines ab Aquilegia usque ad Venecias inter Padi fluenta et Theotonicorum fines et usque Adduam fluvium[5]. Igitur cum egressa

a) econtra omnis *Paulus.* b) fervori *Paul.* c) misus *vel* misris *c.* d) multitudines arctoo *Paul.* e) *hoc* erat *delendum.* f) p *c.;* parte *Iac.* g) discensio *Codagnelli codex (non* discessio *ut SS. Lang. p.* 593, *l.* 6*).* h) quos *Codagnelli cod. falso.* i) pateretur *Codagn.* k) mittēt, *ultimum* t *erasum c.* l) Scatinoviorum *Codagn.* m) haut *c.* n) *sic* (ꝗ) *c.;* quia *Paul.* o) quod *Paul.* p) pte *c.;* per tot *Paul.* q) stimulatus *Paul.* r) *sic codex F2 Pauli.* s) quandoque *Paul.* t) Gentes *c.* u) tunicae *Paul.* v) brunale *c.* w) umbra *Paul.* x) Ibur *Alberti manu corr.* Ibor *c.* y) sedēs *c.;* sedem *Iac.* z) Extenduntur *Codagn.*

1) *Sic inepte abrupta Iacobi sententia Albertus ad Iohannis Codagnelli historiam transiit, quae male edita est SS. Lang. p.* 592 *sqq. (cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 505 *sq.).* 2) *Iterum sententia Iohannis Codagnelli temere abrupta ad Pauli verba transiit Albertus.* 3) per bell. — circuitus *iam supra l.* 6. 7; cum exerc. suo *ex historia Codagnelli repetita, quae verba iam supra l.* 14. *leguntur.* 4) et cum — Agion *ex Pauli Hist. Lang. I, 7. Iacobi verbis inserta esse videntur.* 5) Extend. — fluvium *e loco Codagnelli 'N. Archiv' XVI, p.* 483. *edito, quem locum Albertus infra f.* 29c. *(v. p.* 408, *n.* 1*), ubi hoc caput Codagnelli descripsit, omisit (v. 'N. Archiv' l. l. n.* 12*).*

fuit Gambara de partibus provincie sue, elegit cum maioribus nobilibus exercitus sui, duobus ducibus scilicet, Ibor et Agion, qui et germani erant et iuvenili etate floridi et ceteris prestan- *H. Lang. I, 3.* tiores, ad exquirendas quas possint incollere terras, sedesque statuerunt[a], valedicentes sui[b] simul et patrie iter arripuerunt. Horum erat ducum mater nomine Gambara, mulier quantum inter suos et ingenioris[c] et consciliis provida, de cuius in rebus dubiis prudentia non minimum confidebant. Gens *Ioh. Cod. Ist. Long.* Vynnulorum[1], hoc est Longobardorum, a Germanie finibus originem ducens, Ibor et Agionem, qui germani erant, duces eorum constituerunt in Ytaliam, per aliquot annos ibi consederunt. Eodem autem tempore Iustinus minor imperium gubernabat; tunc misit quendam virum nobilem nomine *Iac. de Var.* Narsetem[2]. Narses prius quidem cartularius fuit, deinde propter virtutum merita patrocinatus[3] honore[d] *H. Lang. II, 3.* promeruit. Erat autem vir piissimus et religione catholicus, *in pauperes munificus, in recuperandis **f. 26d.* basilicis satis studiosus, vigiliis et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis quam armis bellicis victoriam obtineret. Eodem autem tempore Narsis universas Lombardie *Ioh. Cod. Ist. qual.* partes sive[e] fines[4] obtinebat. Hic Narsis primo quidem cartularius fuit, deinde propter virtutis et prudentie merita patrocinatus honorem tenuit. Qui dictam Gambaram decenter et honorifice suscepit, mittens eis[f] fructus dulcissimos, poma scilicet et uvas et similia. Insuper promittens eidem domine Gambare Longobardiam terram esse daturum. Cupiens iter suum ad Constantinopolim dirigere. Quo audito et intellecto gavisa est gaudio magno, terram scilicet Longobardie[g] suis destinatam fuisse. Sed paulo post Narsis dicti sui penituit, et Gambare mandavit, ut de terra eius illico exiret. Cui Gambara respondens dictam terram non esse relinquenda[h]; verumtamen huius rei veritas per campionem[i] iudicem melius fore cognoscendam, quam tot debeant perire homines; tandem cum Narsi voluntate duellum fieri statuerunt. Obtinuit Gambara; hoc[k] quidem prima pugna fuit inter duos rei veritatem et iudicii cognoscendi. Narsis autem per unius pugna[l] iura sua perdere nolens cum Gambara pugnare statuit. Hoc cognito a Gambara illos[m] omnes masculos et feminas precepit armari, et tunc mulieres capillos[n] utebantur pro barbis[o], preliaverunt —[5]; ut omnes mulieres solutos crines[p] mentum circum- *Iac. de Var.* ducerent et[q] barbati homines ab exploratoribus crederentur, et ita Longobardi a longis barbis postmodum sunt vocati, barba[r] enim in eorum lingua barbam sonabat. Alii dicunt, quod[s] Vynnuli cum Wandalis pugnaturi essent et ad quendam, qui habebat spiritum prophetie, accessissent, ut pro eorum victoria exoraret et eos benediceret, de collo[t] uxoris iuxta fenestram, in qua mane ad orientem orabat, se posuerunt et mulieres circa mentum capillos circumducere de eiusdem consilio preceperunt. Cum ergo ille fenestram aperiens eos vidisset, exclamavit: 'Qui sunt isti Longobardi?' Et uxor sua adiunxit, ut, quibus nomen dederat, victoriam condonaret. Ingressi igitur Ytaliam omnes pene civitates ceperunt, cunctis habitatoribus interfectis. Papiam tunc tribus annis obsessam tandem ceperunt; [u]iuraverat se omnes Christianos Alboinus occisurum. Unde cum Papiam intrare deberet, equus eius ante portam civitatis genua flectens, quantumcumque calcaribus urgeretur, surgere non valebat, quousque ad admonitionem cuiusdam Christiani rex iuramentum mutarit. Mediolanum ergo Longobardi ingressi *pene **f. 27a.* totam Ytaliam intra breve spatium temporis subiugarunt preter Romam et Romagnolam, que Romagnola vocatur quasi altera Roma, scilicet quod Rome adessisset[v]; et cum[6] Narsis victus fuisset a dicta *Ioh. Cod. Ist. qual.* Gambara, affugit[w]. Gambara terram apprehendit et ceteras regiones longinquas; que[x] suas, quibus regeretur populus, statuit leges. Regnavit Gambara tenens regnum Ytalie per decem annos, quibus transactis de hac luce migravit. Cui[y] Rothar regnum Ytalie obtinuit, qui leges condidit Longobar-

a) statuere *Paul.* b) suis *Paul.* c) ingenio acris *Paul.* d) honorem *Codagn. et Paul.* e) siū *c.* f) ei *Codagn.* g) longobar̄ *c.* h) relinquendam *Codagn.* i) capionem *falso Codagnelli codex.* k) hec *Codagn.* l) pugnam *Codagn.* m) illico *Codagn.* n) capili *Codagnelli codex.* o) *nulla distinctio h. l. c.* p) *supple* circa. q) ut *Iac.* r) barda *Iac.* s) *supple* cum. t) consilio *Iac.* u) *supple* rex autem. v) *i. e.* adhesisset. w) *sic et Codagn. loco in 'N. Archiv' XVI, p.* 315. *edito;* aufugit *SS. Lang. p.* 595. x) longinquasq; *c.* y) *supple* succedens.

1) Giramilorum *Ioh. Codagnelli codex unicus, SS. Lang. p.* 196, *ubi caput Codagnelli hoc loco exscriptum editum est. Haec infra p.* 404, *l.* 26 *sq. repetita sunt.* 2) *Iacob. de Varagine:* Iustinus minor . . . . quendam eunuchum habebat, qui dicebatur Narses, virum quendam nobilem et strenuum. 3) *Sic habet Ioh. Codagn., SS. Lang. p.* 594, *qui et ipse hunc locum ex Pauli Hist. Lang. II,* 3. *exscripsit, eiusque locum Albertus infra l.* 13 *sq. repetivit.* 4) sive fines *Albertus ex alio loco Codagnelli, edito 'N. Archiv' XVI, p.* 315, *ubi eadem narrantur, inseruit.* 5) *Iterum verbis Codagnelli abruptis ad verba Iacobi transiit Albertus, ut nullus sensus ex his elici possit.* 6) *Codagnelli capita duo, ex quibus sequentia composita sunt, edita sunt SS. Lang. p.* 595 *sq. et 'N. Archiv' XVI, p.* 315 *sq.*

Ioh. Cod. Ist. qual. dorum et condictis[a] quedam addidit et detradit[b]. Cui Ginaldus. Tercius fuit Luprandus. Quartus Rachis. Quintus Astulphus, omnes reges Ytalie. Cumque Romanus pontifex a Longobardis, a Syculis, a Grecis, a transmarinis gentibus persecutionem pateretur, invadentes iura ecclesie Romane ubique, mandavit Karulo Francorum regi et Guiselberto Lombardie[c] regi, ut in succursu ecclesie cum ingenti turba militum illico accedere deberent. Qui volentes iussa et mandata summi pontificis observare cum magna virorum multitudine nobilium ad Romanam accesserunt civitate[d], promittens isto[e] Karulo patrocinatum, sed[f] de hac persecutione[g] eum liberaret. Cum Karulus summum pontificem ab illa persecutione liberaret, per apostolicum coronatus est et Romanus imperator factus, erat enim Romana civitas eo tempore absque imperatore; et sic Romanum imperium translatum est in Franciam. Cui *Ioh. de Deo.* successit Pipinus et postea Lodoicus et ceteri sequentes imperatores, et tenuerunt imperium centum XX an. tempore Formosi pape primus[d. 1].

Ioh. Cod. Ist. qual. De[h] Francia in Theotonicos hoc modo translatum est imperium. Fuit enim cuiusdam imperatoris Landoisii[i] filia, qui unicam habebat filiam; patre eius[k] mortuo summus pontifex et Rome senatus statim ad Romanam urbem venire fecerunt. Cumque dissessio[l] esset in Romana civitate de imperatore eligendo, summus pontifex et Romanus populus ei electionem dederunt, ut imperator esset, quem illum[m] sibi maritum eligeret[n]. Eodem autem tempore erat in Romana civitate quidam vir excellentissimus, egregius et nobilis, nomine Enricus de Gibellengis, Theotonicorum rex, qui in succursu Romanorum cum ingenti turba militum venerat, erant enim eo tempore fere omnes habitantes in orientali parte et in meridionali et circa Urbem facti rebelles Romano imperio. Audiens autem filia istius[o] imperatoris de fama huius nobilis[p] viri dictum Henricum in virum et maritum elegit. Qui statim a summo pontifice et a Rome senatu fuit coronatus et Romanus imperator factus, et sequentes post eum imperatores de eius genere usque ad hoc tempus fuerunt; et sic translatum est Romanum imperium de Francia in Alamaniam.

**f. 27b.* *Longobardi, id est Vinnuli ante dicebantur, a Germanie finibus originem duxerunt.

Ioh. Cod. Ist. Long. Gens Vinnulorum, hoc est Longobardorum, a Germanie finibus originem ducens, Ibor et Agionem, qui germani erant, duces eorum constituerunt in Ytaliam, qui per aliquot annos ibi consederunt[2]. Mortuus[q] autem Ibor et Agion ducibus in Ytalia, qui Longobardis preerant, noluerunt postea Longobardi esse sub ducibus, sed levaverunt super se regem Agelmundum filium Agionis. Sciendum autem est Longobardoçab[r] intacte ferro barbe longitudine, cum inprimis dicti fuerunt Vinnuli, ita postmodum appellati sunt Longobardi a longis barbis, nam iusta[d] illorum linguam langeth, id est longam, bardoçab, id est barbam, significat; et ideo a longis barbis et a capillis, quibus utebantur more feminarum[3], ipsam quoque ferro incidere facientes, dicti sunt solummodo Lombardi, cum ante dicti fuissent Longo- *Iac. de Var.* bardi. Agelmundum[d] rex Longobardorum VII pueros in piscinam a meretrice proiectos ad neccandum invenit, quos uno partu dicta meretrix ediderat. Quos dum rex casu repertos cum hasta admirans revolveret, unus eorum hastam regis[s] manu tenuit. Quem rex videns et stupens nutriri fecit et Lamissionem vocavit, magnum eum futurum prenuntians. Qui tante probitatis extitit, quod mortuo rege eum *Ioh. Cod. Ist. Long. H. Lang. I, 17. 18.* Longobardi regem fecerunt. Qui Agelmundus regni gubernacula rexit per XXXIII ann. Post Agelmundum Lamissio regnavit XL ann.[4], et Longobardi sibi regem constituerunt, qui secundus rex fuit, qui iuvenili etate fervidus et ad belli certamina probus et potens et suo tempore regnum

a) *i. e.* conditis. b) detraxit *Codagn.* c) lōbar̄ *c.* d) *sic c.* e) suprascripto *Codagn., quod in cod. ab Alberto lecto solito notariorum more* ıfto *scriptum fuisse apparet.* f) si *Codagn.* g) devotione *Codagnelli codex falso, ubi* eum *om.* h) de Francia *ad* imperatores (*l.* 10) *tractum in Codagnelli cod.* i) Laudoisii *Codagn.* k) cuius *Codagn.* l) disessio *(non* discessio, *ut SS. Lang. p.* 596, *l.* 16. *legitur) Codagnelli codex.* m) *lege* illa, *ut Codagn. habet (non* ille, *ut SS. Lang. p.* 596, *l.* 18. *legitur).* n) elige(ur) *c.* o) suprascripti (ıfti) *Codagn. (non* istius, *ut SS. Lang. p.* 596, *l.* 24. *legitur).* p) nobilissimi *Codagn.* q) Mortuis *Codagn.* r) *etiam in codice Ioh. Codagnelli legitur* longobardozab, *non* Longobardos ab, *ut SS. Lang. p.* 196, *l.* 7. *editum est.* s) regit *c.*

1) *Sub Formoso dicitur hoc in Cronica Iohannis de Deo, supra p.* 318, *ubi Franci tunc imperium perdidisse dicuntur.* 2) *Repetita sunt hoc loco, quae iam supra p.* 403, *l.* 5 *sqq. ex Ioh. Codagnelli capite, SS. Lang. p.* 196, *exscripta sunt.* 3) usque in — more feminarum, *SS. Lang. p.* 196, *l.* 10—12, *omisit Albertus.* 4) *Sic habet Albertus etiam infra in Cron. imp.* 61, *ubi vide quae adnotavi. Lamissionem* 22 *annis regnasse dicit Ioh. Codagn., SS. Lang. p.* 196.

bene rexit et gubernavit[1]. Postea [Lethech[a] rex Longobardorum] regnavit viginti quatuor ann.[2], qui tercius rex fuit Longobardorum. *Ioh. Cod. Ist. Long.* Post Gildeothot[*, 3] regnavit Geldeohch XXI ann.[4], qui quartus rex fuit. Postea Claffo[b] filius [Gedeus[c]] regnavit XXVIII ann. Postea Walterius regnavit VII ann. Postea [Varro[d]] regnavit XXI ann. Post [Andoin[e]] regnavit XXI ann. [pater Alboin, qui in Pannoniam Longobardos[f] duxit[5]]. *Sic. p. 142.* Alboin rex decimus[g], ann[i] ab incarnatione Domini DLXXVII essent evoluti. Hic civitatem Ticinensem[h] obsedit. *Ioh. Cod. Ist. Long.* At[i] vero Ticinensis civitas, cum Mediolanum fuisset a Longobardis subito captum, per tres[i*] ann[os], aliquot menses obsidione inferrens[k] tandem se Albochin et Longobardis[l] eam obsidentibus tradidit, *H. Lang. II, 27.* Theodoricus[m] in civitate regnante ipsa. Qui a[n] civitatem ingressus sua proiussione[o] permansit; *Ioh. Cod. Ist. Long.* voverant[p] *autem universum populum ipsius civitatis gladio perimere[q] propter obprobrium, quod ei **f. 27c.* in pradensi fecerant campanea[r]. Tunc ad eum omnis populus in palatium, quod Theodoricus rex construxerat, exurens[s] post tantam irascentiam[t] de spe difisus, veniam ab eo postulaverunt. Qui votum dirumpens indulgentiam eis dedit; inhonesta enim vota a quolibet viro prudenti[u] sunt infringenda et non observanda. Qui rex, postquam in Ytalia tres ann. regnaret, insidiis sue coniugis est interemptus. Post Albochin Longobardi apud Ytaliam omnes comuni consilio Cleb[v], nobilissimum virum Ligurie provincie, regem statuerunt et fecerunt, et regnavit II ann. et VI mensibus. Post cuius mortem Longobardi per annos decem sub iudicibus fuerunt. At vero Longobardi cum per ann[os] X sub potestate dudum[w] fuissent, Atharum sibi regem fecerunt, qui regnavit per VII ann[os]. Post hunc Agilufus[x], qui Ago dicitur, rex Longobardorum[y] apud Mediolanum[z] levatus est; uxor eius Theodolinda ecclesiam beati Iohannis Baptiste in Modoetia[a] construxit. Hic Aginulfus egressus Mediolanum cum magno exercitu mense Iulio, Cremonam obsedit, XII. Kal. Septemb. etiam cepit et ad solum eam destruxit; post[b] etiam modo expugnavit et cepit Mantuam[6]. Post hunc Anchancha[c] a Longobardis[y] substitutus[7] est rex, regnavit XII ann. Post Arothatus[d] rex fuit Longobardorum[y], regnavit XII an. et[8] regnum tenuit, ab hac luce subtractus est. *H. Lang. IV, 42.* Longobardorum regnum Rothari, genere Arodus, suscepit. Fuit autem viribus fortis et iusticie tramitem sequens, sed tamen fidei Christiane non rectam lineam tenens, Arriane hereseos perfidia maculatus est. Siquidem Arriani minorem patre filium, spiritum quoque sanctum minorem patre et filio ad suam perniciem dicunt. Nos autem catholici patrem et filium et spiritum sanctum in tribus personis unum et verum deum equali potencia eademque gloria confitemur. Huius temporibus pene per omnes[e] civitates regni eius duo episcopi erant, unus catholicus et alter Arrianus. In civitate quoque Ticinensi usque nunc ostenditur, ubi Arrianus episcopus apud basilicam sancti Eusebii residens baptisterium habuit,

*) filius Lethech *Alberti manu superscr.*

a) Lethech rex Longobar̄ *in loco raso c.;* Lecheth *Codagnelli codex.* b) Graffo *Codagnelli codex.* c) gedeus *in loco raso c., ut quintus rex dicitur a Sicardo et in Cron. imp. c.* 61. d) varro *Alberti manu in loco raso, ut in Cron. imp. c.* 61. *octavus rex dicitur.* e) Andehic *Codagnelli codex;* andoin — DLXXVII *Alberti manu in loco raso, in quo antea pauciora scripta erant.* f) longobar̄ *c.* g) *supple* regnavit, cum iam. h) ticinen͞f *c.* i) ac *Codagnelli codex falso.* i*) *sic Paul. II,* 27; quatuor *Codagn.* k) inf. tandem *om. in cod. Codagnelli; lege* perferens *cum Pauli Hist. Lang. II,* 27. l) longobar *c.;* Longobardi *Codagnelli codex.* m) *sic c.* n) Qui *Codagn.* o) in sua promissione *Codagn.* p) Voverat *Codagn.* q) perverti *Codagnelli codex.* r) cāpanea *c.* s) concurrens *Codagn.* t) tantam eum uescuam. De spe *c.;* nascentiam *Codagnelli codex.* u) pendenti *c.* v) *post ab Alb. corr.* Cleph *c.;* Cleb *om. Codagnelli codex.* w) ducum *Codagn.* x) Aginulfus *hoc etiam loco Codagn. ut infra l.* 20. y) longobar̄ *c.* z) mediolañ *c.* a) modio etiam *c.* b) *lege* pari *ut Pauli Hist. Lang. IV,* 28; Panoniam vero expugn. *corrupte Codagnelli codex.* c) alāgolutus *Codagnelli codex.* d) *sic etiam Codagnelli codex, non* Arotharus, *ut editum est SS. Lang. p.* 197, *l.* 1. e) om̄s *in loco raso c.*

1) *Haec ex ipsius Alberti ingenio profecta esse videntur, sunt enim eius indole conscripta.* 2) *Sequentem regem* 24 *annis regnasse Ioh. Codagn. l. l. dicit.* 3) *Hunc Hildeoc a Paulo I,* 18. *vocatum regem, quem Ioh. Codagn. l. l.* Gildeoth *vocavit, Albertus hoc loco omisit.* 4) sedecim annis *Ioh. Codagn.* 5) *Quae post correcta esse adnotavimus, omnia Albertum demum correxisse patet, cum codices fratris Salimbene, ipsius videlicet Cronicam et eam Sicardi, nactus esset. Antea pro* Postea Varro *etc. procul dubio scripserat cum Codagnello:* Postea Andohic regnavit XXI. ann. Post Andohic regnavit Alboin in Verona. Hic Alboin *etc.* 6) *Adaloaldum regem omisit Albertus.* 7) *Sic Paulus, Hist. Lang. IV,* 41. 8) *Inepte Albertus locum sequentem Pauli verbis Codagnelli subiunxit.*

H. Lang. IV. 42. cum tamen ecclesie catholice alius episcopus resideret; qui tamen Arrianus episcopus, qui in eadem *Ioh. Cod.* civitate fuit, Anastasius nomine, ad fidem catholicam conversus Christi postea ecclesiam rexit; et tunc *H. Lang. IV. 42.* alter episcopus catholicus[a]. Hic Rothari rex Longobardorum leges, quas sola memoria et usu retinebant, **f. 27d.* scriptorum serie conposuit codicemque *ipsum edictum appellari precepit. Erat autem iam ex quo Longobardi in Italiam venerant annus septuagesimus septimus, sicut idem rex in sui edicti testatus est *Ioh. Cod. Ist Long.* prologo. Post hunc Rodoal[b] regnavit XV[b*] ann.; uxor eius Gonodipte[c] inter Ticinensem civitatem basilicam beati Iohannis Baptiste construxit et ibi tumulata est. Fuit autem filia regine Theodoline et regis Agisuf[d, 1]. Post Rodoal [Aripertus[e]]. Hic coaddit[f] monasterium sancti Salvatoris extra portam Mirenam[g] et ornamentis variis decoravit; et cum regnasset IX an., duobus filiis suis, [Bertarith[h]] et Guidelberto[i], regnum regendum relinquit[k]. Guidelbertus apud Ticinum sedit, alter, scilicet [Bertarith[h]], apud Mediolanum[l]; inter quos fama rebus[m] malignis hominibus discordie et odiorum fames[n] surrexit; tandem Perthavith[o] expulit eum de regno et tenuit regnum. Post Guidebertus per eum[p] *(Sic.) Ioh. Cod.* Roboad apud Ticinum regnavit an. IX. Post hunc regnavit [Grimoaldus[q] dux Beneventanus[2]]; rex Mediolani[l] exturbavit eum a regno, et levatus est Perthavith rex super omnes Longobardos. Post hunc regnavit Cumperth[r] filius eius; post hunc Linperth[s] filius eius regnum Longobardorum[t] obtinuit. Post hunc Luprandus regnum obtinuit Longobardorum. Qui cum equitaret per districtum Mediolani[l], homines illarum partium ad eius presentiam accedentes cunquerebant[u] ei, quod non habebant mensuram, quod unus alterum in mensura decipiebat[v]. Qui posuit pedem suum super quendam lapidem magnum et spatiosum, volens in eo signum fieri ad modum pedis sui, ad quod emere et vendere deberent[w]. Sed Dei potencia signum pedis eius in ipso lapide fuit scultum et signum et signatum, quod usque in presentem diem ibi apparet, et dicitur pes Luprandus, ad cuius mensuram usque in hodiernum diem vendunt et emunt[3].

H. Lang. II. 4. Huius temporibus in provincia precipue Ligurie maxima pestilentia exorta est . . . . . .

f. 28d. ib. I. 27. Arma quoque precipua sub eo fabricata fuisse a multis huc usque narratur.

Iac. de Var. Cum[x] rex Alboinus Verone esset et quoddam magnum convivium preparasset et sciphum suum, **f. 29a.* quod[y] de capite regis Cunimundi fecerat . . . *. . . alie gemme, que ibi erant, de ipsa cruce protinus ceciderunt.

In marg. f. 27b. c. d singulis regibus praecedentis capitis adscripta, omnia lineis rubris cincta:

Sic. p. 142. Agelmundus primus rex Longobardorum.

Secundus rex Lamissio.

Ioh. Cod. Tercius Lethech.

Quartus rex Gildeothot.

Sic. p. 142. Quintus rex Gedeus, sub quo in Reglanda provincia Rugorum temporibus Odovacri, de quo prediximus, habitabant, in quam multis bellis et laboribus venerant fatigati.

et Ioh. Cod. Sextus rex Claffo filius Gedeus.

Septimus rex Walterus.

Sic. p. 142. Octavus Varro dux super aliquantis Lomgobardorum[z] gentis principatus est, et ex filia filium suscipiens eum Valterium nominavit.

H. Lang I, 27. Nonus rex Andoin, pater Alboin, de quo premiseramus, Longobardorum rex Redolindam[z] in matrimonium habuit, que ei Alboin, virum bellis aptum et per omnia strenuum, peperit.

a) levatus fuit, *quod sequitur in Ist. Long. Codagnelli, omisit Albertus.* b) Rodoab *Codagnelli codex falso.* b*) viginti *Codagn.* c) *lege* Gondiperga; Gondiberto *Codagnelli codex falso.* d) agisuf̄ *c.* e) riptus *in loco raso c.;* Ariporth *Codagnelli codex.* f) condidit *Codagn.* g) Maregam *Codagnelli codex; lege* Marencam. h) bertarith *in loco raso c.* i) guidelbertus *(ut et Codagnelli codex) corr.* guidelberto *c.* k) reliquit *Codagn.* l) mediol̄ *c.* m) quos facientibus *Codagn.* n) *sic et Codagnelli codex pro* fomes. o) pthauith *aut* pihauith (?) *c.* p) Post Guidelbertum *Codagn.* q) *uncis incl. in loco raso Alberti manu minoribus litteris scripta, ubi antea pauciora scripta erant.* r) Cumpth *c.* s) linpth *c.* t) longobar *c.* u) cū querebant *c.;* conquerebantur *Codagn.* v) concupiebat *Codagnelli codex falso.* w) debeant *Alberti manu corr.* deberent *c.* x) *hoc loco in marg. crux picta est; vide infra p.* 407, *n.* *. y) quem *Iac.* z) *sic c.*

1) et regis Ag. *Albertus ex Pauli Hist. Lang. IV,* 47. *addidisse videtur.* 2) *Uncis inclusa Albertus demum scripsisse videtur, cum Sicardi vel fratris Salimbene Cronicam legisset, qua lecta etiam nomina propria praecedentia correxisse videtur (n.* e. h*). Antea ex Codagnelli Ist. Long. hoc loco scripserat procul dubio fere:* Gambad X an. Pertharith. 3) *Haec narratio etiam in Cron. imp. c.* 72. *ex Codagnelli Istoria Longobardorum ab Alberto Milioli exscripta est.*

Mortuus est Andoin itaque, ac deinde in regnum iam decimus Alboin ad regendam patriam cunctorum votis accessit. *H. Lang. I, 27.*

Decimus rex Alboin. *Sic. p. 142—144.*

Undecimus rex Cleph.

XII. rex Atharus. XIII. rex Agilufus[a].

XIIII. rex Anchancha. XV. rex Arothatus. *Ioh. Cod.*

XVI. rex Rotharus. XVII. rex Rodoal. *Sic.*

XVIII. rex Aripertus. XIX. rex Grimaldus[1].

Istoria Theodorici regis Ticinensis et Alboini regis Veronensis civitatis[2]. *f. 29a.*

Cum* iam a Domini incarnatione anni quingenti et septuaginta septem essent evoluti, Theodoricus Ticinensis civitatis rex, qui in Liguria eo tempore regnabat, vir nobilis et prudens, magnis ingeniis plenus, cepit callide cogitare, qualiter Alboin civitatis Verone regem et aliarum civitatum et locorum in Pannonia existentium dominatorem de Ytalia[b] finibus posset penitus expellere et terram suam sub eius iugo universam ponere. Qui Theodoricus exercitum magnum et infinitum virorum bellicorum quocumque modo valuit congregavit. Et dum hec in Ticinensi agerentur civitate, Alboin audiens ea que a Theodorico agebantur[c], similiter non tamquam timidus et pavidus, sed tamquam summe audatie, indefinitam multitudinem militum et peditum et virorum bellicorum coadunavit; — erat quippe vir piissimus et in religione catholicus, in pauperes piissimus, in bellicis armis potentissimus, vigiliis et orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis quam armis bellicis iniuriam puniret. *Predictus vero Theodoricus quod proposuerat ad fidem[d] perducere volens cum exercitu suo versus Verone civitatem equitare festinavit. Similiter[e] ab Alboin in[f] intellecto et cognito, ipse cum omni gente sua illi se oviam[g] prebuit. Cum autem Theodoricus in pradensi campanea sua posuisset castra, Alboin in illis partibus similiter fixit sua temptoria. Et dum per quindecim sic stetisset[h] dies, timentes inter se conmisceri pariter et preliari, Ticinenses concives Verone cum[i] civibus legatos mittentes[k], cum eis interesse benigne responderunt; sapientes autem Ticinensis civitatis ingeniosi, subdoli quasi a natura, huius modo[l] proposuerunt verba, dicentes cum eis preliari neque fortuna[m] belli temptare nolentes, affirmantes multa corpora in ipso posse deficere prelio. 'Verumtamen rex vester ac noster similis[n] sint preliari. Si vero rex vester obtinuerit, sit dominus in Ytalia et terram suam quiete teneat et habeat; si rex noster victoriam habuerit, sit et valeat esse dominus in Ytalia'. Quod ordinamentum firmatum et inter eos statutum utrique placuit, terminum quoque preliandi usque ad quindecim statuerunt dies; et sic quelibet pars ad sua rediit castra; habito quoque in castris consilio a viris prudentibus Ticinensis civitatis, affirmantes duellum[o], quod inter reges fieri debebatur[p], minime esse facturum absque consensu et voluntate sapientium, qui ad Ticinensem remanserant civitatem. Quo peracto, illico quosdam viros nobiles ad Ticinensem miserunt civitatem, sapientibus et senioribus, queque[q] in ipsa remanserant civitate, que gesta erant in expeditione per ordinem aperierunt. Statuentes quidem illud bellum non esse facturum, dicentes, si rex eorum illud prelium[r] esset perdicturum[s], quod obprobrium illud ab eis nec ab eorum heredibus aliquo in tempore forte[t] separaturum. Verumtamen accepto etiam consilio quendam subdiaconum basilice sancti Iohannis in Burgo ante eorum fecerunt venire presentiam. Qui ita assimilabatur in facie Theodorico, quod aliquis unum ab alio minime cognoscere poterat. Ipsum quoque omnimode[u] inducentes, ortantes et ex parte Theo-

Ioh. Cod. — **f. 29b.*

*) *In marg. f. 29b. manu Alberti lineis rubris cincta, cruce ante hanc narrationem picta atque eodem signo ≟ ad textum et hoc loco in marg. posito:* Hec ystoria debet poni et dici tota usque ad hystoriam Iohannis pape tercii, et incipitur: *Cum iam a Domini incarnatione anni DLXXVII essent evoluti* et cet., et debet poni ubi crux superius est posita *(f. 28d)*, et incipitur et debet dici tota usque ad supra memoratum papam Iohannem tercium, et postea debet incipi ibi ubi dicit[v]: *Cum rex Alboinus Verone esset* et cet. ut supra[3].

a) *sic c.* b) *lege* Ytalie. c) agenbantur *c.* d) *lege* finem. e) *supple* hoc. f) in *delendum.* g) *i. e.* obviam. h) stetissent *Codagn.* i) *lege* concivibus. k) *aliquot verba Codagnelli omissa sunt.* l) *lege* modi. m) *lege* fortunam. n) simul sint preliaturi *Codagn.* o) bellum *Codagnelli codex.* p) debebat *Codagn.* q) qui *Codagn.* r) prel. *om. in Codagnelli cod.* s) *i. e.* perditurum. t) foret *Codagn.* u) omnino *Codagnelli codex.* v) dic *c.*

1) *Ad haec cf. infra Cron. imp. c. 65. 66.* 2) *Hoc caput Iohannis Codagnelli edidi 'N. Archiv' XVI, p.* 480—486, *varia lectione Alberti Milioli adnotata.* 3) *P.* 406, *l.* 25.

Ioh. Cod. dorici regis et comunis[a] civitatis eorum rogantes et amonentes, ut ad expeditionem[b] pergerete[c] deberet, bellum quidem, quod Theodoricus rex cum Alboino rege facere debebat, pro eo fortunam ipsius belli temptare deberet, dicendo Alboino[d] in ipso prelio[e] non[f] esse processurum. Qui seductus verbis et ingeniis atque adulationibus eorum omnia que illud[g] vellent esse temptaturum eis promisit. *f. 29c. Quem subdiaconem *alteratum callide et privatim in castris adduxerunt et in ipsis castris secrete prout potuerunt[h] usque ad terminum belli tenuerunt. Termino vero statuto venire[i] idem subdiaconus regalibus indumentis et armis bellicis ipsius regis armatus, ita quod ab aliquo expeditionis minime cognoscebatur, in campo existente, regem quoque Verone expectante. Alboin autem eggregiis[b] armis decoratus contra ipsum subdiaconem apropinquans, credens indubitanter Theodoricum regem fore. Videns autem dictus subdiaconus Alboini[k] ab incepto desistere nolentem[l], sed magis magisque bellum incipere cupientem[m], valde timuit ac perterritus fuit, credebat enim Alboini[k] in[n] ipso prelio desistere debere, sicut per viros Ticinensis civitatis intellexerat[o]. Et dum sic timidus et pavidus staret, Alboini[k] rex versus eum cum equo calcaribus acriter tacto curere[b] cepit et subdiaconem lancea librata graviter percussit et vulneravit, ipsum etiam de equo eiecit et super eum impetum faciens per loricam cepit et detinuit. Clamore autem magno ab omnibus sui exercitus facto, dictum subdiaconem, quem[p] regem Theodoricum esse credebant, magna cum leticia et nimio triumpho ad castra duxerunt. Ticinensis civitatis concives et omnes qui in eorum castris aderant, scito et ab eis cognito et viso Theodorico rege eorum, super eo[q] acciderat ceperunt defendere[r] et derisum[s] de rege Alboin facere. Cum autem ille sudiaconus[b] sub papilione regis Alboin staret, lorica de eius capite extracta percipientes signum Domini in capite habere et ad ordinem subdiaconatus accessisse, Alboin rex valde turbatus, furore magno commotus pariterque repletus, dictum subdiaconem de castris statim exire precepit, tamen coram eo proponens et votum Domino faciens, de obprobrio, quod ei acciderat, vindictam aliter sumere minime posset, [t]Ticinensem civitatem obsideret et eam penitus dirueret[u] et insuper universum populum in ipsa existentem, qui se tradere voluisset[v], gladio extinguere[w]. Quo peracto, timentes inter se preliari, uterque exercitus ad propria reddiit[b]. Cum autem ad propria reddisset[b], die noctuque cepit Alboin cogitare, qualiter de iniuria sibi illata posset vindictam sumere. Collegit itaque universam gentem, que in Pannonie finibus habitabant[x], usque ad annos tres secum deferre[1]. Dicitur enim habuisse quadraginta quatuor milia militum et virorum pugnatorum; misit iterum Alboin legatos suos Longio prefecto, Ravenne regi, socero suo, ut in eius subsidio exercitum militum et pugnatorum *f. 29d. mittere deberet, ut de obprobrio sibi illato vindictam posset habere. *Fertur etiam in eius auxilio misisse[b] triginta milia virorum armatorum; comunicato namque utroque[y] exercitu versus Ticinensem civitatem studiose equitare festinavit; et cum ad illam pervenisset urbem, ab orientali parte sua posuit castra, ipsam quoque machinis et insidiis pluribus obsedit, omnia que extra civitatem aderant cepit et in sua posuit virtute. Cumque autem ipsam civitatem per tres annos et aliquot menses magnis tormentis et variis supplicibus[b] obsideret et exprimeret ipsius civitatem[z], sapientes se minime posse[a] nec civitatem defendere percipientes, pactum cum Alboin in hunc scilicet modum facere volentes, ut omnibus in ipsa commorantibus civitate et universe eorum substantie fidantiam[2] dare firmiter debere[b]. Alboin audiens hoc[c] nullo modo esse facturum nec sub tali condictione[d] civitatem fore habiturum firmiter et plenarie respondit, sed civitatem et ipsius civitatis homines et omnia que in ea sunt sine aliqua condictione[d] in sua vellet habere potestate. Videntes autem viri Ticinenses[e] minime facere posse, absque consensu et voluntate Theodorici regis eorum dictam civitatem et que in ipsa aderant civitate libere et sine aliquo titulo et pacto in virtute et potestate Alboin dederunt. Hoc itaque peracto, Theodoricus plurimum indignatus, iratus pariter, turbatus, de Ticinensi civitate cum omnibus regalibus indumentis et cum regni corona et signis omnibus, que ad regni corone[f] pertinebant, exivit et ad Mediolani urbem accessit. Cumque Alboin per portas[g] que Sancti Iohannis dicitur ab ori-

a) omnis *Codagnelli codex.* b) *sic c.* c) *lege* pergere. d) Alboin *Codagn.* e) bello *Codagnelli codex.* f) non *om. in Codagnelli cod.* g) que vellent et illud bellum esse *Codagn.* h) *seq.* tenu *del. c.* i) veniente *Codagn.* k) Alboin *Codagn.* l) nolens *Codagnelli codex.* m) cupiens *Codagnelli codex.* n) ab *Codagn.* o) intellexerant, n *expunct. c.* p) que *c.* q) *supple* quod. r) deridere *Codagn.* s) Alboin *iam h. l. male add. c.* t) *supple* nisi. u) et — dir. *om. in Codagnelli cod.* v) *lege* noluisset. w) extingueret *Codagn.* x) *sic c. et Codagn.;* eisque precepit victualia [illegible] *omissa sunt ab Alberto.* y) utr. *om. in Codagnelli cod.* z) *sic distinctum in c.; lege:* exprimeret, ipsius civitatis sapientes. a) *supple* resistere. b) deberet *Codagn.* c) hec *Codagnelli codex.* d) *sic c.* e) *supple* aliter. f) *lege* coronam. g) portam *Codagn.*

1) Extenduntur — fluvium, *quae Albertus supra p.* 402, *l.* 39 *sq. exscripsit, hoc loco omisit.* 2) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 484, *n.* 1.

entalis[a] urbis parte vellet introire, equus eius in medio ponte concidens, quamvis calcaribus stimulatus *Ioh. Cod.* et hastarum verberibus verberatus, nullo modo potuit relevari nec in ipsam intrare civitatem; tunc unus ipsius civitatis, qui cum Alboin rege erat, taliter locutus est dicens: 'Memento, domne rex, quale votum fecisti! frange enim tam durum votum, et ingredieris postea urbem, namque Christianus est populus in hac civitate'. Siquidem Alboin voverat, quod ipsius civitatis populum extingueret; qui postquam tale dirumpens votum civibus ipsius civitatis indulgentiam promisit, statim equus eius consurgens, illico in civitatem est ingressus, nulli lesionem[b] in sua permansit promissione. Tunc eiusdem urbis concives ad eum concurrentes in palatium, quod rex Theodoricus construxerat, magno triumpho et ingenti gloria illum duxerunt[c]. Regnavit Alboin in Ticinensi civitate magna cum leticia per annum unum. Post hec Theodoricus, qui in Mediolanensi urbe eo tempore regnabat, qui regnum Liguric et coronam regni et[d] comunicato principum ac virorum nobilium consilio et a Romanorum imperatore confirmato *propter nimiam perfidiam, quam Ticinenses viri de eo fecerant, in ipsa statuerat **f. 30a.* et firmaverat civitate. Idem Theodoricus vero magni sceleris et perfidie exercitum infinitum tocius Ligurie collegit et cum ipsis et viris ferocibus et bellicosis urbis Mediolani ad Ticinensem pergere properavit civitatem. Dicitur enim Liguria a legendis leguminibus, que faras[e] nominatur. Hec a[f] Gallorum fines extenditur et usque ad Suaviam Theotonicorum patriam, que versus septentrionem[g] est posita, et inter hanc due consistere[h] consistant[i] provincie, id est Recia prima et Recia secunda, in qua Curvales dicuntur habitare; in alia habitant homines agresti[k], et protenditur a predictis finibus inter Alboin[l] Padum et patriam Theotonicorum usque Adde fluvium. Videns igitur Alboin in Ticinensi civitate fore a suis derelictum et gens sua fore[m] universa ad propria remeasse, de constantia Ticinensium concivium[n] parum confixus[o], timens, ne ad Theodorici inimici sui manus ac impiorum virorum urbis Mediolani potestate[k] incurreret, nocte obscura cum omnibus suis clam ut potuit ad Verone rediit civitatem. Die autem veniente timor et tremor Ticinensis[p] invasit concives. Et dum sic perterriti remanerent[q], rex Theodoricus ad illam accedens civitatem, apertis ianuis cum urbis Mediolani civibus in ea viriliter intravit, ipsam quoque ac viros nobiles et potentes et eorum bona omnia cepit et occupavit; palacium quidem regale, quod idem rex Theodoricus in ea construxerat civitate, et eiusdem civitatis fortitudines destruxit et penitus diruit, viros quoque Ticinensis civitatis magnates et minores pessimos variis suppliciis corporis et census gravissime tormentavit, ipsos etiam urbis Mediolani tributarios fecit, lapides quoque et trabes mire magnitudinis et pulcritudinis Mediolanum deferre fecit. Steterunt autem viri Ticinensis civitatis universi tributarii urbis Mediolani regnante Theodorico rege, qui vixit per XV annos in urbe Mediolani, gerens sepe[r] inviolabiliter regnum Ligurie, quod postea dictum est Ytalie regnum; cuius corona est ferrea a viris ferocibus dicta, quam basilice sancti[s] Iohannis site in loco Moice legavit. Ad cuius memoriam et ad regni Ytalie coronam suscipiendam Romani imperatores[t] usque in hodiernum diem coronas suscipiunt. Quo res[u] vero tam in spiritualibus quam in temporalibus viris nobilibus et magnatibus Mediolani dedit et concessit. Tumulus enim sepulture eiusdem Theodorici regis fuit prope ecclesiam beati Ambrosii, super quem tumulum *constructa fuit ecclesia in honore beati archangeli Michaelis. **f. 30b.*

LXVII. Iohannes papa tercius.

Iohannes papa tercius, natione Romanus, ex patre Anastasio. Cepit an[no] Domini DLXIII. *L. pont. 63. et Ioh. de Deo.*

. . . .

LXX. Gregorius papa primus. *f. 32a.*

Gregorius papa primus, natione Romanus, doctor ecclesie egregius, de patre Gordiano. Cepit an[no] Domini DXC. . . . . *L. pont. 66. et Ioh. de Deo.*

Anno[v, 1] Domini DCIIII. a Christi nativitate quidam vir nobilissimus[w], magnanimus, in *Ioh. Cod.* armis bellicis potentissimus, de Francorum genere oriundus, nomine Papirius, Carli Francorum regis

a) orientali *Codagn.* b) *supple* inferens. c) dixerunt *c.* d) et *delendum.* e) feras *Codagn. Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 485, *n.* 7. f) *lege* ad. g) *cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 485, *n.* 10. h) consist. *delendum.* i) *lege* consistunt. k) *sic c. et Codagn.* l) *sic c., quod deest Codagn.* m) *lege* fere; *sed* fore *c. et Codagnelli codex.* n) ticinensis conscilii *Codagnelli codex.* o) *i. e.* confisus. p) *sic c.* q) permanerent *Codagn.* r) semper *Codagn.* s) sancte *c.* t) imperatoris *c.* u) *lege* Honores. v) *sequens narratio in margine inferiore foliorum* 32r. *et* 31v. *manu Alberti scripta est.* w) nobissimus *c.*

1) *Sequens caput Iohannis Codagnelli edidi 'N. Archiv' XVI, p.* 496—499, *varia lectione Alberti Milioli adnotata.*

Ioh. Cod. nepos, qui ad Saracenorum gentem et Christi inimicos subiugandum pergere properabat cum exercitu magno. Cuius loco et vice Papirius regni Francorum et universe Gallorum gentis dominium optinebat. Qui innumerabilem multitudinem Gallorum ab orientali[a] parte usque ad Gallorum fines et ad[b] patria Saxorum usque ad maris littora congregavit; proposuerat Romanum imperium invadere, Romanam quoque civitatem sub eius potestate ponere. Cumque ad Gallorum fines pervenisset, ipsos magno labore conatus est transire; fertur[c] in introitu Ytalias[d] habuisset CXX milia militum et armatorum pugnatorum. Transeuntes autem montium fines prope ipsos montes fuerunt castrametati; ad cuius[e] curiam Ticinensis[f] nobiles viri et potentes illico proficisi[g] festinaverunt, credentes indubic . .[h] honores et civitatem eorum[i], iura integre posse recuperare, promitentes eidem Papirio civitatem immensam[k] ad suam voluntatem ei[l] esse daturus[m] et cum eo ad minus[n] Ytalie civitates subiugantes[o] fore iturus[p], prebentes et in Ticinensi civitate obtinentes regem et coronam regni et ipsius urbis iura consueta. Qui Papirius omnia esse facturum et attendere plenarie promisit et convenit. Quo facto concives Ticinensis[q] ipsum Papirium ad ipsam festinanter duxerunt civitatem; viri autem eiusdem urbis magna cum leticia et ingenti triumpho ipsum receperunt. Permanentes vero in ipsa civitate[r] urbe, eum inducente[s] cum omni gente sua in Mediolanum[t] terram sepe et sepius duxerunt, et que extra ipsius civitatem[u] murum invenerunt, depopulati fuerunt, eundem Papirium exorantes[v], ut Mediolanum[t] civitatem obsidere et opprimere deberet, dicentes ei, ut, si eam sub eius iugo non poneret[w], quod Ytaliam nullo modo esset subiugaturus. Papirius autem quod cupiebat ad finem perducere volens, habito quoque[x] consilio, ad Romanam direxit civitatem iter suum. Audientes itaque, quod Romani innumerabiles transmarinas provincias, Ciciliam et Corsicam et Sardiniam et ad Constantinopolim partes invaderunt[y]. Dictus autem Papirius cum omni gente sua per Ytaliam transeuntes[z], tocius Ytalie civitates occupavit et eas sibi tributarias fecit preter Mediolanum, Veronam et Placentiam, que ei viriliter restiterunt. Iterum[a] per Aurenam[b], Imbriam[c] et Tusciam pergentes[d], earum civitates omnes subiugavit. Cumque ad Romanorum partes pervenisset, videntes Romani[e] contradicere nequaquam[f] posse, apertis ianuis ipsum et gentem suam sine aliqua molestia immiserunt[g] intrare[h] civitatem, credentes nullam lesionem eis esse facturus[c]. Papirius[i] autem in ipsa urbe menia et pallacia, turres et fortitudines omnes, que in ea aderant civitatem[k], ceperunt et occupaverunt preter Capitolium, in quo[l] CCCL viri nobiles et urbis Rome magnates cum omnibus suis fugierunt; quod Capitolium cibariis[m] et aliis rebus neccessariis munierunt; qui cum eodem Papirio innumerabiliter pugnaverunt; quod multociens expugnavit nec illud[n] aliquo modo superare potuit. Et dum hoc in Romana ageretur civitate, Caius[o] Cesar Romanorum imperator, qui transmarinas eo tempore subiugaverat provincias, cum[p] suo navigio et omni gente sua Brindusium venerat. Similiter Mallinus[q] Torquatus, qui Romanam[r] et Saxoniam et Corsicam et Siciliam[s] sub Romanorum iugo posuerat, in Campanie[t], in Capue planicie propter yemem[u] asperitatem cum suo exercitu yemaverat. Qui cum intelligeret quod[v] in urbe Romana gesta erant, plurimum turbatus ad civitatem festinanter pergere properavit[w] et per Campaniam ad Urbem accedere curavit. Similiter Gaius Cesar Romanorum imperator intelligens que in civitate Rome contingerunt[x], marrinas partes Romam velociter apropinquare proposuit. Dum etiam ad civitatem apropinquare videretur, Papirius vasis aureis et argenteis, vestibus preciosis, auro quidem et argento, peccunia innumerabili urbem Rome expoliavit. Errarium quoque, in qua[y] reipublice thesaurus existebat, aperuit, omnia que in ipso aderant errario tulit et inter milites eius diviserat[z]. Exivit autem Papirius de Romana civitate cum omni gente sua quodam die Martis[a], VIII. Kal. Aprilis. Audito namque a Gaio Cesare Romanorum imperatore[b], Milio[c] Torquato de Papirii recessione, qui ad illas apropinquaverat[d] partes, velociter equitare proposuerunt;

a) occidentali *Codagn.* b) *lege* a. c) *sic Codagn.;* transire fortunam. intu::u *(duae litterae legi nequeunt) c.* d) *lege* Ytalie habuisse. e) cuius *bis scr. c.* f) *supple* urbis. g) *sic c.* h) *duae litterae evanuerunt in c.;* indubitanter homines civ. *Codagnelli codex.* i) *supple* et. k) Ticinensem *Codagn.* l) ei *om. in Codagnelli cod.* m) daturi *Codagn.* n) totius *Codagn.* o) subiugandas *Codagn.* p) ituri *Codagn.* q) Ticinenses *Codagn.* r) civit. *delendum.* s) *sic c.; lege* inducentes; inducentem *Codagnelli codex.* t) Mediolani *Codagn.* u) civitatis *Codagn.* v) exortantes *Codagn.* w) ponet(ur) *c.* x) quoque *om. in Codagnelli cod.* y) invaderant *Codagn.* z) transens *Codagnelli codex.* a) Iterim *c.* b) Aureliam *Codagn.* c) *sic c. et Codagnelli codex.* d) pergens *Codagn.* e) *supple* ipsi Papirio. f) nequā *c.* g) in ea permiserunt intr. civitate *Codagn.* h) trare *certo legi nequit in c.* i) Intrantes *Codagn.* k) *lege* civitate. l) in quo *certo legi nequit.* m) et bariis (?) *c.* n) ne c̄ aliud *c.* o) cuius *c.* p) cum — venerat *om. in Codagnelli cod.* q) Malius *Codagnelli codex.* r) *sic c. et Codagnelli codex; lege* Romaniam. s) nellam (?) *c.* t) *sic c.;* in Camp. *om. in Codagnelli cod.* u) hyemis *Codagn.* v) que *Codagn.* w) festinavit *Codagnelli codex.* x) contingerant *Codagn.; supple* per. y) quo *Codagn.* z) divisit *Codagn.* a) die Martis *certo legi nequit in c.* b) *supple* et. c) *sic c.;* Malio *Codagn.* d) appropinquaverant *Codagn.*

pervenit autem citius[a] cum exercitu magno apud fluvium Aliam[b], qui[c] per XI distat miliaria ab urbe Roma[d]. Ibidem Gaius Cesar[e], Milius[f] Torquatus cum omni gente sua et fortia eorum ei[g] supervenerunt. Pugnantes[h] Milius[f] Torquatus cum Gallorum gente[e], fortiter et inique inter[i] preliati, ab utraque parte innumerabiles interierunt et [vulnerati[k] sunt; tandem] Romani victi sunt et usque in castris fugati. Altera die summo diluculo Gaius Cesar cum eis prelium commisit et cum eis duriter pugnavit et inique, et ea die pari pugna cessarunt[l]. Tertia die Gaius Cesar et Milius[f] Torquatus cum omni gente sua et cum omni gentem[m], que in Rome civitate remanserat, prelium magnum et iniquum cum Papirio et gente sua commiserant[n]; gravissime pugnatur ab utroque[o]. Duravit itaque prelium per tres dies et noctes. Videns vero Papirius suos in prelio deficere et Romanis resistere non posse, volens illud prelium dividere, in quodam monte cum omni sua gente se collegit[p]. Romani eos persecuti fuerunt et iter[q] eorum, quas in castris habebant, eos[r] expoliaverunt, aurum[s] et argentum et vestes preciosas et peccuniam, que de Roma tullerant civitate, occupaverunt. Septem milia de gente Gallorum sunt cesa[t] et mille sunt capti, de Romanis quoque tria milia sunt interrenti[u]. Galli quidem ad castra redientes Romanos, qui pro temptoriis illorum[v] venerant, de ipsis castris turpiter expullerunt et temptoria recuperaverunt. Dum autem per sex dies sic starent, Papirius cum omni gente sua retro iter aggrediens ad patriam suam iuravit[w] reddire. Verum quia Romani ex[x] labore magno ex itinere[y] fatigati et cibariis carebant, eos persequi non potuerunt, sed ad propria redierunt. Veniens Papirius per Tusciam intravit in Ytaliam, dein intravit[z] in[a]. Cum etiam venisset ad Placentie[b] partes, ipse[c] transpadiare non posse permiserunt; qui vero[d] non posset habere transitum, per Placentinas[e] campaneas transiens ad partes scilicet Ticini pervenerunt[f], et ibi cum gente sua transpadavit. Cum igitur ad Ticinensem civitatem apropinquasset, ab ipsa[g] civitatis viris ingenti leticia ductus et honorifice est receptus, permanendo in ipsa civitate, sub eius dominio Ticinensem civitatem constituerunt; a quo Papirio civitas illa nuncupata est Papia usque in presentem diem. *Ioh. Cod.*

. . . .

LXXIII. Bonifacius papa quartus. *f.* 33[b].

Bonifacius papa quartus, natione Marsorum de civitate Valeria, ex patre Iohanne medico. *L. pont.* 69. *et Ioh. de Deo.* Cepit an[no] Domini DCVII. . . . .

In marg. f. 33[b]: Nota: Temporibus consulum[h] et senatorum civitatis Rome Agrippa prefectus subiugavit Romano senatui Suevos et Saxones et alios occidentales populos cum quatuor legionibus; in cuius reversione tintinabulum statue Perside, que erat in templo Iovis et Monete in Capitolio, sonuit. Nam uniuscuiusque regni tocius orbis erat statua in Capitolio cum tintinabulo ad collum; statim ut sonabat, cognoscebant illud regnum rebellem[i]. Cuius tintinabulum audiens sacerdos, qui erat in speculo[k] ebdomada illa, nuntiavit senatoribus. Senatores autem hanc[l] prefecto Agrippe imposuerunt. Qui renuens non posse pati tantum negotium, tandem convictus peciit spacium trium dierum. In quo termino quadam nocte ex nimio cogitatu obdormivit, et quedam femina ei apparuit. Que ait ei: 'Agrippa*, quid agis? In magno[m] cogitatu es'. Qui respondit ei: 'Sum, domina'. Que dixit: 'Confortare et promitte te michi facturum templum, quale tibi ostendero, et dico tibi, quod eris victurus'. Qui ait: 'Faciam, domina'. Que in illa visione ostendit templum ei in hunc modum. Qui dixit: 'Domina, que es tu?' Que ait: 'Ego sum Cibelles mater deorum. Fer libamina Neptuno, qui est magnus deus, ut te adiuvet. Hoc templum fac dedicari ad honorem meum et Neptuni, quia tecum erimus, et vinces'. Agrippa vero surgens letus hoc recitavit in senatu. Cum magno vero apparatu navium, cum V legionibus ivit et vicit omnes Persas et posuit *Mir. Romae* 42. 43.

*) *In marg. Alberti manu add.:* id est Herodes.

a) Papirius *Codagn.* b) Aliam *om. in Codagnelli cod.* c) quod *Codagnelli codex.* d) Rome *Codagn.* e) *supple* et. f) Malius *Codagn.* g) ei su *certo legi nequit.* h) Pugnavit enim *Codagn.* i) *supple* se; sunt *Codagnelli codex.* k) vuln. sunt tandem *legi nequeunt in c.* l) cesserunt *Codagn.; sequentia in inferiore margine f.* 31[v]. *scripta sunt in c.* m) et — gente *om. in Codagnelli cod.* n) commiserunt *Codagn.* o) utrisque *Codagn.* p) colligit *Codagnelli codex.* q) res *Codagn.* r) eis *Codagn.* s) aurum — occup. *om. in Codagnelli cod.* t) interrempti *Codagn.* u) *i. e.* interempti. v) tollendis *Codagn.* w) redire curavit *Codagn.* x) ex *delendum.* y) *supple* erant. z) deintravit *c; deinde* intravit *Codagn.* a) *supple* Emiliam. b) pl'es *c.* c) ipsum transpadare non permis. *Codagn.* d) cum *Codagn.* e) pl'as *c.* f) pervenit *Codagn.* g) a civ. ipsius *Codagn.* h) cosulum *c.* i) *sic c.* k) specula *Mirab.* l) *supple* legationem. m) magne *c.*

omnes annualiter sub tributo Romani senatus. Rediens Romam fecit templum et dedicari fecit ad honorem Cibeles matris deorum et Neptuni dei marini et omnium deorum et posuit huic nomen Pantheon. Ad honorem cuius Cibelles fecit statuam deauratam, quam posuit in fastigio templi super foramen et cooperuit eam mirifico tegmine ereo deaurato. Venit Bonifacius papa tempore Foce imperatoris Christiani, videns illud templum ita mirabile dedicatum ad honorem Cibelles matris deorum, ante quod multociens Christiani a demonibus percutiebantur, rogavit papa imperatorem, ut donaret ei hoc templum, ut, sicut in Kal. Novemb. dedicatum fuerat ad honorem Cibelles matris omnium deorum, sic illud dedicaret in Kal. Novemb. ad honorem beate Marie semper virginis, que est mater omnium sanctorum. Quod cesar ei concessit, et papa cum omni Romano populo in die Kal. Novemb. dedicavit et statuit, ut in isto die Romanus pontifex ibi celebret missam, et populus accipiat corpus et sanguinem sicut in die natalis Domini, et in isto die omnes sancti cum matre sua virgine Maria et celestibus spiritibus habeant festivitatem, et defuncti habeant per ecclesias tocius mundi sacrificia pro redemptione animarum suarum.

. . . .

f. 35b.

LXXIX. Theodorus papa primus.

L. pont. 75. et Ioh. de Deo. Theodorus papa primus, natione Grecus, ex patre Theodoro episcopo, de civitate Miletum. Cepit an[no] Domini DCXLII. . . . .

In marg. f. 35b. manu Alberti suppl.:

Miraculum.

Iac. de Var. c. 153. et 181. Eodem tempore Dagobertus rex Francorum, ut in quadam cronica habetur, qui ante Pipinum longe regnabat, a sui puericia sanctum Dionisium in magna reverentia habere cepit. Nam et quando Sathariia[a] patris sui iram metuebat, ad ecclesiam sancti Dionisii continuo fugiebat. Cum populo[b] factus iam rex mortuus fuisset, cuidam sancto viro in visione monstratum est, quod anima eius ad iudicium rapta fuit, et multi sancti suarum ecclesiarum expoliatione[c] obiciebant eidem. Cum ergo mali angeli iam ad penas rapere eum vellent, affuit beatus Dionisius, et eius interventu liberatus est et penam evasit; forte enim anima ad corpus rediit et ibi penitenciam egit.

. . . .

f. 36a.

LXXXV. Agatho papa primus.

L. pont. 81. et Ioh. de Deo. Agatho papa primus, natione Syculus, ex monachis. Cepit an[no] Domini DCLXXVII, sedit **f. 37a.* an. II, men. VI, di. XIIII, imperante Constantino; et cessavit episcopatus an. I, *men. VII, di. VI[d]. *Ioh. de Deo.* Agatho dedit osculum cuidam leproso Constantinopolim[e], ubi pace regnabat, et sanatus est. Sub quo sinodus celebrata est, in qua heresis Georgiana dampnata est. Tunc temporis Franci ossa beati [Benedicti[f]] furati sunt; et Ephesiis et Syriis magna fames fuit; et stella die visa est; et gens Saracenica Cartaginem cepit. . . . .

. . . .

f. 39b.

LXXXXVI. Proemium ante istoriam, per quam ostenditur, unde Theotonici venerunt ante adventum Christi.

Sp. regum II, v. 675—815.

Iam satis est Rome regum recitasse decores
. . . .[1]

f. 40b.

CII. De Iulio Cesare.

Sp. regum II, v. 816—845.

Cesar ut occiduis regnis potuit dominari
. . . .
Nulla fames veniet, ledere parce boves[2].

a) Clotarii *et* Lotharii *Iac.* b) *sic* (pplo) *c.; ergo Iac.* c) *sic c.* d) VII *Ioh. de Deo.* e) constantinopot *c.* f) Bened. *om. c.*

1) *Haec e Speculo regum II, v.* 675—815. *descripta capita* 96—101. *occupant; vide indicem capitum supra p.* 354. 2) *Cf. indicem capitum supra p.* 354, *ubi et nota in margine codicum* 1a.b *Speculi regum (SS. XXII, p.* 67*) scripta repetita est.*

*CIII. Gregorius papa tercius. *f. 40c.

Gregorius papa tercius, natione Syrus, ex patre Iohanne. Cepit an[no] Domini DCCXXXI, *L. pont. 92. et Ioh. de Deo.* sedit an. X, men. VIII, di. XXIIII, imperante Leone; et cessavit episcopatus die. VIII. Gregorius *Ioh. de Deo.* quedam addidit in secreta, scilicet: *Quorum sollempnitates hodie in conspectu tuo celebrantur, domine Deus,* et imperatorem Leonem excomunicavit, qui fregerat omnes ymagines, et augustum similiter fecit; quo tempore Constantinopolim[a] a Saracenis per triennium obsessa est, et magna fuit fames; et tunc Gregorius missit[a] claves sancti Petri Karolo Martello, rogans, quod Romam liberaret; quod factum est; et multas fundavit ecclesias, scilicet sancti Petri ad Velum-aureum et beati Bertini et multas alias, et magis in orationibus quam in armis confidebat; simile XXV, q. II, c. penult[imo]. . . . .

CXVI. Cacharias[a] papa primus. *f. 41a.*

Çacharias papa primus, natione Grecus, patre Pulchronio. Cepit an[no] Domini DCCXXXII[b], *L. pont. 93. Ioh. de Deo.* sedit an. X, men. III, di. XV, imperante Leone, post Constantino cum Erine[c] matre sua, qui imperavit an. X; et cessavit episcopatus di. XIII. Çacharias prohibuit filios duorum conpatrum in matrimonio copulari; XXX, q. III: *Pictatium.* Tunc temporis Venerabilis Beda fuit; et bapticavit quendam imperatorem, et angelus ei oleum ministravit, et regem Francorum deposuit; XV, q. V[d]: *Alius.* Eodem *Sp. regum, Cat. pont.* tempore Luprandus rex Lombardorum obsedit Romam et cepit circumpositas[e] et reversus est. Çacharias *L. pont. 93.* vir fuit mittissimus atque suavis omnique bonitate ornatus, amator pauperum et orphanorum et clericorum et omni populo Romanorum, tardus ad irascendum et velox ad miserendum, nullum malum pro malo reddens neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis sue omnibus factus, etiam et his[f] ante eum persecutores sui fuerant, bona pro malis reddidit eosque honoribus promovens simulque et facultate ditavit. Hic invenit totam Ytaliam provinciam turbatam simul et ducatum Romanorum persequente Luprando Lombardorum rege ex occasione Transimundi ducis Spolitini, qui in Romana urbe eodem rege persequente refugium fecerat. . . . . Omnibus uppote[a] pater et bonus pastor amplectens et utiliter fovens et penitus quemquam minime *f. 42b.* tribularet[g] permittens. Huius denique tempore in magna securitate et leticia populus a Deo illi commissus degens vixit. Hic beatissimus papa suo prudentissimo studio, quos beate recordationis Gre- **f. 42c.* gorius fecit, quatuor Dialogorum libros de Latino in Greco transtulit eloquio et plures, qui Latinam ignorant lectionem, per eorum illuminavit lectione[h] ystoriam. In una alia cronica: per idem *Iac. de Var.* tempus[i] corpus sancti Benedicti de Monte Cassino ad monasterium Floriacense, et corpus sancte Scolastice, sororis eius, apud Ceremonas fuisset translatum, Karolus magnus[k] monachus Cassinensis corpus sancti Benedicti ad castrum Cassinum transferre volebat, sed miraculis a Deo ostensis et Francis resistentibus prohibitum fuit. Eo tempore terremotus terribilis factus est, quo urbes alie sunt subverse, alie a montanis ad subiecta campestria cum muris et habitatoribus suis integre et salve ultra sex miliaria, ut dicitur, transmigrarunt. Corpus sancte Petronille, Petri apostoli filie, transfertur, in cuius sepulchro marmoreo[l] ipsius Petri manu scriptum legebatur: 'Auree Petronille Petri apostoli dilectissime filie'. Eo tempore Tyrii Armeniam infestabant, in quorum patria[m] cum olim pestilentia fuisset, suasum[n] Christianorum in modum crucis sua capita totunderunt[a], et quia per hoc signum salus reddita est, hunc tondendi retinuerunt ritum. Eo tempore fuit Beda Venerabilis presbyter et monachus in Anglia claruit. Qui licet in sanctorum cathalogo conputetur, non sanctus, sed venerabilis appellatur. Et hoc duplici de causa: prima est, cum pre nimia senectute eius oculi calligassent, habebat, ut aiunt, quendam ductorem, a quo per villas et castella se duci faciebat, et ubique verbum Domini predicabat. Quadam vero vice dum per quandam vallem magnis lapidibus plenam transiret, eius discipulus derisionis causa eidem dixit, quod ibi esset populus congregatus, qui eius predicationem scilenter[a] et avide expectaret. Tunc ille ferventer predicare incipiens, cum in fine 'secula seculorum' conclusisset, et[o] mox, ut aiunt, alta voce lapidibus[a] clamaverunt: 'Amen, venerabilis pater'. Quia hic[p] eum venerabilem miraculose lapides vocaverunt, ideo Venerabilis appellatur, vel, ut alii asserunt, ei angeli responderunt: 'Dum[q] venerabilis pater dixit[r]'. Secunda causa est, quia post eius mortem quidam clericus sibi devotus quendam versum edere[s] cupiebat, quem in eius tumulo sculpi volebat, ita in-

a) *sic c.* b) DCCXXXXII. *Ioh. de Deo.* c) erme *ut videtur c.* d) *lege* VI, *ut Ioh. habet.* e) *supple* civitates *e Gotifr. Spec. regum p.* 28. f) *supple* qui. g) *lege* tribulare. h) lectionum *L. pont.* i) *supple* cum. k) *sic c., ut Iac. scripsisse videtur (pro* Karolomannus*);* magnus *deest in editione a Graesse parata.* l) marmureo *corr.* marmoreo *c.* m) ṗma *c.* n) suasu *Iac.* o) et *delendum.* p) igitur *Iac.* q) Bene *Iac.* r) dixisti *Iac.* s) ecc̄ *c.*

cipiens: *Hac sunt in fossa*, volens taliter terminare: 'Bede sancti ossa'. Sed quia talem finem versus congruitas non patiebatur, et sedula mente revolveret, nec congruum finem videret, dum quadam nocte super hoc cogitans, mane ad tumulum properans, sed[a] manibus angelicis versus[b] taliter *scultum reperit et finitum: (*f. 42d.)

Hac sunt in fossa Bede Venerabilis ossa;

eius corpus apud Ianuam translatum devotione congrua collitur.

CXVII. Stephanus papa secundus.

(Ioh. de Deo et L. pont. 91.) Stephanus papa secundus, natione Romanus, ex patre Constantino. Cepit an[no] Domini DCCLII, sedit an. V, dies XXVIIII, imperante Constantino et Leone filio eius, qui imperavit an. XXVI, et cum Pipino rege Francorum et patricio Romanorum eiusque filiis Carulo et Carromanno[c] an. XI[1]; et cessavit episcopatus men. I, di. V. (Sp. regum, Cat. pont.) Eo tempore Astulfus Romanam ecclesiam adeo afflixerat, ut de singulis Romanorum capitibus singulos aureos postularet. Unde Stephanus papa ad Pipinum regem Francorum perrexit querelam positurus. Pipinus mittens ei obviam Karolum filium suum optime cepit[d] eum, et tunc cum exercitu ingressus Ytaliam Astulfum regem in Papiam[c] obsedit et pacem dare Romanis sub iuramento coegit. Astulfus vero reverso Pipino in patriam deterius fecit. Inde venit Pipinus et iterum in Papia Astulfum obsessum desistere iterato iuramento coegit. Mortuo postmodum Astulfo rege succedit ei Desiderius per auxilium Stephani pape contra Racisum[e], fratrem Astulfi, monachum, qui tunc regnare nitebatur. Iuravit eciam Desiderius se Romam[f] sedem et urbem in sua iusticia non turbaturum; post autem papa decessit. (L. pont. 94.) Erat enim isdem beatissimus papa Stephanus amator ecclesiarum Dei, traditionem etiam firma stabilitate conservans, pauperum Christi velox subventor, verbi Dei in magna constancia predicator; viduas et pupillos multo melius visitans, fortis etiam pro illis cum Dei virtute defensor. Mox vero restauravit IIII in hac Romana urbe sitam antiquitus sinodicham[g], que a diuturnis et longinquis temporibus destituta manebant, et inordinata omnia utiliter diversis locis disponens, intus etiam et foris, in quibus multa contulit dona, que et per privilegii pagina[c] sub anathematis interdicto confirmavit; pari modo et a novo fundasse dicitur et xenodochium in Platea[h], centum pauperum Christi dispositum illic faciens, cotidianum videlicet[i] victum eorum decernens tribuit[k]. Nam et foris muros huius civitatis Romane secus basilicam beati Petri apostoli duo fecit synodochyia[l], in quibus et plura contulit dona, que et sociavit venerabilibus diaconiis foris existentibus perhempniter permanere, idem[m] diaconia sancte Dei genitricis et beati Silvestri, due[n] ex privilegiis apostolicis perhempniter permanendum munivit. Inter hec vero[o] magna persecutio Longobardorum a rege Astulfo in hac Romana urbe vel subiacentibus civitatibus extitisset, et[p] *vehemens eiusdem regis sevicia immineret, etc. ut superius dictum est[2]. (*f. 43a.) Tempore supradicti pape, dum hec agerentur, ipse Astulfus rex quodam loco in venatione pergens, divino hictu percussus, defunctus est. Tunc Desiderius quidam dux Longobardorum, qui ab eodem Astulfo in partes Tuscie fuerat directus, audiens prefatum obisse Aistulfum, illico agregans ipsius Tuscie universum exercitum, regni Longobardorum accipere nisus est fastigium. Huius personam despectui habens Rachisus[q] dudum rex et postmodum monachus, germanus prefacti[c] Aistulfi, sed et alii plures Longobardorum optimates, eundem Desiderium spernentes, plura Transalpium vel cetera Longobardorum exercituum multitudo[r] congregantes ad dimicandum contra eum profecti sunt. Ad hec prefactus[c] Desiderius obnixe prelatum pontificem deprecabatur sibi esse in auxilium, quatinus ipse regalem valeret assumere dignitatem, spondens iure iurando omnem pontificis se adimplere voluntatem, insuper et rei publice se reddere professus est civitates, que remanserant, immo et copiosa daturum munera. Tunc idem precipuus pater et bonus pastor, inito[s] consilio cum sepefato et cum Folrado venerabili presbytero et abbate atque consiliario Pipini, misit suum germanum Paulum diaconum[t] atque Christoferum consiliarium una cum relato[u] Folrado in partes Tuscie ad predictum Desiderium; cum quo loquentes, confestim conscriptam paginam terribili iuramento isdem Desiderius cuncta[c] professus est

a) properasset *Iac.* b) versum *Iac.* c) *sic c.* d) recepit *Gotifr.* e) taisum *c.*; Rachixium *Gotifr.* f) Romanam *Gotifr.* g) sita ant. xenodochia *Liber pont.* h) Platana *Liber pont.* i) faciens cotidianum. videl. *c.* k) *sic et codices Libri pont. nonnulli pro* tribui. l) synochyia *c.* m) *sic codex B 5 Libri pont. pro* id est, *et* diaconia *nonnulli codices Libri pont. pro* diaconiae. n) due *addunt nonnulli codices Libri pont.* o) vero *post ab Alb. suppl.;* dum *Albertus omisit.* p) et *bis scr. f. 42d. et 43a.* q) tachisus *c.* r) multitudinem *Liber pont.* s) inito *c.* t) diac *c.* u) praelato *Liber pont.*

1) *Haec ex catalogo pont. et imp. a Iohanne de Deo in altera Cronicae recensione addita fuisse videntur. Cf. supra p.* 208, *col.* 2, *n.* 2; *p.* 250; *Cencii Catal., SS. XXIV, p.* 103. *etc.* 2) *Supra l.* 11 *sqq. ex Catalogo pontificum Speculi regum Gotifredi.*

superius adnixam[a] sponsionem adimplere. Hec vero peracta statim suum missum, id est Stephanum *L. pont.* presbyterum, cum apostolicis exortatoriis[b] litteris prefato Ratchiso[c] vel cuncte genti Longobardorum direxit; properans et prefatus Folrado[d] venerunt[e] in auxilio ipsius Desiderii cum aliquantis Francis, sed plures exercitus Romanorum, si necessitas exigeret, in eius disposuit occurri adiutorio; et suffragantibus beatissimi predicti pontificis[f] ita opus[g] Deus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefactus[d] Desiderius per iam dicti pape concursum tandem[h], quam ambiebat, assumeret regalem dignitatem. Dum vero hec agerentur, direxit missum suum predictus pontifex et abstulit de ipsis civitatibus, quas sepefactus[d] Desiderius rex reddere promiserat beatissimo pape, id est Faventiam cum castro Tyberiacosco[i], Cabellum et universum ducatum Ferarie in integro[k]. Et annuente Deo rem publicam dilatans et universam dominicam plebem, videlicet rationales sibi commissas oves, ut bonus pastor animam suam ponens, omnes ab insidiis eruit inimicorum, cursumque consumans et omnia utiliter perficiens, Dei invocatione vitam *finiens ad eternam migravit requiem; predictus pontifex suo *f. 43b.* tempore multa bona fecit in vita sua in ornamentis et in dedicationibus ecclesiarum[1]. Qui fecit ordinationem[l] I per mensem[m] Decembr., presbyteros II, diaconos[n] duos, episcopos per diversa loca VI. Sepultus est autem in basilica beati Petri apostoli VI. Kalendas Maii.

. . . .

CXXII.[o] Leo papa tercius. *f. 49c.*

Leo papa tercius, natione Romanus, ex patre Açuppio. Cepit an[no] Domini DCCXCVI, sedit *Cat. Est. Ioh. de Deo.* an. XX, men. V, di. XXVI; tunc Constantinus imperator excecatus imperante[p], deinde Karolo Romanis an. XIII, deinde Michaele, postea Leone, qui imperavit an. V; *cessavit episcopatus di. III. Leo *f. 49c.* synodum congregavit et omnes hereses condempnavit. Hic dum pergeret ad corpus beati Petri cum letaniis, captus est ab inimicis et excecatus et lingue mutilatus est; cui postea Deus reddidit loquelam et visum. Hic pergens ad Karolum eum Roma[d] duxit et se coram eo de criminibus obiectis purgavit, et facto de inimicis triumpho per Karolum eum imperatorem coronavit et transtulit imperium in eum de Grecis in Latinos; LXIII. d.: *In synodo;* [q]an[no], mense[r] VI. migravit ad celum; et iste vocatur hodie Magnus Leo. In una alia cronica: Iste Leo dum processiones et letanias ageret, pri- *Sp. regum, Cat. pont.* micerius eius nomine Campololus[s] et camerarius eius nomine Pascalis armata manu eum apprehensum in platea cecaverunt et linguam truncaverunt. Iterum eciam inter ecclesiam trahentes ante altare cecaverunt et iterum linguam absciderunt et sub arta custodia carceris in ecclesia quandam[d] eum servabant; eadem nocte divino miraculo visum et loquelam recepit[2] et auxilio fidelium in basilica sancti Petri receptus et salvatus est; cum[t] auxilio ducis Spoletani in Franciam ad Karolum Magnum[u] cum honore reductus est; post venit dominus Karolus Romam, et audiens accusationem Campoli tradictoris[d] et Pascalis non valere, tunc misit eos in exilium in Francia; papa cum[v] sua propria sponte innocentiam suam iuramento purgavit. Tunc papa congregato omni cetu clericorum et laycorum Romanorum in basilica beati Petri, imperiales laudes domino Karolo Magno cantaverunt, tribus vicibus dicentes: 'Domino nostro Karolo a Deo coronato, summo et pontifico[w], salus et victoria!' Hoc facto imperator Karolus, datis ecclesiis multis donis et ornamentis, in patriam remeavit. In una alia cronica: Huius Karoli tempore officium Ambrosianum maxime dimissum est et Gregorianum sollemp- *Iac. de Var.* niter divulgatum, imperiali auctoritate ad hoc plurimum adiuvante. Ambrosius namque, ut testatur Augustinus in libro Confessionum[x], cum a Iustina imperatrice Arriana perfidia depravata persecutionem pateretur et inter[y] ecclesiam cum plebe catholica insidiis urgeretur, instituit ymnos et psalmos[z] secundum morem orientalium decantari, ne populus[a] erroris[b] tedio contabescens[c]; quod per omnes

a) *sic nonnulli codices Libri pont.;* adnexam *Liber pont.* b) exortariis *c.* c) tarchiso *c.* d) *sic c.* e) venerabilis abbas *Liber pont.* f) receptis precibus *omisit Albertus.* g) omnipotens *Liber pont.* h) eandem *Liber pont.* i) Tiberiaco seu *Liber pont.* k) ferarie iii iii *c.* l) ordin *c.* m) m *c.* n) diac̄ *c.* o) XXII *e corr. in loco raso, et omnes sequentes numeri capitum simili modo correcti sunt, ubi plerumque omnes numeri praeter* C *in loco raso scripti.* p) *sic distinctum in c.; lege* est, imperante. q) *supple* in illo *ex Ioh. de Deo.* r) m̄ *c.* s) *sic h. l. c.;* Campolus *Gotifr.* t) tunc *Gotifr.* u) *compluria verba Gotifredi omissa sunt.* v) vero *Gotifr.* w) pacifico *Gotifr.* x) conf̄ *c.* y) intra *Iacob.* z) pp^os^ *potius quam* ps^os^ *scriptum videtur in c.* a) pp *c.* b) meroris *Iacob.* c) contabesceret *Iacob.*

1) *His verbis Albertus consueto more comprehendit quae de aedibus a pontificibus constructis et donationibus eorum in Libro pont. relata sunt. Cf. supra cap. XLIX, p.* 397.
2) *Bonus Albertus non attendit se eadem iam supra ex Cronica Iohannis de Deo assumpta retulisse.*

fuit ecclesia[a] derivatam[a]. Verum Gregorius postmodum superveniens plura mutavit, addidit et detruncavit. Sancti enim patres non statim omnia ad decorem officii pertinentia videre potuerunt, secundum[b] diversi diversa ordinaverunt. Nam et misse inceptio tres varietates habuit. Cum[c] enim a lectione inchoabatur, sicut adhuc in sancto sabbato fit; postmodum Celestinus papa psalmos[d] ad in- *f. 49d. troitum misse *cantare instituit, Gregorius vero cum[e] introitu misse cum cantu ordinavit et unum versum de illo psalmo, qui totus cantabatur[f], retinuit; psalmos[d] cum[g] circa aram in modum corone circumstantes concorditer concinebant, et inde chorus dicitur. Sed Flavianus et Theodotus[h], quod alternatim cantentur, instituerunt, ab Ingnatio[a] hoc habentes, qui super hoc fuit divinitus edoctus. Ieronimus[i] psalmos[d], epistolas et evangelia et ex magna parte officia divina[k] et nocturna preter cantum ordinavit. Ambrosius, Gelasius et Gregorius orationes et cantus addiderunt et lectionibus et evangeliis coaptaverunt. Gradualia, tractus et *Alleluia* Ambrosius, Gelasius et Gregorius ad missam cantari instituerunt. Ylarius addidit ad *Gloria in excelsis Deo: Laudamus te* et cetera que secuntur. Noccerus abbas Sancti Galli sequentias pro neumis ipsius *Alleluia* prius composuit. Sed Nicholaus papa ad missas eas cantari concessit. Armancius[l] Contractus Theotonicus fecit *Rex omnipotens* et *Sancti spiritus* et antiphonam[m]: *Alma redemptoris* et *Symon Bariona*. Petrus de Compostellis: *Salve regina*. Karolus, ut refert Turpinus archiepiscopus, erat corpore decorus, sed visu ferus. Statura eius pedum VIII, facies eius palmum[a] et dimidium in longitudine possidebat. Barba vero palmum[a], frons erat unius pedis. Militem armatum super equo sedentem a vertice simul cum equo uno ictu cum spata findebat[n]. Quatuor feraturas equorum simul facile extendebat. Militem armatum[o] super manum suam a terra usque ad capud velociter elevabat. Leporem integrum aut duas galinas vel anserem comedebat. Modicum vinum et limphatum bibebat, et tam parcus in bibendo erat, quod semper in cena[p] raro[q] bibebat. Cenobia multa construxit et in fine rerum suarum Christum heredem fecit, et laudabiliter vitam finivit. Eodem tempore, quando dictus rex[r] Karolus venit cum exercitu suo contra Desiderium regem Longobardorum. Erant tunc in exercitu Karoli Amicus et Amelius serenissimi[s] milites Christi. Qui apud Mortariam, ubi Longobardos Karolus superavit, ceciderunt. Et hic terminatum est regnum Longobardorum. Nam deinceps illum regem habuerunt, quem cesares sibi dabant. Proficiscente itaque Karolo Romam papa synodum CLIII episcoporum congregavit. In qua synodo papa ius eligendi pontificem Romanum et ordinandi apostolicam sedem Karolo dedit. Archiepiscopos quoque et episcopos per singulas provincias ante consecrationem ab ipso investituram accipere diffinivit. Filii quoque eius Rome in reges inunguntur, scilicet Pipinus *f. 50a. super Ytaliam, Lodoycus super Equitaniam. *Alcuinus magister Karoli tunc florebat. Pipinus Karoli filius de coniuratione contra patrem convictus in monachum tonsoratur. Post Constantinum enim Magnum imperialis sedes apud Constantinopolim habebatur, pro eo quod Constantinus predictus Romanam sedem vicario beati Petri reliquisset, et apud predictam urbem sedem sibi ordinavit. Verumtamen propter dignitatem imperatores Romani nuncupati sunt usque ad illud tempus, quo Romanum imperium ad reges Francorum translatum est; postea vero illi Grecorum sive[t] Constantinopolitani, isti vero Romanorum imperatores vocati sunt. Hoc autem de tanto imperatore[1] valde fuit mirabile, quod nullam filiarum suarum, quamdiu vixit, voluit coniugio copulare. Dicebat enim se earum contubernio capere[u] non posse. Et ut aliquis magister de eo scribit, licet alias felix esset, in hoc adverse fortune malignitatem expertus est, satis declarans, quid super hoc dicere vellet. Quod tamen ita imperator dissimulavit, ac si de eo nulla suspicio haberetur, quamvis de hoc multus sermo fieret. Unde et quocumque ibat semper eas secum ducebat[v]·*.

Sic. p. 154. *) *In marg. f. 50a. manu Alberti suppl.:* Eodem tempore Rotaldus Veronensis episcopus cum Pipino rege Ytalie transtulit corpus sancti Çenonis ad ecclesiam, quem[a] edificaverunt et multis possessionibus dotaverunt.

In marg. f. 19b. manu Alberti suppl.: Leo[2] papa tercius ordinavit et posuit suo tempore in quodam oratorio sancti Laurentii, quod est in sacro palatio

a) *sic c.* b) sed *Iacob.* c) Olim *Iacob.* d) pps. *c.* e) vero introitum *Iacob.*; in introitu *codex quidam Legendae Aureae.* f) catebatur *c.* g) olim *Iacob.*; enim *duo codices Leg. Aureae.* h) Theodorus *Iacob.* i) Io9 *c.* k) diurna *Iacob.* l) Hermannus *Iacob.* m) antiph'æ *c.* n) scindebat *Iacob.* o) recte stantem *omisit Alb.* p) semper inceam *c.* q) plus quam ter *omisit Alb.* r) Rex *c.* s) strenuissimi *Iacob.* t) siū *c.* u) carere *Iacob.* v) *signum :* *hoc loco positum est, idemque ante sequentem notam.*

1) *Karolo Magno scilicet.* 2) *Sequentia in codice Mirabilium Romae ab Alberto vel a Salimbene exscripto addita fuisse conicio. Cf. simile additamentum f.* 18b. *ad cap.* XXXV. *ab Alberto scriptum, supra p.* 392.

Lateranensi[a]. Has reliquias in tria sanctissima altaria condidit. Primum in archa cipressina tres capse[b] posuit. In una est crux de auro purissimo adornata gemmis et lapidibus preciosis, id est iacintis et smaragdis et prassinis, et in media cruce[c] est umbilicus et preputium circumcisionis Domini, et desuper est inuncta balsamo, et singulis annis eadem unctio renovatur, quando domnus papa cum cardinalibus facit processionem in exaltatione sancte crucis ab ipsa sancti Laurentii ecclesia in ecclesia[d] sancti Iohannis. Et in alia capsa argentea[e] et deaurata cum hystoriis est crux de smalcho depicta, et infra capsam illam est crux domini nostri Iesu Christi. Et in tercia capsa, que est argentea, sunt sandalia, id est calciamenta Domini. Est ibi iterum alia capsa deaurata, ubi est de ligno sancte crucis, quem[b] Eraclius devicto Cosdroe secum Romam tulit de Perside una cum corpore sancti Anastasii martiris, et est in altare quod est sancti Laurentii de marmore. Ibi etiam est brachium sancti Cesarii martiris, quod ibi Valentinianus augustus imperator attulit, et ossa duo sancti Iohannis Baptiste et ossum[b] unum sancti Ieronimi et spatula sancti Dionisii Ariopagite et os de crure sancti Stephani pape et sancti Damasi reliquie et sanctorum Primi et Feliciani et caput sancte Praxedis et sancte Anastasie cum aliis multis et sanctarum Agape, Cionie et Yrenee, Pistis et Elpis virginum, Nerei et Achilei, Prisce et Aquile. Item[f] sunt ibi reliquie de genu sancti Tiburcii, filii Chromacii. In hac eadem archa cipressina est panis unus[g] cene Domini et de arundine et de spongia cum aceto ad os Domini posita et lignum de siccomoro[h], ubi Zacheus ascendit; et super hoc altare est quedam ymago salvatoris mirabiliter depicta in quadam tabula, quam Lucas ewangelista designavit, sed virtus Domini angelico perfecit officio; sub cuius pedibus in quadam linea preciosorum lapidum pignora sancti Laurencii sunt recondita; quorum lapidum sunt hec nomina: lapis, in quo consedit sancta Maria; lapis de sancto[b] Iordane[i], ubi sedit Dominus, dum baptiçaretur; lapis[k] de monte Oliveti, ubi Dominus oravit ad patrem; sancta petra, in qua sedit angelus ad sepulcrum. De sancta columpna Domini, ubi ligatus et flagellatus fuit. De sepulcro Domini, ubi corpore mortuus requievit. De lancea, qua fuit perforatum corpus Domini. De ligno crucis Domini. De loco qui dicitur Licostratus. De Calvarie loco. Lapis de monte Syon. Lapis[l], in quo Dominus transfiguratus est in monte. Lignum de sancto presepe Domini, in quo puer natus fuit positus. Lapis de monte Syna, ubi lex data fuit. Lapis[l] de sepulcro sancte Marie. In alio vero altari eiusdem oratorii sunt capita sanctorum apostolorum Petri et Pauli et capita sanctarum Agnetis et Eufemie virginum. In tercio vero sunt carbones aspersi de sanguine sancti Laurencii et de arvina sui corporis; sunt etiam in eodem oratorio reliquie sanctorum XL martirum et multorum aliorum. In illo vero altari, super quod est ymago Domini, missam non celebrat nisi apostolicus tantum. In alio sancti Petri altari nisi papa vel episcopus[1]. In tercio vero cardinalis vel

a) lateraū *c.* b) *sic c.* c) ē crice ē (ce ē umbil *in loco raso*) *c.* d) ecctia *c.* e) arg. et deaur. capsa *corr.* capsa arg. et deaur. *c.* f) Ite *c.* g) uni⁹, i *erasum c.* h) sicoomoro (?) *c.* i) iordan *c.* k) lap *c.* l) Lap *c.*

1) *Cf. Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 564; *Bonizo, Decr. IV,* 113, *(Ang. Mai), Nova patrum bibl. VII,* 3, *p.* 49.

sacerdos legittimus. In corona, que est in capite salvatoris de auro purissimo, sunt L magni lapides preciosi, smaragdi, granati et berilli cum margaritis. A dextris vero et a sinistris de diversis gemmis sunt XXXII cum uno vacuo castore[a]. Ibidem etiam pendet[b] crux aurea. In tabula insuper aurea, que est ad pedes eiusdem salvatoris cum reliquiis: ligno dominico, lintea, corona, sepulcro, presepi, columpna, silice, lapide angelico, lapide ascensionis, lapide transfigurationis, sepulcro beate Marie et nonnullis aliis innumerabilibus, sunt LV magni lapides preciosi, smaragdi et saphirri cum margaritis.

CXXIII.[c] Stephanus papa quartus.

Cat. Est. Ioh. de Deo. Stephanus papa quartus, natione Romanus, ex patre Marino. Cepit an[no] Domini DCCCXVI, sedit an. VIII, imperante Lodoyco cum Lothario filio suo, qui imperavit an. XXV. Stephanus Lodoycum imperatorem uncxit. Tunc temporis corpus beati Marchi de Leuca in Venecias translatum est. *Sp. regum, Cat. pont.* Iste Stephanus perrexit in Franciam ad Lodoycum[d] filium Karoli, a quo benignissime receptus est et multis muneribus honeratus[e], reddiens Romam omnes captivos et exules, qui pro maleficiis in Leonem papam pertractatis[f] in Gallia tenebantur, secum adduxit et amore sui[g] restituit libertati. *Iac. de Var.* Eodem tempore predicti Stephani, cuius tempore episcopi et clerici cingula[h] texta et exquisitas vestes et alia ornamenta secularia deposuerunt. Et eodem tempore Theodulfus Aureliensis[i] episcopus falso apud imperatorem Lodoycum accusatus fuit, ab eodem est custodie Adeganis[k] mancipatus. Cum autem, sicut in quadam cronica habetur, in die palmarum processio iusta[l] domum, in qua custodiebatur, transiret, ille aperta fenestra factoque silentio pulcerrimos illos versus ad[m] se edictos, scilicet: *Gloria, laus et honor tibi sit, rex Christe* et cet., presente imperatore cantavit. Qui in tam[n] imperatori placuerunt, quod ipsum a vinculis mox absolvit et in sua sede restituit.

In marg. infer. f. 50ª. lineis rubris cincta: Eodem tempore Appollenaris episcopus Reginus XXIIII. conduxit corpus beati Venerii in civitate Regii, tempore domni Lodoici imperatoris et filii condam[o] domni Karoli Magni, in anno Domini DCCCXVI[1].

Sic. p. 154. *In marg. f. 50ª:* Huius temporibus Stephani pape rex Heroldus Danorum cum populo suo venit ad fidem Christi. Eiusque temporibus, anno Domini DCCCXXIII. corpus beati Marchi translatum est de Alexandria Veneciis; alibi tamen inveni[2], quod, antequam Karolus Venecias introierit, primo fuerat translatum. His quoque temporibus beate Marie Magdalene corpus translatum est de Aquensi Aquitanie urbe Verceliacum[3].

CXXIIII.[p] Pascalis papa primus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Pascalis papa primus, natione Romanus, ex patre Bonoso. Cepit an[no] Domini DCCCXXIIII[q], **f. 50ᵇ.* sedit an. VII, di. XVII, imperante Lodoyco. Pascalis dedit potestatem Lodoico. Iste sub *tempore *Sp. regum, Cat. pont.* Lodoyci invenit corpora sanctorum Cecilie[r], Valeriani iuxta portam civitatis et recondidit in ecclesia sancte Lucie[s] trans Tyberim. Hoc autem factum est per ipsius sancte Lucie[s] revelationem.

Sic. p. 154 sq. *In marg. super. f. 50ᵇ:* Stephano pape successit Pascalis; post Pascalem Eugenium[t], qui librum penitentialem conposuit et in Franciam misit; post Eugenium Valentinus; post quem Gregorius, qui ecclesiam sancti Marchi, quam tempore sui sacerdocii regendam habuerat, *Ioh. de Deo.* tempore sui pontificatus a fundamentis renovavit et cathedralem eam fecit.

a) castone *emendandum.* b) pendet *c.* c) XX *in loco raso.* d) leodoycum *c.* e) honoratus *Gotifr.* f) pertractans *c., ut videtur;* perpetratis *Gotifr.* g) Dei sue *Gotifr.* h) *supple* auro *ex Iacob.* i) Aurelianensis *Iacob.* k) Andegavis *Iacob.* l) *i. e.* iuxta. m) a se editos *Iacob.* n) tantum *Iacob.* o) .9. *c.* p) XX *in loco raso.* q) DCCCXXII. *Ioh. de Deo.* r) *supple* et. s) Cecilie *Gotifr., Spec. regum, Catal. pont.* t) *sic c.; lege* Eugenius.

1) *Idem legitur in serie episcoporum Reginorum, Cron. imp. cap. CLXXXIX. Venerium quendam, nescio quem, Regii saec. XII. cultum esse constat. De eius translatione hoc tempore facta nihil antiquius traditum est. De Venerio Lunensi libellum edidit Affarosi, App. ad monast. d. Prosperi Reg. comment. p.* 153—174. 2) *Aut Sicardus in altera Cronicae recensione aut Salimbene haec scripsit, quorum alter in Chron. Veneto, SS. XIV, p.* 55, *de Karolo Magno legit:* 'Venire venerari ad tumulum corporis b. evang. Marci, qui proximum de Alexandria apud vos deductus est'. 3) *Cf. Iacobi Leg. Aurea c.* 96, 3, *ed. Grässe p.* 415; *Sigeberti Chron.* 745. *Cf. Salimbene f.* 303ᶜ.

CXXV.[a] Eugenius papa secundus[1].

Eugenius papa secundus, natione Romanus. Cepit an[no] Domini DCCCXXVIII, *Sp. regum. Cat. pont.* sedit an. IIII, men. VII, di. XII[b, 2], imperante Lodoyco. Constantinopolim[c] [Constantinus[d]] solus imperavit ann. VII.

CXXVI.[e] Valentinus papa primus.

Valentinus papa primus, natione Romanus[f]. Cepit an[no] Domini DCCCXXXVIII[g], *ib.* [sedit[h]] di. X[3], imperante Lodoyco.

CXXVII.[i] Gregorius papa quartus.

Gregorius papa quartus, natione Romanus, ex patre Iohanne. Cepit an[no] Domini *Cat. Est. et Ioh. de Deo.* DCCCXLVIII[k], sedit an. X, imperante Lodoyco, post Lothario, qui imperavit an. VIIII. Gregorius ecclesiam sancti Marchi fecit cathedralem. In una alia Cronica: Constantinopolim[l] Helena sola imperavit an. V. Nicerus[m] imperavit an. IX. Rome Lotharius an. X. Constantinopolim[n] Michael Curipalis[o] imperavit an. II[4]. Mortuo Lodoyco Lotharius im- *Iac. de Var.* perium tenuit, cui fratres eius, scilicet Karolus et Lodoycus, bellum indicentes, tanta utrique[p] facta est strages, ut nulla etas tantum[q] meminerit alteri[r] fuisse in regno Francorum; tandem pacto inito Karolus regnat in Francia, Lodoycus in Germania, Lotharius in Ytalia et in parte Francie, que ab ipso Lotaringia[s] dicta est. Qui postmodum Lodoyco eius filio imperium relinquens, ipse habitum monachalem accepit.

In marg. f. 50[b]. *lineis rubris cincta:* Eodem tempore Vitalis episcopus Reginus XXVI[us] has duas curtes, videlicet Maxenzaticum et Luçariam, que fenerate erant imperatori Lothario, filio domni Lodoyci dicti, extullit; et hoc fuit in anno Domini DCCCXXXVIII.[5] et tempore Gregorii pape quarti[t]. 839.

CXXVIII.[u] Sergius papa secundus.

Sergius papa secundus, natione Romanus, ex patre Sergione, regione IIII. Cepit an[no] *Cat. Est. et Ioh. de Deo* Domini DCCCLI, sedit an. III, men. III, di. XV, imperante Lothario, qui imperavit an. VIIII. Sergius, sub quo Ytalia a Saracenis vastata est. Eodem tempore predictus imperator Lotharius *Sp. regum, Cat. pont.* misit Lodoycum filium suum cum exercitu, ut in regem ungueretur; quod et factum est per Sergium papam. Tunc princeps Beneventanus Romam veniens ab ipso Lodoyco, filio Lotharii, honoris sui recepit investituram; ab ipso etiam Lodoyco tunc Romam pergente tota Bononia funditus destructa est. Eodem tempore ordinatum est, ut omnes pape nomina mutent, tum quia Dominus *Iac. de Var.* hiis, quos in apostolatum elegit, nomen mutavit, tum quia[v] mutantur in nomine, sic mutari debent in vite perfectione, tum ne ille, qui ad[w] decorum officium eligitur, aliquo nomine indecore[x] turpetur.

In marg.: Sergio successit Leo papa quartus. *Sic. p.* 155. *et Ioh. de Deo.*

CXXVIIII.[y] Leo papa quartus.

Leo papa quartus, natione Romanus, ex patre Clualdo[z]. Cepit an[no] Domini DCCCLVIIII, *Cat. Est. et Ioh. de Deo.* sedit an. VIII, men. III, d. VI; et cessavit episcopatus men. III, di. XV; imperante Lothario cum

a) XXV *in loco raso.* b) d. XI *Spec. regum Catal.* c) Constantinopoł *c.*, poł *in loco raso, procul dubio* Constantinus *Albertus scripserat.* d) Constant. *om. c.* e) XXVI *in loco raso.* f) *seq.* sedit *expunct. c.* g) XV *in loco raso.* h) sedit *h. l. om. c.* i) XX *in loco raso.* k) DCCCXXXIX. *Ioh. de Deo.* l) Constantinopoł *c.* m) *lege* Niceforus. n) *sic infra in Cron. imp. c.* 80; Constantinopoł *c.* o) curipał *c.;* Curialis *Cron. imp. in textu,* De . . Curipale *ibid. in inscr. cap.* p) utrimque *Iac.* q) tantam *Iac.* r) aliquando *Iac.* s) lotārigia *c.* t) quarti *alio atramento in loco raso.* u) XX *in loco raso.* v) *supple* sicut. w) *supple* tam. x) indecoro *Iac.* y) XX *in loco raso.* z) clual *in loco raso;* Dualdo *Cat. Est.*

1) *Eugenius et Valentinus omissi sunt in Cronica Iohannis de Deo supra p.* 317, *sed nescio an fuerint in codice Iohannis ab Alberto lecto.* 2) d. XXIII *habet Chron. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 112, *cuius simillimum catalogum Ioh. de Deo exscripsit.* 3) annis X, d. X *Spec. regum p.* 29; d. XL *Cat. Est. et Chron. ex cod. Veneto.* 4) *Eadem leguntur infra in Cron. imp. cap. LXXX.* 5) *Hoc ex diplomate Lotharii I. dato a.* 839. *Aug.* 17, *Reg. Imp. I. ed.* 2, *nr.* 1064. (1029). *Quod repetitum est in serie episcoporum Reginorum, Cron. imp. cap. CLXXXIX, ad a.* 828.

Ioh. de Deo. f. 50c. Sp. regum, Cat. pont.

Lodoyco filio suo, qui imperavit an. VI, post Lodoyco, qui imperavit an. XVIII. Leo civitatem Leonicam edificavit *et Rome ecclesiam sancte Marie Nove. Fuit autem tempore Lotharii imperatoris; qui cum esset electus, non ausi sunt[a] consecrare sine mandato imperiali. Eodem tempore multus exercitus Saracenorum, qui Romam navigio invadere cogitaverunt, iuxta Neapolim prope Romam ventus[b] validus eos quassavit et partim submersit et partim in proximas insulas proiecit; ubi quidam fame perditus[c], quidam capti et Romam deportati omnibus vite sue temporibus Romanis civibus in compedibus servierunt. Tunc papa nuntiavit hoc Lothario imperatori addens preces, ut civitatem Leoninam, quam tercius Leo inchoaverat, sed non perfecerat — immo et ipsum principium iam deperierat —, contra paganos et Saracenos ad tutelam beati Petri preciperet[d] edificari. Hoc verbum imperatori valde conplacuit, et ad illud perficiendum peccuniam multam transmisit. Ita Deo gratias, quod[e] sexto anno pontificatus Leonis[e*] quarti consumata est*.

Sic. p. 155. et Ioh. de Deo. — Sic. p. 155. — Sigeb. 916. Sic. — Cat. Est. et Ioh. de Deo. — Sigeb. 923.

*) *Inter lineas manu Alberti post suppl.:* post Leonem successit Benedictus tercius.

In marg. f. 50[b]: In anno Domini DCCCLV. His temporibus Saraceni Mauri[1] Beneventum invadunt, Syciliam[2], Calabriam, Apuliam totamque Ytaliam fere devastant[3]. Ideoque Lodoycus[f] fratrem suum Lotharium in suum auxilium invitavit, sed apud Placentiam mortuus est; unde regnum eius Lothoringiam Karolus patruus, rex Galliarum, invasit. Sed adveniens imperator Lodoycus ipsum regnum Lothoringie cum Karulo patruo, rege Galliarum, id est Francie et Britanie[g], ita divisit, quod sedem sibi Aquisgrani retinuit. Ad hec Beneventanus dux Adalgisius Lodoico imperatori fit rebellis; ideoque imperator in Ytaliam rediens Campaniam, Lucaniam et omnes civitates Saturni[h] cepit. His temporibus Nicolao pape successit Adriano pape[i]. Adrianus papa secundus, natione Romanus, ex patre Talaro episcopo, cepit an[no] Domini DCCCLXVIII, sedit an. V, imperante Lothario; post eum successit Iohannes papa VIII, per cuius miliciam Saraceni usque adeo sunt attriti[k], quia[l] vix[m] unus cum alio in Ytalia remaneret, multis attestantibus se beatos apostolos Petrum et Paulum in auxilium vidisse Christianorum[4].

Cat. Est. Ioh. de Deo. Sp. regum. Ioh. de Deo. Sp. regum, Cat. pont.

In marg. superiore f. 50[c]: Nicholaus papa primus, natione Romanus, ex patre Theodoro. Cepit anno Domini DCCCLXIIII, sedit an. VIII, men. IX, di. XX, imperante Lodoico. Iste Nicolaus duos reges excomunicavit, Lotharium regem Francorum et Michaelem imperatorem. Consecratus est presente Lodoico imperatore tercio, quo etiam exaltatus[n], et variis muneribus honoratus exivit in campum ad imperiale temptorium, ubi per manum imperatoris receptus et diu secrecius collocutus in Urbe rediit, imperator in patriam[o] remeavit.

CXXX.[p] Benedictus papa tercius.

Cat. Est. Ioh. de Deo. Sp. regum, Catalogi. Ioh. de Deo. Iac. de Var.

Benedictus papa tercius, natione Romanus, ex patre Petro. Cepit an[no] Domini DCCCLVI, sedit an. II, men. VI[q], di. X, imperante Lodoyco filio Lotharii imperatoris an. XXI. Constantinopolim[r] Michael imperavit an. VIIII; et cessavit episcopatus di. XV. Eodem tempore predicti pape. In parochia Maguntina malignus spiritus parietes domorum quasi maleis pulsando et in aere loquendo et discordias seminando adeo homines infestabat, ut, quocumque intrasset, statim illa domus exurebatur. Presbyteris autem letanias agentibus et aquam benedictam spargentibus inimicus lapides iactabat et multos cruentabat[s]. Tandem aliquando cunquiescens[t] confusus[u] est se, quando aqua benedicta spargebatur, sub capa talis sacerdotis quasi familiaris sui latuisse. Accusans[v], quod conscilia[w] procuratoris in peccatum lapsus fuerit. Per idem tempus rex Burgarorum cum gente sua ad fidem conversus tante perfectionis fuit, ut maiore[x] in rege ordinato ipse habitum

a) *supple* eum *e Gotifr., Spec. regum p.* 29. b) uetus *c.* c) perditi *Gotifr.* d) pcipet (perciperet) *c.* e) quod *delendum.* e*) *seq.* n *expunct. c.* f) Lodoycos *c.* g) Bri *legi nequit in c.* h) Samni *Sic.* i) *lege* Adrianus papa. k) attri *legi nequit in c.* l) quia *certo legi nequit in c.* m) vixit *c.* n) cum quo etiam epulatus *Gotifr., Spec. regum p.* 30. o) partiam *c.* p) X *in loco raso.* q) VII *Ioh.* r) *sic h. l. c.* s) erūctabat *c.* t) cū quiescens *c.* u) confessus *Iac.* v) *supple* eum. w) cum filia *Iac.* x) *supple* filio.

1) Mauri *Sicardi verbis insertum est ex Chron. Sigeberti* 844: Mauri Beneventum occupant. 2) *Cf. Sigebert.* 831: Saraceni Siciliam incursantes. 3) *Ex ignoto quodam chronico sive Albertus sive potius Salimbene seu etiam Sicardus in altera ampliore Cronicae recensione hunc locum Sigeberti* 916. *(ex Liutprandi Antapodosi II, c.* 44. *profectum) et sequentes locos Sigeberti exscripsit.* 4) *Haec Sigebertus sub a.* 923. *excerpsit ex Liutprandi Antapod. II, c.* 50 — 54, *ubi haec de Iohanne X. papa relata sunt.*

monachalem accepit. Sed cum eius filius iuveniliter agens a[a] gentilitatis cultum reddire[b] vellet, *Iac. de Var.* resumpta milicia persecutus eum cepit efossisque[b] oculis in carcere retrusit, et in regno statuit[c] altero filio iuniore habitum resumpsit. In Ytalia apud Brisiam tribus diebus et tribus noctibus sanguis de celo pluisse narratur eodem tempore. Per idem tempus locuste innumerabiles in Galiis apparuerunt, senes[d] habentes alas, sex pedes, duo[e] dentes lapidibus duriores, ut castrorum acies turmatim volantes, spatium diurni itineris quatuor aut quinque milibus extendentes, omnia viridia in herbis et arboribus vastabant. Que usque ad mare Britanicum pervenientes, tandem *flatu ventorum in pro- **f. 50d.* fundum maris demerse sunt, sed estu occiani[b] ad litus reiecte ex putredine sua aerem corrumperunt[b]. Unde mortalitas maxima et fames pervalida est secuta, ita ut fere tercia pars hominum interriret[f].

In marg. f. 50c:

Iohannes papa VIII.

Iohannes papa VIII. Cepit an[no] Domini DCCCLXXII[g], sedit an. X, di. V, imperante Karolo *Ioh. de Deo.* secundo, qui imperavit an. I, men. IX, post Karulo III, qui imperavit an. VIII. Iohannes Karolum magnum Rome recepit et eum imperatorem coronavit. Eodem tempore fuit Paulus episcopus Reginus XXXI; et predictus Karolus tercius donavit 880. eidem episcopo Paulo insulam Suçarie cum curte et capellis, silvis, mansis quoque pertinentibus ad ipsam insulam, et hoc fuit in anno Domini DCCCLXXX[h. 1]. His temporibus predicti Iohannis pape in Ianuensi urbe *Sigeb. 935.* fons sanguinis portendens urbis ruinam effluxit. Nam eodem anno ab Affricanis Saracenis cum classe illuc venientibus capitur, hominibus omnibus evacuatur[2]. Sed rex *ib. 1088.* Salvie Ildefensus[b. 3] Saracenos fortiter debellavit et Totum[i] urbem, maximam civitatem, expugnavit, ubi Christianitatis cultum in Domino dilatavit. His temporibus *Sic. p. 156.* Iohannis pape VIII, in anno DCCCLXXV. Normanni in Franciam invadunt et usque ad Aquisgrani Coloniamque devastant; contra quos se Karolus imperator armavit; et tunc Godefredus rex Normanorum Christianus effectus est, imperatore[k] de sacro fonte levante. Et paulo post omnibus de Karlorum generatione defunctis[l] solus Karolus monarchus extitit. Sed quia propter egritudinem inutilis habetur, Arnulfus ad imperium electus est. His temporibus tres fuerunt recolendi in Lombardia episcopi: Paulus, qui Placentinam ecclesiam per Sufronium destructam reparavit, et Giboldus[m] Parmensis, qui canonicam Parmensem instituit, et Lando Cremonensis, qui corpus martyris Archelai de Roma in Cremonam portavit, archarium instituit, cui pro[n] luminaribus beneficium assignavit.

CXXXI. Formosus papa primus.

Formosus papa primus, natione Portuensis et eiusdem ecclesie episcopus, ex patre Leone. Cepit *Cat. Est. et Ioh. de Deo.* an[no] Domini DCCCLXXXI, sedit an. V, men. VII, di. XIIII[4. *]. Eodem tempore Franci perdiderunt imperium. Nam apud eos fuit CXX annis, a multis enim fuit imperium multipliciter usurpatum[o].

*) *Alberti manu superscr. et in marg. suppl.:* imperante Arnulfo, qui apud Romanos regnavit *Sic. p. 156.* annis XII.

In marg. superiore f. 50[d]: Formosus papa. Arnulfo[p] igitur a Formoso coronatus et im- *ib.* perator effectus est, qui Pergamum cepit et totam Ytaliam subiugavit.

a) ad *Iac.* b) *sic c.* c) statuto *Iac.* d) senas *Iac.* e) duos *Iac.* f) intriret *c.* g) DCCCLXXIII. *Ioh. de Deo.* h) *hucusque hoc additamentum lineis rubris cinctum est, sequentia posteriore tempore ab Alberto addita sunt, neglegentius scripta.* i) *lege* Toletum. k) *supple* eum. l) defunct⁹ *c.* m) Gumboldus *Sic.* n) cui pluminaribus *c.* o) *diadema regium et manus in marg. picta sunt.* p) *lege* Arnulfus.

1) *Hoc ex diplomate Karoli III. dato a.* 880. *Ian.* 8, *Reg. Imp. I, nr.* 1550. *Quod brevius repetitum est in serie episcoporum Reginorum, Cron. imp. cap. CLXXXIX.* 2) *Haec Sigebertus sub a.* 935. *ex Liutprandi Antapodosi IV,* 5. *exscripsit, quae Albertus male tempore Iohannis VIII. papae facta esse dixit, qui peius locum Sigeberti a.* 1088. *his adiunxit. Prior locus de fonte Ianuensi ex eodem chronico ignoto, quod Albertus aut Salimbene aut Sicardus exscripsit, a Martino Oppaviensi, SS. XXII, p.* 430, *et in margine codicis Petri Guillelmi, Duchesne, Liber pont. II, p.* 243, *exscriptus esse videtur.* 3) rex Galliciae Amful *Sigeb.* 1088. 4) *Ioh. de Deo:* ann. V, men. II; *Cat. Est.:* ann. IIII, men. VII, d. X.

CXXXII. Stephanus papa VII[us].

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Stephanus papa VII.[1] et episcopus Campanie. Cepit an[no] Domini DCCCXCVII[a], sedit an. I, *Donizo I, 1.* men. III; qui post monachus fuit. Eodem tempore venit comes Sigifredus de episcopatu Lucensium in episcopatu Regino cum tribus suis filiis; nomen maioris vocabatur Sigifredus, et Atto fuit secundus, et tercius Gerardus, ut inferius in ystoria sua per ordinem dicetur et continetur[2].

CXXXIII. Iohannes papa decimus.

Ioh. de Deo. Iohannes papa decimus. Cepit an[no] Domini DCCCCXIIII, sedit ann. XIIII, men. II, di. IIII, imperante Berengario, qui imperavit an. IIII, post Ugone, qui imperavit an. VI. Iohannes papa fuit *Donizo I, 1–3.* filius Sergii pape. Anno Domini DCCCCXV. de mense Madii[3]. Comes Atto filius supradicti Sigifredi et pater fuit Tedaldi marchionis, qui edificavit monasterium sancti Benedicti positum inter Padum et Larionem, et predictus Atto, pater predicti Tedaldi, arcem Canosinam et monasterium sancti Appollonii confessoris in predicta arce, ut inferius in ystoria sua continetur[4].

CXXXIIII. Agapitus papa secundus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Agapitus papa secundus. Cepit an[no] DCCCCXLIX, sedit an. X, men. VI, di. X, imperante Lothario, qui imperavit an. II, post Belengario cum Alberto filio suo, qui imperavit an. XI. Eodem tempore Saraceni Capuam ceperunt. Leo imperator Benedictum deposuit et Leonem instituit et filium sibi equivocum incoronavit, et papa dedit illi honores, quos Karolus et Pipinus ecclesie dederant, scilicet regnum Ytalicum, ut eam[b] ab invasoribus liberaret; an[c] omnes consenserunt, tam layci quam clerici.

CXXXV. Iohannes papa XII[us].

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Cat. Est. Iohannes papa XII[us] de regione Via-lata. Pater eius Alberius[d] princeps Romanorum. Cepit an[no] Domini DCCCCLVI, sedit an. VIII[e], men. IIII. Iste denique infelix, quod sibi peius, totam vitam suam in adulterio et vanitate duxit. Cuius temporibus Octo imperator Romam veniens honorifice ab eo est susceptus. Cum quo ipse imperator decertans, sed ab errore et nequitia sua numquam potuit eum removeri[f]. Consilio namque ipse[g] imperator cum suis fidelibus inito Romam veniens, quatinus **f. 51a.* idem protervus et *sceleratus pontifex cum suis archiepiscopis atque[h] episcopis recordaret, ut tanto ac tali[i] scelere resipisceret; sed ipse iniquus statim quod[k] de suo adventu audivit, Campaniam fugiens, ibique se[l] in silvis et in montibus more bestie latuit. Tunc omnes Romani in[m] consensu et una voluntate, clerici atque[n] layci, rogaverunt imperatorem, ut sancte matris[o] ecclesie dignum pontificem et rectorem pium tribueret. Facta itaque postulatio[p] atque peticio universi populi, talem[q] ab imperatore acceperunt responsum: 'Eligite, qualis[r] dignus sit, et ego libentissime vobis concedo'. Statimque a cunctis tam clericis quam laycis electus et expetitus est domnum[s] Leonem, virum venerabilem, protoscriniarium summe sedis apostolice.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. *In marg. inferiore f. 50d:* Cristoforus papa primus, presbyter cardinalis tituli Damasi. Cepit an[no] Domini DCCCCIIII, sedit men. VII, imperante Lodoyco filio Arnulfi[5], qui imperavit an. IIII. Cristoforus papa eiectus est, nescio quo spiritu ductus, de papa monachus effectus *Sic. p. 157.* est. His temporibus Ungari depopulantur Ytaliam, sed[t] an[no] Domini DCCCCVII. octavo *Chr. Ven. 10.* Kal. Octubris, posteaque de anno in annum sepe reversi sunt depredati. Lodoico successit

a) DCCCXCVI. *Ioh.* b) eum *Ioh.* c) cui *Ioh.* d) *sic c.* e) VIIII *Cat. Est.;* VII *Ioh.* f) *lege* removere. g) ipse *om. Cat. Est., quod alii catalogi habent.* h) ep. et arch. *Cat. Est.; sed* arch. atque ep. *alii catalogi.* i) *sic alii catal.; mutatum in Cat. Est.* k) *sic* (q̧) *c.;* ut *Cat. Est.* l) *sic et Cat. Est.;* se *delendum.* m) *lege* uno, *ut alii catal.; mutatum in Cat. Est.* n) *sic alii catal.;* rog. eum cler. et l. *Cat. Est.* o) *lege* matri. p) *lege* postulatione atque peticione. q) *sic alii catal.;* tale *Cat. Est.* r) qual *c.* s) *sic Cat. Casanat.;* domnus Leo vir *etc. Cat. Est.* t) *sic* (s3) *c. et infra in Cron. imp.;* scilicet *Sic.*

1) *Sic Ioh. de Deo. Est sextus ordinis.* 2) *Cap. CLVI, nam in historia Mathildis comitissae e libris Donizonis ab Alberto excerpta repetita sunt quae in hoc et in sequente capite ex carmine Donizonis exscripta sunt.* 3) *Vide quae infra ad cap. CLVII. adnotavi.* 4) *Cap. CLVII.* 5) filio Arnulfi *ex Chron. Veneto c. 10, SS. XIV, p. 57, falso insertum est. In Cron. Iohannis de Deo hic Ludowicus est rex Burgundiae.*

Conradus, nequissimus defortunator[1], ecclesiarum devastator. Ideoque substulit *Chr. Ven.* 10. eum Deus; cui successit Henricus Saxonie dux, ad imperium vocatus.

CXXXVI.[a] Leo papa octavus.

Leo papa VIII, natione Romanus, ex patre Iohanne protoscriniario. Cepit an[no] Domini *Cat. Est. et Ioh. de Deo.* DCCCCLXIII, sedit an. I, men. III, et fuit de regione que vocatur Clivus-argentarii. Vir fuit *Cat. Est.* strenuus et omni bonitate preclarus, et consecraverunt eum Romanum pontificem per mense[b] Decemb. in Lateranensi patriarchio. Hic fecit ordinationes[c] in eodem mense, presbyteros IIII, diaconos[d] II. Ipso denique vivente iniquum consilium a Romanis ceptum est, quemadmodum[e] domnum Leonem foras eicerent et sceleratum illum, qui in Campanie partibus latitabat, reducerent; quod et factum est. Unde maxima famis[b] et ingens persecutio in hac civitate Romana devenit; qui[f] ab inopitulante clementia predictus Leo sanus et illesus ab hac civitate exivit, et ubi domnus imperator cum suo exercitu in partibus Spoleti erat advenit; qui honorifice ab imperatore susceptus est. Statimque armat milites, munit custodias et contra Romanos insidias preparat. Qui veniens in Reatinam civitatem, Romani nunciis[g] ante suam presentiam venerunt, qui ei mortem sceleratissimi Iohannis nuntiaverunt et de electione et consecratione Benedicti diaconi rogaverunt; sed nichil ab eo optinere potuerunt, talem ab eo responsum receperunt: 'Quando dimisero ensem meum, tunc dimittam, ut[h] Leonem papam in cathedra sancti Petri non restituam'. Nuncii vero reversi ad suos, sine consensu et voluntate dompni imperatoris idem Benedictum IIII.[i] diaconem Romanum pontificem elegerunt; quod audiens domnus imperator magis in furore et ira exarsit; undique vallavit civitatem Romanam, per diversas civitates, oppida atque castella cepit devastare, incendere atque depredare[b] et funditus dissipare; in tantam penuriam eam[b] et captivitatem eam[b] adduxit, ut modium furfuris venumdaretur XXX denariis. Quo angustiati et afflicti Romani et tam pessimum malum ferre non *valentes, innocentem Benedictum imperatori tradiderunt et **f.* 51[b]. domnum Leonem in Romanam et apostolicam sedem susceperunt, spondentes ei et domno imperatori super corpus beati Petri apostoli iterum sacramentum; dimisit[k] eis, quanta et qualia ab ipsis perpessus est mala; et ita domnus imperator ab hac civitate Romana in partibus Gallie secessit. Mortuo vero domno Leone omnes Romani a minimo usque ad maximum una concordia et uno consensu atque spontanea voluntate elegerunt sibi[l] domnum Iohannem, reverentissimum et pium episcopum sancte Narniensis[m], bene doctum et honorifice erudictum[b] de divinis et canonicis libris. Nam a cunabulis in clericali ordine in Lateranensi palacio edoctus, hostiarius, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus[n] et diaconus in eadem Romana ecclesia per distinctos ordines est ordinatus, et ita Deo volente legittime et canonice pontifex est consecratus.

CXXXVII.[o] Benedictus papa V^us^.

Benedictus papa V^us^, natione Romanus, ex patre Iohanne. Cepit an[no] Domini DCCCCLXIII, *Cat. Est. Ioh. de Deo.* sedit men. II, di. X[p], imperante Ottone. Benedictus captus et in carcere strangulatus est. In alia cronica: Eodem tempore primi Ottonis imperatoris. Dum autem in paschali sollempnitate *Iac. de Var.* dictus Otto principibus convivium preparasset, antequam sederent, cuiusdam principis filius amore[q] puerili ferculum de mensa accepit; quem dapifer fuste prostravit. Quod cernens pedagogus pueri ipsum dapiferum mox peremit. Quem cum sine audientia cesar condempnare vellet, ille cesarem ad terram deiecit et suffocare cepit. Qui cum de eius manibus vix eruptus[r] fuisset, ipsum servari iussit, se culpabilem clamans, quod in[s] festo non detulerit; unde ipsum libere abire permisit.

CXXXVIII.[t] Iohannes papa XIII^us^.

Iohannes papa XIII^us^, natione Romanus, episcopus Narniensis, ex patre Iohanne episcopo. Cepit *Cat. Est. et Ioh. de Deo.* an[no] Domini DCCCCLXIIII, sedit ab introitu suo post menses II et dies XVI, mense Decemb.; deprehensus est a Rofredo et Petro prefecto cum omni populo Romano, et mandaverunt illum in exilium *Cat. Est.* in Campania, et mansit in ipso exilio men. X et di. XXVIII, et postea vero post obitum Rofredi reversus est Roma[b] et sedit an. VII[u] et men. VI et di. V, imperante Ottone primo, post Ottone secundo[v], *Ioh. de Deo.* imperavit an. VIII. Iohannes, cui Benedictus successit, in carcerem fame mortuus est.

a) CXXXVI::: *tribus fere numeris erasis,* I *in loco raso c.* b) *sic c.* c) ordiñ *c.* — in *om. Cat. Est., quod habent alii catal.* d) diac̄ *c.* e) *sic alii catal.;* ut *Cat. Est.* — *Iam raro adnotavi Cat. Estensis lectionem variam, cum alii catalogi cum Alberto conveniant.* f) sed quia Dei opitulante *Cat. Est.* g) nuncii *Alberti manu superscr.* h) in *c.* i) *sic c. et Cat. Est., ubi* diac. Rom. *om.* k) dimisit ei dimisit eis *c.;* Dimisit enim eis *Cat. Est.* l) *sic Cat. Laurent.;* sibi *om. Cat. Est.* m) *sic Laurent.;* Ravennatis *Cat. Est.; supple* ecclesie. n) subdiac̄ *c.* o) VII *in loco raso.* p) II *Cat. Est.;* V *Ioh. de Deo.* q) more *Iac.* r) erutus *Iac.* s) in *delendum.* t) VIII *in loco raso.* u) *sic Ioh. de Deo;* VI *Cat. Est.* v) *supple* qui.

1) depredator *Chron. Venetum, SS. XIV, p.* 57. *Eadem vide in Cron. imp. cap. LXXXVI.*

CXXXVIIII. Benedictus papa sextus.

Cat. Est. Benedictus papa VI^us^, diaconus[a] de regione[b] VIII. sub Capitolio, ex patre Ildeprando monachus[c], ingressus est men. Ian. di. XVIIII.* Domnus Suri primus sedit an. I, men. VI; iste *Ioh. de Deo.* strangulatus est. Benedictus Romanus[d] a papatu eiectus, et Silvester restitutus, sed hic[e] eiecto Benedictus substituitur; quo eiecto Gregorius substituitur, quem imperator deposuit et ultra montes **f. 51c.* transportavit et Clementem *instituit. His temporibus fuit luna plena sanguine**, et sol[f] defecit, et magna fames fuit; et sanctus Symeon migravit ad Dominum***.

Sic. p. 159. *) *In marg. manu Alberti suppl.:* an[no] millesimo[g] I. defunctis Ottonibus absque heredibus Henricus Claudus dux Noricorum, id est Baguariorum, eligitur a principibus; qui regnavit an. XXIII[h], qui imperavit an. X[i]; an[no] MXIIII. imperator factus est[1], qui multa prelia vincit[k].

**) *Albertus superscr.:* tribus diebus *e Sicardi Cron. p.* 160.

Sic. p. 160. ***) *In marg. superiore f.* 51c. *manu Alberti:* qui canoniçatus fuit a papa Benedicto VIII; cuius corpus iacet ad Sanctum Benedictum inter Padum et Larionem.

CXL.[l] Bonifacius papa VII^us^.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Bonifacius papa VII, natione Romanus, ex patre Ferrucio. Cepit an[no] Domini DCCCCLXXV, sedit men. I, di. XII, imperante Ottone.

CXLI.[m] Benedictus papa septimus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Benedictus papa VII^us^, natione Romanus, ex patre David. Cepit an[no] Domini DCCCCLXXV, *Iac. de Var.* sedit an. VIIII, men. VI, imperante Ottone secundo. Eodem tempore Otto secundus. Hic, dum Ytalici pacem sepius violarent, Romam venit et omnibus proceribus et magnatibus apud gradum ecclesie convivium grande fecit. Quibus epulantibus latenter omnes[n] cingi fecit armatis. Deinde de violata pace querimonias movens iubet in scriptis culpabiles recitari. Quos statim ibidem decolari faciebat, alios vero epulari satagebat.

CXLII.[o] Iohannes papa quatuordecimus[p].

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Iohannes papa XIIII, Papie[2]. Cepit an[no] Domini DCCCCLXXXIIII, sedit men. XI[q]; quem *Cat. Est.* Bonifacius Ferucii filius reversus a Constantinopolim[p], ubi fugerat, conprehendit ac deposuit et in custodia misit in castellum Sancti Angeli, et ibi eum custodire fecit; ibi infirmitate[p] et famis inopia[p] per quatuor menses acriter substinuit ac mortuus est et, ut fertur, occisus est; qui ipse Bonifacius post mortem eius sedit men. XI; qui repentina morte interiit, et in tantum[r] odio habuerunt sui, ut post mortem eum cederent et lanceis vulnerarent atque per pedes traherent nudato corpore usque in campum; et ante caballum Constantini proiecerunt atque dimiserunt; ubi mane venientes clerici et videntes eum ita turpiter cum dedecore iacentem, cesum et laceratum, collegerunt et sepellierunt.

Iac. de Var. Eodem tempore fuit Octo tercius. Iste cognominabatur Mirabilia mundi. Hic, ut in quadam cronica dicitur, quandam[s] uxorem habuit, que cuidam comitti se prosterneret[t] voluit, sed cum ille comes nollet tantum facinus perpetrare, illa indignata predictum comittem apud imperatorem adeo infamavit, quod eum imperator sine audientia eum[u] decollari fecit. Qui, antequam decollaretur, rogavit uxorem suam, ut iudicio candentis ferri post mortem[v] eum conprobet innocentem. Adest dies, in quo cesar pupillis et viduis se asseruit iudicium facturum. Affuit et vidua mariti capud secum portans in ulnis. Quesivit tunc ab imperatore, qua morte dignus esset, qui iniuste aliquem occidisset. Qui cum privatione capitis dignum eum assereret, illa[w] intulit dicens: 'Tu es ille vir, qui maritum meum ad suggestionem uxoris tue innocenter occidi mandasti. Et ut me verum dicere conprobes, hic[x]

a) diac̄ *c.* b) Reg *c.* c) monacho *Cat. Est.* d) a Romanis *Ioh. de Deo.* e) hoc *Ioh. de Deo.* f) sal *Ioh. et Sicard.* g) ā m̄ *c.* h) XXIIII *Sicard.* i) XI *Sicard.* k) vicit *Sic.* l) L *in loco raso, in quo etiam nunc legitur* ....IIII. — *Hoc capitulum demum f.* 51d. *post c.* 142. *scriptum est, sed ibi adnotatum est cruce posita* ⸭ Hec ystoria debet esse supra ubi crux est. *Et eadem crux in margine ad initium capitis* 141. *picta est.* m) XLI *in loco raso.* n) *sic Iac.;* ag̃ *c.* o) LII *in loco raso.* p) *sic c.* q) IX *Ioh. de Deo;* VIII *Cat. Est.* r) tanto eum *Cat. Est.;* tantum eum *alii catal.* s) Quandam *c.* t) prostituere *Iac.* u) *sic iterum c.* v) mortē *radendo corr.* morte (?) *c.* w) Illa *c.* x) hoc *Iac.*

1) *Sigeb.* 1014: Heinricus rex in imperatorem benedicitur. *Ex chronico brevi, in quo Sigeberti Chron. exscriptum fuerit, haec a Salimbene vel a Sicardo in Cronica maiore addita fuisse conicere potes. Eadem vide in Cron. imp. cap. XCVI.* 2) Papiensis *Cat. Est.*

candentis ferri iudicio comprobabo'. Quod cesar videns obstupuit et in manibus femine se puniendum dedit. *Iac. de Var.* Interventu tam[a] pontificum et procerum inducias decem dierum, deinde octo, tercio septem, quarto VI a vidua accepit. *Tunc (*f. 51d.) imperator examinans et veritate cognita uxorem vivam concremavit et pro redemptione sui quatuor castra vidue dedit; que castra sunt in episcopatu Lune et vocantur ab induciis dierum Decimum, Octavum[b], Sextum[c].

CXLIII.[d] Gregorius papa quintus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Gregorius papa V[us], natione Saxonum, ex patre Ottone. Cepit an[no] Domini DCCCCXCVII, sedit an. II, imperante Ottone tercio, qui imperavit an. V; *Cat. Est.* et foras eum eiecerunt et Iohannem Grecum elegerunt; sed voluntate Dei Romam rediit atque cum magno honore susceptus est; et apprehendere fecit illum scelestem[e] invasorem et fecit ei oculos eruere et nasum cum lingua abscidere et per totam Romam in assellum[f] sedere fecit cum utre in capite.

CXLIIII.[g] Silvester papa secundus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Silvester papa secundus, natione Aquitaniorum. Cepit an[no] Domini M, sedit annis Domini[h] IIII, men. I, di. XIX, imperante Ottone, post Henrico, qui imperavit annis XII. *Iac. de Var.* Eodem tempore fuit beatus Henricus dux Baverie, sumpsit imperium. Qui Stephano regi Ungarie adhuc gentili sororem suam nomine Galam Redenga in uxorem dedit et tam ipsum regem quam totam eius gentem ad fidem Christi convertit. Qui Stephanus tante religionis fuit, ut multorum miraculorum gloria Deus ipsum illustrem reddiderit. Hic Henricus et uxor eius Renegundis[i] virgines permanserunt et celibem vitam ducentes in pace quieverunt.

CXLV.[k] Benedictus papa VIII[us].

Ioh. de Deo et Cat. Est. Benedictus papa VIII, natione Tusculanus, ex patre Gregorio. Cepit an[no] Domini MXII, sedit an. XII, imperante Henrico primo, post Henrico secundo, qui imperavit an. X, mensibus VI. *Iac. de Var.* Eodem tempore successit Coradus quidam dux Francorum, qui neptem sancti Henrici duxit uxorem. Huius tempore visa est in celis trabes ignea mire magnitudinis super solem iam ad occasum vergentem currere et ad terram cadere. Hic quosdam episcopos de Ytalia in vincula coniecit, et quia Mediolanensis[l] archiepiscopus de vinculis fugit, suburbia Mediolani incendit. Die vero pentecostes, cum imperator in parva ecclesia secus urbem coronaretur, ad missam tam gravia tonitrua fulguraque fuerunt[m], aliqui mente excederent, aliqui spiritus[n] exalarent. Bruno vero episcopus, qui missam cantabat, et secretarius imperatoris cum aliis dixerunt se inter missarum sollempnia vidisse sanctum Ambrosium imperatori cominantem.

Huius Coradi tempore comes Lupoldus, ut in quadam cronica dicitur, iram regis metuens cum uxore sua in silvam[o] fugiens in quodam tugurio latitabat. In qua silva dum cesar venaretur, nocte superveniente in eodem tugurio ipsum oportuit hospitari. Cui *hospita (*f. 52a.) pregnans vicinaque partui decenter stratum et neccessaria ministravit. Eadem nocte mulier filium peperit, et vocem tercio ad se venientem cesar audivit: 'Coradus, hic puer modo genitus gener tuus erit'. Mane autem facto surgens duos armigeros sibi secretarios ad se vocavit, dicens: 'Ite et puerum illum de manu matris violenter afferte[p] ipsumque per medium scindentes cor eius michi portate'. Conciti illi euntes de gremio matris puerum rapuerunt. Quem videntes elegantissime forme, misericordia et compassione conmoti ipsum super quandam arborem, ne a feris devoraretur, reposuerunt, et leporem scindentes, cor eius cesari detulerunt. Eodem die dum quidam dux inde transiret, eum ad se adduci fecit; et dum filium non haberet, uxori attulit et nutriri eum feriens[q], a se de uxore sua genitum finxit et Henricum vocavit. Cum igitur crevisset, erat corpore pulcerimus[e], ore fecondus[r] et omnibus graciosus. Quis[s] tam decorum et prudentem videns imperator, a patre ipsum peciit et in curia sua manere fecit. Sed cum videret puerum omnibus[t] conmendari, cepit dubitare, ne posset[u] regnaret, et ne iste sit ille, quem occidi mandavit. Volens igitur esse securus litteras manibus suis scriptas per eum uxori dirigit in hunc modum: 'In quantum est tibi cara vita tua, mox ut litteras istas[v] receperis, puerum hunc necabis'. Dum igitur puer pergens in quandam ecclesiam hospitatus fuisset et fessus super bancum quiesceret, et bursa, in qua erant littere, dependeret, sacerdos curiositate ductus bursam aperuit et litteras sigillo regis munitas videns, ipsas salvo sigillo aperuit et legens scelus aboruit[e], et radens

a) tamen *Iac.* b) Septimum *deest c.* c) *hoc loco sequitur cap. CXL. supra editum.* d) LIII *in loco raso.* e) *sic c.* f) asello *Cat. Est.* g) LIIII *in loco raso.* h) Dom. *delendum.* i) Cunegundis *Iac.* k) LV *in loco raso.* l) mediol *c.* m) *supple* ut. n) sps *c.* o) *Iacobi editio Graessiana* insulam *inepte.* p) auferte *Iac.* q) faciens *Iac.* r) facundus *Iac.* s) Quem *Iac.* t) gratiosum et ab omnibus *Iacobi omissa.* u) post se *Iac.* v) *seq.* reqris (requiris) *expunct. c.*

Iac. de Var. subtiliter quod dicebat 'istum necabis', scripsit: 'illi filiam meam dabis'. Cum regina litteras sigillo imperatoris munitas videret et de manu imperatoris litteras esse cognosceret, vocatis principibus nuptias celebravit et filiam suam eidem in uxorem dedit. Que nuptie Aquisgrani celebrate sunt. Cum autem cesari a dicentibus[a] narraretur, quam sollempniter fuissent filie sue nuptie celebrate, ille obstupefactus a duobus armigeris, duce et sacerdote veritate reperta, Dei ordinationi non resistendum esse vidit. Et ideo pro puero mittens, eum esse suum generum approbavit et post se in imperio regnare instituit. In loco autem[b], ubi puer Henricus natus fuit, nobile monasterium edificatum est, quod usque hodie Ursanie nominatur. Iste Henricus omnes ioculatores a curia sua removit et que hiis dari consueverat pauperibus erogavit. Huius tempore tantum in ecclesia scisma fuit, ut tres in summos **f. 52b.* pontifices electi essent; a quodam *tandem presbytero nomine Gratianus magna illis data peccunia cesserunt, et ipse propositum[c] obtinuit. At Henricus dum pro sedando scismate Romam pergeret, Gracianus obvians ei[d] auream coronam sibi obtulit, ut propicium sibi haberet. Ille cuncta dissimulans synodo convocata Gracianum de symonia cunvincit[e]. In libro tamen Bonici, quem misit ad comitissam Mathildem, dicitur, quod, cum predictus presbyter simplicitate ductus pontificatum sibi per peccuniam acquisierit, ut scismatici[f] obviaret, ipse post modum errorem suum cognoscens, se ipsum suadente imperatore deposuit*.

Ioh. de Deo. *) *In marg. f.* 52b. *manu Alberti:* Iohannes papa XXus. Cepit anno Domini MXXIIII, sedit annis VIIII, imperante Henrico, post Corado, qui imperavit ann. XV.

CXLVI.[g] Benedictus papa nonus.

Cat. Est. et Ioh. de Deo. Benedictus papa VIIIIus, filius Alberici et natione Tusculanus. Cepit an[no] Domini MXXXIIII, *Donizo I, 1. 3.* sedit an. XIIII, imperante Corado. Eodem tempore fuit dux et marchio Tedaldus, filius supradicti[1] comittis Attonis, qui edificavit arcem Canussinam, ut inferius in ystoria comittisse Matildis continetur[2].

CXLVII.[h] Gregorius papa VIus.

Gregorius papa VIus, natione Romanus, Gracianus ante dictus. Cepit an[no] Domini MXLVII, sedit an. II[i], men. VI[k], imperante Henrico tercio[3], qui imperavit an. XV. Hi ambo depositi sunt ab Henrico imperatore Sutrio[4]. His *Donizo I, 10.* temporibus dux et marchio Bonifacius, pater comittisse Matildis, duxit in uxorem comitissam Beatricem, matrem dicte comittisse Matildis, ut inferius in ystoria sua[l] continetur[5].

CXLVIII.[m] Clemens papa secundus.

Ioh. de Deo. Clemens papa secundus, natione Teotonicus, Sugerius ante dictus. Cepit an[no] Domini MXLVIII[n], sedit men. VIIII et di. VIII, imperante Henrico; et mortuus est, cuius corpus ultra montes delatum est; et permansit vacuum regnum XXVI ann.[6], imperavit dictus VI ann.

CXLVIIII.[o] Leo papa nonus.

ib. Leo papa IXus, natione Teutonicus, Bruno ante vocatus. Cepit an[no] Domini ML, sedit an. V, men. II, di. VII et sepultus est ad Sanctum Petrum. *1053. Iun. 18.* Fuit bellum Normanorum et Leonis pape XIIII. Kal. Iulii[7]. *Iac. de Var.* Hiis temporibus imperabat Henricus tercius; et cum supradictus ad capescendam[p] sedem apostolicam Romam tenderet, audivit[q]

a) ad icentibus *c.* b) at *c.* c) papatum *Iac.* d) ēi *radendo corr.* ei *c.* e) cū uincit *c.; convicit *Iac.* f) scismati *Iac.* g) XLVI *in loco raso.* h) XLVII *in loco raso.* i) II *in loco raso.* k) VII *corr.* VI *c.* l) fua *radendo corr.* sua *c.* m) LVIII *in loco raso.* n) MXLVIIII. *Ioh.* o) XLVII *in loco raso.* p) *sic c.* q) Audiuit *c.*

1) *Vide cap. CXXXIII.* 2) *Cap. CLIX.* 3) *Cf. supra p.* 321, *n.* 3. 4) Hi — Sutrio *non ex Cronica Iohannis de Deo, in cuius codice Gregorius VI. deest, sed potius ex continuatione Catalogi Estensis ignota, ex qua in sequentibus capitibus plura exscripta sunt, desumpta esse videntur.* 5) *Cap. CLXI.* 6) *Cf. Chron. pont. et imp. Amiat. SS. XXIV, p.* 834; *Chron. pont. et imp. Venet., ib. p.* 114. 7) *Cf. Cencii Catal., SS. XXIV, p.* 105.

voces angelorum canentium: 'Dicit Dominus: *ego cogito*[a] *cogitationes pacis*' et cet. Hic de multis *Iac. de Var.* sanctis cantus conposuit. Hoc tempore per Berengarium turbata fuit ecclesia; qui asserebat corpus et sanguinem Christi non vere, sed figurative esse in altari. Contra quem scripsit egregie Lanfranchus prior Bertensis[b], qui fuit magister Anselmi Cantuariensi[c]. Eodem tempore mortuus est dux *Donizo I, 16.* et marchio Bonifacius, pater comittisse Matildis, ut inferius in ystoria sua continetur[1].

CL.[d] Stephanus papa nonus.

Stephanus papa VIIII^us^ natione Lotheringus, Fredericus ante dictus. Cepit an[no] *Ioh. de Deo.* Domini MLVII, sedit men. XI, di. XXII, imperante Henrico. *Hic apud Florentinam civi- **f. 52c.* tatem mortuus et sepultus est.

Eodem tempore imperavit Henricus quartus. Cuius tempore floruit supradictus Lanfrancus *Iac. de Var.* prior monasterii Bertensis[b]. Ad cuius eximiam doctrinam convaluit[e] de Burgundia Anselmus, vir postmodum multa virtute et sapientia adornatus, et ei in prioratu successit. Sub hoc tempore Ierusalem a Saracenis capta a fidelibus recuperata est. Ossa beati Nicholai apud Berensem[f] urbem translata sunt. De quo inter cetera legitur, quod, dum in quadam ecclesia, que dicitur Crux, subiecta Sancte Marie de Caritate, non[g] dum beati Nicolay nova ystoria cantaretur, fratres priorem, ut eam sibi cantare liceret, instancius exorabant. Qui nullatenus acquiescens dixit incongruum esse morem pristinum novitatibus innovare[h]. Cumque adhuc fratres instarent, ille indignatus respondit: 'Recedite, fratres, numquam a me licentia concedetur, ut nova cantica, imo ioculatoria quedam, in mea ecclesia decantentur. Adveniente vero festivitate eiusdem fratres cum quadam tristicia matutinarum vigilias peregerunt. Cumque[i] in lectis recepissent, ecce Nicolaus[k] visibiliter terribilis apparuit. Quem per capillos a lecto abstrahens dormitorii pavimento collisit. Incipiensque antiphonam: *O pastor eterne*, per singulas vocum differentias virgis, quas in manu tenebat, gravissimos ictus super dorsum pacientis ingeminans, per ordinem morose canendo antiphonam ad finem usque perduxit. Qui cum omnes suis clamoribus excitasset, semivivus ad lectulum[l] deportatur. Tandem ad se rediens ait: 'Ite et ystoriam novam sancti Nicolai amodo decantate'.

Hoc tempore ex Molismensi cenobio ordinis Cluniacensi[c] XXI monachi cum abbate suo Roberto Cistercii sollicitudinem[m] adeuntes, ut ibi regule sue promissionem districtus[n] observarent, novum ordinem ex veteri instituerunt. Ildebrandus prior Cluniacensis factus papa Gregorius vocatus est. Hic dum in minoribus constitutus legatione fungeretur apud Lugdunum, archiepiscopum[o] Eborniensem[c] de symonia miraculose convincit[p]. Nam dum idem archiepiscopus, ut dicitur, accusatores suos corrumperet et convinci non posset, legatus, ut *Gloria patri et filio et spiritui sancto* diceret, imperavit. Illi[q] *Gloria patri et filio* expedite dicebat, *spiritui sancto* dicere non poterat, quippe quia in spiritum sanctum peccaverat. Qui peccatum suum confitens, mox ut depositus est, clara voce spiritum sanctum nominavit. Hoc miraculum refert Boniço ad comitissam Matildem. Mortuo Henrico quarto apud Spire et cum *aliis sepulto, hunc versum Henrici in epythaphio regibus[r] habuit[s]: **f. 52d.*

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic.

CLI.[t] Alexander papa secundus[2].

Alexander papa secundus, natione Mediolanensis, Anselmus ante dictus, Lucensis *Ioh. de Deo.* ecclesie episcopus, ex patre Arderico. Cepit an[no] Domini MLXII, sedit an. XI, men. VI, di. XXV, antipapa Cadalo Parmensi. Alexander secundus cum tercio Henrico magnam *Donizo I, 18.* discordiam habuit, et predictus Henricus elegit Cadalum in papam contra predictum papam Alexandrum et ecclesiam Romanam; et predictus Cadalus mortuus est cum illo crimine, et predictus Alexander restitutus est in ecclesia Romana et in papatu pro dicta ecclesia[3]; mortuo Alexandro, cuius corpus sepultum[u] in ecclesia Lateranensi,

a) cog. *Alberti manu superscr. c.* b) Becensis *Iac.* c) *sic c.* d) L *in loco raso.* e) convolavit *Iac.* f) Barensem *Iac.* g) Non *c.* h) immutare *Iac.* i) *supple* omnes se. k) *supple* priori. l) lectum *Iac.* m) solitudinem *Iac.* n) districtius *Iac.* o) archieps *c.* p) convicit *Iac.* q) Ille *Iac.* r) reg. *post* et cum aliis *Iac. habet.* s) habent *Iac.* t) LI *in loco raso.* u) *supple* est.

1) *Cap. CLXIIII.* 2) *Nicolaus II. papa omissus est.* 3) *Eadem fere et plura ex carmine Donizonis excerpta vide infra cap. CLXV. in historia Mathildis comitissae.*

1073. Apr. 22. ipso die Romani clerici, maxime cardinales, una concordia ducti simul cum populo prius[a] in ecclesia sancti Iohannis[1] Ildebrandum archidiaconem sancte Romane Donizo I, 19. ecclesie elegerunt[2], mutato nomine eius, et vocaverunt eum Gregorius[b]; et predictus Henricus magnam discordiam habuit cum comittissa Matildis[b], que[c] tunc temporis erat, et cum matre supradicte domine nomine Beatricis[b], que auxilium dabant apostolico et ecclesie Romane[3].

CLII.[d] Gregorius papa VII[us].

Ioh. de Deo. Gregorius papa VII. Cepit an[no] Domini MLXXIIII, sedit an. XIII, men. I, di. III, imperante supradicto Henrico, qui imperavit an. XVI. Gregorius VII. a Romanis captus et in Donizo I, 19. eadem die restitutus; et similiter habuit maximam discordiam cum supradicto Henrico, et predictus papa eum excomunicavit et maledixit cum suis sequacibus et amicis. Inter quos erat Gibertus presul Reginus[4] malus et hereticus, qui tenebat et fovebat partem ib. II, 1. supradicti regis Henrici tercii. Gregorius papa predictus venit et stetit in arce Canussina cum domina comitissa Matildis[e] per tres menses, ut inferius in ystoria sua plenius 1075. Dec. 24/5. continetur[5]. Et eodem tempore captus fuit predictus papa a Romanis apud Sanctam Mariam Maiorem in nocte nativitatis Domini[6]. Et eodem tempore Ro- 1084. Maii 28. bertus Guiscardus intravit Romam mense Maii die XXVIII[7]; alio anno magna 1085. 1086. fames fuit per totum orbem[8]; sol eclipsim passus fuit[9], et terra mota est.

Sic. p. 161. *In inferiore marg. f.* 52[v]. *manu Alberti:* Anno Domini MLXXXIIII. fames valida Ytaliam occupavit. His temporibus sancta civitate Ierusalem tamdiu — — accessit ad papam Urbanum secundum. *Quae vide edita Cron. imp. cap. CII, ubi huius loci varia lectio adnotata est.*

Anno Domini MLXXXIII. Eodem tempore supradicti pape Gregorii, dum predictus Henricus regnabat apud Romanos, apud Constantinopolim regnavit Alexius tum solus, tum cum filio suo Kaloiano[10] an. XXXVII, men. V[11].

Donizo II, 1. Predictus papa Gregorius VII. stetit in arce Canusina per tres menses cum comitissa Matilde, et dicta domina tradidit et dedit omnia sua bona predicto pape et ecclesie Romane[12].

Sic. p. 161. *In marg. f.* 52[d]. *erasa:* Eodem anno fuit obsessa[f] Nonantula a comitissa Matilde anno MLXXXIII. et tempore Gregorii pape VII[13].

CLIII.[g] Urbanus papa secundus.

Ioh. de Deo. Urbanus papa secundus. Cepit an[no] Domini MLXXXVIII[h], sedit an. XI, men. IIII, im- Donizo II, 3. perante predicto Henrico tercio, et predictus papa Urbanus[i] antea vocatur[14] Desiderius

a) prius *hoc loco bono sensu caret, sed fortasse in continuatione catalogi pontificum, ex quo haec exscripta esse censeo, alia sequebantur (post* elegerunt*), hoc loco omissa, ut* postea in ecclesia sancti Petri ad Vincula intronizaverunt. b) *sic c.* c) ꝗ (qui) *c.* d) LII *in loco raso.* e) *sic c.; vide infra l.* 27. f) *sequitur iterum* fuit *ex parte erasum.* g) LIII *in loco raso.* h) MLXXXVIIII. *Ioh. de Deo.* i) urb *in loco raso.*

1) *Lateranensi.* 2) *Non neglegendus est hic locus de electione Gregorii VII. Cf. Bonizonis Liber ad amicum l. VII. et IX, Libelli I, p.* 602. 615*; Beno I,* 2. *et II,* 12, *Libelli II, p.* 370. 380*; Wido Ferrar. I,* 1, *ib. I, p.* 534*; caeterum quae affert G. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. Heinrich IV.' II, p.* 204 *sqq.* 3) *Cf. infra cap. CLXV.* 4) *Ravennas potius, ut Albertus recte scripsit infra cap. CLXV. in historia Mathildis ex carmine Donizonis excerpta.* 5) *Cap. CLXV.* 6) *Idem iam supra l.* 9 *sq. ex Cron. Iohannis relatum est. Cf. Cencii Catal. l. l. p.* 106*; Cron. Basil., supra p.* 290. 7) *Cf. Cron. Tiburt., supra p.* 259*; Cencii Catal. l. l.; Chron. ex cod. Veneto, SS. XXIV, p.* 114*; Salimbene f.* 357[b]. *codicis Vaticani.* 8) *Cf. ibid. (praeter Salimbene).* 9) *Cf. Cencii Catal. l. l.; Cron. Basil., supra p.* 290. 10) *Iohanne II. Comneno.* 11) *Eadem vide Cron. imp. cap. CI.* 12) *Cf. supra l.* 13 *sq. et infra cap. CLXV, ubi eadem leguntur.* 13) *Eadem in Cron. imp. cap. CI.* 14) *Albertus male interpretatus est Donizonis II,* 3, *v.* 312—315, *qui dicit Urbanum Desiderio successisse. Eadem vide cap. CLXV, infra p.* 439.

probus abbas Montis Cassini; et predictus papa magnam discordiam habuit cum predicto *Donizo II, 3.*
Henrico et supradicto Giberto, ut inferius in ystoria comittisse Matildis dicetur[1].
Eodem tempore castrum Sancti Angeli captum fuit, et terra mota est mense 1098. *Aug.* (10).
Augusti[2]. Iohannes Paganus[3] decolatus est; et stelle vise sunt de celo *cecidisse[4]; **f.* 53a.
et Christiani aripuerunt iter ad sepulchrum Domini liberandum. 1096.

In marg. f. 52c. *manu Alberti scripta:* Anno Domini MXCV[5]. Eodem tempore predicti *Fulcher. I,* 1. 5.
pape Urbani, imperante Henrico quarto, regnante Phylippo rege Francorum, in
sede apostolica secundus sedit Urbanus, quamvis a Giliberto[a] Ravenate archiepi-
scopo scismatico imperatoris auxilio stimulatus; et prefactionem[a] beate Marie
instituit ita dicens predictus Urbanus papa: *Et te in honore beate Marie*
et cet.[6] Hic quoque Urbanus in Alverniam concilium apud Clarum - montem CCC *ib. I,* 1—4. 1095.
patrum et amplius celebravit et fideles Christicolas ad subiectionem Terre
Sancte studiosius animavit. Et in MXCVIII. Cyseriensium[a] ordinem[a] fratrum 1098.
factum[a] est. His temporibus pape Urbani successit papa Pascalis. *Sic. p.* 162
Eodem tempore predicti pape Urbani[7] in MLXXXXVII. apud Niceam Bithinie *Fulcher. I,* 8. 9.
urbem convenerunt, federe prius apud Constantinopolim inito [cum[b]] imperatore 1097.

a) *sic c.* b) cum *supplevi, om. c.*

1) *Cap. CLXV.* 2) *Cf. Cencii Catal., qui dicit terrae motum die Ian.* 21. *factum esse, Cron. Basil., Chron. ex cod. Veneto l. l.* 3) *Nobilis Romanus procul dubio, de quo nihil, quod sciam, relatum est.* 4) *Cf. Ann. Casin. a.* 1095, *SS. XIX, p.* 307. *De alio signo coeli in nocte Sept.* 27. *a.* 1098. *apparente iidem Annales p.* 308. *et Bernold., SS. V, p.* 466. 5) *Hoc loco incipiunt ea, quae Sicardus ex Fulcheri Carnotensis Historia Hierosolymitana in Cronicae posteriore ampliore recensione excerpsit, quorum pleraque vide in Cron. imp. cap. CIII sqq.* 6) *Cf. Cron. Minor, Monum. Erphesfurt. p.* 634 *sq.* 7) *Additamentum sequens ex Cronica Sicardi maiore ab Alberto vel potius a Salimbene exscriptum ex Fulcheri Carnotensis Historia Hierosolymitana ('Recueil des historiens des croisades, Hist. occidentaux' III, p.* 317 *sqq.) excerptum est. Qui sribit I, c.* 8: Anno igitur Domini millesimo nonagesimo septimo; *I, c.* 9: *(Constantinopoli)* tunc optimates nostri accepto consilio pepigerunt foedus cum imperatore sub iureiurando . . . Ad Nicaeam urbem tunc properavimus . . . Quam urbem Turci Orientales tunc possidebant, acres nimis et arcubus sagittarii. Hi quidem de Perside iam a quinquaginta annis Eufrate fluvio transito terram Romaniae totam usque Nicomediam urbem sibi subiugarant; *I, c.* 10: Cumque audissent qui Nicaeam obsidebant . . . venire principes nostros . . . Tunc de exercitibus plurimis unus illic exercitus effectus est, quem qui de numero callebant sexies centum milia ad bellum valentium aestimabant, quorum centum milia loricis et galeis muniti erant. . . . Sed cum per quinque septimanas obsidione urbem fatigassemus, . . . facto interim prolocutu per internuntios apud imperatorem, callide reddiderunt ei urbem; *I, c.* 14: Cum autem ad Eracleam urbem ventum est, vidimus in caelo signum . . .; ab exercitu ego Fulcherius discessi et cum domno Balduino comite, Godefridi ducis fratre, in sinistrae partem provinciae diverti. Erat quippe miles quam optimus, qui antea relicto exercitu . . . urbem, quam dicunt Tharsum Ciliciae, ausu magno ceperat. . . . Relictisque in ea custodibus . . . profectusque est versus Eufraten fluvium. . . . Cum autem fama de eo longe lateque iam circumvolasset, misit ad eum legationem princeps civitatis Edessae, quae civitas est nominatissima. . . . Est illa in Mesopotamia Syriae trans flumen praedictum Eufraten . . .; transiit Eufraten *(Balduinus)*. . . . Cum autem principatum illius *(principis Edesseni)* nequiter perempti . . . Balduinus suscepisset; *I, c.* 15: Mense quidem Octobri pervenerunt Franci Antiochiam Syriae. . . . Tunc temporis vidimus in caelo unum ruborem mirabilem, insuper sensimus terrae motum magnum, qui nos pavidos reddidit omnes. Multi etiam tunc viderunt quoddam signum in modum crucis figuratum.

Fulcher. I. 9—15. Constantinopolitano Alexio. Nicheam autem Perse L possederant annis imperio Romano subtractam[a]; obsederunt igitur eam sexties[b] C milia[c] loricatorum et galeatorum. Cumque obsedissent eam per mensem, obsessi reddiderunt[d] Greco imperatori[1]; deinde per multos bellicosos labores Eracleam[e] pervenientes, ibi signum crucis in celo viderunt; exinde Balduinus frater Godefredi progrediens
1098. Tharsum cepit et transgrediens flumen Eufratem Edisse, que est civitas in
1097. Mesopotamia Syrie, princeps effectus est. Reliquus exercitus Antiochiam Syrie venit, ubi signum crucis in celo sibi apparuit, et magnus eos terremotus exterruit[2], tempore supradicti pape Urbani secundi.

CLIIII.[f] Pascasius papa secundus.

Ioh. de Deo. Pascasius papa secundus. Cepit an[no] Domini MC*, sedit an. XVIII, post[g] Henrico, qui imperavit an. XV. Pascasius secundus tantum expulsus est, quod tres pape facti fuerunt, et ab eo confusi et prostrati sunt; et imperator eum tenuit in vinculis duobus mensibus, eo quod eius patrem prohibuit sepelliri, et quia eum nolebat consecrare, nisi reddidisset patrimonium ecclesiarum; deinde pace formata coronatus est; tunc temporis fuit comitissa Matildis bellicosa, que ecclesiam Romanam
1111. multum dilexit et exaltavit. Item predictus Henricus venit Romam ad domnum papam Pascasium, cum episcopis et cardinalibus in ecclesia beati Petri fraudulenter
Febr. 12. apprehendit[h] II. Idus Feb.[3], atque magna strages facta est tam[i] populo Roma-
Iac. de Var. norum quam Teutonicorum. Eodem tempore predicti pape Pascasii secundi successit Henricus V^us^, qui papam cum cardinalibus cepit[4] et eos dimittens investituram episcoporum et abbatum per anulum et baculum pastoralem ordinavit. Eodem tempore fuit sanctus Bernardus, cum fratribus Cistercium ingreditur. In[k] parochia Legiensi porca porcellum faciem hominis habentem enixa est; pullus galine quadrupex[b] est natus.

*) *In marg. f. 53^b^. manu Alberti, lineis rubris cincta, signo posito ad caput praecedens, ubi asteris-*
1102. *Aug. 4.* *cum posui:* Anno ab incarnatione Domini millesimo C.[5] pridie Non. Aug., die Martis, quarto intrante dicto mense, indictione X, abbas Iohannes monasterii sancti Prosperi fecit fundari fondamentum turris Sancti Prosperi[6] et posuit primum lapidem et altavit super terram, et fecit depingere claustrum dicti monasterii[l] magistro Ardimento.

CLV.[m] Gelasius papa secundus.

Ioh. de Deo. Gelasius papa secundus. Cepit an[no] Domini MCXVIII, sedit an. I et di. VI, imperante Henrico. Gelasius secundus apud Capuam ob metum imperatoris consecratus est, et imperator intrusit Bacarum, virum pessimum, et Gelasius papa decessit exulatus.

1118. *In marg. f. 53^a^. manu Alberti, lineis rubris cincta:* Eodem anno obiit Bonus-senior
Maii 10. episcopus Reg. die X. Mai in anno MCXVIII.

DE GESTIS COMITTISSE MATILDIS SUORUMQUE ANTECESSORUM ET IPSORUM NATIONIBUS[n].

Hystoria[o] omnium nobilium et antecessorum, de quorum prosapia fuit comitissa Matildis, quibus temporibus regnaverunt, et de eorum gestis laudabilibus,

a) *emendavi;* subtractio *c.* b) *sic c.* c) C̈ *c., i. e.* C milia. d) *supple* se *(vel* eam*).* e) *emendavi;* ⁊adeam (etadeam) *c.* f) LIIII *in loco raso.* g) *sic c. pro* imperante. h) *supple* eum. i) *supple* in. k) in *c.* l) *supple* a. m) LV *in loco raso.* n) *sequitur* ℟[ubrica]; *hoc loco capitis numerus* CXXXIIII. *nigro atramento scriptus, qui perperam intactus remansit, reliquis capitum numeris postea mutatis.* o) *permagna littera initialis* H, *quam vide in tab. IV.*

1) *Alexio Comneno I.* 2) *Sequentia ex Cronica Sicardi maiore vel potius fratris Salimbene exscripta vide infra in Cron. imp. cap. CIII.* 3) *Cf. Chron. ex cod. Veneto l. l.* 4) *Iam tertio eandem rem Albertus narrat.* 5) II *procul dubio excidit. Indictio X. enim fuit a.* 1101/2, *et Aug.* 4. *fuit dies Martis anno* 1102, *non* 1100. 6) *Quae turris hucusque ad ecclesiam S. Prosperi exstat.*

que fecerunt temporibus suis, et de eorum actis, que viriliter ipsa comitissa peregit, dum pro fide catholica contra perfidos tyrannos et imperatores molestantes Romanam ecclesiam triumphabiliter propugnavit.

CLVI.[a] Qualiter Sigifredus comes venit de comitatu Lucensi.

Comes Sigifredus venit de comitatu Lucensium in episcopatu Regino cum tribus *Donizo I, 1.* filiis, et fuerunt sapientes, nobiles et prudentes, et aquisierunt[b] magnas possessiones, castra, servos et ancillas; et nomina predictorum filiorum fuerunt ita nominati[b]: primus vocabatur Sigifredus, et Atto secundus, et Gerardus minimus. Mortuo Sigifredo patre predictorum *inter se divisionem fecerunt. *f. 53b.* Primus frater, scilicet Sigifredus, et minimus, cui[c] dicebatur Gerardus, acceperunt duas nobiles dominas et potentes in uxores in episcopatu civitatis Parme, que erant valde divites et habebant magnas possessiones et totam montaneam et Alpes ipsius episcopatus possidebant[1]. Primus frater, scilicet Sigifredus, habuit in uxorem Baratinam, et minimus, scilicet Gerardus, habuit in uxorem Gibertinam[2]; et predictus comes Sigifredus, pater predictorum, venit de episcopatu Lucensium in episcopatu Regino cum predictis filiis[3]; fuit tempore Stephani pape VII, ut supra legitur[4], et currebant anni a nativitate Christi DCCCLXXXXVI[5].

CLVII.[d] De comite Attone et comittissa Ildegarda, eius uxore, et filiorum[b] suorum[b].

Anno Domini DCCCCXV. de mense Madii[6]. Comes Atto, qui secundus frater *Donizo I, 1.* erat supradictorum, edificavit arcem Canosinam in episcopatu Regi[b] tempore Iohannis pape X, ut supra invenitur[7], et accepit et habuit in uxorem comitissam Ildegardam, *ib. I, 3.* et ex ea habuit tres filios, scilicet Tedaldum marchionem, qui edificavit monasterium sancti Benedicti, quod est inter Padum et Larionem, et alius filius vocabatur Gottifredus, qui epi- *ib. I, 2.* scopus fuit civitatis Brixie et qui dedit et tradidit patri suo comitti Attoni de corpore sancti Appollonii, qui episcopus fuit civitatis Brixie, scilicet caput et brachium dextrum pro reliquiis monasterii Canusie, quod predictus comes Atto in predicta arce[e]; et ter- *ib. I, 3.* cius filius vocabatur Rodulfus; et predicta comittissa Ildegarda fuit sapiens et nobillissima ducatrix et edificavit monasterium de Brixillo et omnibus bonis eum[b] ornavit. Et predictus comes Atto habitavit et stetit in episcopatu Regino et divicias multas *ib. I, 2.* habuit et magnas possessiones, castra et villas, servos et ancillas[8], et in supradicta arce Canusina, ubi edificavit supradictum monasterium ad honorem beati Appollonii confessoris, et[f] multa ornamenta tradidit et dedit eidem monasterio in vasis aureis et argenti et paramentis ad divina officia facienda, et ordinavit abbatem cum monachis et fieri fecit organa in dicto monasterio ad honorem predicti confessoris, et monumentum suum fabricari fecit apud predictum monasterium pro se et heredibus suis, et acquisivit predictus comes corpora sanctorum Victoris et Corone a quodam rege et posuit eos[b] in eodem monasterio, et domos et omnia palacia in predicta arce edificari fecit. Tunc

a) LVI *in loco raso.* b) *sic c.* c) *sic c.; lege* qui. d) LVII *in loco raso.* e) *supple* aedificavit *vel simile verbum.* f) et *delendum.*

1) *Bonus Albertus haec extrema verba ex his versibus Donizonis I, 1, v. 117 sq. eliciut:*

Alpibus in magnis abies ceu robora transit,
Atto sic longe fratres transcenderat omnes.

Sapientissimus interpres iste Albertus noster! 2) Baratina *et* Guibertina *gentes sunt ab his fratribus editae, non mulieres.* 3) *Agnoscis Albertum Milioli ipsum haec indole sua componentem, qui ter idem dixerit.* 4) *Cap. CXXXII.* 5) *Stephanum VII. anno 897. papam creatum esse Albertus supra cap. CXXXII. dixit.* 6) *Annum hunc et mensem Albertus in codice suo libri Donizonis adscriptos legisse videtur, qui non inveniuntur in codicibus Donizonis qui exstant.* 7) *Cap. CXXXIII.* 8) *Eadem fere verba vide supra l. 6. 7.*

temporis fuit Adhelardus episcopus Reginus et acquisivit corpora sanctorum Grisanti et Darie a rege Bellengario, qui tunc temporis[a] erat[1].

1101. *In marg. f.* 53[b]. *manu Alberti lineis rubris cincta:* Anno ab incarnatione Domini millesimo C. primo obiit Iohannes heremita de Marola, inceptor loci monasterii de Marola, tempore[a] pape Pascalis secundi.

1102. Anno ab incarnatione Domini MCII[0]. Comittissa Matildis dedit montem de Plano de Lacu cum castagneto per consensum et voluntate[b] dicti domni pape Pascalis et domni Bernardi cardinalis domno Stephano morante[b] in dicto loco de Marola post dictum Iohannem heremitam[c, 2].

CLVIII.[d] De rege Belengario et de eius gestis, que fecit et habuit.

*f. 53c. Donizo I, 1. *Et eodem tempore predictus rex Belengarius factus fuit dominus rex Lomgobardorum[e] pro una parte dictorum Longobardorum contra reginam Longobardie, que erat tunc temporis; et cepit predictus rex[f] predictam dominam et eam captam duxit in carceribus in rocha Garde, que est in episcopatu Verone, cum una sua ancilla et cum capellano dicte regine nomine Martino et presbytero et ibi eam detinebat. Stante dicta domina regina in dicta rocha cum predicta ancilla et predicto capellano sacerdote capta et detempta[b], cogitante predictus capellanus et sacerdos cum dicta domina regina, qualiter possint evadere de carceribus dicte roche et fugere ab ira dicti regis Bellegarii[b], tunc predictus capellanus et sacerdos aquisivit vestes viriles pro se et pro dicta domina et ancilla, ne agnoscerentur, et quadam nocte predictus capellanus fregit predictam rocham, et exiverunt de ea predictus capellanus, domina et ancilla et venerunt nocte illa iuxta lacum, quem appellat Mantua vivum; et invenerunt quendam piscatorem, et dixit dictus capellanus predicto piscatori, ut eos transiret ultra lacum; et transivit eos ultra lacum; et steterunt dictus capellanus et domina et ancilla in silva una prope lacum; et capellanus Martinus ibat per domos et querebat panem et alia victualia privatim pro se et pro domina et ancilla propter timorem regis Bellengarii, qui nesciebat, quod exivissent de predicta rocha. Stante predicta regina in dicta[g] aliquantis diebus et dubitabat de rege Bellengario, ne amplius eam caperet et in carceribus detineret. Rogavit predictum Martinum, capellanum suum, ut veniret ad civitatem Reginam ad episcopum Adhelardum, qui tunc temporis erat episcopus Reginus, fidelis et amicus predicte domine. Rogando dictus capellanus ex parte dicte domine dictum episcopum, ut eam reciperet in episcopatu suo in aliquo castro vel rocha, ut posset evadere de manibus et iniuriis predicti regis, si posset; et dictus episcopus valde tristis erat et multum deploraverat de hoc quod factum fuerat de predicta regina, et transmissit[b] predictum capellanum equester[b] privatim summo mane comitti Attoni, ut ex parte sua et regine eam reciperet in arce Canussina, quam construxerat; et predictus comes Atto viso predicto capellano et[h] benigne recepto et pro[i] amore dicti domni episcopi et regine dicte, incontinenti[k] ivit cum predicto capellano privatim pro dicta regina et ancilla, et conduxit eam in predicta arce Canussina cum ancilla dicte domine et capellano, et eam

*f. 53d. benigne et libenter bene eam[l] recepit et magnum honorem eidem domine *fecit. Et incontinenti predicta regina transmissit[b] nuncium suum apostolico Romano Iohanni nomine decimo, qui tunc temporis erat papa, ut daret auxilium predicte regine. Et predictus papa incontinenti transmissit[b] nuncium suum domno Ottoni regi Alamannie, ut succurret[b] ex parte sua et pro suo honore predictam reginam et daret eidem domine auxilium et favorem. Et ut intellexit predictus rex Bellengarius, quod predicta regina

a) tp̄r *(l.* 1. tpris*) c.* b) *sic c.* c) *in marg. inferiore f.* 53[r]. *aliud additamentum longum scriptum erat, quod fere penitus erasum est, eadem continens, quae in Cron. imp. cap. CXXVI. leguntur.* d) LVIII *in loco raso.* e) *sic h. l. c.* f) rex *Alberti manu superscr.* g) *supple* silva. h) et *bis scr. c.* i) pro *Alberti manu superscr.* k) Incont. *c.* l) *sic iterum c.*

1) *Cf. supra p.* 369, *n.* * *ad cap. XXX.* 2) *Tabula, ex qua haec excerpta sunt, non exstat. Sed cf. tabulam editam ab Ughellio et Coletio, Italia sacra II, col.* 286 *sq.; A. Overmann, 'Gräfin Mathilde v. Tuscien' p.* 177 *sq., nr.* 98*e.*

fugerat et evaserat de predicta rocha et de predicto carcere et recepta erat a comitte *Donizo I, 1.* Attone in rocha Canussie, multum contristatus[a] et condoluit. Et incontinenti suum exercitum preparavit, venit et obsedit predictam rocham Canosse cum toto suo posse, et in obsidione predicta stetit per tres annos et dimidium, et nichil poterat in obsidione dicte arce[b] facere. Videns rex Bellengarius, quod in predicta obsidione facere nichil poterat, et intellexerat, quod rex Otto Alamanie contra eum venerat cum exercitu suo pro predicta rocha defendenda, incontinenti predictus rex Bellengarius a[c] predicta obsidione cum exercitu suo recessit et ibat Veronam[1]. Et rex Otto primus veniebat in auxilio supradicte regine et iam erat cum exercitu suo in episcopatu Regino, et obviavit predictum regem Bellengarium in predicto episcopatu desubto[b] civitatem per miliare et plus[2], qui veniebat ab ossidione[b] dicte arce[b] cum suo exercitu. Et predictus rex Otto per vim cepit predictum regem Bellengarium in loco ubi dicitur Prato-Fontane, et captum eum duxit in Alamaniam et posuit predictus rex Otto in carceribus predictum regem Bellengarium, et in dicto carcere ibi obiit. Et eodem tempore post mortem regis Bellengarii Albertus[d] filius predicti regis factus fuit rex Longobardorum pro una parte Longobardorum. Tunc predictus rex Albertus, filius condam supradicti regis Bellengarii, venit cum exercitu suo ad ossidendum[b] rocham Canosse, quia volebat se vendicare de morte patris sui Bellengarii et de predicta regina et de comitte Attone volebat sumere vindictam, et stetit per sex menses in dicta obsidione iuxta dictam rocham. Et incontinenti predicta regina[3] missit[b] nuncium suum in Alamaniam, ut succurreret eam in dicta arce. Et predictus rex Otto incontinenti preparavit filium suum cum exercitu suo nomine Litulfus[b] cum mille militibus Teutonicorum honoratis, et venit predictus Litulfus cum predictis militibus quadam die mensis Madii eiusdem anni[4] a civitate Verone usque ad arcem Canussinam per unum diem, et alia die sequenti ivit Parmam et accepit coronam Longobardie[5], et rediit cum dictis militibus et cum comitte Attone et manu armata eodem *die in prato Antognano[6] contra regem Albertum, filium condam regis *f. 54a.* Bellengarii; et prelium ibi factum fuit inter utramque partem in dicto prato Antognano apud Carpinetum; et predictus rex Albertus interfecit predictum Litulfum, filium dicti regis Ottonis, manu sua propria. Item dictus comes Atto, postquam mortuus fuit Litulfus in predicto prelio[7] —. Theotonici viso domino suo mortuo in dicto prelio timuerunt et valde perterriti[e] fuerunt, nobilis et prudens[f] comes Atto confortavit eos, et vicerunt[g] campum et habuerunt victoriam de predicto rege Alberto et de exercitu suo; et dictus rex Albertus fugit in ultramarinis partibus nec amplius fuit reversus propter timorem regis Ottonis; et predictus comes Atto misit nuncium suum in Alamania domno regi Ottoni rogando predictum domnum, ne multum contristaretur de filio suo, si incontinenti veniret in Longobardiam, et quia haberet omnes Longobardos ad suum servicium et honorem; et comes Atto honorifice sepellivit predictum Litulfum ad ecclesiam sancti

a) *supple* est. b) *sic c.* c) ad, d *eras. c.* d) *Alberti manu superscr.* adhelbertus. *Cf. infra p.* 434, *l.* 12. e) p̄tri *c.* f) prudens *Alberti manu superscr.* g) *sic* (uicerūt) *c.*

1) *Ottonem regem Veronam venisse, tum Padum transivisse dicit Donizo I, v.* 284 *sqq.* 2) *Haec addidit Albertus, qui non ignoravit locum infra dictum (nunc Prato Fontana) prope civitatem Reginam, septentrionem versus ab ipsa situm esse.* 3) *Attonem ab Ottone auxilium petiisse dicit Donizo I, v.* 313 *sq. Reginam Ottoni nupsisse iam retulit I, v.* 224. 4) *Hoc antecepit Albertus ex versu Donizonis I,* 375: Tunc etiam mensis Madius florebat in herbis. 5) *Apparet Albertum nostrum prudentissime hoc eruisse e versu Donizonis I,* 347: Thoracam, parmam, galeam rex sumpsit et hastam. 6) *Coniunxit Albertus quod Donizo dicit I, v.* 336. fuit in pratove paludis *et I, v.* 380 *sq.* Dicitur . . . locus Antonianum, *quo Liutulfi carnem sepultam esse refert.* 7) *Clausula caret haec sententia.*

Donizo I, 1. Prosperi de Antognano, que est prope pratum Carpineti in loco ubi dicitur Rianum. Et incontinenti dictus rex Otto venit cum nobilibus Alamanorum ad terram Longobardorum et habuit omnes Longobardos ad suum beneplacitum, servicium et amorem et accepit predictam reginam in uxorem[1].

Sic. p. 158. *In marg. f.* 53[c]. *manu Alberti:* His temporibus Saraceni Capuam invaserunt, anno scilicet Domini DCCCCXLIX. Romani quoque patriciatus sibi tyrranidem usurparunt.

ib. *In marg. inferiore f.* 53[d]. *manu Alberti:* Anno Domini DCCCCXLIIII. Cum igitur has persecutiones tempore[a] has tyrrannidem Berengarii maximam persecutionem pateretur *Chr. Ven. 10.* ecclesia[b], ad Ottonem regem Theothonicorum, qui consensu et iussu Arnulfi a Gallis fuerat *Sic.* in regem electus[2], a sede apostolica legati mittuntur de tyrrannide Berengarii conquerentes. Unde hic primus Otto filium suum similiter Ottonem in Ytaliam misit, qui de Berengario triumphavit, totam Ytaliam subiugavit. Adhelbertus vero filius dicti Berengarii in Corsicam fugit; proinde rex Otto a papa Iohanne coronatus imperatoris nomen acquisivit; et sic imperium ad[c] Teothonicos pro gloriosa et victoriosa ecclesie[d] defensione transivit; et regnabat an. VI apud Romanos.

CLVIIII.[e] De duce et marchione Tedaldo et filiis et eorum gestis.

Ioh. de Deo. In[f] anno Domini millesimo XXX°[3]. Tempore Benedicti pape VIIII. natione Tusculanus, ut superius continetur[4].

Donizo I, 4. Dux[g] et marchio Tedaldus, filius supradicti comitis Attonis. Nobilis marchio et dux Tedaldus in uxorem habuit nobilissimam comitissam Giuliam et tres filios habuit de predicta comitissa, scilicet Tedaldum episcopum urbis Aretine et Bonifacium, qui fuit pater comittisse Matildis, et Conradum, fortis et prudens; et iamdictus dux *ib. I, 3.* et marchio Tedaldus edificavit monasterium sancti Benedicti positum inter Padum et Larionem, et ibi ordinavit abbatem cum monachis et ornavit eum cum vasis auri et argenti et sacris ornamentis eum adornavit et multa bona in vita sua eidem monasterio *ib. I, 6.* dedit et donavit[5]. Et eodem tempore cuncti marchiones et nobiles Longobardorum fecerunt magnum exercitum et prelium contra predictos[h] Bonifacium et Conradum, filios supradicti ducis et marchionis Tedaldi, qui fratres erant valde audaces et robusti et fortis animi; qui Longobardi volebant separare Bonifacium a Conrado eius fratre, et quod dictus Bonifacius conducebat in uxorem nobilem comittissam Richildam[6]; et cuncti **f. 54b.* Longobardi obviam fuerunt predictis fratribus, scilicet Bonifacio et Conrado, *et volebant aufferre et capere predictam comitissam predictis fratribus et rapere[7], sed predicti fratres viriliter et robusti steterunt in dicto campo et habuerunt de inimicis suis victoriam; et dictus Coradus fortiter vulneratus fuit in dicto prelio; et hoc fuit in villa Cuvilioli prope Reginam civitatem per miliare et dimidium; et predictus Coradus venit ad civitatem Reginam et fecit se medicari de dictis vulneribus et non bene se custodivit edendo et bibendo[i]; et tradidit[8] curtem Cagnaulam monasterio Canusino; et mortuus est in millesimo XXX° anno.

CLX.[k] Quot marchiones sunt sepulti in arce Canusina.

Donizo I, 7. Quot sunt marchiones, qui sunt sepulti in arce Canussina: Mortua Ildegarda uxor comittis Attonis tercio Idus Ian[9], et Atto Idus Feb., et Tedaldus marchio octavo Idus Madii, Con-

a) et preter has ad tyrannidem *Sic.* b) ecclia *c.* c) in *Alberti manu corr.* ad *c.* d) ecctia *c.* e) LVIIII *in loco raso.* f) *hoc loco simplex littera initialis* I *in c.* g) *hoc loco maior littera initialis* D *picta in c.* h) p̄dictū *statim Alberti manu corr.* pdictos *c.* i) *seq.* et mortuus est *expunct. c.* k) LX *in loco raso.*

1) *Cf. supra p.* 433, *n.* 3. 2) *Sicardus vel Salimbene Ottonem I. imperatorem et Odonem regem Francorum occidentalium, de quo in Chron. Venet., SS. XIV, p.* 57, *dicitur, confudit.* 3) *Anno* 1034. *Benedictum IX. papam creatum esse scripsit Albertus supra cap. CXLVI.* 4) *Cap. CXLVI.* 5) *Eadem fere, quae supra cap. CLVII. de monasterio Canusino dixit, Albertus hoc loco repetivit.* 6) *Inscriptionem capitis I,* 6. *Donizonis Albertus descripsit.* 7) *Hoc Donizo non dixit.* 8) *Bonifacium marchionem curtem illam post mortem Conradi donasse dicit Bonizo I, v.* 577—581. 9) Sabat *Donizo I, v.* 589, *i. e. mensis Iudaicus Schebat, ut reor.*

radus tercio Iulii, et Rodulfus XXII. Augusti[1], et comittissa Giulia penultimo die Augusti, *Donizo I, 7.* cum pueris et puellis iacent in uno monumento.

CLXI.[a] De duce et marchione Bonifacio et de uxore et filia et eorum gestis.

Dux et marchio Bonifacius, honoratus et decorus homo, sapiens, prudens et magne *ib. I, 9.* stature[b] fuit. Et civitas Mantue cum omnibus regalibus, Bondeni et Sancti Benedicti et cum omnibus villis et terris et possessionibus episcopatus Mantue et civitas Mantue cum omnibus iurisdictionibus suis erant sub suo dominio[2], et multum in aliis diviciis habundabat in pluribus episcopatibus in castris et arcis[c. 3]; et accepit *ib. I, 10.* in uxorem comittissam Beatricem, que[d] fuit de Gallia et fuit filia comitis Frederici; et mater dicte domine Beatricis vocabatur domina Matilda. Et quando predictus marchio ivit pro ducenda ea in uxorem cum honoratis militibus suis, qui cum eo equitaverant pro dicta domina recipienda, et[e] predictus marchio ferari[c] fecit pedes equorum suorum cum ferris de argento sub pedibus equorum, nullis clavibus revolutis, ad hoc ut homines bene mirarentur, et quod esset dives et honoratus homo; et ex ea habuit magnas divicias in auro, argento et magnas possessiones, castra, villas, servos et ancillas, et eam cum magno honore[f] in episcopatu Mantue, et ibi fecit nuptias in loco ubi dicitur Marago iuxta flumen Mencii, et ibi faciebat species cum pipere et aliis speciebus, que[g] utebantur in predictis nuptiis, et eas faciebat molendinari, sicut molendinatur frumentum et spelta; et habebat ibi duos puteos cum vasis et catenis argenteis, scilicet unus puteus, unde extrahebatur vinum odoriferum, et de alio extrahebatur pocio, de quibus puteis bibebant omnes qui erant in dictis nuptiis; et predicte nuptie duraverunt et steterunt in predicto campo sive loco *per tres menses. Et predictus marchio Bonifacius ex comittissa **f. 54c.* Beatrice habuit filiam unam nomine comitissam Matildin; et dicta comittissa valde fuit sapientissima et hedificavit monasterium de Fraxinorio in episcopatu Mutinensium; *ib. I, 9. 17.* et predicta comittissa mortua et sepulta fuit in civitate Pisana anno[h] millesimo septua- *ib. I, 20.* gesimo sexto; et eodem tempore mortuus est imperator Henricus secundus[4], et ad imperium *ib. I, 18.* electus est tercius Henricus.

CLXII.[i] De victoriis et gestis marchionis et ducis Bonifacii, quos[c] fecit suo tempore.

Eodem tempore dux et marchio Bonifacius astrictus fuit sacramento cum rege Chon- *ib. I, 11.* rado, et promiserunt inter se simul adinvicem unus alteri adiuvare in negociis et factis suis; et predictus rex Chonradus[k] — Chrisopolis, que Greco vocabulo ita nominabatur, et in lingua Latina Aurea dicebatur, scilicet civitas Parme, quia ibi lecte septem artes studiose fuerunt; et predictus rex misit pro marchione Bonifacio, ut eum succurreret pro predicta civitate capienda; et fuit maxima strages de milicia regis, et multi mortui et vulnerati fuerunt; unde predictus rex cepit eam et conburere fecit cum adiutorio predicti marchionis Bonifacii; et fecit predictus marchio venire in servitio et adiutorio predicti regis exercitus[c] Marchie. Mortuo rege Chonrado successit ei in imperio filius eius *ib. I, 12.* Henricus prudens atque peritus, qui tenuit pacem cum predicto marchione Bonifacio; et predictus Henricus ultra montes obsedit unum castrum[5] in Burgundia, nec poterat predictus rex cum toto exercitu milicie sue nullum[c] dampnum dare nec habere dictum castrum, et incontinenti misit ad instructum marchionem Bonifacium, ut eum adiuvaret et succur-

a) LXI *in loco raso.* b) statere *c.* c) *sic c.* d) q (qui) *c.* e) et *delendum.* f) *supple* conduxit; *Donizo I, v.* 818: Longobardiam deducens hanc comitissam. g) *sic* (q̄) *c.* h) pisana. Anno *c.* i) LXII *in loco raso.* k) *nimis claudicat haec sententia clausula carens.*

1) ante Kalendas Augusti denis duo iunctis quippe diebus *(XII. Kal. August.) Donizo I, v.* 593 *sq.* 2) *Haec de possessionibus Bonifacii ipse Albertus addidit.* 3) *Similia supra p.* 431. *Albertus compluries scripsit.* 4) *Inepte Albertus haec de obitu Beatricis, quae multis annis post Bonifacium mortuum vixerit, et de obitu Heinrici nobis tertii antecepit, cum sequente capite de Bonifacio, tum iterum de eodem Heinrico retulerit.* 5) Miroaltum *Donizo I, v.* 890.

Donizo I, 12. reret ad dictum castrum capiendum. Unde predictus marchio venit cum toto exercitu suo in Burgondia[a] in auxilio predicti regis pro dicto castro capiendo, et predicto rege[b] dixit, quod ad partes suas non reddiret[c], donec dictum castrum caperet[1]; et tercia die predictus marchio accessit ad dictum castrum cum exercitu suo contra predictos inimicos regis, qui erant in dicto castro; et homines qui erant in dicto castro cum toto suo posse exiverunt obviam contra predictum marchionem Bonifacium et exercitum dicti marchionis; *f. 54d. et incontinenti predictus marchio confortabat milites *et pedites suos, ut viriliter pugnarent cum predictis de dicto castro, et cum

cornibus atque tubis roboare[d] per ardua multis[2];

unde predicti de dicto castro perteriti[c] valde fuerunt et itere[e] volebant fugere in dicto castro. Unde gens Longobarda dicti marchionis tenuerunt viriliter arma

et sonuere tubas et grandia cornua plura;

et predicti rebelles de dicto castro valde perteriti[c] fuerunt de dicto marchione et de exercitu suo et conversi sunt in fugam versus dictum castrum et volebant se in dicto castro claudere; et dictus marchio velox fuit cum exercitu suo et intravit in predicto castro cum predictis rebellibus dicti castri et regis et cum exercitu suo; et captum incontinenti fuit dictum castrum per dictum marchionem, et multi mortui fuerunt de dicto castro; et in continenti transmissit[c] nuncium suum predicto regi, ut veniret ad recipiendum dictum castrum, tenendum et habendum. Unde predictus rex multum mirabatur de dicto castro tam cito capto et multum laudavit predictum marchionem Bonifacium et magnum honorem ei fecit et exercitu[c] suo; et revertente predictus marchio cum exercitu suo ad partes suas et castramentatus fuit dictus marchio cum exercitu suo in campis desertis; unde servi predicti marchionis furtim currere ceperunt

ad segetes flavas et equis has ducere flagerent[f];

viri qui erant in dictis locis graviter conmoti

Arreptis armis mox armigerisque caballis
cervices tundunt et equos sibi tollunt.
Burgundi bruti fecerunt hoc quasi stulti.
Nam dux iratus vehementer, ut assolet altus,
Terdenas hastas ad castrum tendere mandat,
Que populum cunctum facerent consurgere rursum
Ad campi pugnam, fugerent procul atque recurrant,
Cum fuerint iusta latitantem denique turbam.
Noveritis iussum ducis istius esse secundum.
Nam procul a castri sunt presidio simul acti,
Insidiosa falanx e multis[g] partibus alans[h],
Alobroges cunctos manibus tenuere[i] reclusos.
Marchio terribilis cunctis abscidere dixit
Auriculas, nasos, ut stent cum lumine plano.

Unde quedam nobilis mulier venit ad predictum marchionem rogando eum, ut filium predicte domine dimitteret, quem captum tenebat, et misericordiam petendo, ne sumeret vindictam de eo, quia ipsa pro eo volebat eidem marchioni dare tantum argentum, quantum pensaret; et dictus marchio respondit dicte domine, quod non faceret nec aurum nec argentum reciperet, immo vindictam faceret; et inconti- *f. 55a. nenti incidi ei *fecit aures et nares et implevit tres clipeos de auribus et naribus dictorum rebellium; et in continenti cum magno honore et triumpho reversus est in patriam suam cum omni exercitu suo.

a) *sic h. l. c.* b) *sic c.; lege* regi. c) *sic c.* d) reboare *Donizo.* e) *sic c.;* intus *Donizo I, v.* 929. f) *sic c.;* flagrant *Donizo.* g) falax emultis *c.* h) alatis *c.* i) renuere *c.*

1) *Donizo I, v.* 904 *sq. scribit Bonifacium dixisse se statim capto castro in patriam rediturum esse.* 2) *Versus solutus ab his, quibus apud Donizonem cohaeret, hoc loco bono caret sensu.*

CLXIII.[a] De aceto et aliis donis, quos[b] misit marchio Bonifacius imperatori Henrico.

Post hec venit Henricus secundus, qui sapiens multum fuit, et misit nuncium suum *Donizo I, 13.* marchioni Bonifacio, ut ex parte sua mitteret eidem regi de aceto suo, quod in arce Canussina habebat; unde predictus marchio fabricari fecit cito unam vegetem de argento et implevit eam de dicto aceto et ducere eum[b] fecit in uno caro[b] et cum duobus bovibus et transmissit eam dicto regi ad civitatem Placentie, et predictus rex pro magno honore recepit et habuit.

Prudens mirari nullus de munere tali
Debet enim . . . . *. . . **f. 55b*
Indulsit servo, facinus tamen hoc prohibendo[1].

CLXIIII.[c] Quod predictus rex Henricus fraudulenter volebat capere et detinere predictum marchionem Bonifacium.

Cresente[b] fama predicti marchionis Bonefacii in magno statu et honore. Unde *Donizo I, 14.* supradictus rex Henricus invidia tactus et volebat capere supradictum marchionem cum magnis insidiis, et secreto misit per eum, ut veniret ad eum pro quodam secreto conscilio secum habendo; et predictus marchio preparavit[d] se in continenti cum proceribus et militibus suis absconse bene armatis, sub vestibus retrusis[e] portantibus; et cum venit ad primum hostium palacii, custodes predicti hostii voluerunt capere eum et reserare dictum hostium, et milites predicti marchionis fregerunt dictum hostium, quia semper volebant esse secum presentes, et similiter secundum hostium fregerunt, et ita fecerunt de tercio hostio palacii, ubi predictus[f] erat et habitabat. Unde predictus rex callidus et dolosus ait: 'Miror de te, Bonefacii[b]', et respondit dictus marchio dicto regi et dixit: 'Consuetudo mea et domus mee est, quia gens mea et milites mei semper volunt esse mecum presentes'; et ut vidit rex, quod retinere eum non poterat, cum planis verbis pacem eidem marchioni simulavit et grates magnas ei et militibus dedit. Alia vice predictus rex misit pro dicto marchione, quod tempore nocturno veniret et vigilaret secum, quia pro magno honore et gratia haberet; et in continenti predictus marchio preparavit se cum militibus suis venire ad palacium predicti regis, et dedit cuilibet militi unum cereum, ubi erat in quolibet cereo unam[b] libram[b] cere, et posuerunt predictos cereos accensos super hastis seu lanceis fingerunt[g]; et predictus marchio fieri fecit unam columpnam cere et fecit eam portare ante se accensam magno lumine, et ibat cum militibus ad palacium regis; et servi dicti regis dixerunt, quod apparebat, quod una silva esset, que[h] tota igne conbureretur; et predictus rex vidit, quod retinere eum non poterat, misit nuntios suos ad predictum marchionem, ut retro rediret, et magnas grates ei remisit. Dux et marchio Bonifacius fuit sapiens, benignus et prudens et largus et *ib. I, 15.* pauperum amator et misericors et omnibus amabilis et in consiliis prudens et discretus, facondus in loquela et constans animo, ecclesiarum[i] rerum defensor, et in divinis officiis libenter audiebat, et donabat ecclesiis de facultatibus et rebus *suis episcopis, **f. 55c.* presbyteris, clericis et capellanis et multum dilexit monachos et ea que neccessaria erant ad divina officia facienda administrabat[2], et sollicitus erat ad audiendum omnes horas nocturnas atque diurnas cotidie de die in diem reverenter cum magna devotione, et bene *ib. I, 16.* confessus erat de peccatis suis, petendo veniam et plangendo delicta sua, et accepit penitenciam ab abbate Guidone monasterii de Pomposa et vovit se ire ultra mare ad sepulchrum Christi hinc ad unum annum, et fabricari fecit novam navim pro transitu faciendo ad Terram Sanctam, sed votum conplere non potuit, quia infra illud tempus

a) LXIII *in loco raso.* b) *sic c.* c) LXIIII *in loco raso.* d) ppauit *c.* e) *sic c.; lege* gladios retrusos, *ut Donizo I, v.* 1036. *habet.* f) *supple* rex. g) *sic c. pro* fixerunt. h) q (qui) *c.* i) *sic* (ecclia̧) *c.*

1) *Versus Donizonis I,* 989—1022. *integri descripti sunt hoc loco.* 2) *Cf. supra p.* 431, *l.* 33.

Donizo I, 16. in infirmitate positus et mortuus est[1] sexto Kalendas Maii[2] in millesimo quinquagesimo secundo, et iacet corpus in civitate Mantue in monasterio sancti Andree.

CLXV.[a] De victoriis[b] et gestis comittisse Matildis, filie supradicti marchionis Bonifacii, quas fecit contra perfidos tyrannos et rebelles, et defendricis[c] ecclesie Romane et fidei catholice, et de bonis, que fecit toto tempore vite sue[d].

Comittissa Matilda, filia supradicti marchionis Bonifacii, fuit sapientissima, prudentissima et nobillissima domina, facunda in loquela, constans animo et ecclesiarum[e] rerum defendricis[c] et fidei catholice, amatrix ecclesiarum benigna, larga et amatrix pauperum, et in divinis officiis libenter audiebat et donabat ecclesiis de rebus et facultatibus suis, et sollicita erat in audiendo omnes horas nocturnas atque diurnas cotidie de die in diem cum magna devotione, et bene confessa erat de peccatis suis, petendo veniam et plan-
Donizo I, 18. gendo delicta sua[3]. Eodem tempore erat rex Henricus tercius, qui cum papa Alexandro secundo, natione Mediolanensis, Anselmus ante dictus, Lucensis ecclesie episcopus[4],
ib. maximam discordiam habuit; et predictus rex Henricus fecit quendam episcopum Parmensem nomine Cadalum papam et antipapam contra predictum papam Alexandrum et ecclesiam Romanam; et predictus malus antipapa mortuus est cum crimine illo Parme, et ille papa Alexander cathedram recepit veneranter; et comittissa supradicta Beatrix cum filia sua Matildi tenebat cum predicto papa Alexandro et ecclesia Romana; et mortuus
ib. I, 19. est predictus papa in millesimo septuagesimo[f] tercio anno. Post Alexandrum fuit factus Ildeprandus archidiaconus eiusdem urbis et vocatus fuit Gregorius papa septimus; et predictus malus rex Henricus magnam discordiam similiter habuit cum predicto papa, et quod ab
**f. 55d.* eo dampnatus est[5]; et comittissa Matildis tenebat *partem cum predicto papa et pro ecclesia Romana et contra predictum regem erat nec eum diligebat; et predictus rex misit Romam quendam clericum Parmensem nomine Rolandum contra papam ad denuntiandum predicto pape, ut dimitteret sedem apostolicam dicto domno regi; et predictus papa excomunicavit predictum regem et maledixit eum cum suis sequacibus et amicis,
ib. II, 1. qui dictum regem diligebant et amabant; et predictus rex Henricus venit fraudulenter cum abbate Ugone Cluniacensi, qui eum susceperat et pater fuit predicti regis in baptismo, ad arcem Canusinam, et rogaverunt comitissam Matildim, ut pacem et concordiam cum predicto papa facere volebat, dicendo, quod volebat eum[c] obedire in omnibus preceptis suis, flectendo dictus rex genua et veniendo ad pedes domni pape nudis pedibus de mense Ianuar. et predicte domine. Unde predicta domina[g] misit nuncium suum pro domno papa Gregorio, ut veniret ad dictam comitissam ad conponendam pacem cum predicto rege[6]; et in continenti venit predictus papa[6] ad predictam arcem et conposuit cum predicto rege et benedixit et sanctificavit eum dictus papa et comunicavit, et ad mensam dictus rex cum predicto papa comedit. Descendendo de rocha predictus rex et venit ad civitatem Reginam, ubi stabat turba maligna, et erat Guibertus archiepiscopus[h] Ravenne, qui malus et hereticus erat, et qui male faciebat, et dedit conscilium dicto regi, ne teneret dictam pacem. Recedente predictus rex de predicta civitate Regina et ibat

a) LXV *in loco raso.* b) victoris *c.* c) *sic c.* d) *sequitur* ℞[ubrica]. e) *sic* (ecctiaɋ) *h. l. c. ut supra p.* 437, *l.* 38. f) septugesimo *c.* g) dnā *recenti manu renovatum, recte procul dubio, quamvis nihil huius vocis ab Alberto scriptum supersit.* h) arch. Rauēne (!) *in loco raso.*

1) *Bonifacius interfectus est; cf. supra p.* 161. 2) *Donizo I, v.* 1124: die sexta Madii post . . . . Kalendas. 3) *Hoc loco in laudem Mathildis scripto repetivit Albertus fere ad verbum quae supra p.* 437, *l.* 36—43. *de Bonifacio marchione dixit.* 4) *Eadem ex continuatione catalogi pontificum Estensis descripta vide supra cap. CLI.* 5) *Haec ex inscriptione capitis I,* 19. *Donizonis.* 6) *Insipienter Albertus haec de itinere papae a Donizone II, v.* 67—73. *narrata transposuit post ea quae idem II, v.* 76—111. *retulit de iis quae Canossae acta sunt.*

versus Mantuam, et predictus papa et comittissa versus predictam civitatem, quia ibant *Donizo II, 1.* pro pace conponenda; et nuncius venit ad aures predicte comittisse, quia predictus rex volebat capere et retinere dictum papam et comittissam in predicta civitate Mantue; et reversa fuit ad arcem Canussinam cum predicto domno papa; et iste malus Gibertus hereticus vendebat ecclesias, plebes et capellas et omnia alia mala que poterat faciebat, et dabat ecclesias clericis pro denariis et symonia. Et stetit predictus domnus papa cum predicta comittissa in predicta arce Canussine[a] per tres menses; et dicta domina tradidit omnia sua bona ecclesie Romane et predicto domno pape Gregorio; unde predictus papa dedit maximam libertatem ecclesie Canussine, ne aliquis presumeret facere iniuriam predicte ecclesie sub pena excomunicationis; et fuit sub millesimo septuagesimo septimo. Et predictus malus rex Henricus reversus fuit in Ytaliam tempore illo cum toto suo posse et destruebat castra et villas, possessiones comittisse Matildis, et predicta domina bene se defendebat a predicto rege; *et pre- **f. 56a.* dictus malus rex ivit Romam et destruxit eam, et fecit ibi Gibertum episcopum antipapam in[b] eadem civitate contra[c] predictum Gregorium papam. Et predicti rex et Gibertus faciebant omnia mala que poterant, et expulerunt omnes religiosos, sacer- *ib. II, 2.* dotes et clericos bonos, et predicta comittissa eos benigne recipiebat et eos[d] subveniebat de rebus suis. Inter quos episcopus Anselmus Lucensis episcopus[e], vir bene religiosus; et mortuus est papa Gregorius septimus sub millesimo octuagesimo VI°, et fuit electus *ib. II, 3.* in papam Desiderius probus abbas Montis Cassini, et vocatus fuit[1] papa Urbanus, et predictum regem et[f] Henricum et Gibertum maledixit et eos excomunicavit; et de Giberto[2] falso, qui cupiebat retinere sedem apostolicam et omnia mala que poterat faciebat adversus ecclesiam Romanam et dominam comittissam, et vocavit Oddonem prudentem, qui fuit de Tuliore, ut iret adversus predictum papam Urbanum et predictam dominam; et ille[3] erat homo iustus et religiosus et direxit sua scripta predicte domine, et predictus Oddo[4] confortabat predictam dominam, ut teneret firma[g] precepta domni pape et ecclesie Romane et contra Gibertum et regem non consentiret in aliquibus suis factis; et iste Gibertus cum predicto rege magnum exercitum movit et fecit contra predictam dominam de Longobardis et aliis provinciis; et ipsa domina transivit Paudi stratam et ibat urbibus, unde fit alta, et cum toto exercitu suo et cum principe Oberto[5], prudenti viro; et cum alia parte, scilicet Giberti et regis, erant episcopi Parmensis et Reginus; per vim ibant[6] Romam pro honore regis et vastantes castra et terras domine comittisse et volebant destruere Sorbariam, sed bene substinuit eos; et stantes et quiescentes nocte prope predictam terram, et ecce summo mane secunda die Iulii venit exercitus domine comittisse, et ambe partes inter se magnum prelium fecerunt in dicto campo; et predictus princeps Obertus disconfixit pars[h] regis et Guiberti[7], et captus fuit ibi Ebrardus presul Parmensis et presul Reginus, et abscondunt nudum quendam Gandulfum[8], pectore durum, et absconsi steterunt predicti per dies tres; unde multum exterita[d] fuit pars regis et Guiberti et omnes inimici domine comittisse. Et decimo octavo die Ianuar. beatissimus Anselmus Lucensis episcopus defunctus fuit et ad gaudia celorum transitum suum fecit, et domina comittissa sepellivit eum honorifice in civitate Mantue; et multa miracula per eum Deus fecit. Et mortuus est ille Guibertus pro-

a) *sic c. h. l.; p.* 428, *l.* 13. 14. Canussina *et p.* 428, *l.* 26. *in additamento cap. CLII.* Canusina. b) ⁊ (etiam) *c.* c) eo *c.* d) *sic c.* e) *sic iterum c.* f) ⁊ (et) *in marg., quod delendum est.* g) firma *c.* h) *sic c.; lege* partem.

1) *Albertus neglegenter omisit quod Donizo II, v.* 313 *sq. dicit:* qui parvo tempore vixit. Anno post istum pastor sacratur in ipso Urbanus. *Cf. supra p.* 428, *n.* 14. 2) et de Giberto *inepte scripta.* 3) *Urbanus II. scilicet, ut Donizo II, v.* 322 *sqq. dixit. Sed Albertus de Oddone de Tuliore haec dicta esse opinatus est.* 4) *Urbanus potius, ut Donizo II, v.* 325 *sqq. dixit.* 5) *Hunc Donizo II, v.* 340. *dicit in exercitu regis fuisse.* 6) *Donizo II, v.* 342 *sq.:* Romam . . . aiunt se pergere posse. Hi luctatores ibant pro regis honore. 7) *Donizo II, v.* 356 *sq.:* Marchio predictus *(Obertus)* . . . sine fugit honore. 8) *Ipsius episcopi Regini nomen fuit Gandulfi, qui non captus est, sed Donizo II, v.* 361 *sq. dicit:* Pontificem sentes Reginum perque tres dies abscondunt nudum Gandulfum.

Donizo II, 4. dictor[a] et tradictus[a] est in inferni profunda[1]. Et ille maledictus rex Henricus tercius **f. 56b.* destruebat et *devastabat et abstulebat terras et villas predicte domine comittisse; transactis decem annis obsedit Mantuam cum toto suo posse et stetit predictus rex circa Mantuam per undecim menses et cepit eam, quia tradita ei fuit; et predicta domina erat[b] in arce Canussina[2]; et istud fuit[c] in anno millesimo nonagesimo quoque primo; et *ib. II, 6.* dictus rex destruxit eam mirabiliter[3], et presul eiusdem civitatis nomine Ubaldus fugit ad comittissam predictam et relinquid[a] episcopatum et civitatem, et predictus malus rex retinebat dictam civitatem et omnes alias terras ultra Padum; et dicta domina substinebat ista mala pro ecclesia Romana et fide catholica. et predicta comittissa sperabat semper habere victoriam de predicto rege cum auxilio beati Petri et ecclesie Romane et ibat letanter per arces et castra et omnes suas terras, quas habebat per episcopatum Reginum et Mutinensium, et firmabat munitiones et custodes in eas. Tunc venerunt milites dicte domine comittisse, magnum prelium ad invicem fecerunt cum militibus predicti regis apud Tres-comittatus; et quidam nobilis Ugo prodictionem[a] de militibus domine comittisse fecit et eos tradidit militibus et exercitus[a] regis. Inter quos captus fuit quidam nobilis Manfredus nomine et multi alii, et predicta gens et exercitus predicte domine valde tristis erat de eo quod eis acciderat; et dicta domina semper confortabat eos, ne timerent predictum regem, quia *ib. II, 7.* ipsa semper sperabat habere victoriam de eo[4], et quod ipsi bene se confortarent; transeunte hyeme, et steterat rex per duas estates in Italia, transivit Padum cum Longobardis et Alemannis et venit in episcopatu Mutinensium; et captus fuit Mons Maurellus sine pugna ferri, et Mons Alfredi cum certamine freni; et captus fuit ibi quidam nobilis Gerardus nomine et in vinculis positus fuit in carceribus regis iniqui, et predicta comittissa valde tristis de eo fuit; et postea predictus rex obsedit castrum Montis-belli et ibi firmavit obsidionem; et predictus exercitus stetit per totam estatem; et cum erant circa predictum castrum, et pax tractatur facere pro rege et comittissa, et pax tractabatur pro episcopo Regino Heriberto et cum multis aliis episcopis, abbatibus et heremitis; et concordes erant de pace facienda; et heremita Iohannes respondit: 'Absit, ne fiat, quia pax hec est inimica'; et dedit consilium predicte domine, ne predictam pacem faceret neque firmaret, sed semper speraret habere consilium domini nostri Iesu Christi et beati Petri apostoli, quia dabit sibi victoriam de predicto rege, qui devastator erat ecclesie Romane et fidei catholice, et predicans[d] Iohannes heremita verus propheta **f. 56c.* fuit de predictis verbis; et istud colloquium factum fuit Carpineti. *Et unde predicti episcopi cum abbatibus et heremitis, qui cum predicta domina erant[5], — et ita dicta pax remansit pro domina comittissa. Tunc predictus rex iratus fuit et fecit succendi machinam una[a] iusta dictum castrum Montis-belli prope Cucherlam; et dum bellum dabatur castro, tunc ruit unus filius regis et mortuus fuit ibi; unde rex multum de morte filii sui condoluit et recessit ab ossidione[a] dicti castri cum exercitu suo, et venit ad civitatem Reginam, et transmissit[a] cadaver filii Veronam et fecit fabricari ibi sepulcrum; et stetit in civitate Regina aliquantis diebus et malitiose stabat et finxit se cum exercitu suo pergere Parmam, et tempus erat serenum et clarum, et rediit retro Cavillianum et memor factus fuit de Canossa, que mala passus fuit ibi, quia cum nudis plantis et discalciatus fuit ibi, quia nix erat magna et maximum frigus in Ianuario, quando fecit pacem cum papa Gregorio VII°, quando venit ad pedes dicti domni pape[6]; et dictus rex volebat se vendicare de predicta Canossa et de comitissa; et erat ibi predicta domina cum militibus suis in predicta arce, et ut audivit predicta domina, quod rex esset Cavilianum[a], descendit de predicta arce cum parte exercitus sui et partem milicie dimisit in arce et partem milicie secum tullit et venit Bibianellum, et commendavit se beato Apollonio, ut eam defen-

a) *sic c.* b) erāt *c.* c) fuit *Alberti manu superscr.* d) predicans *certo legi nequit in c.*

1) *Lecto Rangerii prologo Vitae Anselmi, quem Donizo II, v.* 395 *sqq. descripsit, in quo de Guiberto defuncto dictum est, iam tunc eum mortuum esse Albertus opinatus est, qui demum a.* 1100. *obiit.* 2) *Quod Donizo non dixit, sed II, v.* 460: Ipsa *(Mathildis)* tenens montes. 3) *Longam obiurgationem civitatis Mantuanae Donizonis II,* 5. *obiter legens Albertus hoc falsum scripsit.* 4) *Repetivit supra l.* 10. *dictum.* 5) *Sententia non perfecta est.* 6) *Ex loco supra p.* 438, *l.* 28—32. *haec repetita sunt.*

deret ab isto iniquo rege; et veniunt per Lintregnanum montem pede raro et apud montem *Donizo II, 7.* Iumigne[a]. Hii duo montes sunt vicini; et venit rex apud arcem Canussinam; et abbas Iohannes cum monachis suis psallebant psalmos cordeque sanctos, et abbas orabat et deprecabatur Dominum, ut defenderetur a predicto rege iniquo; et incontinenti venit maxima nebula et obscura; et abbas semper orabat, et milites domine comittisse cum militibus regis bellum magnum faciebant adinvicem; et mortui multi et vulnerati de exercitu regis ceciderunt; et in continenti predictus rex amisit vexillum suum; et maxima nebula erat, nec poterant videre arcem Canussinam; et rex cum exercitu suo monticullum fuit[1]; et predictus rex rediit Baianum, quia erat valde tristis, et nollet habere viam calcatam, et de vexillo amisso, et requievit nocte illa in eodem loco, et mane surrexit cum exercitu suo et transivit Padum; et hoc fuit de mense Octubris; et postea comittissa Matildis transivit Padum cum exercitu suo et recuperavit omnes terras suas, quas amiserat; et reddita[b] fuit quedam *turris, que erat gubernacula regis[2], et erat plena de speciebus et aliis bonis rebus; **f. 56a.* et recuperavit terram Ripalte, que est in dicto episcopatu[3]. Eodem tempore venit *ib. II, 8.* papa Urbanus in Lombardia et habuit consilium cum domina comittissa, et benigne et honorifice eum recepit; et dictus papa celebravit missam[4] et benedixit predictam dominam comittissam et Praxedem reginam, que seperata[c] erat a predicto iniquo rege, quia eam expullerat, et alios fideles, et excomunicavit hereses Guiberti et regis; et hoc fuit Placentie sub millesimo nonagesimo quinto, de mense Marcii. Veniens autem ille malus rex Henricus *ib. II, 9.* cum exercitu suo et cum Veronensibus et obsedit castrum Nogare; et ut audivit comittissa, venit cum Mutinensibus et transivit Paudum nocte; et ut audivit rex, quod predicta domina veniebat cum exercitu suo, recessit predictus rex ab ossidione[c] Nogare, et relinquerunt[c] spolia; et predicta domina ut venit, intravit predictam terram, et receperunt eam benigne; et recessit papa Urbanus a domina comittissa[5] et ivit Romam et receptus fuit *ib. II, 10.* ibi benigne, et destruxit hereses supradicti mali Giberti, et recepit magnum honorem in papatu suo, et mortuus est in millesimo nonagesimo nono anno, penultimo die *ib. II, 11.* Iulii exeunte[c].

Et eodem tempore electus fuit papa Paschalis in papam; et[d] tunc temporis *ib. II, 12. 11.* venit ad comittissam rex Conradus, filius supradicti regis Henrici; et similiter pre- *ib. II, 13.* dictus rex Conradus magnam discordiam habuit cum predicta comittissa, et per parvum tempus duravit dicta discordia; et rediit ad pacem firmam cum predicta comittissa; et ivit per partes Tuscie et mortuus est de mense Iulii predictus rex post tres annos, quando fecit pacem cum predicta comittissa[6], et sepultus fuit in civitate Florencie. Transeunte estate venit predicta comittissa in obsidione civitati[c] Ferarie, quia nolebant obedire neque servire predicte domine, et fuit ibi in predicta obsidione cum Tuscanis, Romanis, Longobardis et Ravennatis[c] et cum duce Veneciano[7], et optavit facere pacem cum predictis Ferariensibus[8]; et venerunt ad pacem cum predicta domina. Postea papa Pascalis misit in Longobardia venerabilem cardinalem Bernardum, monachum et ab- *ib. II, 14.* batem sancte Ambrosie-vallis, precibus comittisse Matildis, quem cardinalem predicta comittissa eum[e] diligebat quasi papam; et tunc predictus Bernardus ivit Parmam cum conscilio et voluntate dicte comittisse, *et dictus cardinalis paravit se ad missam **f. 57a.* cantandam in dicta civitate in ecclesia sancte Marie virginis cum magna devotione; dicto evangelio retulit sua verba, et cum poneret calicem in altari et eum consecraret, et in-

a) uimigne *c.*? b) re *alio atram. renovatum.* c) *sic c.* d) e *recente manu renovatum.* e) *sic secutus Donizonem II, v.* 952. (Quem . . . amans Mathildis, eum quasi papam . . . suscepit) *rudis Albertus scripsit.*

1) *Donizo II, v.* 711: sursum qui *(rex)* monticulum stetit unum. *Auctor monticulum nomen loci esse opinatus est, ut videtur.* 2) *Donizo II, v.* 732: turris . . . Gubernula. 3) *Nullum episcopatum Albertus supra dixit, Reginum dicere voluisse videtur, in quo situm erat aliud castrum Ripaltae. Hoc vero est in episcopatu Mantuano. Quod et Albertus infra p.* 443, *l.* 31. *recte dixit.* 4) *Ib. II, v.* 763: Tunc pastor sanctus sinodum celebravit. 5) *Auctor omisit Urbani iter in Galliam factum, II, v.* 802—819. *a Donizone narratum.* 6) *Donizo II, v.* 926 *sq.*: et annus Tercius, Urbanus quod transierat memoratus. 7) *Ib. II, v.* 936 *sq.*: Circumstant . . . multae . . . carinae A duce preclaro transmissae Venetiano. 8) *Potius* Ferraria . . . optavit pacem magnae Mathildis *dicit Donizo II, v.* 938 *sq.*

Donizo II,14. continenti fuit in dicta ecclesia maximus rumor et clamor in populo Parme, evaginatis gladiis, et clamor mulierum in dicta ecclesia fuit; et voluerunt interficere predictum cardinalem et fregerunt vasa vitrea altaris; et tunc abbas Tebaldus mansit cum predicto cardinali et voluit recipere mortem pro eo; et predictus cardinalis erat paciens, sapiens et benignus; cum vidit populum, cepit quasi ridere, et populus contra eum dixit 'et[a] tollatur statim et fragris[b] in carcere ponatur'. Unde unus de civibus avarus iniecit manum super dictum cardinalem et foris de dicta ecclesia eum asportavit, et missa non finita relinquitur ita, nec altare Dei nec reverentia Petri terruit hanc gentem Pharisea facta sequentem. Capellam totam, quam prebuerat preciosam, quam dederat domina comittissa predicto cardinali, ei abstulerunt et fregerunt vascula; unde nuncius venit sequenti die ad predictam comittissam; et predicta domina dedit magna suspiria et flevit, et tunc preparavit se cum tota gente sua exercitus sui et cum Mutinensibus et die tercia velociter ivit Parmam et restitui fecit omnia vasa capelle predicto cardinali et voluit capere et ponere predictos raptores in carceribus, et timuerunt valde predicti; sed precibus et pietate predicti cardinalis remansit, ne ponerentur in carceribus; et hoc fuit ib. II, 15. in millesimo centesimo quarto. Et mortuus est ille malus Henricus hereticus, qui retinebat et colebat scismaticos et destruebat ecclesias, in millesimo centesimo quinto in quinto Ydus Augusti et sepultus fuit ad templum Spire, quod idem Henricus construxit.

ib. II, 16. Et predictus papa Pascalis confortabat predictam comittissam, ut retineret honorem Dei et ecclesie Romane et fidei catholice contra tyrannos et scismaticos[1]; et duravit predicta guerra, quam fecit predicta comittissa cum tyrannis et scismaticis et rebellibus fidei catholice et ecclesie Romane die et nocte prelia facienda[c] contra predictos ib. II, 17. suo tempore, per triginta annos. Et postea venit Pascalis papa post obitum regis et Guiberti in Lombardia; et pax facta fuit ecclesie, et errores cessaverunt; et predicti Longobardi obedientiam[d] et reverenciam predicto pape fecerunt ei et ecclesie Romane et fidei catholice et ad precepta predicte comittisse; et ut audivit predicta domina, quod dictus apo- *f. 57b. stolicus veniret, in continenti venit ad eum et cum[e] *gaudio et magno honore eum benigne recepit; et venerunt Parmenses ad predictum pontificem cum magna reverencia, gaudio et honore et querebant ad dictum papam unum episcopum pro civitate Parme et rogaverunt predictum dominum, ut daret eis predictum Bernardum monachum et cardinalem, quem superius exspoliaverunt, pro episcopo Parme pro honore et reverencia dicte civitatis; unde dictus papa letanter eis dedit et concessit[f]; et in anno millesimo centesimo sexto[g] edificatum fuit castrum Guastalle per predictum papam[2]. Et postea recessit predictus papa a predicta domina et ivit Parmam et consecravit ecclesiam sancte Marie et predictum Bernardum cardinalem fecit episcopum eiusdem civitatis; et predicta domina ivit ad eum et ei magnum honorem fecit. Et predictus papa ivit in Franciam et multa bona ibi fecit, et alio anno reversus est ad ob- ib. II, 18. sequium comittisse Matildis[3]. Et eodem tempore Henricus rex quartus venit in Ytaliam et guerram faciebat cum comittissa et ecclesia Romana in anno millesimo centesimo decimo, postquam fuit coronatus[4], cum venisset in Ytaliam tempore autumpni, et fecit magnam guerram cum Longobardis, conburendo civitates et castra, et destruxit civitatem Novarie et eam conbussit, et omnia vasa argentea et omnes denarios, qui erant in dicta civitate, deportari fecit[5] et in thesauro suo reposuit; et Mediolanenses non obedierunt ei neque servierunt; et predictus rex non curabat de predictis Lombardis, quia credebat de eis dominium habere; et predicta comittissa stabat in arcibus et castris suis cum proceribus et militibus suis; et venit predictus rex usque ad ripam

a) *forte* ut *Albertus scribere voluit.* b) tundatur carcere, flagris *Donizo.* c) faciendo *scribere voluit Alb.* d) obediendiā *c.* e) et cum| *(f. 57b)* et cum *bis scr. c.* f) *hoc loco puncto sententia distincta est in c.* g) *hoc etiam loco punctum positum in c.*

1) *Non percepit Albertus, quae Donizo II,* 16, *ubi alloquitur Paschalem papam, dixerit.* 2) *Alucinatus est Albertus. Donizo II, v.* 1110: Castrum Guarstallae sinodi, *quam Paschalis celebravit,* locus extiterat. 3) *Donizo II, v.* 1124 *sq.:* Eius *(papae)* ad obsequium Mathildis mox reperitur Promta. 4) *Donizo II, v.* 1131 *sq. dicit regem legatos ad papam* pro regni *(imperii)* corona *misisse.* 5) *Donizo II, v.* 1145 *sq.:* Aurea vasa sibi *(regi)* nec non argentea misit Plurima cum multis urbs omnis *(Lombardiae)* denique nummis.

Tari pro pace petenda, et misit nuncium suum ad predictam comittissam; et dicta *Donizo II, 18.* domina descendit de arce Canussina et venit Bibianellum; et pars regis venit ad eam pro dicta pace conponenda; sed contra ecclesiam non promisit esse, quia semper volebat esse in auxilio Romane ecclesie; et predictus rex tenuit stratam Francigenam pace facta et conpleta; transeunte[a] rex per Tuscanam mense Decembris et venit montem Burdonis cum Longobardis, et dabant tributa predicto regi; et tunc Tuscani timuerunt valde; et celebravit predictus rex in civitate Florencie nativitatem Christi; et postea destruxit civitatem Aretinam, muros et igne conbussit; et Idus quarto Februi Rome fuit, et iuravit predictus rex precepta pape Pascalis et osculatus est eum et fecit pacem cum predicto papa[1]; postea rex hospitatus fuit nocte et capiebat pontifices et cives quam plures Romanos; et Theotonici rapiebant cruces sanctas et alia vasa aurea et argentea civibus Romanis, et gaudia pacis versa sunt *in tristicia; et isti Theotonici proceres et milites **f. 57c.* regis multos Romanos occiderunt, depredaverunt et abstulerunt eis vasa et denarios et fortiter destruxerunt civitatem[2]; et multi Romani capti fuerunt et mortui in dicto bello; et fracta fuit pax inter regem et papam; et captus fuit ibi Bernardus episcopus Parmensis et Bonus-senior Reginus episcopus et quidam nobilis nuncius comittisse Matildis Arduinus nomine[3], et locutus fuit regi de pacto, quem[b] fecit cum predicta comittissa, et statim dimisit eum[4] cum honore et amore comittisse Matildis; et tunc fuit maximus rumor de capto presule summo et de civibus, quos ipse ceperat. Rex metuit mortem et timens —. Cum venisset festum pasce, venit predictus rex et pacem fecit cum predicto papa; et dedit coronam predicto regi et eum unxit et benedixit in anno millesimo centesimo undecimo; et ultima lux mensis primi, tunc papa[c] revexit; et predictus rex dedit magna pape et recessit gaudens a Roma, et transivit per partes Tuscie et venit in Longobardia ad comittissam Matildin transeunte mense Madii sexto die, et venit Bibianellum, et stetit per tres dies secum, et ivit ultra montes cum Alemannis. Et tunc temporis Mantuani reversi fuerunt *ib. II, 19.* ad fidelitatem comittisse Matildis[5], et steterant contumaces contra predictam dominam nec ei obediebant per viginti quatuor annos.

Et eodem tempore predicta comittissa ivit ad Montem Baruncionem et multum ibi infirma fuit; et vox currit per terras comittisse, quod esset ibi defuncta, et crediderunt Mantuani et alii sui proceres et milites et custodes, qui custodiebant terram Ripalte de episcopatu Mantue, de morte comittisse et volebant destruere dictum castrum et conburere totum; et dum erant in dicta cogitatione, venit Manfredus episcopus Mantuanus ad predictam urbem Mantue et dixit, quod dimisit eam vivam, et voluerunt interficere predictum episcopum de verbo, quod dixit, quod viva erat; sed tamen timuerunt, quia de nobili genere creatus erat; et funditus destruxerunt supradictum castrum Ripalte et destruxerunt turres dicti castri et conburerunt, et portaverunt lapides dicti castri ad urbem supradictam; et hoc duravit per unum mensem de destructione dicti castri[6]; et predicta domina liberata de predicta infirmitate fuit et venit ad civitatem Mantue et obsedit eam cum gente sua; unde Mantuani multum timuerunt de predicta domina et obsidione dicte civitatis, et venerunt predicti Mantuani ad pedes domine comittisse, ut eis indulgeret[d] et parceret — nec[e] volebat eos audire nec videre propter offensionem, quam ei fecerant — et misericordiam de eis haberet; et miserta fuit eis, et reseraverunt eidem domine predictam civitatem, castra et terras et iuraverunt ei fidelitatem ad voluntatem predicte domine; et predicta iuramenta *et pacta facta fuerunt in terra Bondeni in millesimo centesimo quarto de- **f. 57d.* cimo prope finem mensis Octubris.

a) traseunte *c.* b) q̃ (quam) *c.* c) .pp̃. *c.;* pascha *Donizo.* d) indugeret *c.* e) nec — fecerant *in marg. manu Alberti suppl., lineis rubris cincta, quae signo posito perperam ad hunc locum tracta sunt, post* haberet *(l. 42) potius inserenda.*

1) *Albertus non percepit, quae Donizo II, v.* 1188—1204. *narravit, papam demum a rege captum esse.* 2) *Donizo II, v.* 1210 *sqq. narrat Romanos impetum fecisse in milites regis et victos esse. Multa his versibus narrata Albertus male interpretatus est.* 3) *Minime hunc captum esse Donizo dicit.* 4) *Potius dictos duos episcopos.* 5) *Albertus repetiit inscriptionem capitis II,* 19. *Donizonis.* 6) *Donizo II, v.* 1311 *sqq.:* Per mensem . . . scelus hoc non fit patefactum Infirmae dominae.

Donizo II, app. Et eodem tempore predicta comittissa in infirmitate posita; et cum iaceret infirma [1], venit[a] Ponço sacerdos et abbas Cluniacensis veniente[a] de Roma venit[a] ad predictam dominam et receptus fuit ab ea cum magna reverencia et honore; et celebravit ei missam in nativitate Christi et in nocte eiusdem [2], et erat magnum frigus; et predicta domina surrexit ad dictum officium cum magna devotione et reverentia, quamvis infirma fuisset, et reversa fuit in lectulo suo, postquam celebratum fuit dictum officium; et predictus abbas recepit licentiam recedendi a predicta domina, et donavit eidem abbati dicta domina palia sacrata, vestes, vasa argentea atque crucem sanctam pulcram, gemmis ornatam et operatam, et ipsa confidens suis precibus et orationibus; et hoc fuit in millesimo centesimo quintodecimo in pago Bondeni. Et cum venit tempus quadragesime, predicta domina ieiunare volebat Iesu Christi amore; et dixerunt clerici et sacerdotes et prelati predicte domine, ne ieiunaret pro debilitate et infirmitate sua, sed de rebus suis subveniret et distribueret inter pauperes; et incepit predicta domina pro peccatis suis lacrimas fundere et dedit et donavit ecclesiis suis ornamenta et palia sacrata et vestimenta et vasa aurea et argentea et distribuit in ecclesiis suis in libris et paramentis, nec oblita fuit ecclesiam Canusinam et tradidit eidem monasterio egregiam curtem Filine cum famulis suis; et de eo quod fecit in vita sua de bonis operibus longum esset enarrare. Et predicta domina comittissa egra iacens per septem menses in terra Bondeni, et fecit ibi fabricari unam ecclesiam parvam ad honorem beati Iacobi Çebedei, et facta cito fuit; et dedit eidem ecclesie omnia ornamenta, que neccessaria erant in divino officio, et possessiones eidem ecclesie tradidit; et in ea missam audivit ipsa infirma iacente[a], orabat et Christum deprecabatur, ut eam adiuvaret et auxilium daret. Et vixit sexaginta novem annis in suo honore et defuncta fuit in pago Bondeni in millesimo centesimo quintodecimo anno, indictione octava, et octavo die exeunte Iulio, in vigilia sancti Iacobi Çebedei, et in manibus Boni-senioris episcopi Reg. definivit[a] vitam suam et confessa secum fuit de peccatis suis, et eam comunicavit et dedit ei corpus Christi; et crucem crucifixi accipiens eam[a] in manibus suis et deosculabatur eam ita dicendo: 'Te colui semper, nunc mea crimina terge'.

Accipiens Christi corpus venerabile dixit:
'Semper dum vixi, Deus, hoc scis, spem tibi fixi.
Nunc in fine meo me salvans suscipe, queso!'
Sic orans migrat mox hec sapiens comittissa

*f. 58a. *et sepulta fuit ad monasterium sancti Benedicti quod est inter Padum et Larionem.

Donizonis add. *In marg. f.* 56[b]. *lineis rubris cincta:* Anno [3] MX.[b] huius episcopi temporibus purgavimus interius et exterius ecclesiam illam de Gurgo ex spinis et vepribus. Post hec idem episcopus Heribertus pergere volens in Sciciliam per proficuum et honorem Regine ecclesie, quia pura amicitia Canusinam ecclesiam diligebat, mutuo ab ea accepit preciosam planetam de purpura sanguinea et pulcro aurifrixio cum decenti lineo indumento[c], et spondens vera fide et certa promissione, si a Scicilia reverteretur, quod de melioribus capellis sui episcopatus subiugaret ecclesie Canusine; si perderet dictam planetam et indumentum[d], de bonis Regine ecclesie[e]; et valebat predicta planeta cum predicto indumento XXX libr. Deinde post concordiam pape Pascalis cum imperatore et post mortem comittisse Matildis mandavit Canusina ecclesia pape[f] censum V annorum, petens firmitatem omnium ecclesiarum suarum et illam libertatem, quam a tempore primi imperatoris Ottonis Romana ecclesia sibi conscripserat, ita videlicet, ut nemo episcoporum umquam in aliquo sibi dominaretur, ut Gregorius papa VII, qui eam in proprietatem sancti Petri a comittissa susceperat, omni anno reddendo censum XX solidorum, sic suo apostolicali privilegio eam corroboraret atque muniret; quod et fecit sanctissimus papa, perpetuo anathemate subdens et alienans a corpore et sanguine Christi,

a) *sic c.* b) MXC. *potius.* c) *quaedam omissa sunt hoc loco, quorum nonnulla verba infra l.* 41. *posita.* d) indumenta *corr.* indumentum *c.* e) *multis verbis omissis corruptus est hic locus.* f) .pp̃. *c.*

1) *Potius, cum comitissa nocte Ian.* 1/2. *Ponzonis abbatis canentis vigilias audiret, eam perfriguisse et in morbum incidisse narrat Donizo.* 2) *Immo diebus Ian.* 2. *et Ian.* 6. *comitissam Ponzonis missas audivisse Donizo narrat. Vide notam praecedentem.* 3) *Ex codice Canusino Donizonis haec notitia edita est SS. XII, p.* 385 *sq., n.* 14.

quicumque in[a] illud[b], quod iuris sancti Appollonii est, abstulerit[c], et qui fractor eius privilegii inventus fuerit. *Donizonis add.*

In marg. f. 56[b]. *lineis rubris cincta* (Anno Longobardia the *in loco raso*): Anno[1] Domini MLXXXII°. Comittissa Matildis cum episcopo Anselmo, qui et vicarius erat pape Gregorii VII. in illis diebus in Longobardia, thesaurum ecclesie Canussine postulavit abbati Gerardo, qui tunc preerat prefacte ecclesie, ad dirigendum pape pro defensione Romane ecclesie, que illo tempore persecutionem grandem habebat a Guiberto heresiarcha, et predictus abbas tradidit ei thesaurum predicte ecclesie, et pro restauratione predicti thesauri supradictus vicarius dedit eidem abbati duas capellas, unam in Filina et aliam in Casula subposuit ecclesie Canusine. Postea episcopus Heribertus catholice Romanam ecclesiam diligens, factum supradicti Anselmi episcopi diligens, consecravit ecclesiam Canusinam et tradidit eidem episcopo pro dicto monasterio et amore predicte comitisse duas alias capellas, scilicet unam in villa Platiole[d] et aliam in villa Fani[e]. *ib.*

CLXVI.[f] Calistus papa secundus.

Calistus papa secundus. Cepit anno Domini MCXVIIII, sedit an. V, men. X, di. XXIX[g], imperante Henrico. *Ioh. de Deo.* Calistus secundus, filius comitis Lingisce, nobilis genere et nobilior bonitate, Romam veniens intrusum, scilicet Brundium, cepit et pro palafredo posuit eum transversum in camelo, et pro freno caudam tenuit et pro pileo[h] pilosam pellem, et in Cavese retrusit monasterium, ubi vitam finivit; et tunc imperator ad pacem rediit.

In marg. superiore f. 58[r]: Eodem[2] anno rex Ierusalem Antiochiam ivit et Turchis viriliter obstitit prope Caliptum, et remisit omnem exactionem omnibus in[i] Saracenis Ierusalem causa vendendi triticum et ordeum et legumina ingressuris[k]. 1119. *Fulcher. III, 8 9.* Eodem anno fuit in Ytalia inter Cremonenses et Parmenses clades bellica, qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glara[l] conflixerunt, tempore Calixti pape, in anno MCXX. *Sic. p.* 163.

In marg. f. 58[a]. *lineis rubris cincta:* Eodem tempore facta fuit pax inter Reginos et imperatorem Henricum sextum apud Viterbium XIIII. Kal. Novemb., indictione XI, sub MCXXIII[m.][3]. 1193. *Oct.* 19.

CLXVII.[f] Honorius papa secundus.

Honorius papa secundus. Cepit anno Domini MCXXIIII, sedit an. VI, men. I, di. XXVIII, imperante Henrico, post Lothario, qui imperavit an. XII. *Ioh. de Deo.* His temporibus pridie Kal. Decembr. fluvius Tyberim[n] nimium crevit et ultra modum proprium alveum excessit, ita demum, quod aqua prope sancti Laurencii in Lucinam[o] ecclesiam venit[4].

In marg. f. 58[a]: Eodem anno in Ytalia civitas Cumana capta est a Mediolanensibus in Augusto, tempore Honorii pape, in MCXXVI[5]. *Sic. p.* 163.

In marg. f. 58[b]: In MCXXVI. Eridanus, id est Padus, gelavit, ita quod homines transsibant super glaciem cum caris et equitibus[n], tempore Honorii pape secundi. *ib.*

a) vi *cod. Canus.* b) *sequitur* faceret (?) *expunct. c.;* scienter *cod. Canus.* c) abstul *legi nequit in c.* d) tiole *certo legi nequit in c.* e) Fani *certo legi nequit in c.* f) *numerus in loco raso.* g) viginti octo *Ioh.* h) püeo *c.* i) *sic h. l. c. et Cron. imp., quod delendum est.* k) ingressurus *c. h. l. et Cron. imp.* l) glarea *Sic. et Cron. imp.* m) *lege* MCXCIII. n) *sic c.* o) *sic* (lucinā) *c.*

1) *Haec notitia ex codice Canusino Donizonis edita est SS. XII, p.* 385, *n.* 14. 2) *Sequens additamentum in Cron. imp. cap. CXXVII. repetitum est, ubi plura vide adnotata.* 3) *Wirzeburgi (non apud Viterbium) dato diplomate a.* 1193. *Oct.* 19. *Heinricus VI. civitatem Reginam rebellem in gratiam recepit; Toeche, 'Jahrb. Heinrich VI.' p.* 665, *nr.* 252; *St. nr.* 4835, *in quo diplomate etiam indictio XI. pro XII. Apparet Albertum non ipsum hoc diploma legisse, sed notam ex illo scriptam invenisse.* 4) *Quod Cron. Tiburt. et Basil., supra p.* 261. 292, *de inundatione Tiberis fluvii post a.* 1147. *tradunt, non ad hanc inundationem pertinere videtur.* 5) *Hoc et sequens additamentum recurrunt in Cron. imp. cap. CXXXIIII, sed ibi non mutata sunt verba Sicardi ut in additamento sequente.*

CLXVIII.[a] Innocentius papa secundus.

Ioh. de Deo. Innocentius papa secundus. Cepit an[no] Domini MCXXX, sedit an. XIII, men. VI, di. VIII, imperante Lothario, post Corado, qui imperavit an. XIII, antipapa Petro Petri-Leonis. Innocentius secundus primo fugatus est propter P[etrum] heresiarcham, qui postea Romam adiit cum Lothario rege Francorum, et optinuit et eundem coronavit; cuius auctoritate[b] ecclesia Conpostelana, scilicet Iacobensis, metropolitana facta est et loco civitatis Meree[c]; nam primo Bracharesi[d] subiacebat, pro qua Colimbria data est. Hic fortis, hic bellicosus fuit et multos subiugavit, et clericis privilegium[e] dedit, quod, quisquis eos percusserit, Romam veniat absolvendus in propria persona, primo lesis de iniuriis *Iac. de Var.* satisfacto. Eodem tempore Lotharius successit Henrico. Cuius tempore mulier quedam in Albania monstra[f] bisgemini corporis enixa est, aversis vultibus et corporibus sibi coherens. Ante quidem effigies erat hominis[g] integro[h] corporis menbrorumque ordine distincta, retro vero facies canis, corporis[i], menbrorum proprietate integra. Eodem tempore Ugo de Sancto Victore excellentissimus et in scientia summus et religione devotus obiit. De quo refert[k], quod, cum in infirmitate ultima laboraret et nullum cibum retinere posset, corpus tamen dominicum sibi dari cum multa instancia postulabat. Tunc omnes fratres eius turbationem sedare volentes simplicem hostiam instar corporis dominici sibi detulerunt. Quod per spiritum recognoscens ait: 'Misereatur vestri Dominus, fratres! Cur me deludere voluistis? Iste enim non est filius Dei, quem deportastis'. Mox illi stupefacti **f. 58b.* cucurerunt et sibi corpus dominicum detulerunt. Sed ille videns, quod recipere *non valebat, elevatis in celum manibus sic oravit et dixit: 'Ascendat filius ad patrem, et spiritus ad Deum, qui fecit illum'; et corpus ibidem disparuit. Et in hec verba spiritum exalavit.

In marg. f. 58b. manu Alberti scripta, lineis rubris cincta: Eodem tempore fuit Adhe-
1140. berius[1] episcopus Reginus, et omnes ecclesie[m], que sunt monasterii sancti Benedicti supra Paudum, et ecclesiam sancte Marie de Vilolis cum omnibus decimis et primiciis et omnes ecclesie[m], que sunt sub dicto monasterio[1], sub MCXL[n].

CLXVIIII.[a] Celestinus papa secundus.

Ioh. de Deo. Celestinus papa secundus, natione Tuschus. Cepit an[no] Domini MCXLIII, sedit men. V, di. XIIII, imperante Conrado. Celestinus secundus manu armata Capitolium ascendit.

CLXX.[a] Eugenius papa tercius[2].

ib. Eugenius papa tercius, natione Tuschus. Cepit an[no] Domini MCXLV, sedit an. VIII, men. IIII, di. XXI, imperante Conrado. Eugenius tercius, prius[n] abbas Sancti Anastasii, et propter Ro- *Iac. de Var.* manos fugit, et postea honorifice receptus est. Eugenius supradictus, abbas Sancti Anastasii, papa constituitur. Qui ab Urbe expulsus, eo quod sequetores[o] alium creaverunt, Galias venit et Bernardum ante[p] misit, qui viam Domini predicabat et multa miracula faciebat. Gilibertus Porectanus florebat.

a) *numerus in loco raso.* b) auct. *c.* c) Merech *Ioh.* d) *sic c.* e) puit *c.* f) monstrum *Iac.* g) *sequitur* erat *expunct. in c.* h) o *in loco raso.* i) *supple* et. k) referunt *Iac.* l) *sic h. l. c.; cf. supra p.* 360, *l.* 35. m) *sic h. l. c. et in Cron. imp.* n) p9 (= pus *vel* post) *c.* o) senatores *Iac.* p) *supple* se.

1) *In catalogo episcoporum Cronicae imp. cap. CLXXXIX, ubi haec repetita sunt, Albertus addidit:* habuit ab imperatoribus Lothario et Conrado, *sed potius scribere debuisset:* confirmavit monasterio sancti Benedicti. *Haec enim Albertus exscripsit ex tabula Adelberii episcopi data a.* 1140. *medio mense Martio, die quo is episcopus consecratus est, Tacoli, 'Compendio delle dirimazioni de' . . . Tacoli o Memorie istor. della città di Reggio' I, p.* 352 *sq., quam tabulam legit in Libro grosso antiquo f.* 173. 2) *Omissus est Lucius II. papa.*

AD MAIOREM OMNIUM POSTERORUM MEMORIAM RETINENDAM, UT FUTURIS SIT COGNITIO IUSTA POSSE. MEMORIALE OMNIUM POTESTATUM, CONSULUM ET RECTORUM CIVITATIS REGINE ET EORUM, QUE SUIS TEMPORIBUS CONTIGERUNT ET QUE FECERUNT, ET QUO ROMANO DOMINANTE PONTIFICE QUILIBET PREDICTORUM TENUIT POTESTATEM[a].

CLXXI.[b] Anastasius papa quartus.

Anastasius papa quartus. Cepit an[no] Domini MCLIIII[1], sedit an. I, imperante Frederico anno *Ioh. de Deo.* primo[2]. Et iste Fredericus primus destruxit Mediolanum. Eo tempore predicti *Iac. de Var.* Anastasii floruit magister Petrus Lombardus episcopus Parisiensis, qui libros Sentenciarum, glosas Psalterii et epistolarum Pauli utiliter copulavit[c]. Eo tempore tres lune in celo vise sunt et in medio signum crucis habentes, nec multo post visi sunt tres soles.

CLXXII.[b] Domnus Piçus de Manfredis potestas Reg.

Piçus de Manfredis potestas Regii. Eodem tempore fuit sub eodem millesimo. 1154?

CLXXIII.[b] Adrianus papa quartus.

Adrianus papa quartus. Cepit an[no] Domini MCLV[3], sedit an. VI, imperante Frederico, postea *Ioh. de Deo.* ab eo incoronato[d]; et eo anno hospitatus est super flumen Reni[4]; in quo anno de- 1155. struxit Tertonam et Spolitum; et regnavit an. XXXIII.

CLXXIIII.[b] De archidiacono[e] Achilixe.

Archidiaconus Achilex de Taculis Reginus archidiaconus[f] fuit, qui fecit fieri ecclesiam sancti Iacobi Zebedei[g] de Regio et eam bene dotavit de magnis possessionibus et aliis rebus[5]; et mortuus est tercio die Febr., in festo sancti Blasii; *Febr. 3.* sub millesimo centesimo quinquagesimo sexto fuit, quando dictam ecclesiam fieri 1156. fecit et eam fundavit.

CLXXV.[b] Alexander papa tercius.

Alexander papa tercius, natione Tuschus. Cepit an[no] Domini MCLX, sedit an. XXII, im- 1159. *Ioh. de Deo.* perante Frederico primo, antipapa Octaviano, *post Guidone de Crema, post Iohanne de Struma[6], **f. 58c.* imperante Frederico, et foverunt [scisma[h]] XVIII[7] annis; et idem imperator diruit ecclesiam sancti Petri, et ideo nutu divino fere omnes perdidit suos; et tunc Alexandria fundata est a papa Alexandro. Eo tempore fuit sanctus Ymenus[i] et sanctus Libaldus[k] confessores, qui multis virtutibus claruerunt; tunc temporis imperator cum papa rediit ad pacem. Hoc tempore celebratum est concilium Lateranense, 1179. in quo multa iura condita sunt et alia renovata, que canones appellamus; quibus sufficienter cautum est de electionibus, extra e.: *Licet*[8]; scilicet quod legittimi[l] et minores non eligantur ad aliquas

a) *sic et supra p.* 361. *in indice cap.; i. e.* potestariam. b) *numerus in loco raso.* c) *sic c.; in indice supra p.* 361. ꝯpulavit; compilavit *Iac.* d) coronato *index cap. ut Ioh. de Deo.* e) ardiac. *corr.* archidiac. *c.* f) *sic iterum h. l. et in indice cap.* g) *sic index cap.;* zebedi *h. l. c.* h) scisma *suppl. ex indice cap. et Ioh. de Deo; om. h. l. c.* i) *lege* Ymerius. k) *lege* Ubaldus. l) *sic c.; lege* illegittimi.

1) MCLIII. *Ioh. de Deo.* 2) anno primo *ad sequentia tracta sunt in indice capitum supra p.* 361. 3) MCLIIII. *Ioh. de Deo.* 4) *Medio fere mense Maio (*13—15*), scilicet Fridericus imperator. De hoc loco et aliis sequentibus ex Annalibus brevibus Bononiensibus exscriptis vide 'Nachrichten d. k. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 298 *sq.* 5) *Cf. tabula Achilis data a.* 1170; *Tacoli, 'Memorie istor. della città di Reggio' III, p.* 129. 6) de Crema *et* de Struma *habet Sicard. supra p.* 166. *Quod ex altera recensione Cronicae Iohannis de Deo desumptum esse conicere posses. Sed* Cremensis *et* Strumensis *habet etiam Iacobus de Varagine.* 7) XVII annis *Ioh. de Deo. Sed Iac. de Varag.:* Duravit hoc scisma annis XVIII; *cf. infra cap. CLXXVIII.* 8) *Hoc est primum caput concilii Lateranensis a.* 1179, *Decr. Gregorii IX. l. I, tit.* 6. *De elect., c.* 6. *Cf. supra p.* 322, *n.* 13.

Ioh. de Deo. dignitates; extra e.: *Cum in cunctis;* et de censibus, ne fiant exactiones indebite; extra *de censibus: Cum apostolus;* et quod beneficia non vacantia non promittantur; extra e. t.: *Nulla*[1]*:* et quod prebende non dividantur; extra e. t.: *Maioribus*, nec permuttentur; et quod pro[a] sacramentis ecclesie peccunia non exigatur; extra e. t.: *Sicut*[2]*;* et quod regulares non audiant leges; extra e. t. c. I[3], neque physicam; et quod patroni non dividant ecclesias; extra e.: *Quoniam*[4], sed si post quatuor menses vaccaverint, iudicio episcopi ordinentur; et quod electio facta a maiori parte valeat; extra e. t.: *Cum in cunctis*[5], nisi fuerit canonica appellatione remota. Et tunc papa posuit
Ps. 90, 13. pedem suum super cervicem imperatoris dicendo: *Super aspidem et basilischum*[b] *ambulabis et conculcabis leonem et draconem.*

CLXXVI.[c] Destructio Mediolani.

1162. Mart. 11. In millesimo centesimo LXII. anno, die XIIII. intrante Marcio[6]. Imperator Fredericus primus destruxit Mediolanum; et destruxit fossa[d] et muros Bononie
Maii 21. eodem anno [in MCLXIII.[e]], die XII. Kal. Iunii[7]. [In[f] anno MCLXIII. obiit
1163. Apr. 5. Albertus Reginus episcopus die V⁰ intrante mense Aprilis[8]].

CLXXVII.[g] De rehedificatione civitatis Mediolani et edificatione civitatis Alexandrie.

1167. Apr. 23. In millesimo CLXVII. exeunte mense Aprilis[h] die octavo[9]. Rehedificata fuit
1168. civitas Mediolani; et eodem anno edificata fuit et fundata fuit civitas Alexandrie per papam Alexandrum tercium[10].

CLXXVIII.[i] De destructione Creme.

1160. Ian. 25. In millesimo centesimo LXVIII⁰[11] anno, VIII. Kal. Febr. Idem imperator
Iac. de Var. Fredericus destruxit Cremam. Quando supradictus papa Alexander canonice fuit electus; et scisma duravit XVIII annis, ut superius dictum est[12]. Infra quod tempus Theotonici, qui apud Tusculanam pro imperatore Frederico morabantur, Rome[k] apud Montem Portum invadunt, et tot a nona usque ad vesperas occiderunt, ut numquam ex Romanis tot milia sint occisa, licet tempore Anibalis
*f. 58d. tot occisi sint, ut tres cophinos annullorum, quos de digittis *procerum occisorum id est[l] Anibalis extrahi fecit, et Cartaginem destinavit. Quorum multo[m] apud Sanctum Stephanum sepulti sunt, et habent hoc epythafium:

Mille decem decies et sex decies quoque seni.

a) pro *Alberti manu superscr.* b) basilichum *c.* c) XXVI *in loco raso.* d) *sic h. l. c. et in indice cap.* e) in MCCLXIII. *(sic!) superscr. manu Alberti.* f) *uncis inclusa manu Alberti in marg. suppl., lineis rubris cincta.* g) *numerus* XXVII *in loco raso.* h) ap̄t *c.* i) *numerus in loco raso.* k) *sic c. h. l. et in Cron. imp.;* Romanos *Iac.* l) *sic* (.i.) *c.;* idem id est *Cron. imp.;* ibidem (*al.* idem) Hannibal *Iac.* m) *sic c.;* multi *Iac. et Cron. imp.*

1) *Ibid. l. III, tit.* 8. *De conc. praeb., c.* 2. *Cf. supra p.* 323, *n.* 3. 2) *Ibid. l. V, tit.* 3. *De simonia, c.* 39. *Quae decretalis est concilii Lateranensis a.* 1215. 3) *Cf. supra p.* 323, *n.* 6. 4) *Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 38. *De iure patr., c.* 3. 5) *Est caput iam supra l.* 1. *laudatum, in quo non leguntur, quae hoc loco Iohannes dicit. Cf. supra p.* 323, *n.* 1. 6) *Mense Martio exeunte potius.* 7) *Quod a.* 1162. *mense Iulio vel Iunio exeunte factum est. Cf. Acerbus Morena, SS. XVIII, p.* 639; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 243, *ad a.* 1163; *'Nachrichten d. k. Ges. d. Wiss. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 299. 8) *Cf. Necr. canonicorum S. Iohannis in Monte Bonon., (Sarti), De claris archigymn. Bonon. profess. I,* 2, *p.* 198: Non. Apr. Ob. Albericus Reginus episcopus, qui fuit prior noster, vivat in Christo! MCLXIII. 9) *Die Apr.* 27. *potius. Cf. Gesta Fed. in Lomb. p.* 61; *W. v. Giesebrecht, 'DKZ.' VI, p.* 475. 10) per — tercium *ipse Alb. Mil. falso addidisse videtur. Cf. supra cap. CLXXV, p.* 447, *l.* 29. 11) *Hic falsus anni numerus exortus esse videtur ex eo, quod in libro hoc loco exscripto scriptum esset:* MCLX. VIII⁰ Kal. Febr. *Sed demum Ian.* 26. *Cremenses se dediderunt, Ian.* 27. *civitas destructa est.* 12) *Cap. CLXXV. Sequentia in Cron. imp. cap. CLI. repetita sunt.*

Eodem tempore imperator Fredericus, dum Terram Sanctam visitasset, et in flumine quodam lavaretur, ibidem negatus[a] periit; ut alii asserunt, equo suo inpingente in aquam cecidit ibique interiit. *Iac. de Var.*

CLXXVIIII.[b] De domno Gerardo de Carpineto et aliis infra scriptis, qui iuraverunt esse cives[c] comunis Reg.

In[1] millesimo centesimo LXVIIII° anno, indictione secunda, de mense Iunii. 1169. *Iun.* *Lib. gross.* Domnus Gerardus de Carpineto, Ubertus Baysii, Guidoctus Baysii, Albertus Ugolinus et Raimundus Pegoloti, Gerardus Rangonus, Manfredinus Piçonis, Robertus Filiorum[2], Rodulfus Pançani iuraverunt esse cives civitatis Reg. et habitatores per duos menses anni et per guerram quatuor menses. In presentia domni Albriconis Regin. episcopi et consulum civitatis Reg., scilicet Prepositi de Sesso, Eleaçarii, Guiçoli[d] et aliorum, Alberti Roberti, Ugonis Sissi, Normanni, Parisii Cambiatoris, Vaccarii, Guidonis Ubaldi, Mutti Gracia-dei[e], ut in registro comunis Regii continetur.

CLXXX.[f] De morte sancti Thome archiepiscopi.

In anno millesimo CLXXI° et predicti imperatoris Frederici et predicti pape 1170. Alexandri[g]. Mortuus et flagellatus fuit beatus Thomax martyr, archiepiscopus Cantuariensis, in provincia Anglie ante altare in festivitate Innocentum a militibus *Dec. 28.* regis Anglie; et multa miracula per eum Deus fecit.

CLXXXI.[h] De militibus Lombardie, qui equitaverunt in servicio predicti imperatoris.

In millesimo centesimo LXXIIII. anno. Milites Lombardie equitaverunt in 1175. *(Mart. Apr.)* servicio imperatoris Frederici primi[3] Placentiam et Tortonam[4], et tempore supradicti pape.

CLXXXII.[f] De bello inter Lombardos et imperatorem Fredericum.

In millesimo centesimo LXXVII°, tempore supradicti imperatoris Frederici fuit 1176. bellum magnum inter Lombardos et predictum imperatorem; et fuit mignochus[5]. 1177.

CLXXXIII.[i] De pestilencia famis.

In millesimo centesimo LXXVIII° fuit fames valida super omnem terram[6]. 1178.

CLXXXIIII.[k] De celebratione concilii pape Alexandri.

In millesimo centesimo LXXVIIII° Alexander papa celebravit concilium 1179. Lateranense, in quo multa iura condita sunt et alia renovata, que canones appellamus[7]. *Ioh. de Deo.*

a) *sic c.;* necatus *Iac.* b) XXVIIII *in loco raso?* c) cives *in marg. manu Alberti suppl.* d) *radendo et rescribendo manu recenti corr.* Tacoli. e) grādi *tabula, sed f.* 70. *Libri grossi* grā d'i. f) XX *in loco raso.* g) *supple* tempore. h) XXI *in loco raso.* i) XXXIII *in loco raso.* k) XXXIIII *in loco raso.*

1) *Sequentia excerpta sunt ex tabula Libri grossi Regini f.* 67. 67', *quam edidit Tacoli, 'Compendio delle dirimazioni de' . . . Tacoli o Memorie istor. della città di Reggio' I, p.* 301. 2) Manfredi *scilicet.* 3) *Contra Fridericum imperatorem potius Alexandriam obsidentem.* 4) Iuxta Terdonam *eos tunc castra metatos esse dicit Boso, Duchesne, Liber pont. II, p.* 428. 5) *Cf. Not. Parm. a.* 1178, *SS. XVIII, p.* 664: fuit tempus carum, quod dicebatur malum mignochi; *de eadem re cap. CLXXXIII. ad a.* 1178. *refertur; Ann. Brix., ib. p.* 814; *'Cron. di Bologna', Muratori, SS. XVIII, col.* 244. 6) *Cf. Ann. Mediol. min., SS. XVIII, p.* 396. 7) *Eadem verba vide cap. CLXXV.*

CLXXXV.[a] Lutius papa tercius.

Ioh. de Deo. 1181. 1185. **f. 59a.* Lutius papa tercius, natione Tuschus. Cepit an[no] Domini MCLXXII[1], sedit an. I, imperante Frederico[b]; et obiit predictus papa Verone. Eodem tempore Iohannes antipapa *sedit an. IIII.

CLXXXVI.[c] De pace facta inter Lombardos et imperatorem Fredericum.

1183. *Iun. 25.* *Febr. 25.* In millesimo centesimo LXXXII. facta fuit pax inter Lombardos et imperatorem Fredericum apud Constantium[d] in sollempni curia VII. Kal. Iulii[2]. Et eo anno Regini habuerunt victoriam de marchione Moroello die quarto exeunte Febr.[3] Et episcopus Albriconus erat potestas Regi[d].

CLXXXVII.[c] De ossidione[e] Faentie et reedificatione Creme, et[f] alia que facta fuerunt.

1185. *(Iun.)* *(Maio).* *(Apr. 1).* In millesimo CLXXXV[g], tempore predicti imperatoris Frederici obsessa fuit civitas Faentie a Bertoldo cancellario[4] imperatoris Frederici[5]. Et domnus Prendi-parte potestas Bononie[h] misit milites ad imperatorem Fredericum apud Cremam eodem anno[6]. Et eodem anno rehedificata fuit Crema, et imperator Fredericus intravit Bononiam[7].

CLXXXVIII.[c] De introitu regis Henrici in Lombardiam.

1185. *(Dec.)* In millesimo centesimo LXXXVI[0] anno Henricus filius Frederici imperatoris intravit in Lombardiam.*

1186. *Oct.* *) *In marg. col. 59b. manu Alberti post add.:* Anno[8] Domini MCLXXXVI. de mense Octubris edificata fuit ecclesia sancti Nicolai de Regio per abbatissam Felicitatem de monasterio de Fontanelis; et datum fuit casamentum dicte ecclesie per domnum Petrum Montannum[i]; [k]medietatem dicti casamenti pro ecclesia fundanda et facienda pro anima sua, et aliam medietatem habuit[l] contracambium dictus domnus Petrus a dicta abbatissa, presente episcopo Albricono Regino, cui debet fieri presentatio[m] pro domina abbatissa, et redit[n] censum.

CLXXXVIIII.[c] Urbanus papa tercius.

1185. 1187. Urbanus papa tercius, natione Mediolanensis. Cepit an[no] Domini MCLXXXVII, sedit an. I, men. X[9]; obiit in civitate Ferarie. Et eodem tempore facta est captio et interfectio Christianorum ab exercitu Saladini, et mortui fuerunt fere

a) XXXV *in loco raso.* b) Fred. *alio atram. Alberti manu superscr.* c) *numerus e corr.* d) *sic c.* e) obsidione *index cap.* f) et *superscr. c.* g) ā (anno) *post superscr. c.* h) bon *c.* i) montānu *c.* (= montarnum?); Montonum *Cron. imp.* k) *supple ex Cron.:* et designavit. l) *supple ex Cron.* per. m) psento *c.* n) *sic c.*

1) MLXXXII. *Ioh. de Deo.* 2) *Haec ex diplomate imperatoris, quod est in Libro grosso antiquo Regino, LL. Const. I, p.* 408—418, *nr.* 293. 3) *A.* 1183. *hoc factum esse in Cron. imp. cap. CLXXXIX. traditur. A.* 1182. *Apr.* 1. *Reginos a Parmensibus et marchione Muruello Malaspina victos esse referunt Ann. Parm., SS. XVIII, p.* 665. 4) *Legato potius, non cancellario, de Künsberg; cf. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- u. Rechtsgesch. Ital.' II, p.* 143 *sq.* 5) *Cf. Tolosanus c.* 97, *ed. Borsieri p.* 665 *sqq.; Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col.* 1091. 6) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. p.* 12. 7) *Die Apr.* 1; *'Cron. di Bologna', Matth. de Griffonibus, Muratori, SS. XVIII, col.* 245. 107. 8) *Eadem habet Cron. imp. Reg. cap. CLXIII, paucis verbis differentibus; ex quo menda quaedam huius loci corrigi possunt.* 9) *Cf. supra p.* 322, *n.* 12.

omnes Christiani; et captum fuit sepulcrum a Saladinis[a] eodem anno quinto Kal. 1187. *Iun.* 28.
Iulii[1]. [Eodem[b] anno obiit Albrigonus episcopus Reginus[2] die quarto exeunte Aug.] *Aug.* 28.

CLXXX.[c] Gregorius papa VIII[us].

Gregorius papa VIII[us], natione Beneventanus. Cepit an[no] Domini MCLXXXVIII[d], 1187. *Ioh. de Deo.*
sedit men. duobus; obiit Pisis.

CLXXXI.[c] De promisione[e], quam fecit domnus Iacobus[f] de Mandra comuni Reg., et de[g] scola tenenda.

In millesimo centesimo LXXXVIII, indictione VI. Domnus Obertus Vice- 1188.
comes potestas Reg. Domnus Iacobus de Mandra promisit potestati vice et nomine *Lib. gross.*
comunis, iuravit[h] reddere LX lib. imper., quos[i] domnus Obertus[k] accomodaverat; et
domnus Iacobus de Mandra promisit dare terram et esse civis comunis Reg. et tenere
scolam in civitate Regii; et fuit quatuordecimo[a] die Aug.[3], ut in registro comunis *Aug.* 14.
continetur. Et eodem anno domnus Gerardus de Moçadela iuravit[l] precepta
eiusdem potestatis et comunis Reg. et esse civis civitatis Regii, ut in registro
comunis continetur[4].

CLXXXII.[c] De promisione[m], quam fecit domnus Atto de Dallo cum aliis de Dallo.

Item sub eodem millesimo et eadem indictione et eodem anno. Tempore supradicti *Lib. gross.*
domni Oberti potestatis Reg. domnus Atto de Dallo iuravit[l] precepta potestatis et *(Apr. 8).*
comunis Reg. et promisit stare et habitare et esse civis civitatis Reg. et stare per *duos **f.* 59[b].
menses et salvare et guardare res et homines districtus Regii et eos adiuvare in om-
nibus suis negociis; et omnes alii domini de Dallo iuraverunt obedire preceptis comunis
Reg., consulibus civitatis Regii[5], in presentia domni Petri episcopi Regii et domni Gerardi
de Robertis et Roberti de Robertis et Guidonis de Canusio et Iacobini notarii[n], sub
eodem millesimo, die XII. exeunte mense Septemb.; et hoc fuit in ecclesia maiori, ut 1200. *Sept.* 19.
in registro comunis Reg. continetur.

CLXXXIII.[c] De incoronatione imperatoris Henrici.

Item sub eodem millesimo et eadem indictione et eodem anno et tempore supra- 1191.
dicti domni Oberti Vicecomes[a] de Placentia, potestatis[o] Reg., imperator Henricus,
filius condam Frederici primi imperatoris, incoronatus fuit a papa Celestino de
mense Madii[6]. Et eo anno fuit facta moneta Bononie[7]; et regnavit VIIII an.
et men. V.

a) *sic c.* b) *uncis inclusa manu Alb. in marg. suppleta, lineis rubris cincta.* c) *numerus e corr.* d) MCLXXXVIIII. *Ioh. de Deo.* e) *sic h. l. c. et index cap.* f) Iac. *in loco raso.* g) de *superscr. Alberti manu.* h) iur *c.;* et iuravit *tabula.* i) *sic c.;* quas *tabula.* k) *supple* ei. l) iur̄ *c.* m) *sic c.;* promissione *index cap.* n) not *c.* o) pot *c.*

1) *Quod potius Oct.* 2. *a.* 1187. *factum est. Die Iul.* 4. *Christiani apud Hattin devicti sunt, sancta cruce capta.* 2) *Cf. Cron. imp. Reg. cap. CLXXXIX. (infra).* 3) *Haec ex tabula Libri grossi f.* 77′. 78. *excerpta sunt, ex qua et* In milles. — potestas Reg. 4) *In Libro grosso non inveni tabulam, ex qua haec excerpta sint.* 5) *Tabulam, ex qua Albertus haec excerpsit, datam a.* 1188. *Apr.* 8, *edidit Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' III, Cod. dipl. p.* 108 *sqq., nr.* 559, *quae exstat in Libro grosso f.* 54′—55′. *Cum his Albertus male coniunxit quae sequuntur, quae excerpsit ex tabula in Libro grosso f.* 56. *sequente, data a.* 1200. *Sept.* 19, *quam edidit Tacoli III, p.* 735, *qua illi de Tancredino aliique idem iuraverunt quod illi de Dallo.* 6) *Immo a.* 1191. *Apr.* 14. 7) *Cf. 'Cron. di Bologna' l. l. col.* 246; *Ann. Caesen. l. l. col.* 1109; *Stumpf nr.* 4674.

CLXXXXIIII.[a] Celestinus papa tercius[1].

1191. *Ioh. de Deo.* Celestinus papa tercius, natione Romanus. Cepit an[no] Domini MCLXXXXII. sedit an. VIIII; et Tusculanam civitatem ab imperatore recepit et Romanis dedit, qui eam destruxerunt et multos excecaverunt; sub quo rex Anglie et Francie iverunt ultra mare et partem Terre Sancte liberaverunt; et liberassent totam, si pax fuisset inter eos. Tunc temporis fuit abbas Ioachim, qui spiritum prophetandi habuit, qui librum de trinitate conposuit et misit eum Romam emendandum; et licet male sensisset, tamen dampnatus non fuit nec eius monasterium; [b]per Innocentium tercium in concilio *Iac. de Var.* generali dampnatus est. Et eodem tempore predicti imperatoris Henrici tante pluvie cum tonitruis et fulminibus et tempestatibus facta sunt, quanta nulla memorat[2] hominum antiquitas; lapides vero ad quantitatem ovorum quadranguli cum pluvia de celo cadentes arbores et vineas et segetes destruxerunt et multos homines occiderunt. Corvi quoque et quam plures aves per aera in hac tempestate volantes visi sunt carbones vivos in rostro portare et domos incendere. Circa Romanam ecclesiam semper[c] Henricus exercuit, et ideo eo mortuo Innocentius tercius, ne frater eius Phylipus promoveretur, se opposuit et Ottoni filio ducis Saxonie adhesit, et eum Aquisgrani in regem Alamanie coronari fecit. Eo tempore, dum plures barones Francie pro liberatione Terre Sancte ultra mare pergerent, Constantinopolim ceperunt.

CLXXXXV.[d] De obitu imperatoris Henrici et de electione Phylipi fratris dicti Henrici et de discordia, quam habuit cum Ottone rege.

**f. 59c.* 1197 8. *In MCLXXXXVIII. anno, indictione prima, fuit domnus Baylardinus de
1197. Carceris de Verona potestas Regii[3]. Eodem tempore obiit imperator Henricus,
Sept. 29. filius Frederici primi imperatoris, in festivitate[e, 4] sancti Michaelis in regno Sycilie;
1198. et eo anno iverunt Bononienses Cesenam contra Marcoildum[5]; et post mortem Henrici dicti Filipus frater dicti Henrici factus est rex, et stetit in discordia cum
1208. Ottone filio ducis Saxonie[f], et mortuus est gladio.

Lib. gross. 1198. *Mart.* 31. Eodem anno et millesimo et eadem indictione, die ultimo[g] Marcii domni Manfredus Piçi, Albertus de Borçano, Açolinus Guidocti, Guilielmus filius Guidocti Domine-Navilie, Bernardus Roberti dederunt domno Baylardino potestati Reg. vice et nomine comunis Reg. oppidum Quarantule cum curte, ei ad offensionem et defensionem contra omnes personas et terras et gentes, et suos homines ibi habitantes in dicta terra et districtus[h]; et iuraverunt et promiserunt esse cives Reg. et perpetuo subiacere civitati[i] Reg. in omnibus suis negociis[6], ut in registro comunis continetur.

1197. *Nov.* [Eodem[k] tempore et anno[7] de mense Novemb. et tempore domni Baylardini potestatis Reg. iuraverunt homines sive castellani de Paderno et castellani de Gipso Crustunei et de Paule et de Palude et de Leçulo et de Serçano et de Miliaria et de Laguia et de Filina et de Campigiola iuraverunt precepta potestatis et comunis Reg., ut in registro comunis continetur].

a) *numerus in loco raso.* b) *supple ex Ioh. de Deo:* sed tantum liber. c) *supple ex Iac.* tyrannidem, *quod Sal. f.* 214[b]. *habet.* d) XXV *in loco raso.* e) festiuita, te *Alberti manu superscr. c.* f) sāxonie *c.* g) ultim̄ *c.* h) *sic c.* i) ciuit̄ *c.* k) *uncis inclusa manu Alberti in marg. col.* 59[c]. *suppl., lineis rubris cincta.*

1) *Omissus est Clemens III. papa.* 2) memorat *habet Vinc. Mem. temp., SS. XXIV, p.* 158, *ex quo Iac. haec exscripsit; sed ipse Iac., ib. p.* 171: meminit. 3) *Iam a.* 1197. *Nov. hic potestas fuit. Cf. infra n.* 7. 4) *Vigilia potius (Sept.* 28*) a.* 1197. 5) *Cf. Tolosanus c.* 116, *ed. Borsieri p.* 679 *sq.; 'Cron. di Bologna' l. l. col.* 247*; Ann. Caesen. l. l. col.* 1109 *sq.; Winkelmann, 'Philipp' p.* 107. 6) *Haec ex tabula, quae exstat f.* 15. 15'. *et iterum f.* 80. 80'. *Libri grossi, ex quo exemplari Albertus haec excerpsit. Tabulam edidit Tacoli I, p.* 372 *sq. Ex qua Albertus et supra l.* 19. indict. I. *assumpsit.* 7) *Potius anno* 1197. *Haec excerpta sunt ex tribus tabulis Libri grossi f.* 58—59'.

CLXXXXVI.[a] Innocentius papa tercius.

Innocentius papa tercius. Cepit an[no] Domini MCXCVIII, sedit an. XIX. Iste fuit vir probus *Ioh. de Deo.* et fortis, dicens se habere utrumque gladium, scilicet spiritualem et temporalem; et defendit Fredericum puerum, regem Apulie et Sycilie; et primo[b] consecravit Ottonem et eum postea deposuit et[c] propter eius maliciam et superbiam, et Fredericum pupillum imperatorem fecit, quem filium nominavit ecclesie; et Grecos subiugavit cum Constantinopolitana ecclesia; et hereses et hereticos destruxit cum H. abbate Cistertense[d] et hominibus crucesignatis cum adiutorio regis Francie et comittis Montis-fortis. Eo[e] tempore magnum prelium factum est in Yspania, quando apud Muraldal[d] imperator Saracenorum devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navare, Aragonense, cum adiutorio Portugalensium; de quibus XI milia prima acie mortui fuerunt, et cum adiutorio regi[f] Legionensium. Sanc iste Innocentius fuit iuris professor et totum ius, tam canonicum quam civile, sub compendio emendavit[g] in voluminibus terciarum et quartarum Decretalium. Iste excitavit omnes Christianos ad servicium Terre Sancte. Iste fuit *potens in opere et sermone* in tantum[h], si viveret magis per decennium, totum mundum subiugasset, et tota fieret una fides. Sub isto autem imperator Grecorum et Romanorum amici facti sunt propter unum capud, scilicet Romanum pontificem, *cui serviunt in fide catholica; nam Romanus pontifex habet utrumque gladium, quia tenet locum Dei **f. 59d.* viventis, a quo utraque potestas data est; XXII d., c. I.[1] et XXII, q. I: *Movet te*[2]. His *Iac. de Var.* temporibus ordines Predicatorum et Minorum orti sunt. Innocentius tercius legatos ad Phylipum regem Francorum misit, ut terram Albigensium invaderet et hereticos deleret. Qui omnes capiens concremari fecit. Denique Innocentius Ottonem[i] imperatorem coronavit et, ut iura ecclesie salvaret, ab eo sacramentum exegit. Qui statim ipso die contra iuramentum venit nec non et Romipetas spoliari fecit; unde[k] papa eum excomunicavit et ab imperio deposuit. Ottone deposito Fredericus Henrici filius eligitur et ad honorem imperii[3] coronatur; leges optimas pro libertate ecclesie et contra hereticos edidit. Hic super omnes divicias[l] et gloria habundavit, sed eis superbia abusus fuit. Nam tyrrannidem contra ecclesiam exercuit; duos vinculavit cardinales, prelatos, quos Gregorius nonus[m] ad concilium convocaverat, capi fecit, et ab ipso ideo excomunicatur. Denique Gregorio multis tribulationibus[n] presso et defuncto Innocentius[o] papa quartus, natione Ianuensis, concilium apud Lugdunum convocans ipsum imperatorem deposuit; quo deposito et defuncto sedes imperii usque hodie vacat. Eo tempore fuit sancta Helysabeth, filia regis Ungarie, que fuit uxor lantegravii, que inter alia innumera miracula XVIII[4] mortuos suscitavit et cecum natum illuminavit; de eius[p] corpore usque hodie oleum fluere videtur[q].

CLXXXXVII.[a] De discordia Maçaperlie inter milites et pedites civitatis Reg.

In millesimo CLXXXXVIIII. anno incepta fuit discordia inter milites et 1199. pedites Reg.; et milites vocabantur Scopaçati, et pedites Maçaperlini; et domnus Guido Lambertini de Bononia tunc erat Reg. potestas. Et iverunt Regini cum exercitu suo contra Mediolanenses et Placentinos in servicio Cremonensium et Parmensium[r] apud Burgum Sancti Donini, et fuit prelium inter eos[5]. Et captum *(Maii 19).*

a) *numerus e corr.* b) p̊o *c.* c) et *delendum; deest Ioh. de Deo et Sal.* d) *sic c.* e) eo *cum* e *minusculo c.* f) *sic c.;* regni *Ioh.* g) emē||bauit *c.* h) *supple* quod, *quod et Sal. deest.* i) *seq.* deposuit *expunct. c.* k) unde p. eum exc. *manu Alberti in loco raso.* l) *sic c.;* divitiis *Iac.* m) nonus — hodie vacat *in marg. super. manu Alberti suppl., in columna his tantum exstantibus:* multis tribulationibus presso et defuncto. n) indulationibus *in marg. super., sed vide n.* m. o) Innocent⁹ *c.* p) eo *post Alberti manu corr.* ei⁹ *c.* q) *in marg. huius capitis duo additamenta suppleta erant, quae fere penitus erasa sunt.* r) parm̄ *c.*

1) *Gratiani Decr. l. I, Dist. XXII, c.* 1, *quo de potestate ecclesiae Romanae agitur.* 2) *Gratiani Decr. l. II, C. XXII, q.* 1, *c.* 16. Movet te *nihil quidem hac de re continet, sed de iurando agit, at ideo auctor hoc citasse videtur, quia in glossa Gratiani ad hoc caput versus apostoli affertur:* omnis potestas a Deo est. 3) et ab Honorio coronatur *Iacob.* 4) XVI *habent Iac. de Var. et Vinc. Mem. temp., SS. XXIV, p.* 159, *ex quo Iac. haec descripsit. (Verba Iacobi* id est XVI *desunt SS. XXIV, p.* 171, *sed leguntur in Leg. Aurea ed. Grässe p.* 844*). Cf. Salimbene f.* 222[b. c]. 5) *Cf. Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 24.

1199. est castrum Puliani. [Et[a] eodem anno cepta et murata fuit porta Sancte Crucis pro maiori parte in millesimo CXCVIIII][1].

CLXXXXVIII.[b] De eadem discordia inter milites et pedites dicte civitatis.

1200. In millesimo CC. anno fuit maxima discordia inter Maçaperlinos et Scopaçatos in civitate Reg.; et fuerunt inventi V consules pro comuni: Ugonem Coradi, Arduinum de Sesso et socios; et exiverunt[2] civitatem et stabant per castra Regii; et Iacobus Gayferii regebat Maçaperlinos. Et eo anno captum fuit castrum Vilole et destructum.

CLXXXXVIIII.[b] De victoria, quam habuerunt Regini de Mutinensibus.

1201. In millesimo ducentesimo primo anno. Domnus Buvalellus fuit Reg. potestas;
Sept. 23. et eo anno octavo die exeunte Septemb. devicti, capti et disconficti fuerunt Mutti-
**f.* 60[a]. nenses a Reginis in villa que vocatur Formigina, et *fuerunt infugati a Reginis usque in prato Tentionis; et ceperunt domnum Albertum de Lendenaro[3] potestatem Mutinensium[c] et fere omnes Mutinenses[*, 4].

*) *In marg. columnae* 59[d]. *manu Alberti post add., sed pleraque ita deleta, ut demum textu fratris*
Sal. f. 216[c]. *Sal. collato legi potuerint:* Et in MCC. Eodem[5] anno Romani vel[d] Viterbienses in forti brachio subiugaverunt, personas et opes ad Urbem triumphali gloria transferentes. Et eodem[6] anno cives Constantinopolitani, habentes Alexium tyrannum exosum, quendam Iohannem inprovide coronarunt. Sed ab eisdem in palacio destitutus est; unde et nocte proxima ab Alexii Guarangis occisus est; in quo conflictu puer Ysachii[e] carcere liberatur.

a) *uncis inclusa in marg. manu Alberti suppl., signo hoc loco posito.* b) *numerus e corr.* c) *sic Sal.;* mutin *c.* d) vel *delendum.* e) *supple* filius e *e Sal.*

1) *Hanc inscriptionem portae S. Crucis attulit G. Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' II, p.* 26:

Anno MC. nonagesimo VIIII.
Hoc opus est actum Guidonis tempore factum,
Qui Lambertini cognomen gestat avini.
Hunc hominem cautum tribuit Bononia lautum
Urbi Regine rectorem celibe fide.
Besmantum cepit, Pulganum grandine fregit,
Hanc portam Crucis censemus iubare lucis.

2) *Scil. Maçaperlini. In tabula Libri grossi f.* 56. 56'. *data a.* 1200. *Sept.* 19. *(Tacoli III, p.* 735*), qua nobiles de Dallo iterum fidelitatem iurant communi Regino, legitur:* Societatem Iacobi Gaiferii nec aliquam similem tenebo, bona fide studebo eum capere et filium Ubaldi Turgidi, scilicet Nicholaum, et Bonum-seniorem Pethe Rascudela et Ubaldum de Ordelafi et Somarellum et Iohannem de Argine, et eis captis con[sulibus] vel pot[estati] pro tempore existentibus dabo, nisi reconciliati fuerint hinc ad annum novum per consules, scilicet Actonem de Sisso et socios . . . . . . et quod in breve sequendorum con[sulum] positum est observabo et laudum factum domni Petri episcopi de conpositione inter Reginos facta observabo . . . . . . et bona fide Reginis opem et consilium dabo ad recuperandum Besmantuam *etc. Unde patet partes discordes arbitrio episcopi Regini dato compositas fuisse, sed quosdam partis popularis arbitrium reiecisse et Besmantuam occupasse.* 3) *Veronensem.* 4) *Cf. 'Cron. di Bologna' l. l. col.* 248*; 'Cronache Modenesi di Aless. Tassoni, di Giov. da Bazzano e di Bonif. Morano', 'Monum. di storia patria delle provincie Modenesi' XV, p.* 23*; Ann. Mant., SS. XIX, p.* 20. 5) *Haec habet Sal. ad a.* 1200. 6) *Haec habet Sal. ad a.* 1201.

CC.[a] De obsidione Mutinensium, quam fecerunt cum Veronensibus et Ferariensibus apud castrum Herberie.

In millesimo ducentesimo secundo. Domnus Iacobus Bernardi et domnus 1202.
Gerardus Rolandini de Bononia fuerunt potestates[b] Reg. Et eo anno de mense
Iunii venerunt Mutinenses et Veronenses cum carocio et Ferarienses cum carocio *Iun.*
et exercitibus suis et obsederunt castrum Herberie cum manganis et prederiis, nec
fecerunt aliquod malum castro[1].

De aqua Situle.

Sub eodem M. et eadem indictione V[a], die VI. intrante mense Aug. et eodem anno *Lib. gross. Aug. 6.*
et tempore eiusdem potestatis concessa fuit aqua Situle comune[c] Reg. per arbitros,
scilicet per domnum Guidonem Lupum marchionem, potestatem Parme, et per Guariçonem
de Michara et Aymericum Dodhomi potestatem[2] Cremone[3], ut in registro comunis
continetur.

CCI.[a] De domno Ysaco de Dovaria.

In millesimo ducentesimo tercio anno. Domnus Ysacus de Dovaria de Cre- 1203.
mona fuit potestas Reg.

CCII.[a] De captione Constantinopolim et[d] de coltis et factionibus, quos[e] solvebant et faciebant illi de Gonçaga et Pigognaga[f] comuni Regii.

In millesimo ducentesimo quarto, indictione VII. Idem domnus Ysacus fuit 1204.
confirmatus potestas Reg. Eo[g] anno captum fuit Constantinopolim[h]; et eodem *(Apr. 12).*
anno fuit maxima copia panis et vini: pro XII imper.[i] sest. frumenti, et quatuor
imper.[i] sest. melice et spelte, et VIIII imper.[i] sest. fabe. Et fuit magna mor-
talitas bovum et porcorum; et pascha fuit in sancto Marco. Et eodem anno, die *Apr. 25. Lib. gross.*
tercio exeunte Novemb. Alegrinus et Bocadeseco[k] consules de Pigognaga dederunt Roberto massario *Nov. 28.*
comunis Reg. et nomine comunis centum libr. medianorum pro colta terre Pigognage. Et eodem
anno, sub eodem millesimo et eadem indictione, die VI. intrante Decemb. Petrus[l] filius condam *Dec. 6.*
Alberti Petroni de Gonçaga dedit eidem Roberto massario comunis Reg. nomine et vice dicti comunis
C libr. medianorum pro colta dicte terre[m]. Et eodem anno die XII. Decemb. Domnus Iohannes *Dec. 12.*
Infantum de Campagnola, qui tunc temporis erat potestas Bondeni de Roncoribus, dedit supradicto
massario comunis Reg. vice et nomine dicti comunis XXIIII libr. imper.[i] pro colta dicte terre[4].
Et consules et homines Bondeni Arduini obediebant comuni et[n] civitatis Regii et omnes 1197. *(Nov. 1).*
factiones et dationes eidem civitati[o] faciebant[5], ut in registro comunis continetur.

a) *numerus e corr.* b) pot *c.* c) *sic* (cōe) *c. pro* comuni, *ut Sal. f.* 216[d]. *habet.* d) et *superscr. c.* e) *sic c. h. l. et in indice cap.* f) et Pig. *superscr. c.* g) eo *c.* h) constantinopoł *c.* i) impr *c.* k) Bocadesco *Liber grossus.* l) Petronus *Liber grossus.* m) colte *c. iterum errore Alberti; vide infra l.* 31; pro colta terre Gonçagie *Liber grossus.* n) et *delendum.* o) ciuit *c.*

1) *Cf. 'Cronache Modenesi' l. l.; 'Cron. di Bologna' l. l.* 2) *Cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 181. 3) *Haec male excerpta sunt ex tabula pacis inter Mutinenses et Reginos factae, edita a Muratorio, Antiq. Ital. IV, col.* 383—388, *aliis (Reg. Imp. V, nr.* 12250*), quae exstat in Libro grosso f.* 7—8'. *Cf. 'Nachrichten der k. Ges. der Wissensch. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 293 *sq.* 4) *Haec ex tabulis Libri grossi f.* 133, *quas edidi in 'Nachrichten der k. Gesellschaft d. Wissensch. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 304 *sq.; ex quibus et* indict. VII. *supra l.* 20. 5) *Haec ex duabus tabulis Libri grossi f.* 133—134. *datis a.* 1197. *Nov.* 1, *quae Albertus falso excerptis praecedentium tabularum addidit.*

*f. 60b. *CCIII.[a] De consulibus civitatis Reg. et de castro Carlaxarii.

1205. In millesimo ducentesimo V° anno. Domnus Gualbertus de Liaçaris, Atto. Raymundus de Sesso et socii consules comunis Regii. Hoc anno captum fuit Oct. castrum Carlaxarii[1] de Leto-bellano[b.2] a Reginis de mense Octubris*.

Sal. f. 218a. *) *In marg. manu Alberti post add. lineis rubris cincta:* Eodem anno venerabilis Innocentius papa binos patriarchas ordinavit, Albertum Vercellensem episcopum solo nomine Ierosolimitanum — *facta est* enim *domina gentium* et *vidua*, et *princeps provinciarum posita sub tributo* — et Thomam, Venetum natione, quem Constantinopolitane prefecit ecclesie.

CCIIII.[c] Domnus Guido Lupus potestas Reg.

1206. In millesimo ducentesimo VI° anno. Domnus Guido Lupus potestas Regii*.

Sal. f. 218a. *) *In marg. manu Alberti post add. lineis rubris cincta:* Eodem MCCVI. anno in orientali et occidentali quidem imperio et apud Antiochiam predictis ex causis et inter predictos certamine[d] illustres.

CCV.[e] De consulibus civitatis Regii.

1207. In millesimo ducentesimo VII°. Domnus Canusinus, Albertus de Gipso et socii consules comunis Reg.; et eo anno Aço marchio fuit[f] expulsus de Verona[3], et pro illo facto fuit Verona destructa*.

Sal. f. 218a. *) *In marg. manu Alberti post add.:* Eodem anno MCCVII. marchio Bonifacius in prelio Montisferati occiditur, filios derelinquens Guilielmum in Ytalia et Demetrium apud Thesalonicam successores.

CCVI.[g] De consulibus civitatis Regii et de ossidione[h] Suçarie a Reginis.

1208. In millesimo ducentesimo VIII° anno. Domnus Guido de Regio, Arduynus Oct. de Sesso et socii consules civitatis[i] et comunis Regii. De mense Octubris fuerunt carocii de Parma et de Bononia in servicio Regii ad Suçariam pro asepdio[4] Suçarie, quod fecerunt Mantoani et marchisius de Este et Ferarienses et Mutinenses et Cremonenses et multi alii cum eis circa Suçariam cum manganis et prederiis et aliis instrumentis ad capiendum castrum Suçarie, et omnes fugierunt pro pavore Reginorum et suorum amicorum[5]; et fuit maxima copia panis et vini.

CCVII.[k] Quod imperator Otto coronatus fuit; et eo anno capta fuit Feraria a Salginguerra[l].

1209. In millesimo ducentesimo VIIII°. Domnus Petrus Taurellus de Bononia (Sept. 1). potestas Reg.; et eo anno Otto imperator albergavit super Renum[6] et ad Salva-

a) *numerus e corr.* b) carl. deleto bellano *c.;* de Lecto- (*vel* Letto, Leto) benano *corrigendum esse censet Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 132. *procul dubio recte.* c) CIIII *in loco raso.* d) *sic c.;* certatur *Sal.* e) CV *in loco raso.* f) fuit *bis scr., alterum expunct. c.* g) CVI *in loco raso.* h) obsidione *index cap.* i) ciuit *c.* k) CVII *in loco raso.* l) *sic h. l. c.;* Saginguerra *index cap.*

1) *Olim situm prope Suzzara* (in insula Suzariae); *cf. Tiraboschi, 'Dizionario degli stati Estensi' I, p.* 132. *Quod Mantuani tenuerant, ut coniciendum est.* 2) *De Lettobenano vide Tiraboschi l. l. I, p.* 400: Questo luogo era ne' contorni della Pieve di Suzzara. 3) *Cf. Ann. Veron., SS. XIX, p.* 6. 4) *Est vox Italica* assedio. 5) *Cf. Tolosanus c.* 129, *ed. Borsieri p.* 688; *'Cronache Modenesi' l. l. p.* 26; *Salimbene f.* 218b. *Veronenses in hac obsidione fuisse addit; 'Cron. di Bologna' l. l. col.* 249; *epist. Innocentii III. papae data a.* 1208. *Nov.* 14, *Potthast nr.* 3535, *Tiraboschi, 'Mem. stor. Modenesi' IV, Cod. dipl. p.* 42 *sq., nr.* 672; *cf. ibid. p.* 43, *n.* 1. 6) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 299. 300, *data Sept.* 1.

terram, et fuit coronatus a papa Innocentio die XI. intrante Octub.[1]; et eodem 1209. Oct. 11.
anno Salinguerra cepit Ferariam, quam Aço marchio detinebat, et dictum marchionem (Aug. 6).
de dicta civitate expullit[*, 2].

*) *In marg. manu Alberti post. add.:* Et eodem anno et MCCVIIII. Coronatur[a] Otto predictus contra patrem, coronatorem suum, contra matrem ecclesiam, que eum genuerat, et[b] multis nisibus[c] properat et contra regem Sycilie pupillum, cui preter ecclesiam non erat adiutor, sese confestim armavit; propterea sequenti anno scilicet[d]. *Sal. f.* 218[b].

CCVIII.[e] De consulibus Reg. et de celebratione prime misse in ecclesia sancti Benedicti.

In millesimo ducentesimo decimo anno. Domni Guido de Foliano, Raymundus 1210.
de Baysio et Raymundus de Sesso et socii consules comunis Reg. Et eo[f] X. die
exeunte[g] mense Novemb. obiit domnus Petrus Reginus episcopus[3]; et eo anno *Nov.* 21.
prima[h] missa celebrata fuit in ecclesia sancti Benedicti de Regio in clausura Petri
Boni-secti[i] die XI. intrante Iulio*. *Iul.* 11.

*) *In marg. manu Alberti post add., quae ita evanuere, ut etiam Sal. textu collato difficillime legerentur:* Et eodem anno Innocentius tercius iam dictum imperatorem excomunicavit *Sal. f.* 218[c]. (*Sic. p.* 180).
Ottonem. Ipse nichilominus exercitum, cui Aço Hestensis marchio preerat, in Apuliam misit; posteaque per [Tusch]iam[k] transiens, collecto magno exercitu quedam per dedicionem obtinuit, Viterbio penitus repugnante, Perusio et Urbe-veteri et aliis paucis; deinde properans in Capua hyemavit.

CCVIIII.[l] Quod fera Sancti Mauricii incepta fuit ad pontem Platum; et domnus[m] Nicholaus de Maltraversis factus fuit episcopus Reginus; et Boschum et Sparatam emptum fuit pro comuni.

In millesimo ducentesimo XI[0] anno. Domnus Guido Lambertini *de Bononia 1211. *f. 60[c].
Reg. potestas; et eo anno incepta fuit fera Sancti Mauricii et fuit facta ad pontem
Platum in contrata Sancti Mauricii superius strate; et eo anno domnus Nicolaus
de Maltraversis Reginus episcopus positus fuit in cathedra prima die Iunii. Sub *Iun.* 1.
eodem millesimo et eodem anno et tempore eiusdem potestatis emptum[n] fuit Boscum *Lib. gross.* (*Oct.*)
et Sparatam et Curtem Mantoanam[4] pro comuni Reg. a domnis Alberto de Çesso[o],
Gerardo eius fratre, Iacobo Cambiatore pro se, pro[p] domina Carella, eius uxore, domno
Raymundo de Sesso pro se et domina Ilborga[5], eius uxore, et domno Guidoctino de
Albriconibus pro se et nepotibus suis, scilicet domnus Iacobus[q] Ruçinente et Gabriel

a) *sic c.;* coronatus *Sal.; multa huius additamenti difficillime textu Sal. adhibito legi potuerunt.* b) et *delendum.* c) nisibȝ *in loco raso.* d) *sic desinit additamentum.* e) CVIII *in loco raso.* f) *supple* anno. g) exeūt *c.* h) ꝑa *c.* i) .secti *aut* serti(?) *certo legi nequit;* scilicet *legit Dove falso.* k) Tusch *certo legi nequit in c., fortasse prima littera fuit* e *et scriptum fuit* Emiliam; *certo non scriptum erat* Apuliam, *ut Sal. nunc habet in loco raso ab ipso correctum.* l) CVIIII *in loco raso.* m) dn̄s *manu Alberti superscr.* n) Emptum *c.* o) Gipsso *tabulae.* p) et pro *tabulae.* q) dns iacobȝ *c.*

1) *Potius Oct.* 4; *cf. Winkelmann, 'Otto IV.' p.* 496. 2) *Cf. Tolosanus c.* 132, *p.* 690; *Ann. Ferrar. ad a.* 1208, *SS. XVIII, p.* 663; *Gerard. Mauris. c.* 8, *Muratori, SS. VIII, col.* 18; *'Cron. di Bologna' l. l. col.* 249 *sq.* 3) *Secundum tabulam, quam exscripsit Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' IV, Cod. dipl. p.* 46, *nr.* 679, *iam a.* 1210. *Oct.* 11. *Nicolaus fuit episcopus Reginus, qui Petro successit.* 4) *Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 242: Sotto questo nome e sotto quella della Corte dell' Argine comprendevasi quel tratto di terreno, a cui or corrisponde in gran parte il tratto . . . che comprende le ville di Cadelbosco e dell' Argine e il distretto di Castelnuovo di sotto fin presso Gualtieri. *Ubi p.* 243 *sq. vide etiam de Sparata ibidem sita.* 5) *Agelburga dicitur in tabulis infra p.* 458, *n.* 1. *laudatis.*

Albriconum[1], tempore Innocentii pape et imperatoris Ottonis, ut in registro comunis continetur*.

Sal. f. 218d. *) *In marg. columnae 60b. manu Alberti post add., quae prorsus fere evanuere:* Eodem anno MCCXI. progrediens[a] per Apuliam civitates et loca per deditionem accepit usque Polyconii[b]. Dum hec agerentur, principes Almanie Fredericum regem Sycilie, condam imperatoris Henrici filium, in imperatorem elegerunt, citantes eum, ut in Almania[c] pergeret; quo audito festinans imperator, qui apud Laudam curiam quasi celebravit inhanem[d], — Hestensis enim marchio iam cum Papiensibus et Cremonensibus et Veronensibus consensu summi pontificis fedus inierat contradictionis — ingressus[e] in Alamaniam introivit.

CCX.[f] De consulibus civitatis Reg. et de exercitu ad montem Sambuganum[g].

1212. In millesimo ducentesimo XII°[h]. Domnus Paganus de Saviola, Çufredus Taculorum, Thomax Taculorum et socii consules civitatis Reg.; et eo anno, primo *Aug. 1.* die intrante Aug. iverunt Regini cum exercitu suo militum et peditum in servitio Bononiensium[i] cum exercitu suo ad montem Sanbuganum contra Pistorenses[2].

CCXI.[k] De consulibus civitatis Regii, et Mediolanenses amiserunt carocium.

1213. In millesimo ducentesimo XIII° anno. Thomax Caritatum, Gualbertus de *Iun. 2.* Liazaris et socii consules comunis Reg.; et eo anno in pascha pentecosten Mediolanenses amiserunt carocium, et Cremonenses abstulerunt eis carocium, tentoria[3] et plaustra et conduxerunt eum in civitate Cremone cum triumpho*; et illic in dicto exercitu mortalitas magna fuit.

Lib. gross. 1203. Sub eodem millesimo et eodem anno[4] et tempore dicti[5] potestatis. Domnus Gui- *(Iun. 10).* lielmus de Pusterla potestas Bononie et comune eiusdem civitatis iuraverunt facere guerram Mutinensibus[1] pro comune Regii et eis servire — et fuit tempore domni Ysachi de Dovaria potestatis Reg. — nec facere pacem cum predictis Mutinensibus[1] sine voluntate comunis Regii, et ut continetur in registro comunis Reg.

*) *In marg. manu Alberti post add.:* Gesta Cremonensium et Mediolanensium et de captione carocii per seriem melius invenies in Cronica imperatorum[6], que fuerunt eisdem temporibus.

a) *nescio an verbum* (Otto?) *hoc loco evanuerit.* b) Polycomi *Sal.;* Policornu *Sic.* c) alamia *c.?* d) inharne *vel* inhaine *c.* e) inglorius *Sic. et Sal.* f) X *in loco raso.* g) *sic index capitum;* Sabuganum *h. l. c.* h) a *post superscr.* i) *sic Sal.;* bonoñ *c.* k) XI *in loco raso.* l) *sic Sal.;* Mutiñ *c.*

1) *De hoc negotio septem tabulae datae Iun.* 19. *et Oct.* 18 — 29. *in Libro grosso f.* 44 — 45'. *scriptae sunt, quarum unam edidit Tačoli I, p.* 350. *Ex his Albertus excerpsit non satis apte pauca, quae de illa re dicit. Sed in tabulis pro Bosco et Sparata legitur* terra et nemus Arçinis. *Conicio Albertum illa nomina posuisse, quod conveniant huic nomini tabularum.* 2) *Cf. 'Cron. di Bologna' col.* 250; *Matth. de Griffonibus col.* 109; *Tolosanus c.* 138, *ed. Borsieri p.* 692. 3) *Tentoria Cremonensium Mediolânenses cepisse referunt Notae S. Georgii Mediol., SS. XVIII, p.* 388. *Caeterum vide quae adnotavi ad Ioh. Codagnelli Ann. p.* 44, *n.* 1. *et supra p.* 13. 181. 331; *Salimbene f.* 219d. 4) *Potius a.* 1203. *Neglegenter legit Albertus tabulae Libri grossi f.* 49. 49'. *exordium, ex qua haec excerpsit, datae a.* 1203. *Iun.* 10, *coniungens videlicet* Millesimo ducentesimo tertio decimo, die *pro* tertio, decimo die intrante mense Iunii. *Quam tabulam ediderunt Savioli, 'Ann. Bolognesi' II,* 2, *p.* 239, *et Tacoli I, p.* 348. *(Reg. Imp. V, nr.* 12269*). Cf. 'Nachrichten der k. Gesellsch. d. Wissensch. zu Göttingen, Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 294 — 297. *et quae ad Salimbene f.* 222a. *adnotavi.* 5) *Potius infra dicti Ysachi. Albertus non advertit quod supra scripsit, consules hoc anno civitatem rexisse. Quo postea perspecto nomen potestatis infra inseruit.* 6) *Alberti, cap. CLXXXIIII. (infra).*

CCXII.[a] De exercitu, quam[b] fecerunt Regini[c] in servitio Cremone et Parme.

In millesimo ducentesimo XIIII⁰ anno. Domnus Ysacus de Dovaria de Cre- 1214.
mona potestas Reg. Et eo anno iverunt Regini[d] in servicio Cremone[e] et Parme *(Iun.)*
in episcopatu Placentie ad guastandum et albergaverunt prope Columbam[1].

CCXIII.[f] De celebratione concilii Innocentii pape tercii, et de *discordia condempnationum inter potestatem et illos de Sesso, et de morte predicti pape Innocentii. *f. 60a.

In millesimo ducentesimo XV⁰ anno. Domnus Marescotus de Faventia Reg. 1215.
potestas. Et eo anno fuit maxima discordia inter potestatem et illos de Sesso
pro facto condempnationum. Et eo anno Innocentius papa tercius celebravit con-
cilium, et mortuus est eo anno; et successit ei Honorius papa. [In[g] millesimo 1216.
CCXV. ad honorem domini nostri Iesu Christi fuit factum hospitale[h] sancti Bar- 1215.
nabei[i] per fratrem Albericum magistrum ordinis Crucifixorum[k, 2] tempore Inno-
centii pape tercii et Nicolai episcopi Reg.].

CCXIIII.[l] Honorius papa tercius.

Honorius papa tercius, natione Romanus. Cepit an[no] Domini MCCXVII, sedit an. X, men. V, 1216.
di. XXV vel parum plus, imperatore Frederico rege Cicilie et Apulie et Yerusalem. Honorius fecit *Ioh. de Deo.*
concilium, quod ipso iure sint excomunicati qui faciunt constitutionem quamlibet contra libertatem
ecclesie; extra. *De*[m] *inmunitate ecclesie: Non minus*[3]; quod nullus sacerdos vel prelatus audiat
leges, nec Parisius legantur; extra. e.: *Super specula;* et deposuit episcopum, qui Donatum non legerat;
extra. *De eta[te] et quali[tate]: Licet.* Mandavit, quod lumen semper precedat euchauristiam[n],
et quod sacerdos eum[o] portavit ante pectus ad infirmum[4]; extra. e.: *Sane;* et ecclesiam
Dei in pace gubernavit et imperatorem Fredericum coronavit[5]; et statuit etiam, quod, 1220.
qui habitum gestaverit ultra annum, compellatur fieri monachus[6]; cui successit.

CCXV.[p] De exercitu mittendo in servicio Bononiensium, et de gelatione[q] Paudi[r], et de regina uxore domni Frederici imperatoris, et de magna ubertate bladi, et de gelatione[q] vinearum.

In millesimo ducentesimo XVI⁰. Domnus Bernardus de Cornaçano Regin. 1216.
potestas. Et eo anno iverunt milites et arcatores[s] in servicio Bononiensium[t] *(Aug.)*
circum Sanctum Archangelum contra Riminenses et obsederunt eum castrum, et
ibi longum tempus steterunt, ita quod pax facta est[7]; et omnes illi de Cesena, *(Sept. 1).*

a) XII *in loco raso.* b) *sic* (q̃) *c. h. l. et in indice cap.* c) Reg̃ *c. h. l. et in indice cap.* d) Regii *c.* e) Cremoñ *c.* f) XIII *in loco raso.* g) *uncis inclusa in marg. manu Alberti suppl., lineis rubris cincta.* h) hospitał *c.* i) *sic in indice cap.;* barnadei *h. l. c.* k) *sic c. pro* Cruciferorum. l) XIIII *in loco raso.* m) *seq.* ħ *c., quod quam vim habeat, ignoro.* — inmunit *c.* n) *sic c. h. l.;* eucharistiam *index cap.* o) *sic c. h. l. et in indice cap., ubi* portat. p) XV *in loco raso.* q) congelatione *index cap.* r) Padi *index cap.* s) Regii *manu saec. XVI. superscr.* t) Bonoñ *c.*

1) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 45. 2) *Nescio, cuius ordinis fuerit. Cf. Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 38 *sq.* 3) *Decr. Greg. l. III, tit.* 49, *c.* 4. *Haec decretalis, cuius argumentum non satis respondet iis quae Iohannes dixit, est concilii Lateranensis anni* 1179. 4) *Decretalis a Iohanne laudata habet: [plebs]* se reverenter inclinet, . . . cum eam portat presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu . . . ferat et referat manifeste ac honorifice ante pectus cum omni reverentia et timore, semper lumine precedente. *Sal. f.* 221[a]. *huic loco mederi conatus est, scribens* eam portet *pro* eum portavit. 5) *Cf. addit. cap. CCXV. et cap. CCXXI.* 6) *Haec ex Decr. Greg. IX. l. III, tit.* 31, *c.* 22. 7) *Die Sept.* 1; *Reg. Imp. V, nr.* 12499.

1216. qui erant in carceribus illorum de Rimine[a], fuerunt relaxati, et erant MVII[C] [1]. Et[b]
fecit fieri turrim comunis dictus domnus Bernardus, potestas Regii. Et vinee ge-
laverunt et Paudum[a], ita quod milites equitabantur[a] super glaciam[c] dicti Paudi et
(Ian.) bagordabant[2], et cum carris et traçis[3] transibant Paudum[d], et femine balabant
super dictam glaciam; et dictum gelum duravit duos menses[4]. Et in festo puri-
Febr. 2. ficationis sancte Marie in mense Februarii fuit combusta tunc ad vigum[a] Disbra-
gatum domum[a] filiorum domni Petri de Novis, et vegetes[5] ardebant fundum et
**f. 61a.* dugas[6] totas; *et vinum remanebat amassatum et gelatum, ita quod incidebant
eum cum securis[a]. Et eo[e] hyeme maxima nix fuit; et tunc dabatur in cursum
VIIII imper. in sest. frumenti, et quatuor imper. in sest. spelte. Et[b] domina regina[7]
(Oct.) venit Regium, uxor domni Frederici imperatoris, filii condam domni Henrici im-
peratoris, veniendo de Apulia et eundo in Alamaniam ad dictum virum suum; et
Regini ei dispendium fecerunt et honorifice eam receperunt.

Sic. Cont. codd. 2. *) *In marg. columnae* 60[d]. *manu Alberti post add.:* Et eo anno, tempore dicti domni Bernardi de Cornaçano potestatis Reg., mortuo Innocentio papa tercio apud Perusium mense Iulii; cui domnus Honorius papa substitutus fuit; et anno Domini MCCXX.[8] coronatus est imperator Fredericus secundus a predicto papa Honorio in Romanum imperatorem Rome apud Sanctum Petrum.

CCXVI.[f] Quod infirmi Sancti Laçari, qui stabant prope burgum Sancti Petri extra civitatem iusta[e] braidam domni episcopi, et[g] iverunt ad habitandum ad pontem Platum, et de fera, que facta fuit in dicta braida domni episcopi.

1217. In millesimo ducentesimo XVII°. Domnus Bernardinus Iacobi Bernardi de Bononia Regin. potestas; et eo anno primo facta fuit fera in brayda domni episcopi extra portam iusta[h] burgum Sancti Petri. Et eo anno infirmi Sancti Laçari, qui habitabant iusta[h] dictum burgum prope dictam braydam, et iverunt dicti[i] infirmi ad habitandum ad pontem Platum.

CCXVII.[k] De exercitu, quem miserunt Regini in servicio Cremonensium apud terram Çibelli, et iurata fuit societas inter Reginos et Parmenses[1].

1218. In millesimo ducentesimo XVIII°. Domnus Gerardus Vexdomini de Parma
Regin. potestas; et eo anno de mense Iunii iverunt Regini cum exercitu suo in
servicio Cremonensium et Parmensium contra Mediolanenses et suam partem apud
Iun. 7. Çibellum; et fuit maximum prelium inter eos quadam die Iovis inter temporales[9],

a) *sic c.* b) et *c.* c) glacies dicti Padi *index cap.* d) Padum *index cap.* e) *sic h. l. c. et in indice cap.* f) XVI *in loco raso.* g) et *delendum; deest in indice cap.* h) *sic saepe pro* iuxta. i) dicti inf. *bis scr., semel expunct. c.* k) *numerus e corr.* l) parm̄ *c.*

1) *Cf. Tolosanus c.* 146, *p.* 696; *'Cron. di Bologna' col.* 251 *sq.; Ann. Caesen. col.* 1093 *sq.* 2) *i. q. in Francogallico veteri* bohorder, *mhd.* buhurdieren; in hastiludio discurrebant *Sal. f.* 221[a]. 3) *Italice* treggia, *Schlitten.* 4) *Cf. Ioh. Codagn. Ann. p.* 53 *sq. et quae ibidem adnotavi.* 5) *Italice* veggia, *Fass.* 6) *Italice* doga, *Fassdaube.* 7) *Constantia. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 3845 *b.* 3846 *a.* 8) *Sicardi Cont. codd.* 2, *supra p.* 182, *haec ad a.* 1221. *falso refert, quod auctor correxisse videtur auxilio Sal. f.* 221[b], *ubi:* A. D. MCCXX. Fr. . . . coronatus fuit a papa Honorio. *In hoc libro etiam cap. CCXXI. hoc recte ad a.* 1220. *relatum est.* 9) *i. e. inter dies ieiunii quatuor temporum (ante dominicam trinitatis), qui sunt dies Mercurii, Veneris, Saturni. Cf. Sicardi Cont., supra p.* 182; *Ioh. Codagn. Ann. p.* 65 *sq. et quae ibi adnotavi; Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 666 *sq. In his Regini demum pugna finita advenisse dicuntur.*

et multi ex utraque parte mortui fuerunt, et plures capti. Et eo anno iurata fuit 1218.
societas inter Reginos et Parmenses; et domnus Guido de Robertis de Regio erat potestas Parme.

CCXVIII.[a] De obsidione et captione Damiate per Christianos et de tribulationibus et angustiis, quos[b] ibi dicti Christiani habuerunt et substinuerunt[1].

In millesimo ducentesimo XVIIII° anno. Domnus Guido de Septem-fontibus 1219.
de Faventia Regin. potestas; et eo anno fuit electa et firmata domina Alda abbatissa monasterii sancti Thome de Regio[2]. Et[c] eo anno a Christianis capta fuit *(Ian. 10).*
Damiata.

a) XVIII *in loco raso.* b) *sic h. l. c. et in indice cap.* c) *saepissime* ⁊ *scriptum est in c., ubi* Et *cum magna littera initiali posui.*

1) et de tribul. – substinuerunt *capiti CCXX. praescribi debuissent, cum in hoc capitulo nihil de his rebus legatur.* 2) *Confirmata fuit die Ian.* 10. *a iudicibus delegatis ab Honorio papa, cum moniales alteram cum ipsa elegissent, ut exponit Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 3.

CCXVIIII.[a] PROLOGUS SUPER FACTO CIVITATIS DALMIATE[b].

Ioh. Cod. Ad noticiam ac memoriam Christianorum omnium pervenisse nullatenus dubitamus, sed liquidum pariter[c] et manifestum omnibus fore[d] indubitanter putamus, qualiter[e] gens transmarina pro animarum *f. 61b. eorum[f] redemptione pro Terra Sancta ultramarina[g] a manibus *sancte crucis inimicorum liberare, defendere atque manutenere et maxime in civitatis Damiate obsidione multis periculis variisque laboribus sunt astricti et plurimum fatigati et perpesi[h, 1].

CCXX.[i] GESTA OBSIDIONIS DALMIATE[b].

1218. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo decimo, indictione VI[a], mense Madii, regnante Iohanne Ierosolimitano rege; qui rex, vir egregius, nobilis, prudens, magne fidei et discretionis, atque Ierosolimitanus[k] patriarcha, scientia et bonis moribus ornatus, et duce[h] de Osterica et Templarii et Hospitalarii milites cum multis episcopis, prepositis, clericis potentissimis et honestis ac cum comitibus et marchionibus, baronibus et cum aliis viris nobilibus potentibus consilium fecerunt. Habito quidem consilio unanimiter omnes statuerunt cum omni Christianorum exercitu, qui in auxilio Terre Sancte proficiscebantur, in terram Egypti intrare, gentem quoque paganorum et Saracenorum subiugare et supeditare[h]. Cognoscant universi, ad quos hec scriptura pervenerit, quod in medietate[l] Maii 29. mensis Madii Christiani omnes in navibus ascenderunt et in sequenti ebdomada quadam die Martis in terram Egypti intraverunt. Castra quidem sua prope civitatem Damiate finxerunt[h]; in qua etiam civitate Maria Egyptiana et Moyses suum habuerunt originem. Castrametati autem fuerunt in quadam insula inter mare et fluvium Paradisi, qui dicitur Gion, ex parte meridiei. In quadam[m] insula propheta Ieremias natus fuit; et quod hoc sit verum et credibile, potest cognosci, quia domus eius usque in presentem diem apparet, qua[h] Ieremie prophete domus est dicta. Gaudia quoque et tribulationes, passiones et langores atque diversa tormenta, que Christiani in ipso exercitu permanentes passi fuerunt, legentibus et audientibus breviter, prout potuerimus, ex parte[h] ponere et apud[h] proposuimus. Erat quippe civitas illa situ[n] et arte fortissima, turribus et muris atque fossis et fluminis impetu munita, ita quod aliquis vix ad ipsam poterat accedere civitatem. In medio autem ipsius fluminis quedam munitissima[o, 2] turris cognoscitur super lignaminis congeriem[p] fore fabricata, que multis machinis erat munita, taliter quod aliquis per ipsius fluminis undas ad Dalmiate civitatem appropinquare nequiebat[h] intus. In cuius turris defensione unum amiragium pro ipsius turris munitione cum centum militibus *f. 61c. et balistariis, sagittariis multis *pro eius custodia existebant, qui victualia et omnia neccessaria usque ad annum habere dicebant[h]. In civitate vero Dalmiate tres amiraglios et C viros, milites nobiles et

a) XVIIII *in loco raso.* b) Damiate *index cap.* c) pa$\overline{r}$ (parum) *c.* d) fere *c.* e) quale *c.* f) *sic et Codagn. in Ann. Placent.* — redemptione *c.* g) ultra maria *c.* h) *sic c.* i) XX *in loco raso.* k) Ierosol *c.* l) medieta|| *c.* m) *sic falso repetitum e l.* 18. *c.* n) sita *c.* o) mutissima *c.* p) cogerie *c.*

1) *Sequens relatio composita est ab Alberto coniunctis partibus libri Codagnelli cum partibus libri deperditi, in quo eadem relatio de obsidione Damiatae, quam Iohannes de Tulbia et auctor Libri duelli et Iohannes Codagnellus secuti sunt, exscripta erat. Ipse Codagnellus hunc prologum suum exscripsit in Ann. Placentinis p.* 68. 2) *Cf. Ioh. de Tulbia c.* 1: quedam munitissima turris *et Liber duelli c.* 1. *Cum Codagnellus infra habeat* munita, *haec verba ex altera relatione deperdita inserta, non in codice Codagnelli Parisino omissa esse mihi persuasum est.*

GESTA OBSIDIONIS DAMIATE. *f. 107c.*

Ad notitiam ac memoriam Christianorum omnium pervenisse nullatenus dubitamus, sed liquidum pariter et manifestum omnibus fore indubitanter putamus, qualiter gens transmarina pro animarum nostrarum redemptione pro Terra Sancta ultramarina a manibus sancte crucis inimicorum liberare, defendere ac manutenere et maxime in civitatis Damiate obsidione multis periculis variisque laboribus sunt astricti[a] et plurimum fatigati et perpessi[1].

1.[b] Anno dominice incarnationis MCC. octavo decimo, indictione sexta, mense 1218. Madii, regnante Iohanne Ierosolimitano rege. *Maio.* Qui rex, vir egregius, nobilis et prudens, magne fidei et *discretionis, **f. 107d.* atque Ierosolimitanus patriarcha[2], scientia et bonis moribus ornatus, et dux de Hostarica[3] et Templarii et Hospitalarii milites cum multis episcopis et prepositis, clericis potentissimis et honestis ac[c] comitibus, marchionibus, baronibus et cum aliis viris nobilibus et potentibus conscilium fecerunt. Habito quidem conscilio omnes unanimiter statuerunt cum omni Christianorum exercitu, qui in auxilio Terre Sancte proficiscebantur[d], in terram Egipti intrare, gentem quoque paganorum [et Saracenorum[e]] penitus subiugare et suppeditare. Cognoscant universi, ad quos hec scriptura pervenerit, quod in medietate mensis Madii Christiani omnes in navibus ascenderunt et in sequenti ebdomada quadam *Maii (24).* die Martis in terram Egypti intraverunt. *Maii 29.* Castra quidem sua prope civitatem Damiate fixerunt; in qua etiam civitate Maria Egyptiana et Moyses suum[d] habuerunt originem. Castramentati autem fuerunt in quadam insula inter mare et fluvium Paradisi, qui[f] dicitur Gion, ex parte meridiei; in qua insula propheta Ieremias natus fuit; et quod hoc sit verum et credibile, potest cognosci, quia domus eius usque in presentem diem apparet, que Ieremie prophete domus est dicta. Gaudia quoque et tribulationes, passiones et langores atque diversa tormenta, que Christiani in ipso exercitu [permanentes[g]] passi fuerunt, legentibus et audientibus breviter, prout potuerimus, exponere et aperire proposuimus[h]. Erat quippe civitas illa situ et *arte fortissima, **f. 108a.* turribus et muris atque fossis et fluminis impetu munita, ita quod aliquis vix ad illam[i] poterat accedere civitatem. In medio autem ipsius fluminis turris cognoscitur super lignaminis congeriem fore fabricata, que multis machinis erat munita, taliter quod aliquis per ipsius fluminis undas ad Damiate civitatem appropinquare nequibat. In cuius turris defensione unum[d] amiragium[d] pro ipsius turris munitione cum centum[4] militibus et balestariis et sagittariis multis pro eius custodia existebant[k], qui victualia et omnia necessaria usque ad annum habere dicebantur. In civitate vero Dalmiate tres amiragios[5] et

a) astructi *c.* b) *numeros capitum suppleri.* c) cum *add. L.* d) *sic c. et L.* e) et Sar. *suppl. ex L, om. c.* f) ꝙ (quod) *c.* g) perman. *suppl. ex L, om. c.* h) posumus *c.* i) ipsam *L fortasse recte.* k) *sic c. et L.*

1) *Sequente narratione usurus cum ea adhibere debet libellos infra editos Iohannis de Tulbia et eum qui inscribitur Liber duelli Christiani in obsidione Damiatae exacti, a quorum auctoribus eadem relatio clerici Italici deperdita adhibita est, quam Iohannes Codagnellus exscripsit. Cf. supra p.* 346 *sq.; 'N. Archiv' XVI, p.* 287—310. *Variam lectionem cuiusdam momenti earum partium huius libri, quas Albertus Milioli exscripsit, littera L signatam adnotavi.* 2) *Radulfus.* 3) *Liupoldus VI.* 4) trecenti milites *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 1. *Cf. infra p.* 465, *l.* 28 *sq.* 5) *Tres amirarios in turre fuisse tradit Liber duelli c.* 1, *quod repugnat ei, quod Ioh. de Tulbia c.* 1. *et Ioh. Codagn. dicunt, unum amiragium vel capitaneum in turre fuisse.*

Ian.-Iun. potentes pro eius munitione[a] soldanus miserat, qui ipsam urbem defendere et manutenere curarent. 1218. Similiter militibus et peditibus, balistrariis[b] et sagittariis innumerabilibus erat plena pariter et munita. Anona[c] et carnes et alia victualia sufficienter ad annos duos habere cognoscebantur. In fluvio vero tres catenas posuerunt, que usque ad civitatis murum tenebant, ita quod nulla navis per fluminis aquam ad urbem accedere poterat. Licet gravissimum et difficilimum a[d] Christianis videretur, tamen consilio comunicato ad predictam turrem expugnandam se preparaverunt. Statim scallas in navibus innumera-
Iul. 1. biles primo die mensis Iulii fieri fecerunt et cum ipsis ad turrem accedentes muro ipsas scallas aposuerunt. Que cum ipsius muro aposite fuissent, divino minime[c] illico fracte fuerunt; et tunc, sicut omnipotenti Deo placuit, C milites et nepos ducis de Hostiricha in aqua sumersi fuerunt. Videntes autem Christiani hoc infortunium valde sunt contristati et plurimum perteriti. Verumtamen virtute domini nostri Iesu Christi, a quo cuncta procedunt, et sine quo nil fieri potest, instigati in festo sancti
Aug. 24. Bartholomei apostoli scallas firmissimas mire magnitudinis et fortitudinis fieri fecerunt, et navigantes ad ipsam turrem accedentes scallas ipsius turris muro per vim posuerunt; quas cum pagani viderent, illico ignem, sulfurem accensum super eis iniquissime proiecerunt; et tam fortiter ignis est accensus, quod ab omnibus scalle videbantur conburi. Quo viso Christiani valde perteriti plurimumque turbati, flexis genibus et nudis pedibus ad terram prostrati, ex oculis[1] fluvium lacrimarum effundentes, pre nimio luctu ita gravissime erant angustiati, quod loquela etiam carebant et vix dicere poterant: 'Domine, miserere! adiuva nos!' Cum autem per unam horam Christiani in hac permanente[c] tristicia, subito ignem extinctum et sancte crucis vexillum in ipsa turre viderunt. Quo viso Christiani loquelam et voces, quas ex luctu amiserant, omnes loquelam et voces integre recuperaverunt
*f. 61d. et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* dulci modulatione canere ceperunt, et ad ipsam *turrem omnes qui potuerunt currentes, ipsam summa vi[f] expugnantes, violenter eam ceperunt et in virtute sua habuerunt. Capti namque fuerunt in ea turre C milites et CCC balistrarios[c], quos vinctos ad castra ante regis presentiam et aliorum nobilium duxerunt; qui omnimode ipsum regem et ducem de Hosterica rogaverunt, ut milites albis armis inductos[c] et militem quendam russum, a quo graviter expugnati dicebant, eis ostendere deberent; ipse vero rex et dux de Hosterica, petitionibus eorum satisfacere volentes, omnes qui ad predictam turrem expugnandam et capiendam fuerunt ante eorum conspectum voce preconis venire fecerunt. Illi autem prospicientes eos dixerunt: 'Nullus ex istis nos invasit neque turrem expugnavit. Erant quippe turrem expugnantes omnes candidi[c] vestibus et armis albis inducti[c], velocissimi, fortissimi, usque ad sumitatem turris, quandocumque volebant, ascendentes, ita nos caligine, aliquotiens fulgoris lumine cooperiebant, quod lumen oculorum et virtutem corporis

a) pro eius munit. *bis scr. c.* b) *sic h. l. c.* c) *sic c.* d) a *delendum.* e) *sic c. et Ioh. Codagnelli codex Paris.* f) vim *c.*

1) *Haec potius ex relatione deperdita inserta, quam in codice Codagnelli Parisino omissa esse censeo. Cf. Ioh. de Tolbia c.* 1: exercitus totus in terra prostratus est et fundens ex oculis flumina lacrimarum.

centum milites, viros nobiles et potentes, pro eius munitione soldanus[1] miserat, 1218. qui ipsam urbem defendere et manutenere curarent. Similiter militibus, peditibus, balestariis et sagittariis innumerabilibus erat plena pariter et munita. Annona[a] et carnes et alia victualia sufficienter ad annos duos habere cognoscebantur[2]. In fluvio tres cathenas posuerant, que usque ad civitatis murum tenebant, ita quod nulla navis per fluminis aquam ad urbem accedere poterat. Licet gravissimum et difficilimum[a] Christianis videretur, tamen conscilio communicato ad predictam turrem expugnandam se preparaverunt; statim scalas in navibus innumerabiles primo die mensis Iulii fieri fecerunt, et cum ipsis ad turrem accedentes ipsius[b] *Iul. 1.* turris muro ipsas *scalas apposuerunt; que cum ipsi muro apposite fuissent, divino *f. 108b. numine[c] [illico[d]] fracte[e] fuerunt; et tunc, sicut omnipotenti Deo placuit, centum milites et nepos ducis de Hostarica[3] in aqua sumersi[f] sunt. Videntes autem Christiani hoc infortunium valde sunt contristati et plurimum perteriti[f]. Verumtamen virtute domini nostri Iesu Christi, a quo cuncta procedunt, et sine quo nil fieri potest, instigati in festo sancti Bartholomei apostoli scalas firmissimas mire *Aug. 24.* magnitudinis et fortitudinis fieri fecerunt, et navigantes ad ipsam turrem accedentes scalas[g] ipsius turris muro per vim posuerunt[h]; quas cum pagani viderent, illico ignem et sulphurem accensum super eis iniquissime proiecerunt; et tam fortiter ignis est accensus, quod ab omnibus scale conburi videbantur. Quo viso Christiani valde perteriti[f] plurimumque turbati, fluvium lacrimarum effundentes, pre nimio luctu ita erant angustiati, quod loquela etiam carebant et vix dicere poterant: 'Domine, miserere[i]! adiuva nos!' Cum autem per unam horam Christiani in hac permanerent tristitia, subito ignem extinctum et sancte crucis vexillum in ipsa turre viderunt. Quo viso Christiani loquelam et vocem, quam ex luctu amiserant, omnes loquelam[k] et vocem integre recuperaverunt et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* dulci modulatione canere ceperunt, et ad ipsam turrem omnes qui potuerunt currentes, ipsam summa vi expugnantes, violenter eam ceperunt et in virtute sua habuerunt. Capti namque *fuerunt in ea turre centum milites *f. 108c. et CCC balestarii[4], quos vinctos[l] ad castra ante regis presentiam et aliorum nobilium duxerunt; qui omnimode ipsum regem et ducem de Hostarica rogaverunt, ut milites albis armis indutos et militem quendam russum, a quo graviter expugnati[f] dicebant, eis ostendere deberent[m]. Ipse vero rex et dux de Hostarica petitionibus eorum satisfacere volentes, omnes qui ad predictam turrem expugnandam et capiendam fuerunt ante eorum conspectum voce preconis venire fecerunt. Illi autem prospicientes eos dixerunt: 'Nullus ex istis nos invasit neque turrem expugnavit. Erant quippe turrem expugnantes omnes vestibus candidis et armis albis induti, velocissimi et fortissimi, usque ad sumitatem[n] turris, quandocumque volebant, ascendentes; ita nos caligine et aliquociens fulgoris lumine cohoperiebant,

a) *sic c.* b) ips. turris *om. L.* c) minime *c. et L.* d) ill. *suppl. ex L, om. c.* e) fracta *c.* f) *sic c. et L.* g) scalis *c.* h) *sic pro* apposuerunt *etiam infra p.* 501, *l.* 3. i) mis̄. *c.* k) *sic* loq. et voc. (voces *L*) *iterum c. et L.* l) uictos *c.* m) debere *c.; quod nescio an a Ioh. Codagn. scriptum et legendum sit:* expugnati, dicebant eis ost. debere, *ut codex uterque distinguit.* n) *sic c. et L.*

1) *Malik el-Adil, quem Saphadinum scriptores occidentales vocaverunt.* 2) In civitate — cognoscebantur *Ioh. de Tulbia et Liber duelli non habent.* 3) *Vide quae ad Ioh. de Tulbia c.* 1. *adnotavi.* 4) *Trecentos milites in turre captos esse dicit Ioh. de Tulbia c.* 1. *Sed centum et duodecim vel tredecim homines ibi captos esse dicit Iacobus de Vitriaco epist. III. et IV, 'Zeitschrift f. Kirchengesch.' XV, p.* 570. 575*; centum homines captos esse tradunt etiam Oliverus c.* 9. *et Hist. exped., Chron. regia Colon. p.* 348.

Ioh. Cod. 1218. amittebamus'. Quibus auditis et intellectis Christiani illico intellexerunt, quod dominus noster Iesus Christus crucifixus ad dictam turrem expugnandam angelos[a] suos misisset[b]. Miles vero, qui ab eis ad turrem capiendam visus fuit, qui armis rubeis et variis inductus[b] erat, firmiter crediderunt Christiani beatum Bartholomeum esse. Similiter et catene undas fluminis tenentes et in ipsa turre clavate voluntate et domini nostri Iesu Christi virtute sunt fracte, ita quod per ipsius fluminis aquam navigare *Ps.* 145, 2–4. poterant. Hoc enim fecit Dominus, ut Daviticus versus ad memoriam reduceretur: *Nolite confidere in principibus neque in filiis hominis, in quibus non est salus. Exibit autem virtus Domini et revertetur in terram suam;* et cum de eius voluntate [fuerit[c]], inimici eius omnes peribunt.

Mense vero Septembr. proximi domnus legatus summi pontificis cardinalis atque Romanorum princeps[1] cum magna turba Romanorum et multi alii viri nobiles et potentes in Christianorum expeditione[b] venerunt; unde Christiani valde sunt gavisi gaudio magno. Perpendens autem Egyptiacus rex, quod Christianorum exercitus cotidie augebatur, plurimum est turbatus. Tamen cepit callide cogitare, qualiter Christianorum gentem posset invadere et de terra Egypti penitus expellere. Prepa- *Oct.* 9. ravit et armavit namque idem rex C inter galeas et barcas. Quodam vero die Martis, in festo[d] **f.* 62[a]. sancti Diometri *exercitus paganorum et Saracenorum, omnes armati et ad bellum ascherati[b] per terram et aquam venientes, super Christianos insultum fecerunt. Quo viso a Christianis, captis armis instructi et ad bellum preparati illis se obviam prebuerunt et tanquam angeli per sablonem catervatim contra inimicos pergere videbantur, et[e] iacula inimicorum nec mortem pro Christi amore minime timentes, sed voluntate et leto animo pro Christi amore[f] bellum contra Christianorum inimicos temptare cupientes. Domnus quidem legatus veram crucem et[e] in manibus suis portans ante omnes precedebat, milites et pedites ortari non desinebat, ut ad domini nostri Iesu Christi crucifixi obsequium et ad Christianorum inimicos debellandos et subiugandos gratulanter proficisci festinarent; et cum hoc dixisset, alta voce et ex oculis lacrimas effundens et dulci voce dicens: 'O Domine, o Domine, salva et *Ps.* 19, 10. *cf. Ps.* 49, 15. custodi nos et *exaudi* preces nostras *die, qua invocavimus*[g] *te.* In die tribulationis et angustie nostre invocavimus te, o Domine, velociter exaudi preces nostras! Verba et orationes nostras auribus tuis

a) angelos *in loco raso.* b) *sic c.* c) fuerit *om. c.* d) in festo *bis scr. c.* e) et *delendum.* f) amore *e l.* 18. *pro* timore *repetitum esse videtur.* g) invocaverimus *legendum, ut Ioh. Codagn. et Ps. habent.*

1) *Iacobus comes de Andria. Nequaquam ausus sum* principes *Codagnelli ex hoc loco mutare, cum* princeps — Romanorum *ex relatione deperdita ab Alberto inserta esse censeam. Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 2: legatus cum principe Romanorum. *Attamen plures principes Romanos tunc applicuisse constat. Iacobus de Vitriaco loco epistolae IV. die Sept.* 21. *anni* 1218. *post addito scribit 'Zeitschrift f. Kirchengesch.' XV, p.* 578: Novem vero naves cum domino Petro Hannibal et quibusdam aliis Romanis in hebdomada post festum sancti Bartholomei *(Aug.* 26 — *Sept.* 1*)* in portu Damiate applicuerunt. Dominus vero P. Albanensis episcopus, apostolice sedis legatus, cum uno principe Romanorum Accon *(i. e.* Acconem?) devenit; *Oliver. c.* 10: Ad illud passagium *(s. crucis* = *c. Sept.* 14*)* venerunt quidam Romani et post hec Albanus episcopus, apostolice sedis legatus, et cum ipso princeps Romanus. *Infra et Codagnellus c.* 16. *et Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 15. *de principibus Romanorum referunt.*

quod lumen oculorum et virtutem corporis ammittebamus[a]'. Quibus auditis et 1218.
intellectis Christiani illico intellexerunt, quod dominus noster Iesus Christus cruci-
fissus[a] ad dictam turrem expugnandam angelos suos misisset. Miles vero, qui ab
eis ad turrem capiendam visus fuit, qui armis rubeis et variis indutus erat, fir-
miter crediderunt Christiani beatum Bartholomeum esse. Similiter et cathene
undas fluminis tenentes et in[b] ipsam[c] turrem clavate[d] voluntate et domini nostri
Iesu Christi virtute sunt fracte, ita quod per ipsius fluminis aquam navigare
poterant[1]. Hoc enim fecit Dominus, ut Daviticus versus ad *memoriam reduceretur: *f. 108d.
Nolite[e] *confidere in principibus neque in filiis hominis, in quibus non est salus. Ex-* Ps. 145, 2—4.
ibit autem virtus Domini[f] *et revertetur in terram suam;* et cum de eius voluntate
fuerit, inimici eius omnes peribunt. cf. Ps. 91, 10.

2. Mense vero Septembri[2] proximo domnus[g] legatus summi pontificis car- Sept. ex.
dinalis[3] atque Romanorum principes[h] et multi alii viri nobiles et potentes in
Christianorum expeditione venerunt, unde Christiani valde sunt gavisi gaudio Matth. 2, 10.
magno. Perpendens autem Egyptianus[i] rex[4], quod Christianorum exercitus cottidie
augebatur[k, 5], plurimum est turbatus; tamen cepit calide[a] cogitare, qualiter Christi-
anorum gentem posset invadere et de terra Egypti penitus expellere. Preparavit
et armavit itaque[l] idem rex centum[6] inter galeas et barchas. Quodam vero die
Martis, in festo sancti Diometri[7] exercitus paganorum et Saracenorum, omnes Oct. 9.
armati et ad bellum asclerati per terram[8] et aquam venientes, super Christianos
insultum fecerunt. Quo a Christianis viso, illico captis armis instructi et ad bellum
preparati illis se obviam prebuerunt et tamquam angeli per sablonem catervatim
contra inimicos pergere videbantur, iacula inimicorum nec mortem pro Christi
amore minime timentes, sed voluntate et animo leto pro Christi timore bellum
contra[m] Christianorum inimicos temptare cupientes. Domnus quidem legatus veram
crucem in manibus suis portans ante omnes precedebat, milites et pedites ortari
non desinebat, ut ad domini nostri Iesu Christi [crucifixi[n]] obsequium et ad
Christianorum inimicos debellandos et subiugandos gratulanter proficisci festinarent;
et cum hoc *dixisset, alta voce et ex oculis lacrimas effundens et dulci voce *f. 109a.
dicens: 'O Domine, o Domine, salva et custodi nos et *exaudi* preces nostras *die,* Ps. 19, 10.
qua invocaverimus te. In die tribulationis et angustie nostre invocavimus te, o cf. Ps. 49, 15. Soph. 1, 15.

a) *sic c.* b) in *ex L suppl., om. c.* c) ipsa turre *L.* d) clauatā *c.* e) Nolite — revertetur *ex L suppl., om. c.* f) Exibit spiritus eius *Vulg.* g) dn̄s *c. ubique, et ubi* dominus *et ubi* domnus *scripsimus.* h) *sic c.; cf. p.* 466, *n.* 1. i) Egyptiacus *L.* k) augebat *c.* l) namque *L; cf. c.* 3, *infra p.* 469, *n.* i. m) contra *ex L suppl., om. c.* n) crucif. *ex L suppl., om. c.*

1) *Christianos flumen transire non potuisse paulo post haec exponunt Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 2. 2) *Post diem Sept.* 21, *ut patet e loco Iacobi de Vitriaco p.* 466, *n.* 1. *allato.* Mense Sept. *non fuit in relatione deperdita a Iohanne de Tulbia et ab auctore Libri duelli exscripta, sed additum fuisse videtur in libello a Codagnello retractato.* 3) *Pelagius episcopus Albanensis.* 4) *Malik el-Kamil, filius Adil soldani die Aug.* 31. *defuncti.* 5) quod — augebatur *infra in fine cap.* 2. *habet Liber duelli, huc a Codagnello vel iam a priore scriptore transpositum est; vide infra p.* 469, *l.* 27. 6) XXX galeas *Ioh. de Tulbia c.* 2; quadraginta quatuor galeas *Liber duelli c.* 2. 7) Dionisii *potius, ut Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 2. *habent. Die festo Demetrii aliud proelium commissum est, de quo Ioh. Codagnellus infra retulit die Demetrii omisso.* 8) *Neque* asclerati *(quod Codagnellus suo more scripsit, cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 259. 273. 294*) nec* per terram *Sarraceni tunc venerunt, sed e galeis descenderunt, ut non modo Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 2, *sed et Oliver. c.* 11. *et Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. p.* 581, *tradunt.*

Ioh. Cod. percipe, Domine, intellige clamorem nostrum! Intende voci orationis nostre, rex et Deus noster! 1218. Quoniam ad te semper oramus et cunfugimus[a], Domine! Exaudi, Domine, voces et orationes nostras! *Ps. 3, 9. ib. 16, 8.* *Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua. Sub umbra alarum tuarum protege* nos et a[b] perfidia inimicorum tuorum libera nos, Domine, et presta nobis tuum sanctissimum auxilium, ut gentem perfidam et nequam converti possimus, ut in sanctam trinitatem et nativitatem tuam atque in passionem et mortem et resurrectionem tuam nobiscum recte credere debeant, ut nomen tuum per universum orbem invocetur et sit benedictum in secula seculorum. Amen'.

Qua oratione facta Christianorum exercitus paganorum et Saracenorum exercitui appropinquavit, tubis et belli instrumentis per partes sonantibus prelium durum et iniquum incipitur. Dum autem iniquissime preliarentur, percipientes[c] pagani et Saraceni resistere non posse et innumerabiles ex eis in campo mortuos et vulneratos iacere, perteriti fugam pecierunt; quos Christiani insequentes, accidit *1. Reg. 18, 7.* divina potentia, quod Daviticus versus in ea fuga est renovatus, quia unus mille, et alter decem millia paganos[d] fugabat. In quo prelio innumerabiles ex paganis et Saracenis sunt capti et interfecti. Illi **f. 62b.* vero, qui in galeis per fluminis undas venerunt, in aqua submersi sunt. Victoriam *magnam habuerunt Christiani super paganorum et Saracenorum gentem in ipso prelio; gratias et laudes domino nostro Iesu Christo referamus. Quorum sanguine et putredine atque fetore pro interfectione eorum per plures dies Christiani steterunt, quod de fluminis aqua nullus bibere potuit nec coquinam facere. Et dum *(Oct. ex.).* hec agerentur, magister Robertus de Cursone, vir nobilis et potentissimus, et comes . . . . . .[e], vir egregius, prudens, et multi milites de Francia et Anglia et de aliis Christianorum partibus ad Dalmiate portum virtute Domini pervenerunt; gavisi sunt namque Christiani ingenti leticia; cognoscens igitur rex Egypti de adventu eorum plurimum est turbatus. Proposuit itaque idem rex, antequam equos de navibus traherent, cum Christianis prelium commitere[f]. Transeuntes quidem pagani et Saraceni milites quendam pontem usque ad Christianorum temptoria currerunt. Videntes hoc Christiani confestim et velocissime equos ascenderunt et cum eis prelium magnum conmiserunt; qui terga vertentes, usque ad dictum pontem eos persecuti fuerunt. Multi vero ex illis, qui pontem propter multitudinem transire non potuerunt, in ipso fluvio mortui et submersi sunt. Pagani et Saraceni, qui[g] ex alia pontis parte aderant, timentes, ne pontem per vim transirent, nimio terrore perterriti pontem illum fregerunt et in fluvio diruerunt. Reversi sunt namque Christiani ad castra laudantes et benedicentes Dominum.

a) cū fugimus *c.* b) ad *c.* c) p̄cipientes *c.* d) paria nos *c.* e) *nullum spatium vacuum in c.* f) *sic c.* g) pag. et sar. Qui *c.*

Domine, velociter exaudi preces nostras! verba et orationes nostras auribus tuis *Ps.* 5, 2—4.
percipe. Domine, intellige clamorem nostrum! intende voci orationis nostre, rex et 1218. *Oct.* 9.
Deus noster! Quoniam ad te semper oramus et confugimus, Domine, exaudi, Domine,
voces et orationes nostras! *Domini est salus, et super populum tuum benedictio tua.* *Ps.* 3, 9.
Sub umbra alarum tuarum protege nos et a perfidia inimicorum nostrorum[a] libera *ib.* 16, 8.
nos, Domine, et presta nobis tuum sanctissimum auxilium, ut[b] gentem perfidam et
nequam[b] converti[c] possimus, ut in sanctam trinitatem et nativitatem tuam atque
in passionem et mortem et resurrectionem tuam nobiscum recte credere debeant,
ut nomen tuum per universum mundum[d] invocetur et sit benedictum in secula *Ps.* 71, 17.
seculorum. Amen'.

3. Qua oratione facta Christianorum exercitus paganorum et Saracenorum exercitui appropinquavit, tubis et belli instrumentis per partes sonantibus prelium durum et iniquum incipitur[1]. Dum autem iniquissime preliarentur, percipientes pagani et Saraceni resistere non posse et innumerabiles ex eis in campo mortuos et vulneratos iacere, perteriti fugam petierunt; quos Christiani insequentes, accidit
divina potentia, quod Daviticus versus in ea fuga est renovatus, quia unus mille, 1. *Reg.* 18, 7.
et alter decem milia paganos fugabat. *In quo prelio innumerabiles ex paganis **f.* 109b.
et Saracenis sunt capti et interfecti. Illi vero, qui in galeis per fluminis undas venerunt, in aqua submersi sunt. Victoriam magnam habuerunt Christiani super paganorum et Saracenorum gentem in ipso prelio. Gratias et laudes domino nostro Iesu Christo referamus! Quorum sanguine et putredine atque fetore pro interfectione eorum per plures dies Christiani steterunt, quod de fluminis aqua
nullus bibere potuit nec coquinam facere. Et dum hec agerentur, magister *(Oct. ex.).*
Robertus de Cursone[2], vir nobilis et potentissimus, et comes de . . . . .[e, 3], vir[f] egregius et prudens, et multi milites de Francia et Anglia et de aliis Christianorum partibus ad Damiate portum virtute Domini pervenerunt; gavisi sunt namque Christiani[g] ingenti letitia. Cognoscens igitur rex Egypti adventum[h] eorum plurimum est turbatus. Proposuit namque[i] idem rex, antequam equos de navibus
traherent, cum Christianis prelium comittere[k]; transeuntes quidem pagani et Sara- *(Oct. 26).*
ceni milites quendam pontem[4] usque ad Christianorum temptoria currerunt[l]. Videntes hoc Christiani confestim et velocissime equos ascenderunt et cum eis prelium magnum commiserunt; qui terga vertentes, usque ad dictum pontem [eos[m]] persecuti fuerunt; multi vero ex illis, qui pontem propter multitudinem transire non potuerunt, in ipso fluvio mortui et sumersi[k] sunt. Pagani et Saraceni, qui ex alia parte[n] pontis aderant, timentes, ne pontem per vim transirent,
nimio terrore[o] perteriti[k] pontem illum fregerunt et in *fluvio diruerunt. Reversi **f.* 109c.
sunt namque Christiani ad castra laudantes et benedicentes Dominum.

a) tuorum *L.* b) aux. uegentem perfidiam et nequitiam *c.* c) *sic c. et L pro* convertere. d) orbem *L.* e) *nullum spatium vacuum rel. in c.* f) iur *c.* g) Christ. *ex L suppl., om. c.* h) de adventu *L.* i) itaque *L; cf. supra p.* 467, *n.* 1. k) *sic c.* l) *sic c. et L.* m) eos *ex L suppl., om. c.* n) pontis parte *L.* o) terr. *ex L suppl., om. c.*

1) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 260 *sq.* 273. 294 *sq.* 2) *Cardinalis presbyter tituli S. Stephani in monte Coelio.* 3) *Niverno Herveus. Cf. Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 3. 4) *Quem Sarraceni in Nilo flumine supra Damiatam fecerant. Cf. H. Hoogeweg in 'Mittheil. d. Inst. f. Österreich. Geschichtsforschung' VIII, p.* 208.

1218. *Nov.* Mense vero Novembris venientis, quodam die eiusdem mensis Templarii milites in quadam *Ioh. Cod.* eorum coca intrantes, fluvium transire volentes, ut detrimentum et dampnum paganis in[a] inimicis eorum inferre possent, subito ventus validus ipsam cocam scilicet ante civitatis Dalmiate muros proiecit. Quo cognito, illico Saraceni cum galeis et barchis currentes illos undique circumdederunt et cum eis gravissime pugnaverunt. Christiani autem egregie se defendentes multos ex eis interfecerunt. Sed cum vidissent, quod de manibus eorum [minime[b]] evadere possent, pactum Christiani a Saracenis pecierunt. Saraceni vero interrea C de maioribus et melioribus, qui ibi erant, in Christianorum[c] coca ascenderunt. Videntes hoc Christiani milites valde sunt turbati, verumtamen sunt recordati verbi Sansonis dicentis: 'Omnes insimul moriamur! Moriatur Sanson, et moriantur omnes inimici eius!' Et statim Saraceni qui in coca aderant omnes inferius eam fregerunt[1] et in aqua sunt submersi. Christiani **f. 62c.* vero, qui in dicta[d] erant, in quadam galea et barcha Saracenorum *intrantes fluvium Domini virtute transierunt. Videns autem soldanus, quod dominus noster Iesus crucifixus tunc pro Christianis pugnavit, nimio terrore et ingenti tristicia conturbatus[e]. Et illico fluvium munivit[f], ligna et trabes in fluvio submergi fecit et ripam ipsius fluminis petreriis et manganis et aliis machinis munivit et castris lignorum. Quam munitionem cum Christiani vidissent, plurimum sunt conturbati, dicentes et ad invicem contra domnum legatum murmurantes: 'Quid[g] faciemus? Ad eos transire non possumus, belli fortunam cum eis minime temptare nequimus, et sic in hac solitudine mori debemus. *cf. Exod. 14. 11. 16. 3.* Salvator mundi, quid faciemus? an sepulcris[h] et sepulturis in nostris[i] caremus partibus? cur in hoc deserto nos duxistis? Ecce absque bello morimur[k] et sicut canes et bestie in sablono sepelimur'. Cumque domnus legatus hec audiret, effundens ex oculis lacrimas[l], dominum nostrum Iesum Christum cepit exorare alta voce, tendens manus suas ad celum, dicens:

Oratio: 'Domine Iesu Christe, filii[m] Dei vivi, qui pro salute nostra in mundum venisti et humanam generationem de tuo sanguine sanctissimo redemisti, ne respicias peccata nostra, sed exaudi nos peccatores per tuam gratiam et misericordiam et mitte angelos tuos de celo, qui nobiscum sint et doceant nos, ut possimus sancte crucis inimicos et eos qui in te [non[n]] credunt superare, salvator mundi, qui in unitate vivit et regnat Deus'. Et precepit domnus legatus triduanum fieri ieiunium et nudis pedibus atque flexis genibus ante veram et sanctam crucem intentis precibus et orationibus stare, ut qui in ea pependit ostendere Christianis viam, per quam nostras potuissemus ripe[o] fluminis naves apponere, ut cum inimicis prelium conmisceri valeamus, ut ad rectam fidem domini nostri Iesu Christi

a) in (ĩ *c.*) *delendum.* b) min. *om. c.* c) in Chr. *bis scr., alterum del. c.* d) *supple* coca. e) cturb. *legit Albertus pro* ẽ turb. f) munimimis *c.* g) qd' (quod) *c.* h) sepulturis *c.* i) prīs *c.* k) moritur *c.* l) lacrimis *c.* m) *sic c.* n) non *om. c.* o) nix *c.*

1) *Haec male immutata sunt; non Sarraceni, sed Christiani navem fregerunt; cf. Lib. duelli c.* 2.

1218. *Nov.*

4. Mense vero Novembri[a] [1] venienti, quodam die eiusdem mensis Templarii milites in quadam eorum coca[b] intrantes, fluvium transire volentes, ut detrimentum et dampnum paganis inimicis eorum inferre possent, subito ventus validus ipsam cocam[c] ante civitatis Damiate muros proiecit. Quo cognito, illico Saraceni cum galeis et[2] barchis currentes illos undique circumdederunt et cum eis gravissime pugnaverunt. Christiani autem egregie se defendentes multos ex eis interfecerunt; sed cum vidissent, quod a[d] manibus eorum minime evadere possent, pactum Christiani a Saracenis petierunt. Saraceni vero interea centum de maioribus et melioribus, qui ibi erant, in Christianorum coca[b] ascenderunt. Videntes hoc Christiani milites sunt valde turbati, verumtamen sunt recordati verbi Sansonis dicentis[3]: 'Omnes insimul moriamur! Moriatur Sanson, et moriantur omnes inimici eius!' et statim cocam[e] inferius fregerunt, et Saraceni omnes qui in ea erant[f] coca[b] in aqua sunt sumersi[g]; Christiani vero[h] in quadam galea et barcha Saracenorum intrantes fluvium Domini virtute transierunt[4]. Videns autem soldanus, quod Dominus noster[i] crucifixus tunc pro Christianis pugnavit, nimio terrore et ingenti tristitia est turbatus. Et illico fluvium munivit[k] et ligna et trabes in fluvio submergi fecit et ripam *ipsius fluvii predariis et manganis et aliis machinis munivit et castris *f. 109d. lignorum; quam munitionem cum Christiani vidissent, plurimum sunt conturbati, dicentes et adinvicem contra domnum legatum murmurantes: 'Quid faciemus? Ad eos transire non possumus, belli fortunam cum eis minime temptare nequimus, et sic in hac solitudine mori debemus. Salvator mundi, quid faciemus? an sepulcris *cf. Exod. 14, 11. 16, 3.* et sepulturis in nostris caremus partibus? cur in hoc deserto nos duxistis[l]? Ecce absque bello[m] moriemur[n] et sicut canes et bestie in sablono sepelimur'. Cumque domnus legatus hec audiret, effundens ex oculis lacrimas, dominum nostrum Iesum Christum cepit exorare alta voce, tendens manus suas ad celum, dicens: 'Domine Iesu Christe, fili Dei vivi, qui pro salute nostra in mundum venisti et humanam generationem de tuo sanctissimo sanguine redemisti, ne[o] respicias peccata nostra, sed exaudi nos peccatores per tuam gratiam et misericordiam et mitte angelos tuos de celo, qui nobiscum sint et doceant nos, ut possimus sancte crucis inimicos et eos qui in te non credunt superare, salvator mundi, qui in trinitate vivit et regnat Deus'. Et precepit[p] domnus legatus triduanum fieri ieiunium et nudis pedibus atque flexis genibus ante veram et sanctam crucem intentis precibus et orationibus stare, ut qui in ea pependit[q] ostendere[r] Christianis viam, per quam nostras potuissemus ripe *fluminis naves apponere, ut cum inimicis prelium com- *f. 110a.

a) nouebri *c.* b) cōca *c.* c) cocam *c.*; scilicet *add. L.* d) de *L.* e) cocam *c.* f) aderant *L more Codagnelli.* g) *sic c.* h) *vide p.* 470, *l.* 11, *quae in Alberti libro addita sint.* i) Iesus *add. L.* k) muniūt *c.* l) duximus *c.* m) malo *c.* n) morimur *Ioh. de Tulbia et Liber duelli; cf. p.* 470, *n.* k. o) u^e prospicias *c.* p) pdictus *c.* q) pendit et *c.* r) *sic c. et L;* ostenderet *Ioh. de Tulbia et Liber duelli.*

1) *Falso loco sequentia narrata sunt a Iohanne de Tulbia et auctore Libri duelli c.* 2, *relationem deperditam secutis, in qua nihil de tempore huius rei gestae adnotatum fuisse apparet. Cf. quae ad Ioh. de Tulbia adnotavi. A priore scriptore eandem relationem exscribente, non a Iohanne Codagnello, hoc correctum esse videtur.* 2) galeis et *falso hoc loco additum est.* 3) *Haec verba non leguntur in Biblia, sed Samson Iudic.* 16, 30: Moriatur, *ait,* anima mea cum Philistiim. 4) Christiani vero — transierunt, *quae Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 2. *non habent, perperam hoc loco addita sunt. Non modo hi duo auctores, sed et Oliverus c.* 11. *et Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. p.* 581, *et Chron. Ursperg., SS. XXIII, p.* 380, *Christianos cum Sarracenis submersos esse tradunt. Solus Ernoul ed. Mas Latrie p.* 418. *falso loco de hac, ut videtur, nave Templariorum dicit:* mais les gens escaperent.

Ioh. Cod. 1218. crucifixi[a], individue trinitatis eos conveniri[b] possimus. Cum autem cogitarent Christiani, qualiter
Nov. 30. naves eorum apponere possent, in festo sancti Andree et[c] cecidit tam magna tempestas ab aere, et
pluvia ita superhabundavit, quod[d] Paradisi fluvium non discernebatur a mare[e], et aqua tota facta est
amarissima. Ex illa tempestate et expulsione ventorum omnia temptoria sunt scissa virtute ventorum,
et omnia loca exercitus facta sunt aquosa, ita quod homines ibi natare poterant, et panis et carnes et
**f. 62d.* farina et frumentum et ordeum et omnia victualia in ipsa natabant aqua; et multi *infirmi, qui in
ipsis castris iacebant, ex aquarum inundatione mortui sunt. Ea vero die quedam minutissime[e]
naves, maximo[f] labore et indefinitis expensis constructe, in quibus scale mirabili modo ordinate pro
civitate capienda erant aposite, a ventis impulse et a[g] Saracenorum parte sunt proiecte, quas nobis
videntibus Saraceni igne cremaverunt. Unde Christiani plantum[e] magnum fecerunt, mesticiam habentes
et dolorem cordis, dicentes: 'Deus est nobis contrarius'; quid facere deberent, penitus ignorabant, quia
penitus[h] anteire non poterant, retro vero redire non valebant; et sic quasi desperati in sabulo
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 4. permanebant. Et[1] cum predictus domnus legatus esset in magna tribulatione cum
(Dec. 1. 2). predictis Christianis, in fossatum se in cruce extendit et discooperto capite alta
Matth. 8, 24—26. voce clamavit: Oratio: 'Domine Iesu Christe, qui excitatus a Petro, cuius navicula
Matth. 14, 31. mergebat[i], respondit[k]: *Modice fidei, quare dubitasti?* et statim imperasti ventis et
mari, et facta est tranquilitas magna: intercede nunc, piissime pater, super exercitum tuum! Impera mari et vento, ut revertantur ad locum suum. Qui cum
patre vivis et regnas in secula seculorum. Amen'. Hanc orationem, licet lacrimabili voce[l] dixisset, omnes audivimus. Nulla mora interposita sol splendidissimus
apparuit cum multa serenitate aeris[m], et eodem die terre superficies adeo desiccata
est, quod omnia victualia protinus soli aposita sine gravi damno sunt reperta.
Iudith. 13, 17. Tunc Christiani benedixerunt Deum dicentes: 'Non derelinquid Deus sperantes in
1219. se'. Et sic per totam yemem[n] aqua et frigore passi sunt, in tantum quod sexta[2]
pars exercitus mortua est; et multi manuum et pedum ungulas et dentes malo
oris et dolore amiserunt[o], qui omni parte cognosci possunt; et ita fuimus fatigati
Febr. cf. Ioh. de T. et L. d. c. 5. usque ad mensem Feb. Perpendens[p] domnus legatus, quod nullo modo stando
in sabulo eis vincere[q] poteramus, et cotidie noster exercitus minuebatur, misit
preconem suum et fecit eos coadunari et dixit eis: 'Quid facere, filii, debemus,
fratres karissimi? Nonne melius est mori in bello quam in aliena terra sicut
Ioh. Cod. captivi vivere?' Tunc precepit itaque domnus legatus omnibus confiteri et penitentiam de pec-
Febr. 2. catis suis agere in festo purificationis sancte Marie; quo facto similiter precepit eis, ut armis bellicis
Febr. 3. se prepararent. Ipse dixit, et omnia facta sunt. Altera autem die summo diluculo Christiani omnes
in cochis et galeis et barchis et aliis lignis ascenderunt. Illi autem, qui in coca ducis Osteriche aderant,
primo per flumen navigare cepisset[e] et ad palficatam[e] Saracenorum, quam in flumine fecerunt,
**f. 63a.* venientes et[r] ipsam per vim ceperunt et diruerunt. *Quo viso Christiani *gavisi sunt gaudio magno
valde;* et continuo omnes alie coche et galee et alia ligna per flumen in succursu eorum navigare
ceperunt. Sed protinus tanta tempestas in aere orta fuit, quod vis[s] poterant eam substinere. Aqua
vero et grando et ventus validus cum frigore mistus, ita quod unus alium videre non poterat; et
propter illam tempestatem grandinis inviti ad castra reversi sunt. Illi autem, qui ultra flumen remanserint[e], tribus diebus predictam tempestatem substinuerunt; et tunc Christiani propter temporis gravi-

a) *supple* et. b) *sic c.; cf. supra p.* 469, *l.* 7. c) et *delendum.* d) p *add. c.* e) *sic c.* f) maxime *c.* g) *lege* in. h) pen. *perperam repetitum est.* i) demergebat, de *expunct. c.; lege* mergebatur. k) respondisti *Ioh. de Tulbia et Liber duelli.* l) voce *bis scr. c.* m) *emendavi;* uēcis *c.* n) totum yeme *c.* o) *sic Ioh. de Tulbia;* amisi sunt *c.;* amisere *Liber duelli.* p) Prepandens *c.* q) nocere *emendandum ex Ioh. de Tulbia c.* 5. *et Lib. duelli c.* 5. r) et *delendum.* s) *sic c. pro* vix.

1) *Sequentia Albertus inseruit ex altera relatione de obsidione Damiatina, quae cum Ioh. de Tulbia c.* 4. 5. *et Libro duelli c.* 4. 5. *(postrema etiam cum Ioh. Codagn. c.* 5*) conveniunt. In qua relatione deperdita ante haec procul dubio eadem relata erant, quae Ioh. de Tulbia et Liber duelli habent. Cf. infra p.* 474, *n.* 2. 4. 2) quinta pars *Ioh. de Tulbia c.* 4. *et Liber duelli c.* 4.

misceri[a] valeamus, ut ad rectam fidem domini nostri Iesu Christi crucifixi et indi- 1218.
vidue trinitatis eos convertere possimus[b]. Cum autem cogitarent Christiani, qua-
liter naves eorum apponere possent, in festo sancti Andree cecidit tam magna *Nov.* 30.
tempestas ab aere[c], et pluvia ita superhabundavit, quod Paradisi fluvium[a] non discernebatur a mari, et aqua tota facta est amarissima. Ex illa tempestate et pulsione ventorum omnia temptoria sunt scissa virtute ventorum, et omnia loca exercitus facta sunt aquosa, ita quod homines ibi natare poterant, et panis et carnes et farina et frumentum[d] et ordeum et omnia victualia in ipsa natabant aqua; et multi infirmi, qui in ipsis castris iacebant, ex aquarum inundatione mortui sunt. Ea vero die quedam munitissime naves, maximo labore et indefinitis expensis constructe, in quibus scale mirabili modo ordinate pro civitate capienda erant apposite, a[e] ventis impulse et in[f] Saracenorum parte[g] sunt proiecte, quas nobis videntibus Saraceni igne cremaverunt. Unde Christiani planctum magnum fecerunt, mestitiam[h] et dolorem cordis habentes, dicentes: 'Deus nobis contrarius est', et quid facere deberent, penitus ignorabant, quia anteire non poterant, retro vero redire non valebant; et sic[i] quasi desperati[k] in sabulo permanebant.

5. Cumque hec a Christianis forent acta, perpendens domnus legatus, quod 1219.
stando in sablono nullo modo paganos et *Saracenos vincere poterunt, ante suam *f. 110b.
presentiam omnes venire fecit, dicens: 'Karissimi viri prudentes et potentissimi, qui ad partes istas pro animarum vestrarum redemptione accessistis, quid facere debemus? Melius est mori in bello amore domini nostri Iesu Christi quam in aliena patria tamquam captivi vivere'. Precepit itaque domnus legatus omnibus
confiteri et penitentiam[1] agere[1] in festo purificationis sancte Marie; quo facto *Febr.* 2.
similiter precepit eis, ut armis bellicis se prepararent; ipse dixit, et omnia facta
sunt. Altera autem die[2] summo diluculo[m] Christiani omnes in cochis et galeis et *Febr.* 3.
barchis et aliis lignis ascenderunt. Illi autem qui in coca ducis Hosteriche aderant primo per flumen navigare ceperunt et ad palificatam Saracenorum, quam in flumine fecerant, venientes ipsam per vim ceperunt et diruerunt. Quo viso a Christianis[n]
gavisi sunt gaudio magno valde[3]; et continue[o] omnes alie coche et galee et alia *Matth.* 2, 10.
ligna per flumen in succursum[p] eorum navigare ceperunt. Sed protinus tanta tempestas in aere orta fuit, quod vix poterant eam sustinere. Aqua vero et grando et ventus validus cum frigore mixtus, quod[q] minime unus alium videre poterat; et propter illam tempestatem grandinis inviti[r] ad castra reversi sunt. Illi autem
qui ultra flumen remanserunt tribus diebus et noctibus predictam tempestatem *Febr.* 2—4.

a) *sic c. et L.* b) possumus *c.* c) ere *c.* d) furm̄tum *c.* e) et a *c.* f) imp. ⁊ (etiam) *c.; cf. p.* 472, *l.* 9. g) *sic c. et L et Ioh. de Tulbia.* h) medistitiam, di *expunct. c.* i) sic *ex L suppl., om. c.* k) disperati *c.* l) *forte addendum, quod Albertus habet,* de peccatis suis. m) dilicto *c.* n) viso Christiani *L.* o) continuo *L.* p) succursu *L, post corr., ut videtur,* succursū *c.* q) ita quod *L.* r) inniti *c.*

1) confit. et penit. agere *Codagnellus solus habet.* 2) *Potius ipso die purificationis haec facta sunt, ut tradunt Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 5. 3) Illi autem — valde *Codagnellus solus habet. Falsa et perplexa de hac re narrat Ernoul ed. Mas Latrie p.* 418.

1219. *Ps. 9a, 11.* tatem quasi ad desperationem devenerunt, dicentes: *'Oblitus est* nobis *Deus et faciem suam avertit,*
Matth. 8, 25. *ut* n o s *non videret in finem'*. Et adoraverunt Deum dicentes: *'Domine, salva nos! p e r i m u s*[1], ab ista
Ps. 78, 10. perversa et nefanda gente, *ne* quando *dicant: "Ubi est Deus eorum* crucifixus?" Adiuva nos, Deus
Ps. 78, 4. noster, et miserere nobis, ut nos simus, nec de nobis dici possit: *Facti sumus obprobrium vicinis nostris,*
subsanatio et illusio[a] *qui in circuitu nostro sunt*[b]*'*. Statim tanta mala Deus noster Iesus Christus super
Saracenis posuit, quod soldanus ex illa tristicia indignatus unum de amiragis[c] suis fecit interficere.
Febr. 4/5. Nocte vero veniente apparuit in castris paganorum et Saracenorum beatus Georgius armis albis in-
dutus et innumerabiles milites cum eo, similiter armis albis et vestibus candidis inducti[c]. Videntes
autem pagani eos cursu velocissimo ex[d] splendore magno venientes, perterriti fugam ceperunt; et
fugientes, p a t e r filium nec filius patrem expectabat, castra et omnia que in castris habebant penitus
Febr. 5. relinquentes. Etiam Christiani hoc audientes magnum habuerunt timorem. Altera die veniente
unus ex paganis, qui in campo remanserant[c], vocavit Christianos et dixit eis: 'Venite, quia Saraceni
fugam ceperunt et castra cum omnibus dimiserunt'. Quo facto Christiani ad castra pergentes temptoria
et omnia que in castris aderant habuerunt et inter se diviserunt. Et tunc Christiani intellexerunt et firmiter
c r e d e n t e s[c], quod dominus noster I e s u s C h r i s t u s[e] crucifixus misit milites suos ad expugnandum
(Febr. 4). paganos et Saracenos. Et in his diebus apparuit Saracenis quedam terribilis vox
dicendo: 'Fugite et ite viam vestram! et si non, mortui[f] eritis'. Et hec vox per
totum exercitum ibat dicendo: 'Fugite, fugite! Ecce Christiani vos omnes occident[g]';
et ita Saraceni fugam ceperunt, et sic pater non expectabat filium; et semper hec
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 5. vox dicendo: 'Quare non fugitis? Ecce Christiani sequendo occident vos'; et nullus
sequebatur eos; et hec vox et tribulatio per tres dies duravit super Saracenos.
**f. 63b.* Tunc *Christiani valde timuerunt de rumore, quem faciebant Saraceni fugiendo[2].
Febr. 5. Et in aurora diei sancte Agathe facta fuit tranquilitas in flumine, et Christiani,
qui erant in lignis, audierunt unam vocem iusta flumen dicentem[h]: 'O Christiani,
quid facitis? ecce Saraceni omnes fugiunt; et non expectabat pater filium'. Et
interim[i] viderunt unum militem albis vestibus iusta flumen hoc dicentem. Et
confestim descenderunt ad terram et non invenerunt nisi paucos Saracenos per
campum et occiderunt eos, et multos invenerunt mortuos. Et qui occidebat eos,
nesciebant. Et invenerunt Christiani in dicto campo papiliones[k], travaclas[3] caris-
simas et cultras optimas et ornamenta, aurum, argentum et vasa aurea et argentea,
camelos, boves et asinos, biscotum, farinam et ordeum multum; unde renovatus
est totus exercitus Christianorum. Tunc intellexerunt Christiani, quod dominus
noster Iesus Christus transmisit angelos suos ad expugnandos illos qui non credunt
Deum venisse in virginem Mariam. Et tunc Christiani cantare inceperunt: *Gloria
in excelsis Deo* et *Te Deum* et laudaverunt Deum et beatam Agathen[4]. Et illo
(Febr. 7). die[5] posuerunt districte adsedium in circuitu Dalmiate, ita quod exire nec intrare

a) *supple* his. b) Nocte vero veniente apparuit *perperam hoc loco add. in c., quae infra l.* 7. *iterum leguntur suo loco.* c) *sic c.* d) *sic c. ut Codagnelli codex Paris.* e) Chr. *superscr. c.* f) morti *c.* g) occidendo *c.* h) et confestim *h. l. perperam add., quod infra l.* 26 *sq. post* dicentem *suo loco legitur.* i) intrim *c.* k) papiliones *c.*

1) perimus *Albertus ex altera relatione deperdita alio loco dictum hoc loco supplevisse videtur. Ioh. de Tulbia c.* 4. *enim et Liber duelli c.* 4. *referentes, quid die Dec.* 2. *anni* 1218. *actum sit, habent:* Domine, salva nos! perimus. 2) *Manifestum est hac particula, cuius prior et extrema pars nusquam alibi occurrit, eadem narrata esse, quae de S. Georgio supra ex Ioh. Codagn. exscripta sunt, id videlicet, quod utrique relationi verum inest, Sarracenorum exercitum die Febr.* 4. *et nocte sequente a civitate Damiatina recessisse.* 3) *Est tentoriorum species; cf. Ducange-Henschel s. v.* travacha. 4) *Apparet hoc loco ex libello qui periit iterum relata esse quae de rebus die Febr.* 5. *gestis supra ex Ioh. Codagn. descripta sunt. Quorum nonnulla quidem, pauca tamen, in Ioh. de Tulbia c.* 5. *et Libro duelli c.* 5. *leguntur.* 5) *Potius Febr.* 7. *(non Febr.* 5*), ut tradit fragm. Provinc. §* 12, *p.* 172.

substinuerunt; et tunc Christiani propter temporis gravitatem quasi ad desperationem devenerunt, dicentes: *'*Oblitus est* nobis[a] *Deus et faciem suam avertit, ut*[b] *non videret in finem*'. Et adoraverunt Deum dicentes: 'Domine, salva nos ab ista perversa et nephanda[c] gente, *ne* quando *dicant: "Ubi est Deus eorum* crucifixus?" Adiuva nos, Deus noster, et[d] nobis miserere[e], ut nos simus[f·1], nec de nobis dici possit: *Facti sumus in*[g] *obprobrium vicinis nostris, subsanatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt*'. Statim tanta mala Deus noster[h] Iesus Christus super Saracenis posuit[i], quod soldanus ex illa tristitia indignatus unum de amiragiis suis fecit interficere. Nocte vero veniente apparuit in castris paganorum et Saracenorum beatus Georgius armis albis indutus et innumerabiles milites cum eo[k], similiter albis[l] armis et vestibus candidis induti. Videntes autem pagani eos velocissimo[m] cursu et splendore[n] magno venientes, perteriti fugam ceperunt; et fugientes, pater[o] filium nec filius patrem expectabat, castra et omnia que in castris habebant penitus relinquentes; et etiam Christiani hoc audientes magnum habuerunt timorem.

[Margin: 1219. — *f. 110c. — Ps. 9a, 11. — Ps. 78, 10. — Ps. 78, 4. — Febr. 4/5.]

Altera die veniente unus ex paganis[p], qui in campo remanserat, vocavit Christianos et dixit eis: 'Venite, quia Saraceni fugam ceperunt et castra cum omnibus dimiserunt'. Quo facto Christiani ad castra pergentes temptoria et omnia que in castris aderant habuerunt et inter se diviserunt. Et tunc Christiani intellexerunt et firmiter crediderunt, quod Dominus noster[q] crucifixus misit milites suos ad expugnandum paganos et Saracenos. Ea vero die omnes Christiani transierunt *flumen ingenti gaudio et letitia laudantes et benedicentes Dominum; omnibus fuit notum et manifestum[2]. Ea autem die Christiani cum paganis et Saracenis nequissime preliaverunt et fugam petentes eos usque ad civitatis portas[r] persecuti fuerunt; et tunc Christiani Damiate civitatem undique obsiderunt[s], ita quod nullus in ea civitate poterat intrare nec exire nisi per Christianorum manus.

[Margin: Febr. 5. — *f. 110d. — (Febr. 7).]

a) *sic c. et L et Ioh. de Tulbia.* b) *non satis liquet, num* nos *addendum sit, quod Albertus et Ioh. de Tulbia habent, sed in Lib. duelli et in versu psalmi deest.* c) naphanda *c.* d) et — dici possit *posita post* vicinis nostris *c.* e) mis̃. *c.* f) sumus *c.* g) in *delendum videtur, quia in Libro de temp. et in versu psalmi abest.* h) *sic L;* ih̄s ʒps n̄r (noster) *c.* i) p̄posuit *c.* k) sim. cum eo *c.* l) armis albis *L ut supra l.* 10. m) cursu veloc. *L.* n) cursu ex p̄dore *c.;* cursu ex splendore *L.* o) pater *ex L suppl., om. c.* p) panis *c.* q) *cf. p.* 474, *l.* 15. r) ptes *c.* s) *sic c.*

1) *Interpretare haec verba inania* ne nos simus *vel* ut nos non simus, *more Codagnelli priore negatione omissa, ut l.* 12; *cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 332, *n.* 10; *Codagnelli Ann. Placent. p.* 63, *n.* h. *Quae ex eo orta esse videntur, quod relatio deperdita cum Ioh. de Tulbia et Libro duelli c.* 5. *habuerit:* ut non simus subsannatio *etc., initio versus psalmi omisso, quod hoc loco restitutum est.* 2) *Nescio an quaedam omissa sint.*

1219. poterant. Tunc remanserunt[a] in Dalmiata LXXX[a] milia hominum et mulierum[1]; *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 5.* et fecerunt[2] arginalem[3] circa exercitum de biscoto[4], de caseo, de lardo et de aliis victualibus, de quibus habebant habundantiam. Sed de pane recenti et vino et de carne frescha caristiam magnam habebant, ita quod aries unus X unciis venditus fuit, et una gallina XXX sol., et unum ovum duos sol.; caristiam vini non possum enumerari[b]. Certe[5] cum lacrimis unicuique loquebatur: tanta erat miseria[c] Christianorum, quod, sicut infirmus sanitatem desiderat, ita Christiani desiderant, non dico comedere, sed tantum herbarum virentiam videre, quia non erat ibi nisi sabulum.

(Febr. 6). Ioh. Cod. Nono die intrante Marcio[6] domnus legatus precepit omnibus magistris, ut pontem hedificarent et schallas in cochis et galeis et alias machinas velociter construere et facere deberent. Statuerat quidem cum omni Christianorum exercitu Dalmiate civitatem viriliter expugnantes. Soldanus tamen, antequam civitatem desereret, ipsam valde munivit, L milia, viros nobiles et bellatores inter amiragios et milites et pedites, in ea posuit civitatem[d], qui ipsam urbem defenderent et manutenerent, habitatores vero eiusdem civitatis, qui[e] erant XX milia absque parvulis et mulieribus viri bellatores. **f. 63c.* Similiter in ea misit civitatem[d] victualia ad annos duos sufficientia. *Interrea[f] pontibus expletis et *(Febr. 10).* castris et aliis machinis constructis, die dominico mensis XV°[g] Marcii[7] domnus legatus et rex Ierosolime et dux de Hostirica et patriarcha Ierosolimitanus et alii nobiles et potentes viri insimul se coadunantes diligenter inquirere et disponere ceperunt, qualiter Dalmiate civitas posse[d] capi et subiugare[d]. Et dum hec agerentur, soldanus et Coradinus civitatis Dalmasi dominus cum infinita Saracenorum et paganorum multitudine exercitum Christianorum circumdederunt. Venientes autem dicti soldanus et Coradinus cum universa gente sua ab illa parte, a qua fossatum non erat expletum, sic Christianis fuit locutus: 'O Christiani, aut oportet vos Christum et Deum vestrum et Mariam, quam dicitis esse matrem eius, negare et Saracenos effici et Machometum adorare[8], aut *(Mart. 9).* oportet nos Machometum negare et Christianos fieri'. Et confestim prelium magnum cum Christianis *cf. Ioh. de T. c. 6.* commisit; et fixerunt[9] unum papillionem ante fossatum Christianorum et ibi comederunt duas gallinas propter sacramentum, quod fecit Coradinus, quia credebant[d] eos devorare, sicut canes famelici unum panem[10]. Et in illo die fuit magnum prelium; et Saraceni non valentes resistere, multi mortui sunt, Christiani dicentes: *Rom. 8, 31.* *Si Deus pro nobis, quis contra nos?*[10] Tunc Christiani fecerunt pontem super flumen[h] de XXXVIII° barchis cum travibus[i] et tabulis clavatis; et distabat una pars ab

a) remaserunt *c.* b) enarrare *Ioh. de Tulbia.* c) miserea *c.* d) *sic c.* e) qui *delendum.* f) Intrea *c.* g) *numerus manu Alberti in loco raso, et in marg. eadem manu:* quintodecimo. h) fluuium *corr.* flumen *c.* i) *sic c. pro* trabibus.

1) *Cf. Oliver. c.* 22; *Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. XVI, p.* 77: plus quam sexaginta milia; *Hoogeweg l. l. p.* 249, *n.* 1. 2) *Christiani scilicet; cf. Ioh. de Tulbia c.* 5. 3) *Vox Italica* argine = *agger.* 4) *Scribendum est* exercitum. De biscoto *et infra* de quibus *delendum, ut docent Ioh. de Tulbia c.* 5. *et Liber duelli c.* 5. 5) *Sequentia alio loco Ioh. de Tulbia c.* 6. *(ubi:* Certe unicuique vestrum loquar cum lacr.*) et Liber duelli c.* 6. *immutata habent. Sed sanius haec hoc loco posita sunt, nam die Febr.* 5. *Nilum amnem transgressi Christiani multi in pratis castrametati sunt.* 6) *Die Mart.* 9. *proelium infra l.* 28 *sq. narratum commissum est, ut Ioh. de Tulbia una cum Olivero c.* 12. *tradit. In relatione deperdita post haec verba procul dubio de hoc proelio relatum erat. Inepte igitur hunc diem ex relatione deperdita desumptum Albertus sequenti narrationi Codagnelli praeposuit.* 7) *Perperam hic dies positus est, mutato eo, quem Ioh. Codagn. scripserat, quia ordine chronologico turbato iam supra dies Mart.* 9. *insertus est. Vide p.* 477, *n.* 3. *Ioh. de Tulbia et Liber duelli nihil tradunt die Mart.* 15. *actum. Cum numerus postea ab Alberto mutatus sit, primum forte iterum scripserat* IX, *quem numerum mutaverit, cum eundem iam supra l.* 10. *se posuisse animadvertisset.* 8) *Haec etiam verba Codagnellianis addita quin ex relatione deperdita exscripta sint, non dubito.* 9) *Soldanus scilicet Aegypti et Coradinus.* 10) *Haec verba Ioh. de Tulbia c.* 6. *et Liber duelli c.* 6. *et Codagn. c.* 7. *proelium diei Mart.* 31. *narrantes afferunt.*

1219. Febr. 6.

6. Altera namque die domnus legatus precepit omnibus magistris, ut pontem hedificare[1] et scalas in cochis et galeis et barchis et alias machinas[a] velociter construere[b] et facere deberent; statuerat quidem cum omni Christianorum exercitu Damiate civitatem viriliter expugnantes[c]. Soldanus tamen, antequam civitatem desereret, ipsam valde munivit, L millia[d, 2], viros nobiles et bellatores inter amiragios et milites et pedites, in ea posuit civitate, qui ipsam urbem defenderent et manutenerent. Habitatores vero eiusdem civitatis erant XX milia absque parvulis et mulieribus viri bellatores. Similiter in ea misit civitate victualia ad annos duos sufficientia. Interea pontibus expletis et castris et aliis machinis constructis et factis, die dominico X. Kal. Februarii[3] (Febr. 10.) domnus legatus et rex Ierosolime et dux de Hostarica et patriarcha Ierosolimitanus et alii nobiles et potentes viri insimul se coadunaverunt[e], diligenter inquirere et disponere ceperunt, qualiter Damiate civitas posset capi et subiugari[4]. Et dum hec agerentur, soldanus et[f] Coradinus *civitatis Dalmasi[g] (*f. 111a.) dominus cum infinita Saracenorum et paganorum multitudine exercitum Christianorum circumdederunt. (Mart. 3). Venientes autem cum universa gente sua ab illa parte, a qua fossatum non erat expletum, sic Christianis sunt locuti: 'O Christiani, aut oportet vos Christum et Deum vestrum negare et Saracenos effici, aut oportet nos Maomet negare et Christianos fieri'. Et confestim prelium magnum cum Christianis commiserunt; in ipso autem prelio gratia Dei nil Christianis nocuerunt, sed de Saracenis innumerabiles mortui sunt; referamus gratias Christo![5]

a) aliis machinis *c.* b) construxere *c.* c) *sic c. et L.* d) milt *c.* e) coadunantes *L.* f) *sic L;* et *om. c.* g) *sic c. et L; i. e.* Damasci.

1) *Pontem factum esse, antequam exercitus Sarracenorum iterum ad Damiatam civitatem accederet, omnes fere consentiunt, Ioh. de Tulbia c.* 6, *Oliverus c.* 12, *Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. p.* 583, *fragm. Provinc. §* 14—17, *Röhricht, Quinti belli sacri scriptores p.* 172 *sq. H. Hoogeweg in 'Mittheil. d. Inst. f. Österreich. Gesch.' IX, p.* 253. *in errorem ductus est a solo Alberto Milioli!* 2) XLV milia *Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. XVI, p.* 83 *sq., et fragm. Provinc. §* 13, *p.* 172. *et epistola Aegidii de Lewes, Röhricht, 'Studien z. Gesch. d. fünften Kreuzzuges' p.* 42, *quae exscripta est ab Albrico Trium-fontium, SS. XXIII, p.* 908. *Cf. Hoogeweg l. l. p.* 249, *n.* 2. 3. 3) *Non* X. Kal. Febr., *sed* X. Febr. *legendum esse patet, qui dies fuit dominicus a.* 1219. *X. Kal. Febr. (Ian.* 23*) non fuit dies dominicus, sed sabbatum, et hoc die haec acta esse non possunt, cum Christiani demum Febr.* 5. *Nilum fluvium transierint. Dies Febr.* 10. *etiam eo confirmatur, quod fragmentum lingua Provinciali conscriptum §* 17, *p.* 173. *refert post pontes duos confectos tribus septimanis Christianos nihil de soldano audivisse, qui mense Martio ineunte ad Damiatam accessit. Nullo iure Röhricht Mart.* 17. *corrigendum esse censet, cum hoc factum esse dicatur, antequam soldanus Aegypti et Coradinus advenirent.* 4) *Quae hoc capite hucusque continentur non ex libello a Iohanne de Tulbia et auctore Libri duelli exscripto, sed aliunde petita sunt.* 5) *Proelium die Mart.* 9. *commissum, de quo Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 6. *referunt, Codagnellus omisit.*

1219. altera fere unum miliare; circa miserunt coccas[a], ne Saraceni ascenderent ipsi (Mart. 31?) ponti[1]. Alio autem die[2] venerunt Saraceni per flumen cum XXX galeis[3] et tribus ieremitis ardentibus ad conburendum pontem, et sic ceperunt preliare[b] ex V partibus. Sed dominus noster Christus Iesus venit in auxilium Christianis, ita quod ad pontem non nocuerunt[4]; et mortui sunt ex ipsis Saracenis CCCC, et reversi sunt cum tristicia; et fecerunt Christiani custodire circum Dalmiatam et flumen et insulam, in quo[b] prius manserant, et alias duas insulas cum carbonariis[5] et portis, ne aliqui possent intrare nec exire. Et Christianus exercitus tenebat decem miliaria longe.

Mart. 31. cf. Ioh. de T. et L. d. c. 6. In ramis palmarum scientes soldanus et Coradinus, quod Christiani volebant celebrare, qualiter Christus venit Ierosolimam, inierunt consilium super Christianos, antequam aliud pasagium succurreret eos[b]; putaverunt eos delere de terra. Et sicut leviter possunt numerari[c] stelle celi et arene maris, ita multitudo Christianorum[d] poterat numerari. *f. 63d. Ioh. Cod. Et venerunt per terram et *aquam cum LXXI[6] galeis et cum indefinita multitudine paganorum et Saracenorum[7] et adduxerunt targias et tabulas et hostia domorum, zapas[8], palleas et multos mulos honeratos herbarum, quia volebant reimplere fossatum et eos a sablone exui[b] et intrare Damiatam; et inceperunt prelium tam crudeliter, quod ante auroram usque ad noctem duravit; et dominus noster Iesus Christus tantam gratiam dedit Christianis, quod plus quam V[que] milia ex illis interfecerunt et sine numero vulneravere, et reduxerunt eos usque ad fossatum Dalmiate; et de XXX lignis unum cum multis Turgis et uno amirario ceperunt; et ita Christiani celebraverunt palmam cum armis. Sciatis certe, quod Christiani qui mortui sunt veram palmam ad Deum portaverunt, ut ait psalmista: Ps. 91, 13. Ioh. Cod. *Iustus ut palma florebit et sicut ce[drus] Li[bani] m[ultiplicabitur][e] et cet.* Nulla quippe humana lingua sane potest explicare miserias, paupertates, tormenta, langores et infirmitates, quas Christiani in obsidione Dalmiate amore Iesu Christi passi fuerunt pro fide Christi-

a) coceas *c.* b) *sic c.* c) nūi (numeri) *c.* d) paganorum *emendandum est.* e) *haec verba per litteras vel syllabas initiales tantum indicata sunt in c.*

1) *Haec de ponte nusquam alibi relata sunt.* 2) *Sequentia, quae neque a Iohanne de Tulbia neque ab auctore Libri duelli traduntur, ad proelium die dominica palmarum commissum pertinere conicio, quamvis de eodem iterum infra l.* 10 *sqq. in libello deperdito ab Alberto exscripto relatum sit. Quod ut probarem, nonnulla aliorum auctorum adnotavi. Non credere possum de tanto proelio inter Mart.* 9. *et Mart.* 31. *commisso ab hoc solo auctore traditum esse. Nescio quidem, quomodo hic adductus sit, ut de eodem proelio bis retulerit. Sed nota eum hoc loco confusionem admisisse, cum de die Mart.* 9. *dixerit quae prior libellus deperditus, ut supra p.* 476, *n.* 10. *adnotavi, ad Mart.* 31. *habuit.* 3) *Triginta naves Sarracenorum etiam in proelio die Mart.* 31. *commisso infra l.* 21. *affuisse dicuntur.* 4) *Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 584. *procul dubio de proelio diei Mart.* 31: Sed et machinam vehementer succensam, quam super naves fabricatam ad pontem nostrum, ut ipsum comburerent, transmiserant, absque aliquo pontis damno nostri retinuerunt; *Oliver. c.* 13: fossatum nostrum invadentes et maxime pontem Templariorum et ducis Austrie . . . tandem pontem ascendentes partem eius combusserunt . . . sed intrare non presumpserunt; *fragm. Provinc. § 29, p.* 176: intreron el valhat e preyron dos de nostres pontz per forssa. 5) *Fossarum specie; cf. Ducange-Henschel s. v.* carbo 3. 6) *Galearum numerus LXXI pro LXVI, quem Ioh. Codagn. habet, aut vice versa errore scribae tantum corruptus esse videtur.* 7) *Quin Albertus haec ex Codagnelli c.* 7. *relationi libelli deperditi inseruerit, non dubito, cum iam supra in hoc libello de multitudine magna Sarracenorum dictum sit, et infra l.* 21. *in hoc triginta naves, non LXVI vel LXXI, Sarracenorum tunc affuisse dictum sit.* 8) *Ital.* zappa *est ligo.*

7. Millesimo ducentesimo decimo nono[1], indictione VII, die ramis palmarum, [1219. *Mart.* 31.] cum divinum celebraretur offitium, qualiter Iesus Ierosolimam venit, soldanus et Coradinus[2] super Christianos insultum facere statuerunt. Venientes itaque cum LXVI galeis et cum indefinita multitudine paganorum et Saracenorum et cum galeis fortiter navigantes ad Christianorum pontem appropinquaverunt[3]. Verum quia pauci respectu illorum erant Christiani, a facie terre eos penitus credebant posse delere[4]; fossatum quidem Christianorum iuxta castra[a] impleverunt. Alii[b] ab alia parte exercitus perexerunt; inde Christiani valde timuerunt; et cum Christianis prelium magnum inceptum est, et duravit ea die usque ad vesperas. Hora autem vespertina veniente Christiani fortiter cum paganis et Saracenis pugnaverunt. Videntes Saraceni et pagani fortitudini Christianorum resistere non posse, retro se facientes fugam petierunt. Sed quia in galeis ascendere non *potuerunt, multi ex illis in terra et aqua sunt mortui et sumersi, et de Christianis [*f. 111b.] multi vulnerati sunt. Sed ea die divino auxilio parum Christianis nocuerunt; legimus enim in epistola Pauli: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Nulla quippe [*Rom.* 8, 31.] humana lingua miserias et langores ac Christianorum infirmitates, quas Christiani in Damiate obsidione pro Christi amore passi fuerunt, plene posset explicare. De mense vero Aprilis[5] proximi venientis rex Egyptiacus et Coradinus cum magna [*Apr.*] paganorum et Saracenorum multitudine ad Christianorum fossatum venientes bellum fortissimum cum Christianis inierunt. Similiter Saraceni qui in Damiate civitate aderant de ipsa exeuntes ignem et sulfurem accensum super Christianorum gattos proiecerunt et eos conbuserunt; unde Christiani magnum habuerunt dolorem; pugnaverunt namque ambe partes viriliter et fortissime, tandem gratia Domini nostri crucifixi fugati fuerunt pagani, et in eo bello magnum sustinuerunt detrimentum; gratias et laudes domino nostro Iesu Christo referamus!

a) fossatum *iterum (pro* castra*) c.* b) Alia *c.*

1) *Codagnellus etiam in hoc libello ut in Annalibus Placentinis (cf. SS. R. G. p. XV) anni exordium a die Mart.* 25. *fecit.* 2) *Ioh. de Tulbia non dicit in hoc proelio Coradinum adfuisse, qui tunc in Syriam recessisse videtur.* 3) *Haec (inde a* Venientes itaque*) et infra l.* 7. fossatum — *l.* 14. vulnerati sunt *non ex libello deperdito, quem Ioh. de Tulbia et auctor Libri duelli exscripserunt, sed aliunde assumpta sunt.* 4) *Cf. Gen.* 6, 7: Delebo . . . hominem . . . a facie terrae. 5) *De sequente pugna nemo reliquorum auctorum retulit.*

1219. Apr. 14. anitatis[1]. In octava resurrectionis fecit domnus legatus talem indulgentiam omnibus hominibus volentibus stare ad Terram Sanctam defendendam usque ad alium[a] passagium, quod absolvebat animam patris et matris, fratrum et sororum, uxoris et filiorum de omnibus peccatis, de quibus penitenciam receperunt[2].

Ioh. Cod. Maii 5. In mense[b] Madio sequente, die dominico primo mensis eiusdem dux de Hosterica iter navigandi et ad patriam suam redeundi incepit; unde Christiani valde sunt contristati, soldanus et Coradinus *Maii (16). cf. Ioh. de T. et L. d. c. 7.* plurimum sunt gavisi. In medio Madio[3] venit soldanus et Coradinus cum magno exercitu Saracenorum et paganorum et intraverunt fossatum Christianorum et putaverunt illum[a] replere et delere dictos Christianos de terra. Sed Domino cooperante, qui operatur cum omnibus qui veram fidem tenent, Christiani habuerunt *Maii (17. 18).* victoriam et occiderunt inter homines et equos plus quam M[4]; et in tribus diebus et tribus noctibus nichil aliud fecerunt nisi preliare[a] simul; et sicut campum[a] est plenum[a] de covis[5], cum metitur, ita campum et fossatum erat plenum de Saracenis mortuis; de Christianis non, quia Deus erat cum illis, et magnam victoriam Christiani ibi habuerunt. Gratias Deo dicamus!

Ioh. Cod. Maii 26. In die pentecostes domnus legatus et rex Ierosolime et patriarcha et alii omnes viri nobiles et potentes ad Lombardorum morem carocium fieri fecerunt, super quod Christianorum vexillum poni statuerunt, ut pedites omnes circa illud astantes et per campos ibi dispersi minime pergentes, cum **f. 64a.* armis bellicis preparati, versus inimicos paulatim apropinquantes, *bellum cum eis securiter commisceri possent. Et dum hec agerentur, soldanus et Coradinus cum universa multitudine paganorum et Saracenorum per terram et aquam ad castra Christianorum venientes, temptoria et ea omnia que in castris aderant habere cogitantes, ea omnia et Christianos tanquam captivos inter se dividere cupientes. Percipientes[c] vero Christiani de paganorum et Saracenorum adventu, illico civitatis portas et albergarias custodire fecerunt, et armati et ad bellum ascherati milites et pedites circa carotium astantes extra castra catervatim obviam inimicis perrexerunt. Videntes autem pagani et Saraceni pedites circa carocium frequentissimos stare et Christianorum vexillum super ipso carocio esse, plurimum sunt mirati et valde sunt perteriti, credentes in eo archana Dei Christianorum fore[d], ex illius timore versus Christianos apropinquare ausi non fuerunt. Sed a mane usque ad horam none steterunt; Christiani vero hoc videntes ingenti gaudio et leticia sunt repleti; libentissime versus inimicos ivissent, nisi quia temptoria eorum propter Saracenorum metum, qui in civitate aderant, a castris recedere, relinquere non audebant; et ita utraque pars ad sua castra rediit. Quo facto Christiani statim gattos et trabuchos et petrarias et castra lignorum et alia innumerabilia machina[e] fieri fecerunt pro civitate *cf. Ioh. de T. c. 8.* capienda. Item Christiani ceperunt suffodere terram, putantes tali modo incidere turres civitatis et capere terram, sed quia fossatum civitatis erat plenum aqua, in tantum distillabat, quod sumersa est fovea Christianorum, et redacta[a] sunt ad nichilum expense, que facte sunt ibi[6]. Et videntes, quod nichil proderet[f] eis cava *cf. L. d. c. 7.* illa, construxerunt gattos pro dicta civitate capienda. Tunc venit calipus[g], papa Saracenorum, cum tanta multitudine, quod non habebant numerum[7], et fecit magnam indulgentiam illis qui cum eo venerant ad exercitum eorum.

a) *sic c.* b) mense *in loco raso c.* c) pcipientes *c.* d) *supple* et. e) *sic c. et infra p.* 485, *l.* 9. *etiam hic et cod. Paris.* f) *i. e.* prodesset; prodiderit *Ioh. de Tulbia.* g) callpus *c.*

1) *Hunc etiam locum Codagnelli Albertum cum loco relationis deperditae coniunxisse mihi persuasum est; cf. Ioh. de Tulbia et Librum duelli c.* 6. 2) *Haec (inde ab* In octava*) a nemine alio relata sunt.* 3) *Cf. p.* 481, *n.* 2. 4) *Sic et Codagnellus, sed* duo milia *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 7. 5) *Ital.* covone = *Garbe; cf. Ducange-Henschel s. v.* cova 2. *Ioh. de Tulbia c.* 7. *eandem sententiam paulo mutatam habet.* 6) *Bene ampliata sunt hoc loco quae Ioh. de Tulbia c.* 8. *narrat. Cf. Iacobi de Vitriaco epist. V. et VI, l. l. XV, p.* 584. *XVI, p.* 82; *Oliver. c.* 22. 7) *Haec, falsa procul dubio, habet etiam Liber duelli c.* 7. *Quae ex libello deperdito a Iohanne de Tulbia et Codagnello exscripto non provenisse censeo. Demum mense Sept. soldanum Aegypti a califa auxilia petiisse refert fragm. Provinc. §* 98. 100, *p.* 192. *Iam antea califam rogatu soldani auxilia misisse dicit Ernoul ed. Mas Latrie p.* 421.

8. In mense vero Madii sequentis, die dominico primo mensis eiusdem[1] dux 1219. *Maii 5.* de Hostarica iter navigandi ad patriamque suam redeundi incepit; unde Christiani valde sunt contristati, soldanus et Coradinus plurimum sunt gavisi. Appropinquante die octava[2] soldanus et Coradinus[3] cum omni gente eorum super exercitum *Maii* (16). Christianorum insultum fecerunt et per vim in fossato Christianorum intrantes prelium magnum cum Christianis commiserunt, indubitanter credentes Christianos de Egypti terra posse expellere et eos tamquam *captivos in sua potestate habere. *f. 111c. Sed Domino nostro cohoperante, qui omnia bona servis et fidelibus suis cohoperatur, Christiani[a] eis egregie restiterunt et cum eis bellicose pugnantes illos superaverunt et inter paganos et Saracenos plus mille interfecerunt. Duravit namque bellum per tres dies et noctes. Victoriam magnam habuerunt Christiani *Maii* (17. 18). in eo prelio; gratias Deo dicamus!

9. In die pentecostes domnus legatus et rex Ierosolime et patriarcha et alii *Maii* 26. omnes viri nobiles et potentes ad Lonbardorum morem carocium fieri fecerunt, super quod Christianorum vexillum poni debere constituerunt[4], ut pedites omnes circa illud astantes et per campos dispersi minime pergentes, armis bellicis preparati, versus inimicos paulatim appropinquantes, bellum cum eis securiter commisceri possent[b, 5]. Et dum hec agerentur, soldanus et Coradinus[6] cum universa multitudine paganorum et Saracenorum per terram et aquam ad castra Christianorum venientes, temptoria et ea omnia que in castris aderant habere cogitantes, ea omnia et Christianos tamquam captivos inter se dividere cupientes. Percipientes vero Christiani de paganorum et Saracenorum adventu, illico civitatis portas et albergarias custodiri fecerunt, et armati et ad bellum asclerati milites per se et pedites circa carocium astantes extra castra catervatim obviam inimicis perexerunt. Videntes autem pagani et Saraceni pedites circa carocium frequentissimos stare et Christianorum vexillum super illo[c] carocio esse, plurimum sunt *mirati et valde *f. 111d. perteriti, credentes in eo archana Dei Christianorum fore, et ex illius timore versus Christianos appropinquare ausi non fuerunt, sed a mane usque ad horam none steterunt. Christiani vero hoc videntes ingenti gaudio et letitia gavisi[d] fuerunt; libentissime versus inimicos ivissent, nisi quia temptoria eorum propter Saracenorum metum, qui in civitate aderant, a castris recedere, [relinquere[e]] non audebant; et

a) χpianis *c.* b) *sic L;* sec. commiserunt *c.; cf. supra p.* 473, *l.* 1. c) ipso *L.* d) gaui *c.* e) relinq. *ex L suppl., om. c.*

1) *Iam* in ultima hebdomada Aprilis *ducem recessisse tradit Ioh. de Tulbia c.* 6. *Et eum ante diem Maii* 1. *e portu exivisse Oliverus c.* 14. *indicare videtur.* 2) *Computata scilicet a die Maii* 5 (= *Maii* 12). *Die Maii* 18. *hoc proelium commissum esse referunt Ioh. de Tulbia (et Liber duelli) c.* 7, *sed* in festo ascensionis Domini *(Maii* 16) *hoc factum esse scribit Oliverus c.* 14. 3) *Neque hoc loco Ioh. de Tulbia c.* 7. *Coradinum commemoravit, sed eum adfuisse et Liber duelli c.* 7. *et auctor libelli deperditi apud Albertum Milioli falso dicunt.* 4) *De curru vexillifero facto Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 8. *alio loco referunt.* 5) *Quae hucusque hoc capite referuntur praeter diem Codagnellus solus habet, non exscripta sunt ex libello deperdito, quem Ioh. de Tulbia et auctor Libri duelli secuti sunt, sed* ut pedites — possent *sunt inania verba a Codagnello suo more addita. In sequentibus etiam nonnulla aliunde assumpta sunt, sed pleraque tantum verbis inanibus et consuetis Codagnelli ampliata.* 6) *Hunc tunc adfuisse Codagnellus solus perperam scripsit.*

1219. *Iun. 23.* In vigilia sancti Iohannis Baptiste post vesperas venerunt fere V^{que} M Saraceni *cf. Ioh. de T. c.* circa fossatum Christianorum. Unde domnus Iohannes de Assis[1] cum suis militibus percussit inter illos et ex eis interfecit multos et rediit cum victoria.

Ioh. Cod. Iun. 24. In festo quidem beati Iohannis Baptiste precepit domnus legatus, ut omnis exercitus acciperet[2] penitenciam et triduanum facerent ieiunium et discalciatis pedibus ad veram crucem pergere debeant, ut ille qui in ea pependit Christianis auxilium et iuvamen dare deberet, ut civitatem velociter *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 8.* capere possint. Tunc principes habuerunt consilium, quod non erat bonum prelium facere, quia oportebat expugnare civitatem et defendere fossatum, quia pro uno **f. 64ᵇ.* Christiano [erant[a]] L[3] Saraceni; et sic remanserunt. *Item domnus legatus fecit *Ioh. Cod.* armare omnes in navibus, in cochis, galeis et barchis et alia ligna, ad civitatem capiendam appropinquantes. Primam armaverunt Pisani, secundam armaverunt *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 9.* Ianuenses, tertiam Veneciani, quartam domnus legatus; et fuerunt armate VIII° *Iul. 8.* die intrante Iulio de bonis peditibus[b], ballestariis et archeriis ferro bene coopertis; et in aurora diei directe sunt scale circa menia civitatis, et tota die expugnaverunt *Ioh. Cod.* cum illis[4]. Pagani vero cum trabuchis et prederiis fortiter oppugnantes ignem et sulfurem accensum super eas scalas proiecerunt et partem eorum[c] conbuxerunt. Prospicientes hec Christiani amare flere et terram osculari ceperunt, et nomen quoque domini nostri Iesu Christi crucifixi invocantes, levantes[c] voce magna dicebant: 'Domine Iesu Christe, qui liberasti tres pueros, Annaniam, Açariam, Misaelem, de camino ignis ardentis et Ionam de ventre ceti, libera servos tuos de omni malo et periculo paganorum et Saracenorum, ut ipsi pagani non exultent et *ne dicant* in cordibus suis: "*Ubi est Deus* Christianorum?" Et presta nobis per tuam sanctam gratiam et misericordiam, ut gentem perfidam et crudelem in nostra valeamus habere virtutem[c], salvator mundi, qui in trinitate vivit et regnat in secula seculorum. Amen[5]'. Intrinseci autem signum levantes, statim soldanus cum magna multitudine paganorum et Saracenorum ad castra Christianorum pervenientes, expugnantes per vim intus fossatum Christianorum, quando civitatem expugnabant, intraverunt et[d] fortiter *cf. Ioh. de T. c. 9.* cum illis qui in custodia remanserant pugnaverunt; et quanto forcius expugnabant, tanto *Ioh. Cod. Iul. 9.* forcius expugnabantur a Christianis[e]; et hoc bellum duravit per duos dies. Ipsam civitatem capere credentes ab ea discedere nolebant; et multi Christiani mortui sunt ibi et vulnerati. Custodiebant Saraceni civitatem Dalmiate sub tali condictione[c], quod una pars circuerat[f] circum Dalmiatam, alia custodiebat liçimon[6]. Cives civitatis, quando volebant, quod exercitus eorum[g] succurreret eis, levabant cofinum[h] eorum *Ioh. Cod.* super musitam[7] et ponebant superius ignem accensum[8]. Interrea[i] quidam Saracenus

a) *sic Ioh. de Tulbia;* erant *om. c.* b) pedibus *c.* c) *sic c.* d) cum *iam hoc loco add. c.* e) Christianis *in loco raso.* f) cᵇuerat *c.* g) eos *c.* h) *correxi (cf. l. 23; posses etiam scribere* locabant); letabant ꝯfinium *c.* i) Intrea *c.*

1) de Arcies *est verum cognomen eius. Cf. R. Röhricht, 'Studien z. Gesch. des fünften Kreuzzuges' p.* 66, *nr.* 33; *p.* 82. 2) *Ex relatione deperdita mutavit Albertus verba Codagnelli, quod patet, cum Ioh. de Tulbia c.* 8. *habeat:* ut omnes acciperent penitenciam. 3) septuaginta *Ioh. de Tulbia:* plus quam quadraginta *Liber duelli c.* 8. 4) *Auctor libelli deperditi, quem Albertus exscripsit, gravissima, quae hoc loco leguntur, addidit relationi deperditae a reliquis tribus auctoribus exscriptae. Cf. Oliver. c.* 14, *qui de hoc impetu post ea quae Iul.* 31. *facta sunt narrat, et fragm. Provinciale §* 20 — 24, *p.* 173 *sqq.* 5) *Haec verba, quae in hoc textu compluries servata sunt, non ab Alberto addita, sed a scriba codicis Parisini omissa esse videntur, fortasse quia in Iohannis Codagnelli autographo breviata erant.* 6) *i. e. liciarum repagula.* 7) *Est quod ab aliis dicitur* muscheta; *cf. n.* 8. 8) *Cf. fragm. Provinciale §* 20, *p.* 173 *sq.:* aquil de la ciutat avion mes un coffin sus en la plus auta maomaria de la vila en una auta pertega e colleron le coffin tro al som, si quel soudas lo pogues ben vezer, et ayso feron per aver adjutori; *ib. §* 117, *p.* 198: Als Sarrazins que eran en la maomaria fo mes lo focs, et ilh tenian lors lo cofin aut a la guisa que solian per aver socors; *ib. §* 47, *p.* 180. *Haec omnia non legebantur in libello a reliquis tribus auctoribus exscripto.*

ita utraque pars ad sua castra rediit. Quo facto Christiani statim gattos et tra- 1219.
buchos et predarias[a] et castra lignorum et alia innumerabilia machinamenta fieri
fecerunt pro civitate capienda.

10. In festo quidem beati Iohannis Baptiste[1] precepit domnus legatus, ut *Iun.* 24.
omnes penitentiam agerent et triduanum facerent ieiunium et discalciatis pedibus
ad veram crucem accedere debeant, ut ille qui in ea pependit Christianis auxilium
et iuvamen dare deberet, ut civitatem velociter capere possent[2].

11. His ita gestis domnus legatus precepit, ut omnes essent ad civitatem
expugnandam preparati. In octavo vero die mensis Iulii coche et galee et barche *Iul.* 8.
et alia ligna ad civitatem appropinquantes per totam diem ipsam expugnaverunt;
pagani et Saraceni se firmiter defendentes super scalas, que in ipsis cochis et
galeis et barchis erant, ignem et sulfurem accensum proiecerunt et partem earum
conbuserunt[b]. Prospicientes hec Christiani amare flere et terram osculari ceperunt,
nomen quoque domini nostri Iesu Christi *crucifixi invocantes levata voce dicebant: **f.* 112a.
'Domine Iesu Christe, qui liberasti tres pueros, Ananiam, Azariam et Misaelem,
de camino ignis ardentis et Ionam de ventre ceti, libera servos tuos de omni
malo et[c] periculo Saracenorum et paganorum, ut ipsi pagani non exultent et *ne* *Ps.* 78, 10.
dicant in cordibus suis: "*Ubi est Deus* Christianorum?" Et presta nobis per tuam
sanctam gratiam et misericordiam, ut gentem perfidam et crudelem in nostra
valeamus habere virtute, salvator mundi, qui in trinitate vivit et regnat[d]'. In-
trinseci autem signum levantes, statim soldanus cum magna multitudine paganorum
et Saracenorum ad castra Christianorum pervenientes et expugnantes per vim
intus fossatum [Christianorum[e]], qui[f] civitatem expugnabant, intraverunt et for-
titer cum illis qui in custodia remanserant pugnaverunt. Duravit illud bellum
per duos dies; Christiani civitatem capere credentes ab ea discedere nolebant; *Iul.* 9.
quam plures Christiani iuxta fossatum mortui sunt. Interea quidam Saracenus

a) petrarias *L.* b) *sic c.* c) *sic L;* et *om. c.* d) *vide p.* 482, *n.* 5. e) Christ. *ex L suppl., om. c.* f) quando *L fortasse recte.*

1) In illis diebus *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 8, *ubi antea relatum est de proelio* in vigilia sancti Iohannis Baptiste *commisso, quod Codagnellus omisit. Qui inde hunc diem e coniectura posuisse videtur.* 2) *Codagnellus omisit gravissima ea, quae in libello deperdito et a reliquis melius exscripto dicta erant, quorum partem Albertus Milioli ex altero libello deperdito supplevit.*

1219. tactus[a] divina gratia de civitate Dalmiate exivit et ad baptismum veniens et ad domni legati
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 9. pedes stantem[b] dixit, quod de Saracenis mortui et vulnerati sunt M[1]; alii, qui veni-
Ioh. Cod. ebant, dicebant, quod V pars mortua erat[2]. Similiter duo pagani de exercitu soldani
venientes retulerunt domno legato, quod innumerabiles ex eis sunt mortui et vulnerati, et inter
**f. 64c.* mortuos et semivivos et eos, *qui clam propter Christianorum metum de expeditione fugerant, quinta
pars illorum deficiebat et recesserant. Confortati namque[c] Christiani[d] grates Domino nostro refe-
rentes.

(Iul. 10). Precepit itaque domnus legatus gattos iusta menia civitatis trahere et fossatum, quod secus
civitatem erat, implere, castra lignorum, petrerias[e], manganos, trabucos et alia machina prope muros
Dalmiate apropinquare et apponere; proposuerant namque Christiani civitatem[f] undique expu-
Iul. (18). gnare. Decimo die mensis Iulii ductus est gattus Christianorum iusta fossatum civitatis ante
turrim destruendam[3], illud quidem fossatum implere, simplicitate et peccatis Christianorum, om-
nibus qui custodiebant fugatis[g] magno labore dormientes in sexta hora diei, scilicet Ianuensium,
Spolitanorum et Romanorum[4], qui debebant custodire eum[h], et secrete venerunt
VIII Saraceni desperati et miserunt ignem in dicto gatto; quorum duo capti sunt
et proiecti in ignem et simul cum gatto conbusti sunt[5]; et de Christianis multi
Ioh. Cod. mortui sunt; ex quo pagani et Saraceni magnum gaudium habuerunt, et[h] Christiani vero valde
sunt contristati.

Iul. 20. In die beate Margarite virginis Christiani cochas et galeas et barchas[i] et alia ligna armaverunt
et per fluvium navigantes ipsas muris civitatis apposuerunt. Pagani et Saraceni cum petreriis et tra-
buchis et manganis[i] et ignem et sulfurem accensum super eos proicientes valde [se[k]] defen-
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 11. dentes. Tunc Saraceni [videntes[l]] se non posse fortitudini Christianorum resistere, pueri et
Ioh. Cod. senex[m] evulsis capillis plorantes lamentabantur et dicebant: 'Adiuva nos, Machomet!
Quare derelinquis nos et cur permittis Christianos capere Dalmiatam, et non vides, quia omnes sumus
mortui, et nomen tuum de cetero non erit invocatum, nomen quidem[n] Christianorum erit exaltatum et
manebit in eternum?' Quibus ita gestis pagani nuntios ad soldanum et Coradinum[o, 6] miserunt,
dicentes eis: 'Domini, Dalmiata est capta'. Qui statim ad terram prostrati sunt et vestimenta sua
cf. Ioh. d. T. et L. d. c. 11. scindentes et[h] dixerunt: 'Heu! heu nobis miseris! eamus omnes et moriamur cum illis!' Tunc
venerunt soldanus et Coradinus cum tanta multitudine paganorum et Saracenorum,
Ioh. Cod. quia sine numero erant; et in illo die valde civitatem expugnabant, et inceperunt magnum
cf. Ioh. d. T. et L. d. c. 11. prelium inter se[7] vicissim pagani et Saraceni cum Christianis; in quo prelio multi
**f. 64d. Ioh. Cod.* de Christianis mortui sunt et vulnerati, et[h] de Saracenis et *de paganis vero circa
duo milia sunt mortui; et[8] captum fuit unum de lignis Christianorum, quod erat
ante focem[9] Dalmiate. Et cotidie quidam Saraceni exibant de civitate et negabant
eorum legem et baptiçabantur[10]. Et de malis Spagnolis et de malis Anglicis
fugientes ad exercitum paganorum et[h] negabant Christum filium sancte Marie
virginis.

a) tacto *c.* b) *sic c.* c) *supple* sunt. d) χpi (Christi) *c.* e) pretrerias *c.* f) ciuitate *c.* g) *sic c. ut cod. Paris.* h) et *delendum.* i) *cf. p.* 485, *n.* i. m. k) se *om. c.* l) vid. *om. c.* m) *i. e.* senes. n) *supple* Dei. o) et Cor. *Alberti manu in marg. suppl.*

1) *Cf. p.* 485, *n.* 1. 2) *Luce clarius apparet bis hoc loco idem relatum esse, prius ex relatione quae periit, secundo ex Ioh. Codagn. Nam* duo pagani, *de quibus in sequentibus dictum est, iidem sunt atque* alii, *qui modo commemorati sunt. (Liber duelli c.* 9: Alii autem deforis venientes). 3) *Haec etiam verba maioribus litteris expressa ex relatione deperdita inserta esse mihi persuasum habeo.* 4) *Cf. fragm. Provinciale § 43, p.* 179; *Oliver. c.* 22. 5) *Haec a nemine reliquorum auctorum a nobis editorum tradita sunt.* 6) *Coradinus hoc loco et infra l.* 29. *perperam additus est ab auctore relationis deperditae sicut et in Libro duelli c.* 11. *Rex Damasci iam multo antea recesserat ex Aegypto. Illo nomine addito Albertus sequentia verba Codagnelli mutavit.* 7) *Verba litteris latius positis expressa ex relatione deperdita inserta esse possunt.* 8) *Sequentia reliqui auctores non habent.* 9) *Ital.* foce *(derivatum a voce* faucis) *est ostium fluvii.* 10) *Cf. Iacobi de Vitriaco epist. IV, l. l. XV, p.* 576: Multi vero de Sarracenis, dum essemus in obsidione, ad nos transierunt, ut baptizarentur.

tactus divina gratia de civitate exivit et ad domni legati pedes stans dixit, quod *1219.* octingenti[1] viri belicosi[a] in prelio interempti erant et innumerabiles vulnerati. Similiter duo pagani de exercitu soldani venientes retulerunt, quod innumerabiles ex eis sunt mortui et vulnerati, et inter mortuos et semivivos et eos, qui clam propter Christianorum metum de expeditione fugerant, quinta pars illorum deficiebat et recesserat. Confortati namque sunt Christiani gratias[b] Domino referentes.

12. Precepit itaque domnus legatus gattos iuxta civitatis[c] *menia trahi et *(Iul. 10). *f. 112b.* fossatum, quod secus civitatem erat, impleri, castra lignorum, predarias, trabuchos, manganos et alia machina[d] prope muros Damiate apponi; proposuerant namque Christiani undique civitatem expugnare. Decimo[e] mensis Iulii[2], cum gatum[f] *Iul. (18).* Christianorum iuxta fossatum civitatis staret, illud quidem fossatum implere[3], simplicitate et peccatis Christianorum[4], omnibus qui eum custodiebant fatigati[g] magno labore dormientes[h, 5] in sexta hora diei, pagani de civitate private exeuntes, illud[a] gattum mire magnitudinis et fortitudinis, cum quo civitatem indubitanter capere credebant, conbuserunt[a]; ex quo pagani et Saraceni ingens gaudium habuerunt, Christiani vero valde fuerunt contristati et diffisi.

13. In die beate Margarite virginis Christiani cochas et galeas[i] et alia ligna *Iul. 20.* armaverunt et per fluvium navigantes ipsas civitatis muro[k] apposuerunt; pagani et Saraceni cum predariis[l] et trabuchis[m] et ignem et sulfurem accensum[n] super eos prohicientes valde se defenderunt. Videntes itaque se non posse fortitudini Christianorum resistere, plorantes et capillos de capite extrahentes, dicebant: 'Adiuva nos, Maomet! Quare derelinquis nos et cur permittis Christianos capere Damiatam, et non vides, quia omnes sumus mortui, et nomen tuum de cetero non erit invocatum, nomen quidem Dei Christianorum erit exaltatum et manebit in eternum?' Quibus ita gestis pagani nuntios ad soldanum *miserunt, dicentes ei: **f. 112c.* 'Domine, Damiata est capta[6]'. Qui statim ad terram prostratus est, et se[o] et vestimenta sua scindens dixit: 'Heu! heu michi misero! eamus et omnes moriamur cum illis!' In illo die valde civitatem expugnaverunt, et magnum prelium vicissim ab utrisque est factum; multi Christiani vulnerati sunt et quam plures mortui. De Saracenis vero circa duo milia sunt interempti; laudemus et benedicamus Dominum!

a) *sic c.* b) grates *L.* c) menia civit. *L.* d) *sic c. et L.* e) die *add. L.* f) *sic* (ga|tū) *h. l. c.* g) fugati *c. et L pro* fatigatis. h) *sic c. et L pro* dormientibus. i) et barchas *ex L forte supplendum.* k) muris civit. *L.* l) petreriis *L (saepe sic).* m) *nescio an* ex manganis *ex L hoc loco inserenda sint. Ex relatione deperdita haec verba ab Alberto inserta esse possunt.* n) acc. *ex L supplevi, om. c.* o) et se *delendum esse videtur.*

1) *Sic etiam Liber duelli c.* 9; ultra mille et octingenti *Ioh. de Tulbia c.* 9. 2) *Potius die Iul.* 18. *haec facta sunt, ut Ioh. de Tulbia c.* 10. *et Liber duelli c.* 10. *tradunt. Die Iul.* 10. *praecepit legatus, ut gatti ad moenia traherentur.* 3) *i. e. ut fossatum impleretur.* 4) *Sic et Ioh. de Tulbia c.* 10. 5) omnibus — dormientes *et* private *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 10. *non habent, nec fragm. Provinc. § 43, p.* 179. *de custodibus dormientibus quidquam habet, sed dicit* et encauseron los Romas (et fugaverunt Romanos). *Unde dubito an libellus a Codagnello exscriptus fere habuerit:* omnibus qui eum custodiebant fugatis, *quocum auctor* magno lab. dorm. *male coniunxerit.* 6) *Ioh. de Tulbia et Liber duelli potius referunt soldanum haec califae nuntiasse, qui sequentia de califa dicunt.*

1219. Postrema die mensis Iulii civitatem undique cum gattis et manganis et prederiis et aliis
Iul. 31. Ioh. Cod. machinis fortissime expugnaverunt; et summo mane illius diei apposuerunt Christiani unam scalam [1] Pisanorum magne fortitudinis et magnitudinis, muro cuiusdam turris civitatis fuit apposita, super quam ipsi Pisani ascendentes et stantes ipsam turrim fortiter cum Saracenis qui in ea aderant preliaverunt. Tandem Saraceni ignem et sulphurem accensum super eam proicientes ipsam scalam conbureruntᵃ; et sic Pisani ea que proposuerant ad finem producere[a] minime posse[a] ab ipsius turris expugnatione diviserunt, sed quia non habebant succursum ab aliis scalis dicti Pisani [2]. Sed tamen multos Saracenos interfecerunt et vulneraverunt, et conburerunt[a, 3] V passus. Christiani vero flebant, quoniam non poterat eos adiuvare nisi solus Deus. Postea scale Ianuensium accedentes, ipsius turris muro eas apposuerunt; et callavit [4] super murum civitatis et optime preliavit usque ad vesperas. Saraceni autem egregie se defendentes ignem et sulphurem et axungias accensas super ipsas scalas proiecerunt, que statim cremare et conburere ceperunt. Ianuenses vero vinum et acetum, quod secum portaverant,
cf. Ioh. de T. c. 12. super ignem proiciebant, sed ignem extinguere non valebant. Cernentes [5] Christiani, quod fortuna invidebat eis, quasi mortui prostrati in terram et flumine lacrimarum non
Ioh. Cod. deficientes clamabant, dicentes: Oratio: 'Domine Iesu Christe, rex glorie, qui es potens in omnibus, adiuva servos tuos et libera nos ab illa flamma et a manibus iniquorum Saracenorum per tuam sanctissimam virtutem, creator celi et terre, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen'.
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 12. Alia oratio: 'Domine Iesu Christe, qui pro nobis humanam carnem assumpsisti, mortem et passionem substinuisti et die tercia resurrexisti et post XL dies celum ascendisti, ne respicias ad peccata et ad[b] scelera nostra, sed atende[a], pro quo hic sumus congregati. Adiuva nos, Christe! quia, sicut palme[c] per se non possunt ferre fructum, nisi manserint in vite, ita nos absque Dei auxilio certare nequimus; et quia, sicut oves inter lupos sine pastore contremiscunt, ita nos a Turgis con-
**f. 65a.* turbati sine vestro adiutorio eis[a] infestare non possumus'. *Finitis orationibus
Ioh. Cod. Ianuenses virtute domini nostri Iesu Christi crucifixi a predicta turre indempnes, scalis[d] fere omnibus relictis, secesserunt. Et dum hec agerentur, pagani et Saraceni cum galeis et barchis per flumen ad pontem Christianorum expugnandum venerunt, quem due galee Christianorum custodiebant; una[a] quarum pagani conburerunt[a], altera fortiter cum ipsis expugnavit, et cum aliis viris, qui ad succurrendum eam velociter[e] venerunt, ipsam [et[f]] pontem defenderunt. Prospicientes Christiani, quod fortuna eis esse adversa, dicebant: Oratio: 'Domine Iesu Christe, creator celi et terre, cui omnia celestia et terrestria subiciunt, qui pro nobis de potestate diaboli redimendis in mundum venisti, ne respicias peccata nostra, sed ad fidem veram et rectam sancte et individue trinitatis, pro qua nos sumus in hac aliena patria congregati, nos conservare digneris, et ne permittas nos a manibus crudelium paganorum perire, salvator mundi[g], qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen'. Qua oratione facta Christiani civitatem undique expugnaverunt, scalas[h], castra muro civitatis apposuerunt. Videntes[i] pagani, pueri et milites, mulieres et pedites luctum magnum in civitate fecerunt. Videntes soldanus et Coradinus civitatem expugnantem[k], dixerunt: 'Quid faciemus? Eamus! aut omnes vivamus aut moriamur, antequam crudeles Christiani capiant et interficiant nos et homines nostros

a) *sic c.* b) ad *superscr. c.* c) *i. e.* palmites. d) scale *c.* e) veloc. *bis scr. c.* f) et *om. c.* g) mu *c.* h) *supple* et. i) *supple* hec. k) *sic c., quod in* expugnatam *emendare non licet.*

1) *Vides, quam incondite sententia relationis quae periit (cf. Ioh. de Tulbia c. 12) verbis Codagnelli inserta sit, cum ex illa* apposuerunt *etc., ex hoc* fuit apposita *receptum sit. Cf. de hoc loco 'N. Archiv' XVI, p.* 304 *sqq.* 2) *Iterum nimis inepte haec excerpta alterius relationis cum Codagnellianis coniuncta sunt. Apparet in illa post haec exstitisse* recesserunt *vel similia verba, quae Albertus omisit, cum idem iam ex Codagn. descripsisset.* 3) *Sarraceni procul dubio, videlicet scalae V passus; Ioh. de Tulbia c.* 12: combusserunt eam usque medietatem. 4) *Interpretare:* calata est *(scil. scala) (vide Ducange-Henschel s. v.* calare 2*), i. q. posita, demissa est.* 5) *Eadem, quae hoc loco ex relatione deperdita inserta sunt, cum* alia oratione *paulo inferius sequente, superstructa eidem relationi, quae a Iohanne de Tulbia et Iohanne Codagn. et auctore Libri duelli adhibita est, infra l.* 30 *sqq. iterum ex Ioh. Codagn. eidem relationi superstructa exscripta sunt.*

14. Postrema die mensis Iulii Christiani civitatem undique cum gattis, manganis, predariis[a] et aliis machinis fortissime expugnaverunt; et tunc quedam scala Pisanorum magne fortitudinis et magnitudinis muro cuiusdam turris fuit apposita, super quam[b] Pisani ascendentes et stantes ipsam turrem[c] fortiter cum Saracenis qui in ea aderant preliaverunt. Tandem Saraceni ignem et sulfurem accensum super eam prohicientes ipsam scalam conbuserunt; et sic Pisani ea que proposuerant ad finem perducere minime potuerunt et ab ipsius turris expugnatione diviserunt. 1219. *Iul.* 31.

Postea scale Ianuensium accedentes, ipsius turris muro[d] apposuerunt et fortiter ipsam turrem expugnaverunt. Saraceni autem egregie se defendentes ignem, sulfurem et axungias[e] accensas super ipsas scalas proiecerunt, que statim cremare et conburere ceperunt. Ianuenses vero vinum et acetum[f], quod secum portaverunt[g], super ignem prohiciebant, sed ignem extinguere non valebant. Videntes itaque Christiani valde plorabant, dicentes: 'Domine Iesu Christe, rex glorie, qui es potens *in omnibus, adiuva servos tuos et libera nos[h] ab illa flamma[i] et a manibus iniquorum Saracenorum per tuam sanctissimam virtutem, creator celi et terre, qui vivit et regnat[k]'. Qua oratione facta Ianuenses virtute domini nostri Iesu Christi crucifixi a predicta turre indempnes, scalis fere omnibus relictis, secesserunt. Et dum hec geruntur[l], pagani et Saraceni cum galeis et barchis per flumen ad[m] pontem Christianorum expugnandum pervenerunt, quem due galee Christianorum custodiebant; unam quarum pagani conbuxerunt, altera fortiter cum ipsis expugnavit, et cum aliis viris, qui ad succurrendum eam[n] velociter venerunt, ipsam et pontem defenderunt. Prospicientes Christiani, quod fortuna eis esse[n] adversa, dicebant: 'Domine Iesu Christe, creator celi et terre, cui omnia celestia[o] et terrestria subiciunt[n], qui pro nobis de potestate diaboli redimendis in mundum venisti, ne respicias[p], Domine, peccata nostra, sed ad fidem veram et rectam sancte et individue trinitatis, pro qua nos sumus in hac aliena patria congregati, nos conservare digneris, et ne permittas nos a manibus crudelium paganorum perire, salvator mundi, qui vivit et regnat[q]'. Qua oratione facta Christiani civitatem undique expugnaverunt, scalas et castra muro civitatis undique[r] apposuerunt[1]. Videntes hec pagani, pueri et milites, mulieres et pedites luctum magnum in civitate[2] fecerunt dicentes: 'Quid faciemus? Aut omnes moriamur[s] aut vivamus, antequam crudeles Christiani nos et filios atque filias *nostras interficiant'. Et ex

*f. 112d.
*f. 113a.

a) prederiis *L.* b) ipsi *add. L.* c) turrim *L.* d) eas *add. L.* e) *sic L;* sulf. ac songias *c.* f) accetum *c.* g) portaverant *L.* h) *sic L;* eos *c.* i) flama *c.* k) in — Amen *e p.* 486, *l.* 18. *hoc loco addendum esse videtur.* l) agerentur *L.* m) ad fl. per *c.* n) *sic c. et L.* o) celestitia *c.* p) despicias *c.* q) in — Amen *iterum e p.* 486, *l.* 35. *addendum esse videtur.* r) und. *om. L.* s) viv. aut mor. *L.*

1) *Haec inde a* Qua oratione *ipse Codagnellus procul dubio addidit.* 2) *Potius exercitum Sarracenorum in campo stantem hoc dixisse Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 12. *ferunt.*

1219. et filios et filias nostras[1]. Et ex nimio dolore et ira commoti sunt et concluserunt oculos et *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 12.* inclinaverunt capita, et intraverunt fossatum Christianorum et impetum magnum super Christianos fecerunt, et plus quam V millia[a, 2] usque ad temptoria eorum venerunt et quinque bertreschas[b] diruerunt. Et quidam amirarius antecedebat eos dicens: 'Machumectus est dominus, et non filius Marie!' Audientes hoc Templari[c] milites Christi contristati sunt ad mortem et Christum alta voce clamare ceperunt: 'O Christe, o sancta crux, sanctum sepulcrum! et o sancte Georgii[c], accipe vexillum sancte crucis et veni in adiutorium nobis et adiuva nos pro eius amore, qui pependit in cruce pro nobis'. Et exierunt Christi milites super eos[c] illos[c] et viriliter pugnantes victoriam habuerunt maximam; et ille qui Dominum blasphemabat mortuus fuit cum XV militibus[3] et L peditibus. Et multi Christiani et equi mortui et vulnerati sunt ibi. Et multi Saraceni et pagani *Ioh. Cod.* in dicto prelio mortui fuerunt[d], decapitati et dismembrati in sablone iacebant; quo prelio pagani cum dolore et merore recesserunt, et Christiani cum triumpho remanserunt, laudantes et benedicentes Dominum.

**f. 65b. Aug. 6.* *In die transfigurationis Domini Christiani die et nocte civitatis fossatum implere nitebant[c], habebant namque gattum unum mirabiliter constructum, cum quo civitatem capere indubitanter credebant. Percipientes Saraceni, plurimum gattum illum timentes, signum soldano fecerunt; quo viso soldanus cum omni gente sua ad Christianorum castra velociter apropinquavit, et prelium magnum cum Christianis fecerunt. Et dum sic pugnarent, pagani et Saraceni qui in civitate aderant de ea exientes[e] gattum illum conburerunt[c] et similiter alios VII gattos. In illo die venerunt XXX[ta] galee et berbote[f] Saracenorum per flumen et credebant cremare pontem; *ib.* una quarum conbusta est a Christianis[4]. Ea die multi Christiani[g] interemti[h] et vulnerati. Unde Saraceni sunt elevati, et Christiani sunt contristati.

cf. Ioh. de T. et L. d. c. 13. Aug. 15. In nocte assumptionis sancte Marie de Augusto[i] VIII[to 5] Saraceni fuerunt capti, qui veniebant natando[k] ab exercitu soldani[6] deferrentes[c] ignem[7], columbos[8] et cartas, et volebant intrare civitatem. Facto mane ad dedecus paganorum auribus et naribus cum labiis et brachiis truncatis et uno oculo extracto ante Saracenos[9] missi sunt quatuor. Alii[c] quatuor sic truncatos miserunt in civitatem. Saraceni unum de Christianis ita truncatum miserunt ad Christianos.

Ioh. Cod. Aug. 21. In die vero sancti Bartholomei Christiani virtute Domini instigante chochas et galeas armaverunt *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 14.* et barchas, in quibus erant scale ad preliandam civitatem, et propter currentiam[l, 10] fluminis non apropinquaverunt civitati. Sed per superbiam peditum, qui dicebant principes et milites esse proditores, de eo quod[m] non apropinquant civitati[11], pre-

a) mill̄ *c.* b) b̄treschaf *c.* c) *sic c.* d) fuerut *c.* e) exient::, *duabus litteris detersis c.* f) berlote *c.* g) *supple* sunt. h) interē||ti *c.* i) aug *c.* k) notando *c.* l) carrentiam *c.* m) *emendavi;* prod. dicunt *c.; potes scribere* prod. quia.

1) *Hoc loco verba Codagnelli cum aliis relationis deperditae coniuncta esse apparet.* 2) duo vel tria milia *Ioh. de Tulbia;* plus quam duo milia *Liber duelli c.* 12. 3) et quindecim alii *Ioh. de Tulbia, qui de peditibus occisis nihil dicit.* 4) *Haec reliqui auctores non habent.* 5) Septem, *ut scribunt Ioh. de Tulbia et auctor Libri duelli c.* 13. 6) *Ioh. de Tulbia et Lib. duelli c.* 13. *dicunt hos ex civitate venisse, sed nescio an hic rectius retulerit; cf. fragm. Provinciale § 61, p.* 184. 7) *Graecum ignem videlicet phialis inclusum; cf. fragm. Provinc. l. l.:* e prendian totz aquels que si metion a passar . . . . e las fiolas del foc grezesc. 8) *Cf. ibid. §* 63: le soudans . . . . trames sas letras per coloms. *Cf. Ménestrel de Reims §* 159. 160, *ed. N. de Wailly p.* 83. 9) *Videlicet ad exercitum soldani extra civitatem castrametatum.* 10) *Est verbum Italicum* correnzia; pre nimio cursu *Ioh. de Tulbia;* pre impetu *Liber duelli c.* 14. 11) *Iterum verba libelli deperditi (cf. Ioh. Tulbia, qui eadem fere verba habet) et Iohannis Codagn. eidem relationi superstructa de seditione peditum inepte coniuncta, bis videlicet eadem dicta sunt.*

eo nimio dolore et ira commoti sunt, impetum super Christianos facientes, castrum[1] et quinque baltreschas diruerunt. Et tunc pagani et Saraceni atque quidam amiragius, qui ante ipsos precedebat, dicens in sua voce: 'Maumet, Maumet, adiuva nos, et non Christus![2]' Audientes Christiani, credentes Christum vocare[a] contristati sunt valde; credebant enim auxilio dei eorum in castris intrasse[b], et plorantes dicebant: 'Si Deus noster nos reliquit, quid faciemus? Fugere non valemus'. Christiani clamare ceperunt et tacti tristitia super eos irruerunt; et tunc ille amiragius[c], qui talia verba dixerat, interfectus est, et multi pagani et Saraceni decapitati sunt et dismenbrati in sablone iacebant; a quo prelio pagani cum dolore et merore recesserunt, Christiani vero cum triumpho remanserunt, laudantes et benedicentes Dominum. 1219.

15. In die transfigurationis[d] Domini Christiani die et nocte civitatis fossatum implere nitebantur, habebant namque gattum unum mirabiliter constructum, cum quo civitatem capere indubitanter credebant. Percipientes Saraceni, plurimum gattum illum timentes, signum soldano fecerunt. Quo viso soldanus cum omni gente sua ad Christianorum castra velociter appropinquavit et prelium magnum cum inimicis fecit. Et dum sic pugnarent, pagani et Saraceni qui in civitate aderant de ea clam exeuntes gattum illum cremaverunt et similiter[e] septem[3] gattos conbuxerunt. Ea die Christiani[f] multi sunt interempti et vulnerati. Unde *Saraceni sunt elevati, et Christiani sunt contristati. *Aug. 6.* **f. 113b.*

16. In die vero sancti Bartholomei Christiani virtute Domini instigante cochas et galeas et barchas armaverunt et viris prudentibus eas preparaverunt, sed propter fluminis inundationem ad menia civitatis appropinquare minime poterant; et tunc pedites Christianorum superbia elati murmurabant et dicebant, quod milites toto tempore eos[g] ibi tenere volebant, nolentes cum paganis pugnare nec cum eis bellum temptare. Unde milites indignati cum paganis preliari statuerunt; gentem quoque eorum in tres diviserunt partes; una quidem, que campum custodiret[h], alia per[i] fluminis aquam[k], altera per sablonem pergere[l] contra inimicos debebat. *Aug. 24.*

a) *emendari:* necare *c.* b) *emendari:* immese *c.* c) az miragius *c.* d) transmigrationis *c.* e) alios *add. L.* f) multi Christ. *L.* g) eos *ex L suppl., om. c.* h) custodire debebat *L.* i) per *ex L suppl., om. c.* k) ire *add. L.* l) contra inim. perg. *L.*

1) fossatum *Ioh. de Tulbia;* palatium *Liber duelli.* 2) *Sententia coepta non perfecta est.* 3) *Sic et Liber duelli c.* 13, *sed Ioh. de Tulbia:* quinque catos. *Quod per fragm. Provinc.* § 27, *p.* 175 *sq. confirmatur:* E li baron de la ost avian fagh V quaz, que avian aduch al vallat per umplir, e un jorn, can li Turc assalhiron a las lizas, li Sarrazin issiron de la ciutat e arseron los quatz.

1219. *Ioh. Cod.* dicti pedites murmurabant et dicebant, quod milites toto tempore[a] eos ibi tenere volebant, nolentes cum paganis pugnare nec cum eis bellum temptare; unde milites indignati cum paganis preliari statuerunt. Gentem quoque eorum in tres diviserunt partes. Una quidem, que campum custodire debebat, alia per fluminis aquam ire, altera per sablonem contra inimicos pergere debebat.

Aug. 29. In die decollationis sancti Iohannis Baptiste, que cum lacrimis et plorando scribitur; fuit *Soph. 1, 15.* enim *dies illa dies ire, calamitatis et miserie,* dies mortis et pestilentie, dies lividosa et amara valde Christianis. Domnus quidem legatus et rex Ierosolime et patriarcha et alii omnes viri nobiles et potentes Christianorum, popularium rumore conmoti et turbati, etiam iram perfidam eorum valde **f. 65c.* timentes, *armati et ascherati extra castra cum omni exercitu Christianorum exierunt et versus temptoria paganorum catervatim perrexerunt. Illico malignus spiritus in popularium corda intravit, et statim retro fugam fecerunt, non impulsi nec percusi[b] prelio nec gladio inimicorum, sed per peccata hominum retro fugerunt; et quia retro rex[c] [et principes] viderunt fugere eos, habuerunt consilium revertendi; tamen propter anxietatem fecerunt unam scheram[1] iusta flumen, ut homines et iumenta biberent. Sed quidam spavandi[2] de omnibus generibus ceperunt fugere. Saraceni forcius ceperunt preliare[b], quia videbant[d] posse superari; sed Romani et Latini in media acie Saracenorum[e] constituti[f] *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 14.* terribiliter oppugnati et virtute debellantes multos Saracenos[g, 3]. Sed sanctus Iohannes voluit habere multos socios, quia, sicut ille fuit decapitatus propter Deum, ita decapitati sunt sine numero de Christianis: de Templariis L milites, de Alamannis XXX, de Hospitalariis XXXII[4], et camerarius regis Francie et filius eius[5], episcopus de Belvaio et frater eius, Iohannes de Assis[6], comes de Belmont[h, 7], Andreas de Pisis[8], Anselmus de Luni[i, 9], prepositus Sancti Omeri cum LXXX[ta] militibus et de aliis omnibus gentibus plusquam V. M[10]. Et Saraceni secuti sunt semper interficiendo Christianos usque ad fossatum eorum, et multa arma cum multis equis amiserunt; et sic victi sunt Christiani, et in flumine unam galeam armatam cum CC[tis] marinariis amiserunt. Tali modo iustificavit Deus Christianos, quia non cum eius timore, sed cum furore magno exierunt. Et non minus mortui sunt de Saracenis, et tres amirarii decapitati sunt[11]. Unde Christiani *Soph. 1, 15. 1. Petr. 4, 18.* dicebant: 'O dies ista dies ire, calamitatis et mortis, in qua vix iustus salvatus[k]

a) eos tenere *iam h. l. semel add. c.* b) *sic c.* c) res *c.;* et princ. *supplevi;* quia rectores *Murat.* d) *supple* Christianos. e) Sarac. *in loco raso c.* f) *corr. Murat.;* constructi *c.* g) *quaedam omissa esse videntur.* h) belin̄ *c.* i) Liun *fortasse emendandum.* k) salvabitur *(ut* 1. *Petri* 4, 18*) corr.* salvatus *c.*

1) *Romanorum, ut dicit fragm. Provinc. § 78. 79, p.* 187, *cuius narratio huic loco lucem affert.* 2) *Videtur esse verbum Italicum* spavaldo, *non a* spaventare *deductum, ut dicitur in Gloss. mediae et infimae Latinitatis s. v., ubi haec vox ex hoc solo loco citata est.* 3) *Italos aufugisse constat, quod auctor relationis deperditae verbis hoc loco omissis fortasse dixit. Fragm. Provinc. § 83, p.* 188: tugh li Roma e li Lombart e li Toscan e totas las gens de la ost motz s'en fugiron mot vilanament sens colp ferir; *Oliver. c.* 14: Italici pedites primi fugerunt. 4) *Minores numeros habet fragm. Provinc. § 89, p.* 190: El Temples i perdet XXX frayres, l'Espitals XIII; *Oliver. c.* 14: Templarii triginta tres capti vel occisi; *Ann. S. Rudberti Salisburg., SS. XVII, p.* 781: cum XXX Templariis. 5) *Adam filius Walteri.* 6) *Vide supra p.* 482, *n.* 1. 7) vicecomes *procul dubio Radulfus, quem R. Röhricht, 'Studien z. Gesch. des fünften Kreuzzuges' p.* 86 *sq. falso dicit filium camerarii regis Franciae fuisse. Etiam Ioh. Codagn., Ioh. de Tulbia, auctor Libri duelli duos viros fuisse comitem de Bellomonte et filium camerarii dicunt. Fragm. Provinc. § 90, p.* 190. *habet* el vescoms de Belmon, *ubi filius camerarii alio loco dicitur.* 8) *Vide p.* 493, *n.* 6. 9) *Praecedentes omnes capti sunt, non decapitati; cf. praeter Iohannem de Tulbia et Librum duelli c.* 15. *fragm. Provinc. § 90. 91. et Oliverum et Iac. de Vitriaco epist. V. VI, l. l. XV, p.* 586. *XVI, p.* 81. 10) *Cf. Hoogeweg l. l. p.* 270, *n.* 3. 11) *Liber duelli c.* 14: quatuor amiraldis . . . captis.

17. In die decolationis sancti Iohannis[a], que cum lacrimis et plorando scribitur; fuit enim *dies illa dies ire, calamitatis et miserie,* dies mortis[b] et pestilentie, dies luctuosa et valde amara Christianis. Domnus quidem legatus et rex Ierosolime et patriarcha et alii omnes[c] viri nobiles et potentes Christianorum, popularium rumore commoti et turbati et etiam iram et perfidiam eorum valde timentes, armati et asclerati extra castra cum omni exercitu Christianorum exierunt et versus temptoria paganorum catervatim perexerunt. Illico malignus spiritus in popularium corda intravit, et statim retro fugam fecerunt, non impulsi nec percussi prelio neque gladio inimicorum, sed propter peccata et ansietatem[d] eorum sensum et lumen oculorum perdiderunt, ita quod unus alium interficiebat, et nullus erat, qui eos tenere posset; et fugiendo *ad castra redierunt. Videntes hec domnus legatus et Ierosolime rex et alii viri et milites nobiles plurimum sunt turbati[d]; tandem insimul omnes congregati cum inimicis prelium magnum commiserunt; et duravit illud bellum a mane usque ad vesperas; postea utraque pars voluntarie secessit[1]. Tamen de Christianis multi mortui sunt, alii fugati propter pondera armorum se prosternebant ad terram, et taliter in ipso prelio innumerabiles sunt decolati, et multi milites Templarii et Hospitalarii sunt capti et mortui et vulnerati. Sic enim stultitia et simplicitate popularium credimus placuisse domino nostro Iesu Christo; sit nomen eius benedictum in secula! Similiter prelium in flumine factum perdiderunt Christiani, et unam galeam armatam viris prudentibus pagani habuerunt et ceperunt; populares enim cum superbia et furore omnia agere volebant. Ignorabant etiam, quia scriptum est: *Superbis Deus resistit* et contradicit; et viri sapientes, qui peditibus crediderunt, de iure possunt reprehendi, quia dicit Salamon[e, 2]: 'Sapiens autem stultum in insipientia sua imitari non debet'.

1219. *Aug. 29.* — *Soph.* 1, 15. — *f. 113c. — *Iac.* 4, 6.

a) Baptiste *add. L.* b) martis *c.* c) omnes *ex L suppl., om. c.; cf. supra p.* 481, *l.* 14. d) contristati et conturbati *L.* e) *sic c.*

1) Et duravit — secessit *consueto more suo scripsit Codagnellus, quibus verbis inanibus cave ne fidem habeas. Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 261 *sq.* 297*; Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p.* 51, *n.* 1*; p.* 59, *n.* 2*; p.* 89, *n.* 3. 2) *Minime. Haec verba in Biblia non leguntur.*

1219. 1. *Petr.* 5, 5. *Ioh. Cod.* est, *quia Deus superbis resistit, humilibus autem d[at]*[a] *gratiam*'. Et duravit illud bellum a mane usque ad vesperas. Videntes hec domnus legatus et Ierosolimitanus rex et alii viri et milites nobiles plurimum sunt contristati et conturbati[1]. Saraceni in civitate cum cimbalis, tubis, tamburiis et vocibus exultantes laudabant deum eorum. In illo die, si non adesset rex Iohannes et Hospitalarii et Templarii et Alamanni, omnes Christiani essent decollati et ducti in captivitate.

cf. Ioh. de T. et L. d. c. 14. Audite, fratres karissimi et filii, qualiter Christus recepit martyres suos *Ioh. Cod.* sanctos. Quidam Theotonicus inter[b] mortuos nocte sequenti erexit oculos suos et vidit **f.* 65d. quendam virum[c] magnum, vestibus albis inductum[d], et[e] cum magna et innumerabili *multitudine *Apoc.* 7, 14. angelorum super cadavera mortuorum canentes et dicentes: 'Isti *sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stollas suas in sanguine agni* et contempserunt vitam mundi[2] et mortui sunt pro *cf. Ioh. de T. et L. d. c.* 15. fide et amore Christi'. Illo die fecit soldanus capita sanctorum[f] excoriare et salare et misit eas[d] per provincias Babilonie[3] dicendo: 'Si quis vult de sclavis, veniat et tollat quantos vult, quia principes Romanorum mortui sunt, et qui remanserunt fugere volunt'. Tunc soldanus pepigebat[d] cum domno legato et principibus Christianorum. Sed unusquisque aliud habebat in corde, quam dicebant in ore, quia Christiani in proximo navigio expectabant succursum[g], et soldanus recessionem, quia credebat Christianos propter metum recedere.

Ioh. Cod. Sept. 14. In exaltatione sancte crucis principes Romanorum et episcopus Ungarie[4], comes Guaterius[5], *cf. Ioh. d. T. c.* 15. comes Oremgius[6] et bene XX. M peregrini recesserunt de exercitu, et evacuatus *Ioh. Cod.* remansit. Unde Christiani omnes sunt perteriti, pagani et Saraceni ingenti leticia sunt gavisi. Interrea[h] virtute domini nostri Iesu Christi Savarixius de Malli, vir egregius, cum gente et X galee Ianuensium et multi alii peregrini in expedictione[d] venerunt. Hoc ita facto soldanus, ut videret[i] Christianos superasse, et ut pagani libencius ad expeditionem proficisci debebant[d], nuntios suos per omnes provincias paganie misit huiusmodi verba proferentes[k, 7]: 'Quisquis[l] de Christianorum sclavis acquirere voluerunt[d], ad expedictionem[d] accedere debeat, scientes, quia omnes Christiani mortui sunt, et omnes [principes[m]] eorum recesserunt; alii vero, qui remanserunt, fugere nec a manibus paganorum evadere minime possunt'. Dum hec agerentur, soldanus similiter nuntios suos misit[n] ad domnum legatum et regem Ierosolime direxit, dicens soldanus[d] pacem seu treguam cum Christianis velle conponere et facere. Habito quoque consilio dixerunt Christiani, ut in scriptis modum et formam dare deberent; qui tamquam prodictores[d] ad castra recesserunt, et sic sepe et sepius facientes et ad castra Christianorum venientes et hec omnia inquirentes, et[c] nil facere voluerunt; expectabant enim interim auxilium a longinquis regionibus paganorum, et Christianorum exercitus cotidie diminui debere. Christiani insensati autem ea omnia, que proferebant, verum[d] esse putabant.

a) *haec vox per litteram initialem tantum indicata in c.* b) *sic Liber duelli;* di *c.* c) uiuum *c., ut videtur, quod quidem fere* uirum *legi posset.* d) *sic c.* e) et *delendum.* f) Christianorum *Ioh. de Tulbia.* g) occursum *c.* h) Intrea *c.* i) *sic c. et cod. Paris. Codagnelli.* k) proferentis *c.* l) *seq.* vult *expunct. c.; cf. supra l.* 13. m) princ. *om c.* n) misit *delendum, perperam ab Alberto insertum.*

1) *Inepte haecce verba Codagnelli hoc loco posita sunt.* 2) *Haec fere verba inserta ex libello deperdito habet Ioh. de Tulbia c.* 14. 3) *Fragm. Provinc. § 97, p.* 192: si penset le soudans qu'el mandaria . . . lo cuer de las testas per sa terra . . . e las testas fetz el venir totas per miegh lo flum denant nos, totas escorjadas. 4) *Nescio an* In exalt. — Ungarie *potius ex relatione deperdita exscripta sint, cum Liber duelli c.* 15. *eadem habeat.* 5) *Nescio, quis fuerit.* 6) *Hunc Wilhelmum I. comitem Hollandiae fuisse conicio, corrupto nomine Olendiae. Vide quae ad Ioh. de Tulbia adnotavi.* 7) *Iterum ex Ioh. Codagn. descripta sunt, quae supra l.* 13 *sqq. iam ex libello deperdito relata exstant.*

Interea quidam vir nobilis vulneratus et quasi semivivus ad castra rediens 1219.
hec verba domno legato retulit, dicens, quod nocte veniente erexit oculos suos et
vidit quendam virum magnum, vestibus albis indutum, cum magna et innumerabili
multitudine angelorum super cadavera mortuorum canentes[a] et dicentes[a]: 'Isti
sunt qui venerunt **ex magna tribulatione et laverunt stolas suas in sanguine agni* et *Apoc.* 7, 14. **f.* 113d.
mortui sunt pro fide et amore Christi'. In die illa multi Christianorum barones *Aug.* 29.
capti sunt, scilicet camerarius regis Francie[1], episcopus Belvasii[2] et frater eius[b. 3],
domnus Iohannes[4], comes de Belmont[c. 5], domnus Andreas de Basses[6], Anselmus
de Bochit[7], prepositus de Sancto Omer[d. 8], filius camerarii regis Francie[9], et cum
aliis octuaginta viris nobilibus et prudentibus, et de Saracenis et paganis innu-
merabiles mortui sunt. Victi enim fuerunt Christiani ea die, sicut placuit Domino.
Sit nomen eius benedictum in secula!

18. In exaltatione sancte crucis[10] Romanorum principes [et[e]] episcopus Ungarie[11] *Sept.* 14.
patriam redierunt. Unde Christiani omnes valde sunt perteriti, pagani et Sara-
ceni ingenti letitia sunt gavisi. Interea virtute domini nostri Iesu Christi Sava-
rixius[f] de Malla[g. 12], vir egregius, cum gente sua et decem galee Ianuensium[13] *Sept.* (19).
et multi alii peregrini in expeditione venerunt. Hoc ita facto soldanus, ut vide-
retur[h] Christianos superasse, et ut pagani libentius ad expeditionem proficisci
debeant, nuntios suos per omnes provintias paganorum[i] misit huiusmodi verba
proferentes: 'Quisquis de Christianorum sclavis[k] acquirere voluerit, ad expeditionem
accedere debeat, scientes[l], quia omnes Christiani mortui sunt, et omnes principes
eorum recesserunt. Alii vero, qui remanserunt, fugere nec a manibus paganorum
evadere minime possunt'. Dum hec geruntur[m], soldanus similiter nuntios suos ad
domnum legatum et regem *Ierosolime direxit, dicentes[n] soldanum pacem seu **f.* 114a.
treguam cum Christianis velle conponere et facere; habito quoque conscilio dixerunt
Christiani, ut in scriptis modum et formam dare deberent; qui tamquam proditores
ad castra recesserunt, et sic sepe et sepius facientes et ad castra Christianorum
venientes et hec omnia inquirentes nichil[o] facere voluerunt. Expectabant enim
interim auxilium a longinquis regionibus paganorum, et Christianorum exercitus[l]

a) *sic c. et L pro* canentium et dicentium. b) eius dn̄s *c., nullo signo interposito.* c) belmot *c.* d) prepos. comer *c.* e) et *ex L suppl., om. c.* f) sauaxius *c.* g) malli *L.* h) videret *c. et L.* i) paganie *L.* k) scalis *c.* l) *sic c. et L.* m) agerentur *L.* n) dicens *L.* o) nil *L.*

1) *Walterus.* 2) *Milo.* 3) *Andreas de Nantolio.* 4) *de Arcies.* 5) *Cf. p.* 490, *n.* 7. 6) de Espeisse *vel* de Espoisse *(Epoisse, dép. Côte d'or, arr. Semur) est verum eius agnomen.* 7) *Robertum de Pochi occisum (non captum) esse tradit fragm. Provinc. § 90, p.* 190. *In libello a Iohanne exscripto oportet conicias scriptum fuisse* Anselmus de Luni *(sic relatio ab Alberto Milioli exscripta vel* de Lin, *ut habet Ioh. de Tulbia c.* 14, *vel* de Leon, *ut Liber duelli c.* 14*)* Robertus de Bochit. 8) *Hic occisus est, non captus.* 9) *Cf. p.* 490, *n.* 5. 10) *Iam die Sept.* 2. *episcopum Ungariae recessisse dicit Ioh. de Tulbia c.* 15, *alios die Sept.* 14. *idem fecisse. Sed cum Codagnello hac de re convenit Liber duelli c.* 15. 11) *Thomas Agriensis.* 12) *de Malleone (Mauléon).* 13) *Quod confirmatur Annalibus Ianuensibus Ogerii Panis, SS. XVIII, p.* 141, *ubi hi octavo die ante triduum proelium (Sept.* 26—28. *factum) advenisse dicuntur.*

1219. Sept. (26). Ioh. Cod. Quodam die mensis Septembris pagani et Saraceni undique circuierunt exercitum Christianorum. Tunc soldanus erigens se alta voce dicere cepit: 'O pagani, viri fortissimi et bellicosi tocius orbis dominatores, non[a] intellexistis, quia scriptum est in lege nostra: *Pagani*[b] *montes et maria transibunt et etiam Romanum imperium subiugabunt?* Nonne videtis vos, quia Christiani fere omnes mortui sunt et *f. 66. recesserunt? *Et pugnate viriliter cum eis, et habebitis omnia temptoria eorum et aurum et argentum et alia omnia, que [sunt[c]] in castris. Precipio omnibus, ut intretis fossatum et illud implere debeatis'; et sic in fossatum intraverunt volentes implere. Domnus legatus quidem extendens manus suas ad celum, plorando et lacrimando[d], dulci voce dicens:

Oratio: 'Domine Deus pater, qui manes in trinitate, creator celi et terre, dominator omnium Ps. 8, 8. 9. rerum visibilium et invisibilium, qui *omnia subiecisti sub pedibus* tuis, *oves et boves, insuper* universa *peccora campi, volucres celi et pisces maris, qui perambulant semitas maris,* et qui pro nobis peccatoribus redimendis a potestate diaboli in mundum venisti et de utero beatissime Marie virginis humanam carnem sumpsisti, mortem quidem et passionem in cruce substinuisti, adiuva nos, Domine, exaudi preces Ps. 8, 10. nostras! O *Domine, quam amirabile*[e] *est nomen tuum in universa terra!* Ne respicias, Domine, peccata et iniquitates nostras, et ne permittas nos ab insidiis crudelium paganorum et Saracenorum perire. Sed concede nobis per tuam sanctissimam gratiam et misericordiam, ut ipsos[f] paganos et Saracenos impios et crudeles, et qui in te non credunt, superare possimus et ad veram et rectam fidem eos converti valeamus, ut nomen tuum sit benedictum in secula seculorum. Amen'. Qua oratione facta, Christiani hoc videntes prelium magnum cum eis conmiserunt, et multi pagani in ipso prelio mortui sunt et vulnerati. Videntes quod inceperant ad finem perducere minime posse, ad castra redierunt, dicentes soldano: 'Domine, isti sclavi sunt impii et crudeles'; et per vim quatuor manganellos citra[e] nos fixerunt, nos in quantum poterant interficientes.

Sept. 22–25. cf. Ioh. de T. et L. d. c. 15. In ultima ebdomada Septemb.[g] XV[1] naves peregrinorum recesserunt a portu paganorum[2], et pagani renuerunt pactum. Et tunc omnes Babilonenses, Egyptiaci, parvi et magni, etiam mulieres venerunt in auxilium paganorum. Sept. 26. Quinto die exeunte Septemb.[3] venerunt Saraceni ante fossatum Christianorum[4], et quia pauci erant Christiani, per vires explanaverunt fossatum. Christiani optime preliabant contra Saracenos et multos ex illis occiderunt; et de Christianis mortui sunt XII[cim], et nullus Christianorum comedit usque ad noctem. Saraceni redientes dixerunt soldano: 'Isti sclavi valde agresti[e] et maligni contra nos sunt'.

Sept. 27. cf. ib. c. 16. In die festivitatis sanctorum Cosme et Dalmiani[e] ante auroram venerunt pagani et Saraceni et duxerunt quatuor ieremitas ardentes per flumen, coopertas[h] pice et oleo cum stipula et lignis aridis et palea conburentes, acsi essent X *f. 66b. capane[i], et sulfure, et flamma videbatur tangere celum; et credebant *ardere pontem et intrare civitatem cum frumento et aliis neccessariis; et si hoc contingisset[e], omnes Christiani essent decollati. Unde maximus timor invasit Christianos. Sed per Dei gratiam, antequam pervenirent ad pontem, exierunt obviam ieremitis et extinxerunt eas. Et illo die non requieverunt Christiani et non Ioh. Cod. comederunt usque ad noctem. Et tunc duo pagani divino numine[k] tacti ad domnum legatum venientes ita dixerunt: 'O Christiani, estote prudentes, quia, antequam VII dies veniant, Saraceni et pagani putant fossatum implere et vos capere; scientes, si eis firmiter restiteritis, quod totam paganiam subiugaveritis'. Pagani vero ad terminum, sicut dixerunt, venientes, in fossatum intrare et illud implere volentes; Christiani quoque, hoc videntes, statim castra lignorum ante eos construxerunt,

a) ūo *c.;* nonne *Ioh. Cod. h. l.* b) Paga *c.* c) sunt *om. c.* d) lacrima *c.* e) *sic c.* f) ipos *c.* g) in uenert *add. c., quod, si litteras solas respicis,* in Veneris die *emendari posset, sed haec verba nec Ioh. de Tulbia nec Liber duelli habent; et constat has naves non die Veneris (Sept. 27), sed aliquot diebus ante recessisse;* una die *ex Libro duelli supplere posses.* h) cooperta:, *littera erasa, c.* i) *correxi* (capanna *est casa stramenticia);* capane *c.* k) mumi|mine *c.*

1) duodecim *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 15. 2) *Haec vox male inserta est.* 3) *Vide quae ad Librum duelli c.* 15. *adnotavi.* 4) *Iterum de eodem proelio Albertus ex libello deperdito refert, de quo Codagnelli narrationem supra exscripsit.*

cottidie minui[a] debere; Christiani autem insensati ea omnia, que proferebant, vera 1219. esse putabant.

19. Quodam die mensis Septembris pagani et Saraceni undique circuierunt[b] *Sept.* (26). exercitum Christianorum. Tunc soldanus erigens se alta voce dicere cepit: 'O pagani, viri fortissimi et bellicosi totius orbis dominatores, nonne intellexistis, quia scriptum est in lege nostra: *Pagani montes et maria transibunt et etiam Romanum imperium subiugabunt?* Non[c] videtis vos, quia Christiani fere omnes mortui sunt et recesserunt? Et pugnate viriliter[d] cum eis, et habebitis omnia temptoria eorum et aurum et argentum et omnia alia, que sunt in castris[1]; precipio omnibus, ut intretis fossatum et illud implere debeatis'; et sic in fossatum intraverunt volentes implere. Domnus quidem[e] legatus extendens manus ad celum, plorando et lacrimando, dulci voce dixit:

Oratio: 'Domine Deus pater, qui manes in trinitate, creator celi et terre, dominator omnium rerum visibilium et invisibilium, qui *omnia subiecisti*[f] *sub pedibus* *Ps.* 8, 8. 9. *tuis, oves et boves, insuper* *universa *peccora campi, volucres celi et pisces maris, qui* **f.* 114b. *perambulant*[g] *semitas maris,* et qui pro nobis peccatoribus redimendis a potestate diaboli in mundum venisti et de utero beatissime[h] virginis humanam carnem sumpsisti, mortem quidem et passionem in cruce substinuisti, adiuva nos, Domine, et exaudi preces nostras! O *Domine, quam admirabile est nomen tuum in universa* *Ps.* 8, 2. 10. *terra!* Ne respicias, Domine, peccata nostra et iniquitates nostras, et ne permittas nos ab insidiis crudelium[i] paganorum et Saracenorum perire, sed concede nobis per tuam sanctissimam gratiam et misericordiam, ut ipsos paganos et Saracenos impios et crudeles, et qui in te non credunt, superare possimus et ad veram et rectam fidem eos convertere valeamus, ut nomen tuum sit benedictum in secula seculorum[2]. Amen'. Qua oratione facta, Christiani [hoc[k]] videntes prelium magnum cum eis commiserunt, et multi pagani in ipso prelio mortui sunt et vulnerati. Videntes quod inceperant ad finem minime[l] perducere posse, ad castra redierunt, dicentes soldano: 'Domine, isti sclavi sunt impii[m] et crudeles'; et per vim quatuor manganos[n] contra nos fixerunt, nos in quantum poterant interficientes[3].

20. In die festivitatis Cosme et Damiani pagani et Saraceni ad fossatum *Sept.* 27. Christianorum omnes cum stipula et lignis aridis et palea venientes; sed Christiani extra castra armati exeuntes stipulam et paleam et alias res, quas prope fossatum posuerant, igne conbuxerunt. Et tunc duo *pagani divino numine[o] tacti ad domnum **f.* 114c. legatum venientes ita dixerunt: 'O Christiani, estote prudentes, quia, antequam septem dies veniant[p. 4], putant fossatum implere et vos capere; scientes, si eis firmiter restiteritis, quod totam paganiam subiugaveritis'. Pagani vero ad terminum, sicut dixerunt, venientes[q], in fossatum intrare et illud implere volentes; Christiani quoque, hoc videntes, statim castra lignorum ante eos construxerunt[5],

a) diminui *L.* b) circuerunt *c.* c) Nonne *L hoc loco.* d) viril. *ex L suppl., om. c.* e) leg. quidem *L.* f) subiec. *ex L suppl., om. c.* g) ambulant *c.* h) Marie *add. L.* i) crud. *ex L suppl., om. c.* k) hoc *ex L suppl., om. c.* l) perd. min. *L.* m) impii (imperii) *c.* n) manganellos *L cum Ioh. de Tulbia et Libro duelli.* o) lumine *c.; vide p.* 494, *n.* k. p) Saraceni et pagani *add. L, sed* ipsi *tantum Ioh. de Tulbia et Liber duelli.* q) *sic c. et L.*

1) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 291 *sq.* 2) *Similia in orationibus dicta vide supra c.* 2. 4. 14, *p.* 469. 471. 487. 3) et per vim — interficientes *a Sarracenis soldano dicta esse Codagnellus putasse videtur perperam, ut Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 15. *docent.* 4) antequam — veniant *Codagnellus pervertisse videtur ex eo, quod Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 16. *dicunt:* putant (volunt . . . ante vos) stare octo dies. 5) *Immo, ut Ioh. de Tulbia et Liber duelli dicunt, Sarraceni ante fossatum Christianorum* castrum (castella) de lignis *construxerunt. Sequentia igitur Codagnellus ut permulta alia adinvenit.*

1219. *Ioh. Cod.* super quibus Christiani stantes sudibus[a] acutis et lapidibus graviter percutiebant, ignem et sulphurem et trabes super illos proicientes multi ex paganis morti tradiderunt. Videntes tamen pagani quod inceperant ad finem perducere minime posse, ad castra sua redierunt.

Et dum hec agerentur, quidam de Christianis numero VIIII instigati a diabolo et tacti maligno spiritu, qui pontem custodiebant, quorum corda auro et argento soldani erant obcecati, pontem clam[b] et privatim incidere et destruere conabantur, paganos et Saracenos cum galeis in civitatem ducere volentes, ut eam a Christianis protegere et defendere possent. Sed dominus noster Iesus Christus, a quo omnia bona cuncta procedunt, et sine quo nil fieri potest, cui nichil est absconsum, corda omnium sciens, qui est verus iudex et iustus, nolens tam pessimum et iniquissimum scelus ad finem perduceretur —: Contigit, quod unus ex predictis divina potencia et misericordia tactus ad domnum perrexit cardinalem, qui omnia per ordinem ipsi apperuit et manifestavit; alii vero hoc scientes ad paganorum castra fugerunt; et ita liberavit dominus noster Iesus Christus crucifixus Christianos ab insidiis inimicorum. Laudamus et benedicimus Dominum nostrum natum de virgine Maria. Videntes
Sept. 27/8. pagani nil facere posse, pactum cum Christianis machinare ceperunt. Nocte proxima fuit captus quidam Ianuensis traditor, qui debebat incidere catenas et sartos[c. 1] et alia ingenia, quibus pons tenebatur; et debebat recipere a soldano VI. M bisantos[2]. Alio die fuit captus quidam Yspanus, qui vendebat Saracenis unum panem pro uno bisanto[3]; et isti sunt suspensi ad caudam equorum et dilaniati sunt per totum exercitum.

Sept. 28. Sequenti die et nocte Saraceni paraverunt ligna et herbas ad implendum
f. 66'. cf. Ioh. de T. et L. d. c. 16. *fossatum Christianorum, sed Dominus misit nuncium suum Christianis et ad baptismum, qui indicavit eis, qualiter Saraceni cupiebant reimplere fossatum eorum, et dixit: 'Estote fortes, Christiani, quia, si modo habetis victoriam, omnes recedent[4]'. Unde domnus legatus fecit remissionem de duobus annis omnibus volentibus portare tabulas, que erant circa pontem, ad defendenda carbonaria; et sic omnis populus cucurrit, et in ipso die factum fuit munimentum. Christiani qui erant ab illo latere fluminis, ubi erat soldanus, interfecerunt et vulneraverunt plus V. C et multa arma eorum habuerunt. Coradinus[5], qui erat a latere fossati, ad preliandum non venit.

Sequenti enim die[6] usque ad noctem semper sagittando et balestando preliaverunt. Videntes itaque soldanus et Coradinus, quod non valebant Christianis resistere nec succurrere eos[d] qui in civitate moriebantur ut canes, reversi sunt cum tristicia, et Christiani cum victoria, quia Deus erat cum illis.

Oct. 27. In vigilia apostolorum Symonis et Iude soldanus fecit custodire turrim cum ieremitis[e], propter[f] quod erat signum navibus venientibus Dalmiatam[7].

a) subdibus *c.* b) claui *c.* c) rt *non satis perspicue scripta, etiam* rc *aut* cc *legi posset.* d) *sic c.* e) ieremic *c.* f) *interpretare* propterea.

1) sarte *fem. plur. Italice sunt rudentes. Cf. Ducange-Henschel s. v.* sarcia (sartia), exarcia. 2) *Haec etiam, quae a reliquis relationibus differunt, iam supra l.* 4 *sqq. ex Codagnelli libro exscripta sunt.* 3) *Cf. fragm. Provinc. §* 59, *p.* 183. 4) *Haec quoque iam supra p.* 494, *l.* 39 *sqq. ex Codagn. exscripta sunt. Etiam Ioh. de Tulbia haec ad diem Sept.* 28. *narravit, sed Codagnellus et Liber duelli ad Sept.* 27. 5) *Re vera soldanus Damasci (el-Muazzam) tunc in Aegyptum reversus fuisse videtur, ut Oliver. c.* 16. *testari videtur, praesertim vero quia principes die Nov.* 11. *papae scripserunt, Röhricht, 'Studien' p.* 45: cum tunc primum intellexissent soldani, quod civitas capta esset. 6) *Non sequenti die (Sept.* 29*), sed Sept.* 28. *haec facta sunt. Oliverus c.* 15. *enim et fragm. Provinc. §* 103, *p.* 194. *cum reliquis concordant diebus Sept.* 26—28. *tantum Sarracenos castra Christianorum invasisse.* 7) *Haec, quae non satis intellego, nemo reliquorum auctorum retulit. Intellegerem ea, si* comburere *pro* custodire *scriptum esset.*

super quibus Christiani stantes sudibus acutis et lapidibus graviter percuciebant, ignem et sulfurem accensum et trabes super illos proiciebant[a], multi[b] ex paganis morti tradiderunt. Videntes tamen[c] quod inceperant ad finem perducere minime posse, ad castra[d] redierunt. 1219.

Et dum hec agerentur, quidam de Christianis novem[1] numero instigati a diabolo et tacti maligno spiritu, qui pontem custodiebant, quorum corda auro et argento soldani erant obcecata, pontem clam et privatim incidere et destruere conabantur, paganos et Saracenos cum galeis in civitatem ducere volentes, ut eam a Christianis protegere et defendere possent. Sed dominus noster Iesus Christus, a quo omnia bona procedunt, et sine quo nil fieri potest, cui nil[e] est absconsum, corda omnium sciens, qui est verus iudex et iustus, nolens[b] tam[f] pessimum et iniquum[g] scelus ad finem perducere[h, 2] —: Contigit, quod unus ex predictis divina potentia et misericordia tactus ad domnum perexit cardinalem, qui per[i] ordinem omnia ipsi aperuit et *manifestavit[k]. Alii vero hoc scientes ad paganorum castra fugerunt[3]; et ita[l] liberavit Dominus noster[m] crucifixus Christianos ab insidiis inimicorum. Laudamus et benedicimus Dominum nostrum natum de virgine Maria. Videntes pagani nil facere posse, pactum cum Christianis machinare ceperunt. *f. 114d. (Sept. 28).

a) proicientes *L.* b) *sic c. et L.* c) pagani *add. L.* d) sua *add. L.* e) nichil *L.* f) *sic L;* ut tam *c.* g) iniquissimum *L.* h) perduceretur *L.* i) omnia per ord. *L.* k) mãām festinauit *c.* l) et ita *ex L suppl., om. c.* m) Iesus Christus *add. L.*

1) quinque *Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 16. *Ad diem Sept.* 27. *haec etiam Liber duelli narrat, sed Ioh. de Tulbia ad Sept.* 28. 2) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 293. 3) *Eos captos et iudicatos esse dicit Ioh. de Tulbia c.* 16.

1219. Nov. 1. In festo omnium sanctorum volebant Saraceni reddere terram Christianis, *cf. L. d. c. 17.* quoniam nullo modo poterant eam tenere, quia potencia Dei erat contra eos. *et Ioh. de T. c. 17.* Unde venerunt duo amirarii ad hospicium legati et una cum rege locuti sunt, et *Nov. 2.* ibi biberunt et comederunt et dormierunt nocte illa. Secundo die duo Templarii *Nov. 3.* et duo Hospitalarii cum amirariis intraverunt civitatem. Et die tertio soldanus et Coradinus[a] miserunt VI. C Saracenos intraturos Dalmiatam, qui sortiti fuerunt tres scheras inter se ita dicendo: 'Si quis intraverit, remittat nuntium, ut venientes intremus cum illo'. Sed Dominus, qui iam preliaverat et interfecerat quatuor XX. M hominum et mulierum[1], volebat, quod illa civitas consecraretur ad honorem suum et beate Marie virginis et omnium sanctorum, et voluit destruere inimicos crucis. Saraceni intraverant[b] inter exercitum et civitatem et veniebant tantum per aquosa loca, et quedam femina sentivit eos et cepit cridare: 'Arma, arma!' Et casu accidit, quod Templarii et Hospitalarii surrexerunt ad matutinum, qui pro Christi nomine non labore, non morte nec iaculo aliquo minime formidantes cucurrerunt et interfecerunt CC de Saracenis et nonaginta[2] capierunt[c]. Alii vero redierunt[3]; et tunc confundit[c] Deus inimicos crucis; et acceperunt Christiani capita *f. 66d.* Saracenorum et proiecerunt ea *ante soldanum et corpora ante fossatum civitatis, ut magis[d] dolerent. Unde Christiani renuerunt pactum et fecerunt cochas armare et miserunt precones per totum exercitum et ordinaverunt, qualiter poterat capi civitas; et diviserunt totam gentem et preceperunt[e] bene custodire laçias[4] et carbonaria, statuentes: Qui prius[f] a carbonariis discederet, suspendatur in eculeo. Secundus vero, si fuerit miles, equos et arma perderet et de exercitu expulsi[g]. Pedites manum et omnia que ibi habuissent perdere[c]. Si mercator vel femina cum mercatu[h] maneret in exercitu, manum et omnia sua perdere[c]. Si homo vel femina sine armis fuerit inventus, si non fuerit infirmus vel parvulus, qui custodiat papiliones, excomunicatus sit. Qui debebant scalas, cocas et naves ascendere ad capiendam civitatem, si redirent, manum et omnia sua perdere[c]. Item qui introit civitatem et invenit aurum et argentum et omnia alia, que invenerit, adunet in tribus vel VI domibus et assignet ea stabilitis[5]; si quis ultra IIII dum[i], perdat

a) Coradus *c.* b) ora erant *c.; cf. Ioh. de Tulbia.* c) *sic c.* d) mags *c.* e) peceperunt *c.* f) *emenda* primus. g) *sic c.; corrigendum videtur* deberet expelli. h) mercati *c.* i) *sic c.; quod difficillime emendatur; posses conicere monetam quandam a quarto derivatam et legere:* quartarolum *(vel simile monetae nomen)* retinuerit; *Murat. et hunc secutus Röhricht perperam scripserunt:* si quis vult derobare.

1) *Cf. supra p.* 476, *n.* 1. 2) fere CL inter mortuos et captos *epistola principum ad papam data, Röhricht, 'Studien' p.* 44; *Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. p.* 84, *CXXXVIII interfectos esse dicit. E CCXL, qui licias intraverunt, CC et plures captos et occisos esse dicit Oliverus c.* 16; *Epistola Aegidii de Lewes, Röhricht, 'Studien' p.* 42, *e CCLX (sed* CCXL *Albric. Trium-fontium, SS. XXIII, p.* 908, *qui hanc epistolam exscripsit), qui intraverunt, CC interfectos esse tradit; fragm. Provinc. § 109, p.* 196. *plus centum occisos, inter quadraginta et sexaginta captos esse narrat. Alios numeros etiam habent Ioh. de Tulbia et Liber duelli c.* 17. *et Codagnellus.* 3) *Nonnullos civitatem intrasse dicunt Ioh. de Tulbia et Liber duelli et fragm. Provinc. l. l. Sed ii rediisse dicti esse videntur hoc loco, qui licias non intraverunt, cum inter reliquas duas 'scheras' essent. Aliter vero Iac. de Vitriaco epist. VI. l. l.:* circiter XXX ad exercitum retroversi sunt, residui vero sese infra civitatem receperunt. 4) *Falso vox* lazia, *quae in editione Muratorii legebatur, definita est apud Ducange-Henschel s. v. Idem est quod* liciae *vel* leciae, *ut emendandum esse videtur, sed cum* laçias *etiam infra p.* 500, *l.* 18. *legatur, vocem mutare nolui.* 5) *Cf. Oliver. c.* 22.

21. Interea Saraceni qui in Damiate civitate aderant nuntium ad soldanum 1219. miserunt, dicentes, ut eis subvenire deberet, quia pestilentia magna et mortalis infirmitas eos superaverat, taliter quia civitatem defendere nequibant. Cumque soldanus et Coradinus hec verba audissent, plurimum sunt turbati et contristati. Qui illico mille[1] homines nobiles et potentes preparare fecerunt, ut per fluminis aquam natando[2] usque ad civitatem nocte pergere deberent. Cum Christiani hoc virtute Domini intellexissent, pontem et fluminis ripam diligenter custodire fecerunt, ut tamquam piscatores cum retiis[a] per fluminis undas natantes capere possint[3], ut eis dici possit: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.* Nocte statuta *Math. 4, 19.* *(Nov. 2/3).* veniente prospicientes Christiani viderunt paganos et Saracenos per fluminis aquam venientes, cum ipsis viriliter preliaverunt, alios sumerserunt et innumerabiles vulneraverunt et multos morti tradiderunt et LXXX de eis ceperunt[4]; unde ea die pagani valde sunt conturbati, Christiani vero ingenti gaudio sunt gavisi. *Gaudeamus omnes et letemur in Domino et cottidie gratias ei referamus! **f. 115[a].*

a) *sic c.*

1) CCCC bellatores *Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. XVI, p.* 84*;* D *dicit fragm. Provinc.* *§* 108*, p.* 195*;* DC *relatio deperdita apud Albertum Milioli.* 2) *Minime* per fluminis aquam natando, *sed* per loca palustria, *ut habet Oliverus c.* 16, *vel* per loca aquosa, *ut habent Albertus Milioli et Liber duelli, quod Ioh. Codagn. male intellexisse videtur (*in locis aquosis *Ioh. de Tulbia).* 3) *Christiani quidem retibus Sarracenos per fluvium natantes ceperunt (cf. Iacobi de Vitriaco epist. VI, l. l. p.* 82*; fragm. Provinc. §* 60. 61*, p.* 183 *sq.), sed non hac occasione. Haec narratio falsa et perplexa est.* 4) *Vide p.* 498*, n.* 2.

1219. manum et suam partem. Item quibus preceptum fuerit iurare, iurabunt punire illos qui predicta statuta non observabunt. Et annuntiata[a] sunt omni populo. 'Et in nomine Domini et beate Marie virginis faciemus insultum civitati et Deo adiuvante capiemus eam'. Et respondit omnis populus: 'Fiat, fiat!'

Nov. 5. Sed Dominus noluit[b] expectare decreta hominum: V[to] die intrante Novemb., *cf. Ioh. de T. et L. d. c. 18.* die Martis, in vigilia sancti Lionardi, in media nocte, qua hora Christus exspoliavit *Ioh. Cod.* infernum [1], Christiani muro civitatis Dalmiate scalas posuerunt; dedit talem victoriam Christianis, qualem nunquam habuerunt. Quia, sicut predictum est [2], non fuit bonitas eorum, sed Dei misericordia, qui sine ferro et fame interfecit inimicos sancte crucis. Missit[c] enim quosdam prudentissimos viros Romanos et Latinos media nocte ad murum civitatis, et apposito pontem[c] et scala bene armati ascenderunt murum cum magno tremore, quia nesciebant, sicut Dominus pro eis pugnaverat in civitate. Postquam ascenderunt murum, supra portam preliantes cum aliquibus Saracenis adhuc vivis, ceperunt unam turrim, clamantes ad exercitum: 'Succurite, succurite nobis, fratres, quoniam nostra est terra'! Et ceperunt dicere *Kyrrieleison*[d], et populus respondit: *Gloria in excelsis Deo,* et domnus legatus dixit: *Te Deum laudamus,* et Hospitalarii clamabant: 'Sancta crux et sanctum sepulchrum, intercede pro nobis!' Et statim cucurerunt Christiani ad laçias, alii ad carbonaria, alii ad civitatem et conbureruntc[c] unam portam et aliam confregerunt; et ita Dei gratia Dalmiata capta est. Audite, fratres karissimi, qualiter Dominus pugnavit **f. 67a.* *contra inimicos crucis, quia circum Dalmiatam inter duos muros fortissimos erat magnum spacium, ubi Saraceni erant sine numero sepulti, et per totam civitatem similiter; preceptum erat vivis sepellire mortuos ubicumque invenirentur; de mortuis iacentibus per plateas, per domos — in uno lecto tres et quatuor, et vivus cum mortuo — non erat numerus, quoniam unus moriebatur circa alium, et vivus non poterat movere mortuum pre nimia infirmitate et debilitate. Ipse Dominus miserat [hec[e]] super illos. Iacebant homines et mulieres sine vestibus, pedibus et manibus retortis et corporibus etiam a canibus dilaniatis. Et illi panem et aquam iusta se habentes et[f] non poterant comedere, et sic moriebantur ut canes [3]. De vivis inventi sunt plus X milia [4] hominum et mulierum, sed omnes preoccupati valida et varia infirmitate. Adhuc ostendit Deus fidelibus suis mirabilia sua: quando terra capta est, flumen per multum tempus ante diminutus[c] fuerat, nocte illa in tantum crevit, quod omnes fovee erant plene aqua [5], et fuit tantus ventus et aqua, quod soldanus et Coradinus non potuerunt succurrere civitati; sed summo mane venerunt aliquanti Saraceni et viderunt Christianos bene armatos et cantantes *Kyrrieleison*[d] et *Gloria in excelsis Deo.* Unde unus ex Saracenis dixit: 'O Christiani, quid est hoc, quod tantum gaudium habetis?' Responderunt Christiani: 'Nonne vides tu, quod dominus noster Iesus Christus in hac nocte tradidit nobis civitatem Dalmiate?' Et statim rediit et nuntiavit Saracenis, qui currentes nun-

a) anutiata *c.* b) uoluit *c.* c) *sic c.* d) kyrriel *c.* e) hec *suppleri, om. c.* f) et *delendum.*

1) in vigilia — infernum *non solum Codagn., sed et Ioh. de Tulbia et Liber duelli habent. Sequentibus verbis Codagnelli male insertis Albertus nihil eorum, quae relatio ab eo exscripta hoc loco habuit, omisisse videtur.* 2) *Nusquam hac de re quidquam supra legitur. Verba haec Albertus ex relatione deperdita neglegenter suo more descripsit.* 3) *Cf. fragm. Provinc. § 107, p. 195.* 4) *Epist. principum ad papam, Röhricht, 'Studien' p. 44:* fere viventes inter convalescentes et infirmantes tria milia hominum sunt reperti *et ita etiam Oliverus c. 22. et Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. XVI, p. 77; fragm. Provinc. § 122, p. 199:* En la vila foron pres mais de IIII milia Sarrazins. *Aliter etiam Ioh. de Tulbia c. 18. et Liber duelli c. 19.* 5) *Cf. Oliver. c. 17; fragm. Provinc. § 116, p. 197 sq.; Ann. Dunstapl., Annales monastici ed. Luard III, p. 56.*

22. Quinto mensis Novembris, in vigilia sancti Leonardi, in media nocte, qua hora Christus expoliavit infernum, Christiani muro civitatis Damiate scalas posuerunt[a]. Cum autem una Romanorum scala ipsius civitatis muro esset apposita, volentes in civitatem intrare, iudicio Dei fracta est. Alie scale numero X intus civitatem intraverunt[1], qui exire nec scalas recuperare minime potuerunt; qui admodum[b] turbati plurimumque perteriti ceperunt clamare et dicere: 'O Domine, o Domine, miserere[c] nobis, adiuva nos, Deus salutaris noster! quia omnis spes et salus nostra in manu tua est, et mitte nobis de celo angelos tuos, qui nobiscum sint et defendant nos ab impiis et crudelibus paganis, ut de nobis potestatem habere non possint, ut potentia et magnificentia tua ab omnibus laudetur, et nomen tuum sanctum per universum orbem glorificetur et benedictum sit in secula seculorum. Amen'. Qua oratione facta Christiani tamquam angeli catervatim cum scalis et scalionibus et aliis lignis omni modo, prout poterant, super murum civitatis conabantur ascendere ad[d] obsequium domini nostri Iesu Christi crucifixi. Qui cum murum civitatis ascendissent, in una ipsius civitatis turre fortissima vexillum sancte et vere crucis posuerunt, et aliis turribus captis, in unaquaque signum crucis posuerunt et fecerunt; pagani autem qui in ipsa civitate aderant, alii mortui et semivivi per plateas et *domos et vias iacebant, et alii morbo et pestilentia et infirmitate magna infirmabantur, ita quod nullo modo civitatem defendere nequibant. Sic enim placuit Domino, et sic ita eius fuit voluntas; non enim hoc posset evenisse quantitate et virtute virorum bellicorum, sed potentia et virtute domini nostri Iesu Christi[2], apud quem nil est impossibile. Confidamus ergo in domino Deo vero et non in virtutibus hominum. Sicut scriptum est: *Bonum et melius est confidere in Domino quam confidere in principibus*. Statim pauci pagani ad baltescas[e] eorum et castra lignorum currerunt[f], ignem in eis miserunt, ut a soldano et eius exercitu videretur. Quo igne viso a Christianis, qui temptoria custodiebant, valde sunt turbati et perteriti, ignorabant enim de illis qui in civitatem intraverant; unde alta voce lacrimando ceperunt rogare beatum Leonardum confessorem, ut pro eis ad dominum nostrum Iesum Christum intercedere deberet, armati et asclerati castra custodiebant. Cumque crepusculum noctis recedentis et diei advenientis finem daret, et dies clarissimus apparuit, die Martis, in quo Christus aqua fuit lavatus, in quo omne bonum contulit Christianis, viderunt quoddam vexillum balzanum et alia vexilla sancte crucis in turribus civitatis. Qui prosternentes se ad terram dicebant: 'O Damiata capta est virtute domini nostri Iesu Christi crucifixi; que olim erat cathena captivorum et carcer sclavorum, modo gratia Domini nostri crucifixi erit domus Christianorum'. Affirmabant etiam viri antiqui, *prudentes et religiosi vexillum balzanum, quod videbant, esse vexillum beati Leonardi, et illud in ecclesia, in qua corpus eius usque in presentem diem

1219. Nov. 5. — **f. 115b.* — *Ps. 117, 8. 9.* — **f. 115c.*

a) *sic c. et L; cf. supra p. 465, n. h.* b) ad modum *c.* c) mis *c.* d) ab *c.* e) *sic c. h. l.; cf. supra p. 489, l. 2.* f) *sic c.*

1) Alie — intraverunt *inepte scriptum pro* quinque de nostris intus remanserunt, *ut Liber duelli c. 18. habet (eadem fere Ioh. de Tulbia).* 2) *Cf. epist. principum ad papam die Nov. 11. scriptam Röhricht, 'Studien' p. 44:* non virtute vel probitate alicuius viventis, sed solius Dei dextra pugnante pro nobis. *Similia dicunt omnes qui de Damiata expugnata scripserunt.*

1219. tiaverunt soldano. Soldanus hoc audiens statim loquelam perdidit et fecit signum
cf. Ioh. de T. et L. d. c. 18. aliis et imperavit, ut eorum capita truncarentur; et hoc factum est sine intermissione. Cumque per duas horas in tanta tristicia et angustia esset, erexit se et arripuit ferrum, quo cinctus erat, sibi barbam et treças[1] et caudam et comam sui equi truncavit, et omnes alii ita faciebant; deinde lamentantes dicebant: 'O Dalmiata, usque nunc fuisti lucerna paganorum inextinguibilis, et obscurata es
cf. Iob 3, 11. nobis; amodo eris lucerna Christianorum. Quid faciam miser? Quare non perii in utero matris mee? quare non perii, antequam sub meo dominio virgo Dalmiata
Iob 3, 3. 6. a Christianis esset violata?' Et dixit: '*Pereat dies, in qua natus fui,* et non numeretur in diebus anni, quoniam multam obscuritatem obtulit nobis'.

**f. 67b.* Dalmiata erat duobus muris circumdata et fossato pleno aqua, *per quod gallee possunt ire, et habet XXII portas et XXXII castellas[a] de amirariis circum ea et CX turres inter parvas et magnas sine magnis mansionibus, que sunt sine
cf. L. d. et Ioh. de T. c. 19. numero. Invenerunt Christiani in dicta civitate aurum, argentum, preciosos lapides, purpuras, samitos, ornamenta carissima et vasa aurea et argentea sine numero et inter asinos et mulos numero CCCC et granum, ordeum, biscotum et legumina satis, et omnia fuerunt de comuni.

cf. Ioh. de T. c. 20. In his diebus inter legatum et regem incentiva malorum, filia diaboli et regina inferni, que dicitur discordia, et non tantum inter ipsos quam per totum exercitum discurrit[2]. Rex enim petebat dominationem civitatis, et domnus legatus volebat, quod omnes Christiani haberent libertatem ibi, et exinde orta est discordia, que fere inter ipsos interfuit[b] et bellum movit. Sed signo crucis muniti ad bonam concordiam reversi sunt[3].

1218. Anno dominice incarnationis MCCXVIII, indictione VI, obsessa fuit civitas Dalmiate. In medio mensis Madii Christiani omnes in navibus ascenderunt et
Maii 29. insequenti ebdomada quadam die Martis in terram Egypti intraverunt et castrametati sunt apud civitatem Dalmiate, et ibi steterunt per totam estatem et hyemem;
1219. *Nov. 5.* et insequenti anno, in MCCXVIIII, indictione VII, V° die intrante mense Novemb., in vigilia sancti Leonardi, festo veniente, ad honorem domini nostri Iesu Christi capta fuit Dalmiata a[c] peregrinis Christianis.

EXPLICIT DE OBSIDIONE ET CAPTIONE CIVITATIS DALMIATE.

CCXXI.[d] De obsidione castri de Gonçaga, et facta fuit taleata, et captum fuit castrum Bondeni.

1220. In millesimo ducentesimo vigesimo anno. Domnus Bereta de Parma Reg. potestas; et eo anno obsessum fuit castrum Gonçaghe a Reginis, Parmensibus et Cremonensibus[4], quod detinebatur a Mantuanis et a comitte Alberto[5] de Cassalodo de episcopatu Brixie. Et eodem anno taleata fuit incepta cavari, et fuit missus Paudus per dictam taleatam[6]. Et in illo anno[e] Fredericus[f] filius imperatoris
Nov. 22. Henrici coronatus fuit a papa Honorio in festivitate sancte Cecilie. Et eodem anno captum fuit castrum Bondeni[7] a Mantuanis, Veronensibus et Ferariensibus

a) *sic c.* b) *locus aliquo modo corruptus.* c) ad *c.* d) XXI *in loco raso.* e) *hoc loco vox trium fere litterarum erasa.* f) fredrericus *c.*

1) *Vox Italica* treccia *est Haarflechte, Zopf.* 2) *Cf. Ernoul ed. Mas Latrie p.* 426. 3) *Cf. quae ad Ioh. de Tulbia c.* 20. *adnotavi.* 4) *Cf. Ann. Cremon., supra p.* 14, *et quae ibi adnotavi.* 5) *Potius a filiis Alberti comitis. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 1173. 12622. 6) *Cf. supra p.* 14, *n.* 6. 7) Arduini *dictum. Cf. Ann. Mant., SS. XIX, p.* 21.

requiescit[1], vidisse; et omnes pre nimio gaudio et ingenti letitia commoti plorabant 1219.
et oculos et manus ad celum levantes humili voce dicebant: 'O domine Iesu Christe, rex glorie, fili virginis Marie, creator et conditor celi et terre, maris et omnium rerum visibilium fabricator, cui angeli et troni et dominatores subiciunt[a], laudamus et benedicimus te, gratias agimus tibi. Benedictus sit Deus patrum[b] nostrorum et laudabilis et gloriosus in secula! Benedicamus patri et filio cum sancto spiritu, laudemus et superexaltemus eum in secula! Amen'.

a) *cf. supra p.* 487, *l.* 25. b) patrorum *c.*

1) Affirmabant — requiescit *reliqui tres auctores non habent. In ecclesia Nobiliacensi, oppidi quod hodie St.-Léonard vocatur, s. Leonardus sepultus colebatur. Cf. Vitam eius, SS. Merov. III, p.* 396 *sqq.*

1220. Iun. 16. et a Mutinensibus die Martis XV⁰ exeunte Iunio. [Et[a] eodem anno et sub eodem Aug. 10. M. die X. intrante Aug., in festo sancti Laurentii fuerunt disconfiti et capti Mantuani ab hominibus de Bedullo, qui venerant de Fabricis et de Campagnola ad Bedullum ad conburendum et depredandum].

CCXXII.[b] De domno Goteschaldo.

1221. In millesimo CC⁰XXI⁰. Domnus Gotescaldus de Bononia[c] Reg. potestas

*f. 67c. ### *CCXXIII.[d] De destructione fovearum civitatis Imole a Bononiensibus[e] et Faventinis.

1222. In millesimo ducentesimo XXII⁰. Domnus Bertholameus[e] de Hençola Reg. (Sept.) potestas; et eo anno destructe fuerunt fovee civitatis Imole a Bononiensibus et Faventinis [1].

CCXXIIII.[f] De terremoto[e] magno, quod[g] fuit in nativitate Christi tempore domni Nicholai Regin. episcopi.

1223. In millesimo ducentesimo XXIII⁰[h]. Idem domnus Bertholameus[e] confirmatus 1222. Dec. 25. fuit potestas Reg.; et in eodem anno in nativitate[i] domini nostri Iesu Christi fuit maximus terremotus in Regina civitate, predicante domno Nicholao Regino episcopo in maiori ecclesia, et per aliam Lombardiam totam et in civitate Brixie; et plures domos[e] et castra et turres Brexanorum rugnaverunt [2] ex illo terremotu; et hora erat quasi sexta*.

Sal. f. 221b. *) *In marg. f. 67c. manu Alberti post add.:* Et eodem anno MCCXXIII. in Kalendis Madii Mantuani ceperunt Cremonenses cum sandonibus fere centum sale honeratis et devastaverunt eos, ita quod in fundo Bondeni demersi sunt [3].

In marg. superiore f. 67'. manu Alberti post add.: Et eodem anno MCCXXIII:

ib. f. 221c.
Mille ducentis atque[k] duobus,
Postquam sumpsisti carnem, currentibus annis
Talia fecisti miracula, rex benedicte:
Stella comis variis Augusti fine refulsit.
Septembris pluvia vites submersit et uvas
Destruxitque domos fluvii de more rapacis.
Lunaque passa fuit eclipsim mense Novembris.
Christe[l] natalis media quasi luce diei
Terra dedit gemitus rugiens tremitque frequenter.
Tecta cadunt, urbes quassantur, templa ruerunt,
Exanimes dominos fecerunt menia multos.
Brixia precipue pressit ruinosa colonos.
Flumina mutarunt[m] cursum repentia[n] fontes.

a) *uncis inclusa in marg. manu Alberti suppleta, lineis rubris cincta, signo posito initio huius capitis ante* Domnus Bereta, *quo non bene indicatur ibi haec inserenda esse.* b) XXII *in loco raso.* c) bonon̄ *c.* d) XXIII *in loco raso.* e) *sic c.* f) XXIIII *in loco raso.* g) *sic c. h. l. et in indice cap.* h) anno *post superscr.* i) χ̇ (Christi) *seq. iam h. l., expunct. c.* k) viginti Christe *omissa.* l) Christi *Sal.* m) *sic Sic. Cont.;* nutarunt *Sal.* n) *sic etiam Sal.;* repetentia *Sic. Cont.*

1) *Cf. 'Cron. di Bologna' col.* 253; *Matth. de Griffonibus col.* 109; *Tolosanus c.* 172, *p.* 713; *Reg. Imp. V, nr.* 12845—12849. 2) *Verbum Italicum hodie* rovinare *vel* ruinare. 3) *Haec etiam a Sal. post in margine suppleta sunt, sed hoc loco ex illius libro assumpta videntur, quia ab Alberto eodem tempore scripta sunt ac multa alia in hoc libro ex Sal. addita. Quia etiam auctor Reginus non more Romano dies numerat, quod hoc loco factum est.*

CCXXV.[a] De obsidione strate in paludibus; et fecerunt çeparias ad conburendum pontem et naves, que erant in ranfreda; et mortuus fuit domnus Iacobus[b] de Palude.

In millesimo ducentesimo XXIIII⁰ anno. Domnus Gifredus de Pirovolo Reg. 1224.
potestas; et eo anno venerunt Mantuani cum navibus et obsiderunt stratam Reg. in paludibus et fecerunt ceparias[1] ad conburendum pontem et naves, que erant in ranfreda[2]. Et tunc mortuus fuit domnus Iacobus de Palude, et pro eo fuit maxima lix et discordia inter illos de Palude et illos de Foliano.

CCXXVI.[c] De tregua[d] inter Reginos et Mantuanos[e].

In millesimo ducentesimo XXV⁰ anno. Domnus Ravaninus de Belotis de 1225.
Cremona potestas Regii, qui fecit fieri treguam inter Reginos et Mantuanos[3]. (Apr. 10).

CCXXVII.[f] De consulibus civitatis Reg. et de conbustione scrineorum, qui[g] erant super palacium comunis Reg., cum scripturis, et de clavica porte Castelli.

In millesimo ducentesimo XXVI⁰ anno. Domni Parixius Campsorum, Thomax 1226.
Sclatarini[h], Gerardus Ariberti, Guido Robertorum et Raymundus de Sesso consules comunis Regii; et eo anno fuerunt mortui domnus Ugolinus de Foliano et domnus Guido de Baysio in contratta Canusie; et etiam in ipso anno voluit conburi domum comunis, et plura scrinea fuerunt conbusta cum scripturis, que intus erant; et fecerunt fieri portam de clavica[4] in porta Castello[i, *, 5].

*) *In marg. manu Alberti suppl., lineis rubris cincta:* Eodem anno, sub millesimo CC⁰XXVI⁰, *Sal. f.* 221[d].
quarto Non. Octobris transiit beatus Francischus, ordinis fratrum Minorum institutor et dux, ex huius mundi naufragio die sabbati in sero, et sepultus fuit in die dominico in civitate Asisii.

CCXXVIII.[k] De caristia[l] frumenti et spelte et melice et caro[m] porcina[m].

In millesimo ducentesimo XXVII⁰ anno. Domnus Bernardus Rolandi Rubei 1227.
de Parma Regin. potestas; et eo anno fuit maxima caristia[n] blavis, ita quod sestarius[o] frumenti vendebatur XII sol.[p] imper. et XV, et sestarius[o] spelte V sol.[p]
imper., *et sestarius[o] melice VIII sol.[p] imper., et caro porcina XII imper.[6] **f.* 67[d].

a) XXV *in loco raso.* b) Iac. *bis scr., alterum recenti tempore del. c.* c) XXVI *in loco raso.* d) treuga *index.* e) *sic index;* Matuanos *c. h. l.* f) XXVII *in loco raso.* g) *sic* (q) *c. h. l. et in indice.* h) *hoc nomen legitur saepe in tabulis Libri grossi;* sclatariui *c.* i) *sic c.* k) XXVIII *in loco raso.* l) eucaristia *c. (v. n.* n*), ut in indice capitum olim scriptum erat.* m) *sic etiam in indice cap., supra p.* 364. n) ::caristia *duabus litteris erasis c.* o) sestʒ *c.* p) ſ *c.*

1) *Vox Italica* ceppaja. 2) *Vox originis Germanicae haud dubie, sed incertae, an ducta a mhd.* fride = *'Einfriedigung'?* 3) *Cf. tabulam datam a.* 1225. *Apr.* 10, *Reg. Imp. V, nr.* 12911. 4) *Vox Italica* chiavica, *Kloake.* 5) *Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' II, p.* 55. *hanc affert inscriptionem descriptam a Fulvio Azzari in historia Italiae ms.:* Anno MCCXXVI, indictione XI *(lege* XV, *scil. a Sept.),* tempore consulum domini Raimundi de Sisso, domini Guidonis Robertorum, domini Parisii Cambiatorum, domini Gerardi Ariberti, domini Tomasii Sclatarini hec porta est edificata per Asium Sacci Cambiatorum, superstites operis, Teuzo notarius. 6) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 34; *Matth. de Griffonibus l. l. col.* 110; *'Cron. di Bologna' l. l. col.* 255. *Vide quae Salimbene f.* 222[a]. *addidit.*

CCXXVIIII.[a] Gregorius papa nonus[1].

Gregorius papa IX^us, natione Campanus de civitate Annania, qui multa strenua[b]
agressus est, moribus et scientia decoratus, etsi nobilis genere, est[c] tamen nobilior
1227. sanctitate. Cepit an[no] Domini MCCXXVIII, sedit an. XIIII et dimidio, imperante Frederico rege Apulie et Cicilie. Gregorius iste distinxit[d] V volumina decretalium et fecit inde unum volumen sub nomine cuiuscumque apostolici et posuit in fine titulorum de suo ad instar Codicis Iustiniani. Iste etiam longo tempore pugnavit cum predicto imperatore, qui multa mala fecit ecclesie Dei, que eum nutrivit et coronavit, ita quod pene navis Petri cecidit in profundum[e]. Supradicto papa Yspani recuperaverunt Emerita[f] metropolim, providit, suscitavit[g] et Pacensem[h] civitatem et castrum Equina et Clavigana in Algarbe, scilicet Elbas et Rumenia et Alcast.[i] et Serpam et Mauram et Corduben et Valentiam et regnum
1241. Maioricarum et alias terras quam plures; sub eo etiam Ungaria a Cumanis et Tartaris destructa[k] fuit; et patrimonium beati Petri fere totum a predicto imperatore occupatum. Ipse[l] etiam excomunicavit[m] Grecos, eo quod male sentiunt[n] de processu spiritus sancti, et quia nolunt[o] obedire capiti suo, scilicet ecclesie Romane; et per predictum imperatorem multi[p] prelati tam in mari quam in terra periclitati sunt, etiam cardinales.

CCXXX.[q] De obsidione castri Baçani, quia Bononienses ibi fuerunt cum carocio; et Mutinenses, Parmenses et Cremonenses conburerunt et destruxerunt episcopatum Bononiensem[r], et ab eis captum fuit castrum Plumacium; et edificata fuit religio sancte Trinitatis de Campagnola; et fuit magna nix.

1228. In millesimo ducentesimo XXVIII° anno. Domnus Gerardus de Curviaco[2]
1227. Dec. 26. Reg. potestas; et eo anno in nocte sancti Stephani cecidit turris rotunda magna[s]
Dec. 27. ecclesie maioris pro tercia parte, et in nocte sancti Iohannis evangeliste prope nativitatem cecidit alia pars[t] turris dicte tota[u], ita quod neminem ledit[v]. Et in
1228. (Oct.) eodem anno venerunt Bononienses cum carocio suo circa castrum Baçani, et contra eos venerunt et[w] tunc Mutinenses, Parmenses et Cremonenses et conburerunt terras Bononiensium[x] et destruxerunt, et equitaverunt usque in aquam Reni et ibi
(Oct. 23). dederunt bibere equis suis; et cum remearent per stratam, Bononienses obviaverunt

a) XXVIIII *in loco raso.* b) *corrigendum videtur* strenue. c) *sic* (ē) *vel* c̄ (cum) *c.* d) destruxit *c. et Sal. et infra p.* 507, *l.* 16. e) profundum sup̄dicto, *nullo signo distinctionis interposito, c.;* Sub predicto *emendandum esse videtur, ut Dove p.* 152. *scripsit, quod Sal. f.* 222^b. *transpositum habet.* f) *sic c. h. l. et infra p.* 507, *l.* 19. g) *nescio, quomodo restituendus sit locus nimis corruptus, qui et a Sal. f.* 222^b. *et infra in addit. ad cap. CCXXX. ita repetitus est. Sane nomina propria locorum corrupta sunt in* prov. suscit. h) *sic infra p.* 507, *l.* 20. *et Sal.;* pacesem *c. h. l.* i) alcast *c.;* Alcuff *Sal.* k) *seq.* ē (est) *expunct. c.* l) ip̄e *cum* i *minusculo c.* m) excaū *c.* n) sentiuit *c.;* sentiunt *recte infra c.* 230. *et Sal.* o) noluit *c.;* nolunt *recte infra c.* 230. *et Sal.* p) *seq.* x̄piani (christiani) *expunct. c.* q) XXX *in loco raso.* r) *sic* (bononien) *index;* bonon *h. l. c.* s) magna *superscr. c.* t) s *e corr. posterioris manus in loco raso.* u) totā *c.* v) *sic c.* w) venerunt. et *puncto interposito c.;* et *delendum est.* x) bonoñ *c.*

1) *Hoc caput exscriptum est ex altera recensione Cronicae Iohannis de Deo circa annum* 1241. *editae, quam non habemus. Cf. supra p.* 303 *sq. et p.* 343. 346. 2) *Qui fuit civis Parmensis. F.* 1. *Libri grossi, in quo registrum tabularum anno* 1228. *conscriptum descriptum est, legitur:* tempore domni Gerardi de Curviaco pot[estatis] Reg. et eius assessorum sive iudicum, scilicet domni Gerardi de Albinis et domni Armani de Scotis, civium Parm[ensium].

eis in contrata Sancte Marie in Strata. et fuit maximum prelium inter eos[1], et 1228.
quam plures mortui fuerunt ex utraque parte. Et in eodem anno stantes Bono-
nienses[a] circa Baçanum[b], Mutinenses, Parmenses et Cremonenses ceperunt castrum *(Oct. 14).*
Plumacium et conburerunt[2]. Et eo anno in festivitate *sancti Christofori [in **f. 68a. Ian.*
Ianuario[c]] cepit venire nix, que fuit valde magna; et usque ad illum diem erat ita pulcrum tempus, et hyems fuit ita calida, quod pulvis erat per vias, et homines dicebant, quod hyems transierat. Et eodem anno fuit celebrata prima missa in ecclesia religionis sancte Trinitatis de Campagnola a domno Ugone cardinali, qui postea factus fuit papa[3], et vocabatur Gregorius nonus*.

*) *In infer. marg. columnae 67d. manu Alberti suppl., lineis rubris cincta:* Sub eodem anno *Sal. f. 222b.*
MCCXXVIII. XVII. Kalendas Augusti venerabilis pater Francischus cathalogo sanctorum ascriptus et canoniçatus fuit.

In super. marg. f. 68. manu Alberti post add., sed multa fere prorsus evanuere: Et eodem *ib.*
anno MCCXXVIII. obiit papa Honorius III. Et eodem anno electus fuit in papam dictum[d] Ugonem cardinalis et vocatus fuit Gregorius papa nonus, et fuit de civitate Anagnie. Iste Gregorius destruxit quinque volumina decretalium et inde fecit unum volumen. Iste etiam longo tempore pugnavit cum imperatore Frederico secundo, qui multa mala fecit ecclesie Dei, que eum nutrivit et coronavit, ita quod pene navis Petri cecidit in profundum sub supradicto papa[4]. Eodem anno Yspani recuperaverunt Emerita metropolim, providit, suscitavit et Pacensem civitatem et castrum Equina et Clavigana in Algarbe, scilicet Elbas et Rumenia et Alcast.[e] et Serpam et Mauram et Corduben et Valentiam et regnum Maioricarum et alias terras quam plures. Eodem anno etiam Ungaria a Cumanis et Tartaris valde destructa fuit; et patrimonium beati Petri fere a predicto imperatore Frederico fuit occu-
patum[5]. Ipse etiam excomunicavit Grecos, eo quod male sentiunt de pro- *cf. c. 229.*
cessu spiritus sancti, et quia nolunt obedire capiti suo, scilicet ecclesie Romane; et per predictum imperatorem multi prelati tam in mari quam
in terra periclitati sunt, etiam cardinales. Eodem anno XVII. Kal. Augusti *Sal. f. 222b.*
beatus Francischus in cathalogo sanctorum ascriptus et canonizatus fuit[6].

a) bonon̄ *c.* b) baçan̄ *c.* c) in Ian. *post manu Alberti superscr., quae desunt Sal., sed leguntur in indice capitum.* d) *sic legere mihi visus sum* (dc̄m) *in c.* e) alcast *c.*

1) *Die Oct. 23; Ioh. Codagnelli Ann. Placent. p. 89. et 'Cronache Modenesi' p. 35. Praeter ea quae priore loco attuli cf. Ann. Caesen., Muratori, SS. XIV, col. 1094; Salimbene f. 222c. 232d. 233a; Petrus Cantinelli, Mittarelli, Access. ad script. Ital. col. 231.* 2) *Die Oct. 14; 'Cronache Modenesi' p. 35.* 3) *Iam a. 1227. Mart. 19. papa electus est, unde hoc multo ante hunc annum factum esse patet. Tiraboschi, 'Dizionario topografico-storico degli stati Estensi' I, p. 92. hoc iam a. 1218. factum esse coniecit, cum iam a. 1221. prior huius ecclesiae occurrat. Cf. infra additam. huius cap.* 4) *Albertum non solum hoc loco fratris Salimbene librum exscripsisse, sed etiam Iohannis de Deo caput deperditum, ex quo haec supra cap. CCXXIX. exscripta sunt, adhibuisse hoc textu collato apparet, nam omisit verba, quae Sal. habet,* fuit in discordia, *quae etiam in capite Iohannis supra cap. CCXXIX. desunt, et hoc loco partim cum Sal., qui habet* cec. sub predicto papa in prof., *partim cum cap. CCXXIX, ubi* cec. in prof. supradicto papa, *convenit, cum tamen reliqua omnia cum Sal. congruant.* 5) *Hic etiam locus partim cum Sal., partim cum cap. CCXXIX. convenit, positus est enim ibi, ubi in cap. CCXXIX. legitur, et cum hoc* et patr. *habet, cum Sal.* Item patr. *scripserit, etiam* Algarbe *et* Alcast. *ut supra, cum Sal.* Malgarde *et* Alcuff *scripserit. Sed cum hoc* totum *omissum et* fuit *additum est. Sequentia autem ex capite Iohannis exscripta cum cap. CCXXIX. conveniunt. Sal. ea aliter disposita et paululum immutata habet.* 6) *Haec iam supra l. 10 sqq. in margine adscripta sunt.*

In marg. columnae 68ª. manu Alberti post add.: Et eodem anno facta et edificata fuit ecclesia religionis sancte [Trinitatis[a]] de Campagn[ola[a] a] domno Ugone cardinali.

CCXXXI.[b] Quod incepta primo fuit civitas[c] Regii murari, et factum[d] fuit pontem[d] porte[e] Bernonis, et captum fuit castrum Sancti Cesarii a Bononiensibus.

1229. In millesimo ducentesimo XXVIIII⁰ anno. Domnus Laçarus[1] de Luca Reg. potestas, qui fecit fieri pontem et portam de porta Bernone; et tunc primo civitas[c] Reg. cepit murari; et fecit murare de muro civitatis C brachia a dicta porta inferius versus portam Sancti Stephani. Et in eodem anno Bononienses obsiderunt *Aug.* *(Sept. 4).* de mense Aug. castrum Sancti Cesarii et ipsum ceperunt[2] videntibus Mutinensibus, Parmensibus et Cremonensibus, qui ibi erant cum exercitibus suis; et fuit maximum *(Sept. 5).* prelium quadam nocte[3] inter eos, et Bononienses[f] fugerunt de campo, et manganelle sibi violenter ablate, dando terga inimicis omnia, quecumque habebant, dimiserunt; et fuit maxima mortalitas hominum, peditum et militum ex parte[g] Bononiensium; et habebant manganellas in plaustris et manganabant versus[h] carocium Parme et homines illius partis.

CCXXXII.[i] Quod facta fuit porta Sancti Naçarii cum barbacanis et muro civitatis.

1230. In millesimo ducentesimo XXX⁰ anno. Domnus Albricus de Piscarola Reg. potestas, qui fecit fieri portam Sancti Nazarii et barbacanum ad portam Sancti Stephani et barbacanum de porta Bernone et barbacanum de Claviga et barbacanum ad portam Sancti Petri et barbacanum de Sancta Cruce et fecit murari de muro[k] civitatis iuxta alium CC brachia*.

cf. Sal. f. 236ᵇ. *) *In marg. manu Alberti post add.:* Sub eodem millesimo et eodem anno VIII. *Maii 25.* Kalendas Iunii corpus beati Francischi dedicatum et translatum est.

a) *uncis inclusa legere nequivi, supplevi ex iis quae p.* 507, *l.* 8. *praecedunt et ex inscriptione capitis.* b) XXXI *in loco raso.* c) ciuit *c.* d) *sic h. l. c. et in indice.* e) ponte *radendo corr.* porte *c.;* porte *om. in indice.* f) et *post add. c.* g) pate *c.* h) versus *manu saec. XVII. del., quae in marg. quaedam adnotavit, quae iam legi nequeunt;* eas per *Murat.* i) XXXII *in loco raso.* k) brao *c., Alberto errante propter sequens* brachia.

1) *Nazarus Ghirardini vocatus a Sal. f.* 235ᵈ, *qui eum Lucae noverat. Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' II, p.* 56. *ex historia Italiae Fulvii Azzari hanc affert inscriptionem positam in 'porta Castello':* Anno nativitatis Domini MCCXXIX, indictione secunda, fuit edificatum

Hoc opus clarissimum, commendans rectorem
Dominum Lazarium, egregium provisorem,
Reginorum civium verum defensorem,
Cuius fama geminat Lucanis honorem.
Nomina superstitum sunt hic apponenda:
Guido Codiferrus, cui hec construenda,
Blasioloque scribe commisit describenda,
Et hic muri primordia sanxit adnectenda.

2) *Die Sept.* 4; *Codagnelli Ann. Placent. p.* 95. *et ibid. n.* 1. 3) *Die Sept.* 5; *Codagnelli Ann. l. l.; Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 668.

CCXXXIII.[a] Quod facta fuit pusterla de Sancto Cosme[b], et de muro[c] civitatis.

In millesimo ducentesimo XXXI⁰ anno. Domnus Nicolaus de Dovaria, civis 1231. Cremone, Regin. potestas, qui fecit fieri pusterlam de Sancto Cosme et fecit fieri de muro civitatis iuxta alium CC brachia*.

*) *In marg. manu Alberti post add.:* Eodem anno Domini MCCXXXI, indictione quarta, XIIII. *Sal. f.* 236b. die mensis Iunii, feria VI, beatissimus pater ac frater Antonius, natione[d] Hyspanus, in civitate Padua, in qua per eum nomen suum magnificavit altissimus, apud cellam in loco fratrum viam universe carnis ingressus ad celestium spirituum mansiones feliciter transmigravit. Hic fuit ex ordine fratrum Minorum et socius beati Francisci.

CCXXXIIII.[e] De inceptione sturmi[f] in plaça comunis inter Rugherios et Malagucios et disconficta marchionis Cavalcabovis.

In millesimo ducentesimo XXXII⁰ anno. Idem domnus Nicolaus fuit Reg. 1232. potestas confirmatus, qui fecit fieri CC brachia muri ex muro civitatis iusta alium; et in suo regimine in anno novo in plaça comunis fuit magnum sturmum[g] inter *Ian.* 1? partem Rugheriorum et partem Malaguciorum; et in die sabbati XVI. exeunte *Oct.* 16. Octub. disconfitus fuit marchio *Cavalchabo a Bonacursio de Palude et ab illis *f. 68b. de Sesso apud Mancasale.

CCXXXV.[h] De inceptione ecclesie et locus[i] Iesu Christi et fratrum Predicatorum, et incepta fuit moneta.

In millesimo ducentesimo XXXIII. anno. Domnus Giliolus Domine-Agnetis 1233. de Parma Reg. potestas, qui fecit fieri CC brachia de muro iusta alium. Et eo anno primo incepta fuit moneta Reg. Et in festivitate sancti Iacobi primus lapis *Iul.* 25. ecclesie Iesu Christi* fuit consecratus per domnum Albertum Reg. archipresbyterum et domnum Nicholaum episcopum; et ad predictum opus faciendum veniebant homines et mulieres Regin., tam parvi quam magni, tam milites quam pedites, tam rustici quam cives ferebant lapides, sablonem et calcinam supra dorsa eorum in pellibus variis[k] et cendalibus; et beatus ille qui plus portare poterat; et fecerunt omnia fundamenta domorum et ecclesie et partem muraverunt. Et frater Iohannes de Bononia[1] fecit magnam predicantiam inter Castrum-Leonem[2] et Castrum-Francum; et tunc frater Iacobinus[3] superstabat ad laboreria predicta facienda.

*) *In marg. manu saec. XV:* Nota, quod modo in ipsa ecclesia institutus est ordo sancti Dominici[4].

a) XXXIII *in loco raso c.* b) *sic h. l. c. et in indice cap.* c) *sic in indice cap.;* muri *(post corr.* muro*) c.* d) nat. — magnificavit *ita evanuere, ut nihil fere nisi textu Sal. adhibito legi potuerit.* e) XXXIIII *in loco raso.* f) sturmi — Malagucios *in loco raso.* g) sturmum *restitui ex inscriptione capitis, quod h. l. deletum est, manu recenti superlitum* prelium. h) XXV *in loco raso.* i) *sic h. l. c. et in indice cap.* k) varis *c.*

1) *Est famosus ille, natus de Vincentia, qui tunc Bononiae morabatur.* 2) *Destructum iam a.* 1237. *(infra cap. CCXXXIX), nomen eius post a.* 1339. *iam non occurrit; Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 176: Era esso . . . al luogo medesimo, ove ora è il Forte Urbano presso Castelfranco. 3) *Natus de Parma, nominatissimus inter socios Iohannis de Vincentia miracula fabricantes. De quo cf. Salimbene f.* 237d. 238a 4) *Iam hoc anno* 1233. *haec ecclesia pro conventu fratrum Praedicatorum aedificata est, ut Salimbene f.* 238a. *dicit. Cf. Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 19 *sq.: infra cap. CCXXXVII; C. Sutter, 'Johann v. Vicenza' p.* 39. *Cf. inscriptionem, quam afferunt Ughelli-Coleti, Italia sacra II, col.* 305:

D. O. M.

Nicolaus Maltraversius Vicentinus, Regii episcopus, una cum Alberto archipresbytero primum posuere lapidem in fundo ecclesiae S. Dominici anno MCCXXXIII.

CCXXXVI.[a] De nivibus et glacibus[b] et de gelatione[c] vinearum, et volucres et bestie silvestres mortue fuerunt; et de lupis, qui intraverunt civitatem et capti et mortui et suspensi fuerunt in platea comunis Regi[d], et arbores propter gelum scindebantur[e].

1234. In millesimo ducentesimo XXXIIII. anno. Domnus Raynaldus Melioris, civis Florentie, Reg. potestas, qui fecit fieri CC brachia ex muro civitatis iusta alium.
Ian. Et eo anno nives et glacie[f] fuerunt magne per totum mensem Ian., ita quod vinee et omnes arbores fructiferos[f] gelaverunt; volucres etiam et bestie silvestres mortue fuerunt, et lupi intrabant civitatem de nocte, et plures capti fuerunt de die et suspensi in platea comunis Regii. Et arbores scindebantur per gelum a summo usque deorsum, et multos[f] arbores exsiccaverunt propter dictum gelum[1]. Et fuit
(Iul. 3). magnum prelium in episcopatu Cremone[2] inter Cremonenses et Parmenses et Papienses et Placentinos et omnes[3] ex una parte et Mediolanensibus[f] et Brixianis[f] cum suis amicis ex altera.

CCXXXVII.[g] De vento frigidissimo, qui venit de mense Aprilis, et de brina magna, que destruxit vineas VIII. die exeunte[h] April.

1235. In millesimo ducentesimo XXXV⁰ anno. Domnus Symon Melioris, frater supradicti domni Raynaldi, Reg. potestas, qui fecit fieri CC brachia ex muro civi-
Apr. 18. tatis iusta alium. Et eo anno quodam die Mercurii, XIII. die exeunte mense Aprilis fuit ventus frigidissimus, et venit nix frigidissima, et in sequenti nocte
**f. 68c. Apr. 23.* venit brina magna, et vinee brinaverunt, ita quod videbantur *siche; et die VIII⁰ exeunte[i] April. venit alia nix et brina frigida, ita quod vinee penitus brinaverunt. Et fecit fieri portam de ponte Lovone; et antequam exiret de suo regimine, fecit conpleri[k] totum laborerium fratrum Predicatorum[4]. Et eo anno fuit mortuus domnus Guidoctus episcopus Mantue, filius condam domni Frugerii de Corigia, ab
Maii 14. Advocatis de Mantua die Lune XIIII. intrante Madio[5]. Et eo anno iverunt Par-
(Maio). menses et Cremonenses, Placentini et Pontremolenses in servicio Mutine ad cavandum Scontenam supra Bononiam*. [6].

Sal. f. 245a. *) *In infer. marg. columnae 68b. manu Alberti post add., sed fere omnia evanuere:* Eodem anno MCCXXXV. domnus imperator Fredericus misit elefantem in Lombardiam cum pluribus dromedariis et camelis et cum multis leopardis et cum multis gerfalcis et asturibus; et steterunt in civitate Cremone et in civitate Regii[l] et in multis aliis locis. Et . . . .[m]

a) XVI *in loco raso.* b) *sic h. l. c. et in indice cap.* c) congelatione *index cap.* d) *sic c.;* Regii *index cap.* e) *sic index cap.;* scindebatur *c.* f) *sic c.* g) XVII *in loco raso.* h) exeūt. apł *c.* i) exeunt apł *c.* k) ꝯplerit *c.* l) *verba* et in civ. Regii *nimis dubia sunt, quae quidem legere mihi visus sum, tamen affirmare nequeo ita fuisse scriptum.* m) *sequuntur sex lineae, quae legi nequeunt.*

1) *Non solum in annalibus Italicis, ut Cremon., supra p.* 16*; Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 38*; Mem. Mediolan., Ann. Parm. mai., SS. XVIII, p.* 402. 668*; Rolandin. III,* 8*, Ann. S. Iust. Patav., SS. XXIX, p.* 59. 154*; Matth. de Griffonibus col.* 111. *et 'Cron. di Bologna' col.* 258*; Ioh. de Mussis, ib. XVI, col.* 462*, sed etiam in Germanicis de hoc frigore relatum est; cf. Ann. fr. Praedicat. Erphord., Monum. Erphesfurt. p.* 88. *et ibid. n.* 1*, et Salimbene f.* 243[a]. *ad a.* 1235. 2) *Prope villam Genivolta; cf. supra p.* 16*, n.* 8*; p.* 333*, n.* 3. 3) Mutinenses *habet Salimbene f.* 243[a] *pro* omnes. *Qui vere huic proelio interfuerunt.* 4) *Inceptum a.* 1233*; cf. supra p.* 509*, n.* 4. 5) *Hoc die hoc factum esse consentiunt Ann. Mant., SS. XIX, p.* 21*; Chron. Mant., SS. XXIV, p.* 219*; litterae papae, Epist. pont. sel. I, p.* 535*, nr.* 642. *Male igitur Winkelmann, Reg. Imp. V, nr.* 13182 *bis b. hoc cum Ann. Veron., SS. XIX, p.* 9*, die Maii* 17. *factum esse dixit.* 6) *Cf. Tolosani Cont. c.* 204*, ed. Borsieri p.* 733*; Ann. Parm. mai. p.* 668*; 'Cronache Modenesi' p.* 39*; Ann. Cremon., supra p.* 16 *sq. Parmenses die Maii* 8. *profecti sunt, ut refert Ioh. Codagnellus p.* 116.

CCXXXVIII.[a] Quod imperator[b] Fredericus intravit Lombardiam contra voluntatem Lombardorum et Paduanorum[c] et aliorum. Et Cremonenses et Parmenses, Regini[d] et Mutinenses tenebant partem imperatoris.

In millesimo ducentesimo XXXVI⁰ anno. 1236. Domnus Ugucius de Caprona civitatis[e] Pise Regin. potestas, qui fecit fieri CC brachia ex muro civitatis iusta alium. Et eo anno de mense Sept. venit imperator Fredericus, filius condam[f] *Sept.* imperatoris Henrici, et intravit in Lombardiam contra voluntatem illorum de Padua et de Vinçenço et de Trivixio, de Milano, de Brixia, de Mantua, de Feraria, de Bononia, de Faventia. Et Cremonenses vero et Parmenses et Regini[g] cum exercitibus suis et CC milites Mutinensium[h] fuerunt ei obviam et conduxerunt predictum imperatorem in episcopatu Mantue; et transivit flumen Mençii[1] et Lolii et destruxit terram Marcarie, et Cremonenses robaverunt eam; et statim rehedificavit et posuit Cremonenses ad custodiendum eam. Et ivit cum dictis exercitibus circum Mantuam et obsedit eam per aliquot dies; et cepit castrum Mosii[2], qui[i] est in episcopatu Brixie, et dedit Cremonensibus ad custodiendum. Et tunc illi de Gonçaga reddiderunt terram Gonçage imperatori; et in eodem[k] ivit Vicenciam et cepit civitatem et destruxit die primo[l] intrante Novemb.; *Nov. 1.* et fecit conpositionem cum Salinguerra et Ferariensibus. Et in eodem anno in vigilia nativitatis Domini[3] *Dec. 24.* venerunt Mantuani secrete ad Marcariam et ceperunt ipsam cum Cremonensibus, qui ibi erant ad custodiendum, et multos ex eis duxerunt Mantuam in captivitatem et quam plures occiderunt. Et eodem anno fuit celebrata prima missa ad Fontanam-Burgii a fratre Bertholameo de ordine fratrum Predicatorum pro fratribus[4], qui stabant ad Saldinas, — sed non erat posita ibi crux a domno episcopo[5] — die sabbati V. intrante Iulio, in festo sancte Margarite virginis et martyris[6]. *Iul. 5.*

*CCXXXVIIII.[m] De obsidione Bançole et Cavaçole, et de exercitu **f. 68a.* militum et peditum Reg. in servitio imperatoris Frederici transmisso in episcopatu Brixie contra Mediolanenses et Brixienses.

In millesimo ducentesimo XXXVII⁰[n]. 1237. Domnus Manfredus de Cornaçano, civis Parme, Regin. potestas, qui fecit fieri CC brachia de muro iusta alium. Et eo anno de mense Madii *Maio.* ivit cum exercitu Reg. et obsedit castrum Bançole[7] et Cavaçole cum manganis et trabuco uno et destruxit eam; et fuerunt plaustra usque ad montem Grilarum superius Cavaçolam. Item eodem anno et de mense Septemb. *Sept.* ivit idem potestas cum militibus et peditibus Reg. in servicio Frederici

a) XVIII *in loco raso.* b) imp. *bis scr. c.* c) *sic index cap.;* paduanorum *c. h. l.* d) reg et mut *c.;* Reginos *index cap.* e) ciuit *c.* f) .9. *c., saepissime pro* condam. g) regin *c.* h) mutiñ *c.* i) *sic* (q) *c.* k) *supple* anno *cum Sal. vel* millesimo. l) ṗo *c.* m) XXXVIIII *in loco raso.* n) XXX *e corr. c.*

1) *Mincium flumen transivit imperator, antequam cum exercitu civitatum dictarum se coniungeret.* 2) *Hoc castrum cepit, antequam contra Mantuam expeditionem moveret; Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p.* 474; *cf. Reg. Imp. V, nr.* 2196 *e.* 3) *Eundem diem habent Ann. Placent. Gib. p.* 475. *et Ann. Mant., SS. XIX, p.* 21 *(ubi lege:* In vigilia nat. Domini Mantuani*), et Matth. de Griffonibus col.* 211. *et 'Cron. di Bologna' col.* 259. 4) *Eremitanis S. Augustini. Cf. Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' IV, p.* 30 *sq.* 5) *Nicolao.* 6) *Festum Margaretae celebrabatur plerumque die Iul.* 20, *sed die Iul.* 5. b. Margaritae secundum Ambrosianos, *ut dicitur e. gr. in Martyrol. Cremon., Zacharias, Series episc. Cremon. p.* 271. 7) *Non exstat; situm erat in parrochia de Pavullo Reggiano; Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 38.

1237. imperatoris, Parmenses etiam et Cremonenses cum carociis suis iverunt in servitio
predicti imperatoris et transierunt flumen Lolii per castrum de Moso, quod detinebant Cremonenses, et destruxerunt episcopatum Brexanorum et ceperunt castrum[a]
Roheldeschi[b] et castrum Guiçoli Mantuanorum[c] et castrum de Goo[1]. Et stando
(Oct. 1). ibi fecit imperator pacem cum Mantuanis[2], ita quod miserunt pedites et balasterios
in eius servicio in obsidione Montis-clari, et conbuxerunt et rugnaverunt domos
Oct. 5. burgi Montis-clari. Et die V. intrante Octub. Rexani per se sine alio exercitu
stando ad Carpinentulum[d] ceperunt[e] castrum Casalodoli[3] ceperunt et conbuxerunt predicti Rexani sine aliquo adiutorio supradicta duo castra. Item die
Oct. 7. VII. intrante Octub. obsedit imperator castrum Montis-clari cum exercitu Rexanorum[f]. Hospitati fuerunt inter Montem-clarum et Calcinacum super flumen
Oct. 11. Clesii prope Calcinacum; et die XI, quadam[g] die dominico[g] preliati fuerunt illi
Oct. 12. de castro Montis-clari; et die sequenti Regini[h] et exercitu[g] imperatoris circumsederunt Montem-clarum ex utraque parte et manganaverunt cum manganis et
Oct. 22. duobus trabuchis. Et die X. exeunte[i] Octub., quodam die Iovis illi de castro
reddiderunt se imperatori, et omnes ducti fuerunt in carceribus; et in dicto exercitu idem imperator habebat Saracenos multos. Item die secundo intrante
Nov. 2. Novemb. cepit dicta castra Gambaram, Gotelengum, Pratum-Albuinum et Pavonem,
Nov. 9. et conbusta fuerunt. Et ante festum sancti Martini per duos dies venit cum exercitu apud castrum Pontis-vici, et stando apud predictum castrum ipse imperator
cum dictis exercitibus, venerunt Mediolanenses cum exercitibus suis contra im-
Nov. 25. peratorem et steterunt per longum tempus. Sexto die exeunte[i] Novemb. Bononienses ceperunt Castrum-Leonem, quod erat Mutinensium, et destruxerunt[4] et
duxerunt lignamina et lapides et alias res dicti castri in Castrum-Francum, et
omnes homines, quos in dicto Castro-Leone invenerunt, Bononie in carceribus
Nov. 27. duxerunt. Et eo anno die quarto exeunte[i] Novemb. Mediolanenses vero ab
exercitu imperatoris devicti et mortui fuerunt, et suum carocium apud Curtem-
**f. 69a.* novam amiserunt; et etiam filius ducis *Veneciarum[5], qui tunc temporis erat
potestas Mediolan., captus fuit et in civitate Cremone in carceribus ductus fuit.
Eodem anno et in predicto exercitu habuit predictus imperator unum elephantem,
et desuper dorsum ipsius bestie elephantis erat unum carocium bene armatum et
cum uno confalone in medio edificii[k] dicti carocii et cum quatuor banderiis, unam[g]
in quolibet angulo dicti carocii; et super dictum carocium erant Saraceni et
Christiani bene armati.

a) castrum *superscr. c.* b) *legendum* Rodheld., *ut Sal. habet.* c) mantuan *c.* d) *lege* Carpinetulum, *ut Sal. habet.* e) *seq.* et *erasum c.; hoc prius* cep. *delendum esse censeo.* f) rexañ *c.* g) *sic c.* h) reg̃ *c.* i) exeunt *c.* k) *recenti manu corr.* edificio *c.*

1) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 2280 *e. et quae ad Salimbene f.* 245[b]. *adnotavi.* 2) *Cf. ibid. nr.* 2280 *g.* 2281. 3) *Reg. Imp. V,* 1, *p.* 457 *sq., nr.* 2284 *a, locus hic ita interpretandus esse dicitur, acsi scriptum sit:* sine alio exercitu, qui stabat ad Carpinetulum. *Sed huic interpretationi repugnat quod sequitur:* ceperunt . . . . sine aliquo adiutorio supradicta duo castra *(scil. Casalodulum et Carpinetulum). Concedendum vero est Albertum locum Annalium Reginorum corrupisse, Reginos Casalodulum solum cepisse, prius* ceperunt *et* supradicta duo castra *delenda esse. Sal. f.* 245[b], *ut locum obscurum interpretaretur, coniecit duo castra Casalodoli capta esse, sed hoc sane falsum.* 4) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 40; *Matth. de Griffonibus col.* 111; *'Cron. di Bologna' col.* 259; *Salimbene f.* 246[a.b]; *Petrus Cantinelli l. l. col.* 232. 5) *Petrus Teupulus, filius Iacobi ducis.*

CCXL.[a] De obsidione civitatis Brixie ab imperatore Frederico cum exercitu[b] Reginorum[c], Parmensium, Cremonensium, Bergamensium et Papiensium.

In millesimo ducentesimo XXXVIII⁰ anno. *1238.* Domnus Delphym[d] marchio, civis Parmensis[e], Reg. potestas, qui fecit fieri CC brachia ex muro iusta alium. Et eo anno iverunt CC milites et mille pedites Reg. in servicio Frederici imperatoris et obsederunt Brixiam, *(Aug.—Oct.)* et etiam Cremonenses omnes erant et steterunt ibi per longum tempus, et erant Parmenses, Bergamenses, Papienses et Saraceni, Theotonici et Apulienses cum imperatore. Et tunc imperator fecit fieri castra lignorum ad preliandum cum Brixiensibus et posuit super eos[d] homines, qui erant in castro[f] Montis-clari, qui erant in carceribus predicti imperatoris. Et Brixienses manganabant castra et homines, qui erant in dictis castris, nec fecerunt aliquod malum predictis hominibus captis, qui erant super ea castra; et ipsi Brixienses suspenderunt captos imperatoris pro brachiis extra palancatum civitatis.

CCXLI.[g] De obsidione civitatis Ferarie et captione et de obsidione castri Plumacii et Crevacori per imperatorem Fredericum, et de obscuratione solis in hora none, et stelle apparuerunt[h] in celo.

In millesimo ducentesimo XXXVIIII⁰ anno. *1239.* Domnus Gerardus de Hençola potestas Reg., qui fecit fieri CC brachia de muro civitatis iusta alium. Et eo anno imperator Fredericus obsedit castrum Plumacium et Crevacorum, qui[i] est in episcopatu Bononie, cum Parmensibus et Mutinensibus et cum CC militibus Reginis[k] et M peditibus[l] de mense Iunii[1], Aug. et Septemb., et ea castra destruxit; *Iun.—Aug.* et Bononienses venerunt et conburerunt burgum Sancti Petri extra civitatem Mutine et usque ad dictam portam, stante imperatore cum dicto exercitu iusta *(Aug. 4).* Crevacorum[2].

Et[3] eo anno obsessa fuit Feraria de mense Feb., Martii et Aprilis[4] *1240. Febr. (2).* a marchione de Este[5] et a Gregorio de Monte-longo legato in Lombardia et a duce Veneciarum[6], et omnes isti fuerunt cum magno exercitu; et tunc erat domnus Raymundus de Sesso potestas eiusdem civitatis; et Ferarienses reddiderunt dictam civitatem cum domno Saginguerra[m] dicto domno Gregorio et dicto marchioni et dicto duce[n, 7]; *(Iun. 2).* et stetit dictus Sanginguerra[o] in confinibus Veneciis[d] et mortuus est[8] ibi et sepultus. Et tunc temporis erat papa Gregorius nonus, *et imperator Fredericus in **f. 69b.* illis imperabat temporibus.

Et in hora none obscuratus est sol, et stelle apparuerunt mense Iunii tercio *1239. Iun. 3.* die intrante, et videbatur, quod esset nox obscura.

a) XL *in loco raso.* b) *sic index cap.;* exercitu *h. l. c.* c) Reḡ. parm. Cremon *c.* d) *sic c.* e) parm̄ *c.* f) caustro, u *expunct. c.* g) XLI *in loco raso.* h) appararuerunt *c.* i) *sic* (q̧) *c.* k) Reḡ *c.* l) pedibus *c.* m) *sic c. et semel etiam Sal.* n) *sic c.; lege* duci. o) saginguerra *c.*

1) Iulii *habet Sal. f.* 279[b]. *Sed obsidio die Iunii* 28. *iam coepta est (cf. 'Cron. di Bologna' col.* 261*). Et Piumazzo mense Iulio, Crevalcore Aug.* 14. *capta sunt, non demum mense Sept.* 2) *Cf. 'Cron. di Bologna' col.* 261*; 'Cronache Modenesi' p.* 41 *sq.; Petrus Cantinelli l. l. col.* 233. 3) *Sequentia a.* 1240. *gesta sunt, sub quo anno haec Sal. recte posuit.* 4) *Demum die Iun.* 2. *Ferraria capta est.* 5) *Azzone III. (VII).* 6) *Iacobo Teupulo.* 7) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 3118*a.* 13331*e. Adde Petrum Cantinelli l. l.* 8) *A.* 1244. *Iul.* 25.

CCXLII.[a] De tempore domni Gerardi de Corigia potestatis Regii.

1240. In millesimo ducentesimo XL. anno. Domnus Gerardus de Corigia Reg. potestas, qui fecit fieri CC brachia de muro civitatis apud alium et XL apud predictum murum*.

Sal. f. 279c. *) *In super. marg. columnae 69b. manu Alberti post add.:* Et[1] eodem anno in MCCXL. die XVI. intrante mense Ianuar. gellavit flumen Paudi, ita quod homines transibant equester et pedester ab utraque parte dicti fluminis.

CCXLIII.[b] De emptione molendinorum per comune Reg. civitatis et burgorum.

1241. In millesimo ducentesimo XLI[0] anno. Domnus Opiçus de Corigia Reg. potestas et nepos dicti domni Gerardi, qui fecit fieri ex dicto muro civitatis apud dictum[c] CCLX brachia. Et eo anno fuit incepta comunia; et eo anno captum fuit[d] Cavriane[2] per dictum potestatem, et captus fuit ibi Symon de Podio et decapitatus fuit per potestatem et comune Regii. Eodem anno et tempore predicti potestatis empte[e] fuerunt molendine[e] civitatis et burgorum[f] pro comune Regii, ut in registro comunis continetur[3].

CCXLIIII.[g] Celestinus papa quartus.

Martin. 1241. Celestinus papa quartus, natione Mediolanensis, cepit ann[o] Domini MCCXLII, sedit diebus XVII, imperante Frederico. Cessavit episcopatus XXII mensibus et di. XIIII. Hic episcopus Sabiensis[e], vita laudabilis, senex et infirmus, cito moritur et in ecclesia sancti Petri seppellitur.

CCXLV.[h] De edificatione strate de Raçolo et de cavamento fovearum castri de Raçolo[i] et de pontibus super dictam stratam et supra taleatam et de edificatione turris.

1242. In millesimo ducentesimo XLII[0] anno. Domnus Lamberteschus de Lamberteschis de Florencia Reg. potestas, qui bene et legaliter omnibus hominibus civitatis et districtus Reg. libenter ractionem[4] faciebat; et tunc propter eius bonitatem conscilium Reg. concessit ei libertatem faciendi quicquid vellet[k], ita quod omnes fuerunt in hoc concordes quasi; et fecit in illo anno fieri stratam de Raçolo et pontes supra taleatam et cavari foveas castri Raçoli et ex turre[l] dicti

a) LII *in loco raso.* b) LIII *in loco raso.* c) *sic c.;* alium *corrigendum videtur.* d) castrum *supplevit Dove.* e) *sic c.* f) burgo *c.; correxi ex inscriptione capitis.* g) LIIII *in loco raso.* — *Hoc caput in marg. suppl. manu Alberti, eodem atramento, quo hic usus est.* h) LV *in loco raso c.* i) *sic index cap.;* Raçoli *c.; vide infra l. 29.* k) *hoc loco in marg. codicis crux posita* ⁜ l) *sic c., ut etiam Sal. f.* 283a. *habet; Murat. correxit* exstruere turrim, *sed verbum* exstruere *nusquam alibi ab hoc auctore usurpatum est.*

1) *Haec etiam a Sal. post in marg. addita sunt.* 2) *Locus qui iam non exstat. Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 192: Luogo che sembra vicino a Fabbrico *(circ. Guastalla). Cf. ibid. sub Capriana, Caprina I, p.* 130 *sq.* 3) *In Libro grosso antiquo f.* 185—206. *scriptae sunt LII tabulae de emptione molendinorum, datae a.* 1241. *Iul.* 26. — *Aug.* 15. *cum hoc titulo:* Hec sunt instrumenta molendinorum communis adquiscitorum et emptorum pro communi tempore domni Opiçonis de Corrigia Regii potestatis. *In tabula f.* 186'. *scripta, data a.* 1241. *Iul.* 27, Iamboninus Melioli munarius *pro se et fratribus suis vendit Opiçoni potestati tertiam partem medietatis, quam possidebant, molendini* intra foveas civitatis *siti.* 4) *i. q. iudicium, iustitiam, Ital.* ragione. *Cf. Salimbene f.* 283a. *Quo Lambertesco auctore a.* 1242. *constitutae sunt primae leges vel consuetudines civitatis Reginae, quae exstant. Cf. 'Nachrichten d. k. Ges. d. Wissensch. zu Göttingen Philol.-hist. Kl.'* 1901. *p.* 279. 287.

castri in altitudine XXX brach.[a] et fieri fecit CC brachia[b] ex muro civitatis iusta 1242.
alium*.

*) *In marg. infer. col.* 69[b]. *manu Alberti post add.:* Et in anno Domini millesimo CCXLII. 1241.
obiit Gregorius papa nonus. Cui successit Celestinus papa quartus, natione *Martin.*
Mediolanensis, et sedit diebus XVII, imperante Frederico[1]. Et nota, quod mortuo *Sal. f.* 282d.
Celestino cessavit episcopatus ab anno MCCXLI. usque ad MCCXLIII. Et tunc post *Martin.*
eum successit Innocentius papa quartus, natione Ianuensis, electus[2] fuit Innocentius. *Sal. f.* 283a. b. c.
Hic suo tempore fecit magnum tractatum cum predicto imperatore Frederico de pace; et
dum ipsius adversus ecclesiam contumaciam perpendisset, cum Ianuensium auxilio devenit in
Gallias, et celebrans concilium in Lugduno ipsum Fredericum velud hostem condempnavit
imperio privando; procuravit etiam langravium Thuringie in regem Alamanie eligi fecit;
post cuius mortem electus fuit Guilielmus de Holandia. Hic Lugdunum canoniçavit sanctum
Emundum et cet., inferius ipsius Innocentii pape[c] continetur[3].

CCXLVI.[d] De morte domni Musche de Lamberteschis[e] de Florencia et de morte domni Iacobi Iudicis de Luca, Reg. potestatum[f], et de electione domni Maçe de Oldevrandis de Cremona in potestatem[f] Reg., et de morte domni Nicolai episcopi Reg. et de electione episcoporum domni Guiçoli Albriconum et domni Guilielmi de Foliano.

In millesimo ducentesimo XLIII⁰ anno. Domnus Musca de Lamberteschis 1243.
de Florencia[g] Reg. potestas, qui obiit V⁰ die exeunte[h] Ian. ante diem[4], quadam *Ian.* 27.
die Martis, et[i] sepultus ad ecclesiam fratrum Predicatorum; et postea fuit electus
domnus Iacobus Iudicis de Luca potestas Reg., qui etiam obiit de mense Septemb. *Sept.*
et sepultus fuit ad ecclesiam sancti Iohannis Baptiste de Platea. Et tunc electus
fuit domnus Maça de Oldevrandis de Cremona potestas Reg. Mortuo iam domno
Nicholao Reg. episcopo in curia domni Frederici imperatoris[5], et sepultus *fuit *(Aug.)* *f. 69c.
infra[k] Melfi; et tunc electus fuit domnus Guiçolus Albriconum, prepositus Sancti
Prosperi de Castello, episcopus Reginus; et domnus Guilielmus de Foliano fuit[l]
postulatus in episcopum; et propter hoc fuit maxima discordia inter Albricones
et illos de Foliano et potestatem de mense Septemb. Et postea supradicta electio *Sept.*
fuit cassata, et dicta postulatio tunc non fuit amissa[m], sed procedente illo tempore
dictus domnus Guilielmus[n] factus fuit episcopus. Et potestas fecit CC brachia
ex muro civitatis iuxta aliud et fecit murari reçetum de Raçolo et fecit fieri pontem
supra taleatam.

CCXLVII.[o] De discordia inter potestatem et illorum[c] de Sesso, et de mortalitate Christianorum, qui mortui fuerunt ultra mare.

In millesimo ducentesimo XLIIII⁰ anno. Idem domnus Maça confirmatus 1244.
fuit in potestatem Reg.; et tunc de mense Octub. ivit potestas ad Pigognagam *Oct.*
ad guastandum domnum Rodulfum de Pançano pro quodam maleficio per eum
facto in terra Herberie in castro; et quia non permittebat se guastare, ideo misit

a) brach̄ *c.*; brachia *Sal. f.* 283a. b) brac̄ *c.* c) *sic c.* d) LVI *in loco raso.* e) Lambertacis *index cap.* f) pot̄ *c.* g) flor̄ *c.* h) exeunt̄ *c.* i) et — Predicat. *manu Alberti litteris notariorum et eodem atram. in marg. suppl.* k) in terra *corr. Murat.* l) fuit post. *manu Alberti et eodem atram. in marg. suppl.* m) *i. q.* admissa. n) Guilł̄s *h. l. c.* o) LVII *in loco raso.*

1) *Cf. supra cap. CCXLIIII.* 2) *Nota hoc loco fratris Salimbene male verbis Martini adiuncto nonnulla verba magis cum cap. CCXLVIII. ex Chronicis Martini exscripto quam cum Sal. convenire, ut dubitari nequeat auctorem utrumque textum ad haec scribenda adhibuisse.* 3) *Cap. CCXLVIII.* 4) *I. e. antequam dies lucesceret.* 5) *Imperator mense Augusto Melfi fuit; cf. Reg. Imp. V, nr.* 3378*a. Cf. Cron. imp. cap. CCLXXXIX.*

1244. dictus potestas pro populo Reg. et pro militibus, et omnes iverunt; et cum essent Raçolum, illi[a] de Sesso fecerunt percuti fortiter cum spata domnum Robertum de Lupicinis, ideo[b] potestas mercatorum; et propter hoc fuerunt secuti a populo Reg. et habuerunt magnum dedecus. Et fuit ibi unum sturmum; et veniendo Regium potestas condempnavit eos in V^C lib. rex.; et propter hoc fuit maxima discordia inter potestatem et illos de Sesso. Et fecit fieri CC brachia de muro civitatis apud alium et finiri dictum pontem de Raçolo [supra[c] taleatam]. Et eodem anno fuit magna mortalitas Christianorum ultra mare[1].

Ego Robertus patriarcha de Ierusalem, licet indignus, notum facio cunctis qui Christiano censentur nomine, quod in anno Domini millesimo CC°XLIIII° XV. Kal.
Oct. 17. Octub., hoc est *in vigilia sancti Luce evangeliste*[2], *facta fuerunt bella et tradictiones*[d] *multe apud nos,* hoc est videlicet in Terra Sancta. *Prima destructio, que facta fuit in*
Aug. (23). *mense Augusto*[3], *quando civitas Ierusalem destructa fuit a Colosininis*[4]. *Secunda de-*
Oct. 17. *structio, que facta fuit in vigilia sancti Luce, secundum quod supra diximus, in planicie de Gadara, hoc est 'sabulo albo', quando de domo Templi fuerunt occisi CCC et XII fratres milites et CCCXXIIII turropoli*[e] *penitus occisi; de domo sancti Iohannis CCCXXV fratres milites et CCXXIIII turropoli*[e] *similiter occisi sunt. De domo Elemanorum*[f] *non remanserunt nisi tres fratres, alii omnes occisi*[g], *videlicet CCCC de eodem*[d] *domo. De domo sancti Lazari milites leprosi et sani omnes fuerunt occisi.*
*f. 69d. **Domnus Cayphas*[5] *cum tota gente sua fuit occisus. Comes Gualterius de Zaphes*[6] *captus fuit, et omnes homines eius interfecti. Milites principis Antiochie*[7], *qui erant CCC, fuerunt occisi. Milites regis Cipri*[8], *qui erant CCC, similiter occisi*[h]. *Archiepiscopus Tyri*[9] *cum tota gente sua fuit occisus. Episcopus de Rama*[10] *fuit occisus. Insuper, quod peius est, XVI milia Francorum et tantus numerus aliorum, qui pro Christo sanguinem proprium effunderunt*[d], *quod quasi sine numero possunt*[i] *enarrari. Et notandum, quod soldanus de Damasco*[11] *et soldanus de Camele*[12] *et quidam magnus Saracenus, qui vocatur Nas*[13], *et omnis militia domine*[k] *de Allap, qui nobiscum vinculo sacramenti et fidelitate erant astricti, in quorum numero erant plusquam XXV milia Saracenorum, qui*[l] *tradictores*[d] *nostri in fine belli fuerunt; quorum nomina maledicantur in secula seculorum! Amen.*

CCXLVIII.[m]* Innocentius papa quartus.

Martin. C. Innocentius papa quartus, natione Ianuensis, de comittibus Lavanie. Cepit an[no] Domini
1243. MCCXLII, sedit ann. XI, men. VI. Hic sedes cardinalium multo tempore vacuas de personis ex

*) *Manu Alberti in marg. post add.:* Hec istoria debet esse superius, ubi crux similis est posita ☩ *Vide supra p.* 514, *n.* k.

a) illo *c.* b) *sic* (Id'o) *c., quod repetitum esse videtur e p.* 515, *l.* 39; *fortasse corrigendum est* id temporis. c) supra tal. *in marg. manu Alberti post suppl.* d) *sic c.* e) *sic c. et Sal.; i. e.* turcopoli. f) *sic c.; i. e.* Alamannorum, *ut Sal. habet.* g) sunt *add. Sal.* h) fuerunt *add. Sal.* i) possint *Sal.* k) *sic c. et Sal.* l) *sic c. et Sal.;* qui *delendum.* m) VIII *in loco raso.*

1) *Sequens epistola hoc solo loco servata, a Sal. f.* 283[d]. 284[a]. *ex hoc libro transscripta est. Quae paulo post proelium Gadarense scripta est; cf. 'Forschungen z. Deutschen Gesch.' XXVI, p.* 101. 2) *XV. Kal. Oct. est Sept.* 17, *vigilia Lucae Oct.* 17. XV. Kal. Oct., hoc est *perperam insertum est. Nam proelium Gadarense Oct.* 17. *commissum est. Cf. epist. Friderici imp. apud Matheum Paris., SS. XXVIII, p.* 236 *sq. (Reg. Imp. V,* 1, *nr.* 3460*); Röhricht in 'Forschungen' XXVI, p.* 92 *sqq.* 3) *Die* 23; *ib. p.* 91. 4) Colesminis *emendandum esse videtur.* Choersmini *dicuntur Chowaresmii in epist. Friderici.* 5) *Potius dominus de Chaifa.* 6) *I. e. Jaffa, Joppe.* 7) *Boemundi V.* 8) *Heinrici I.* 9) *Petrus II.* 10) *Radulfus.* 11) *Malik es-Salih Ismael.* 12) *Malik el-Mansur Ibrahim princeps de Hims, ut videtur.* 13) *Malik en-Nasir princeps de Kerak.*

diversis partibus mundi sibi prelatis[a] restauravit. Hic post magnum tractatum cum imperatore de pace, dum ipsius adversus ecclesiam contumaciam perpendisset, cum[b] Ianuensium auxilio devenit in Gallias, et celebrans concilium in Lugduno ipsum velud hostem condempnavit imperio privando; procuravit quod[c] lantgravium Thuringie in regem Alamanie eligi, mortuo ipso comitte[d] Hollandie. Hic Lugdun.[e] canoniçavit sanctum Emundum confessorem, Cantuariensem archiepiscopum. Ipse etiam canoniçavit Perusii beatum Petrum ordinis Predicatorum, Veronensis natione, quem heretici propter ipsius contra ipsos predicationem inter Cumas et Mediolanum occiderunt. Canoniçavit etiam sanctum Stavillanum[f] Asisii Cracoviensem episcopum, qui ab iniquo principe fuerat interfectus. Innocentius mortuo Frederico imperatore Apuliam cum magno exercitu ingrediente[g], post paululum Neapolin moritur et sepellitur. Hiis temporibus floruit vita et scientia venerabilis domnus Ugo cardinalis, frater Predicatorum ordinis, qui doctus[h] eximiis doctrina sana et prelucida totam Bibiam[i] postillavit, Concordanciarum in[k] Biblie primus auctor fuit*. Quem propter vite et scientie famam[l] papa Innocentius Sancte Sabine instituit presbyterum cardinalem; in quo statu, licet esset de ordine Predicatorum, omnibus tamen religionibus ac etiam secularibus prelucidus[m] extitit. Martin. C.

*) *In marg. manu Alberti post add.:* Sed processu temporis facte sunt Concordancie meliores. Sal. f. 283b.

CCXLVIIII.[n] De sturmo, quod fuit ante domum Scaçani inter Robertos et illos de Sesso, et de conbustione domus Petriboni Calegarii, et de introitu, quem fecerunt domnus Maravonus et domnus Symon de Manfredis cum exercitu, *quos secum habebant, et de conbustione porte Sancti Petri. *f. 70a.

In millesimo CCXLV⁰ anno. Domnus Ioldus de Ursonibus de Cremona Reg. potestas fuit electus. In[o] die anni novi, in dominica die fuit maximum sturmum ante domum Scaçani et die Lune sequenti inter Robertos et illos de Sesso, et dedecus habuerunt tunc illi de Sesso, et domus illorum de Callegariis fuit combusta, cum sturmum erat; et propter hoc fuerunt pulsi de civitate Gibertus Tarasconum et Ascherius de Ascheriis et Vivianus Meliorati, qui dicebantur conbuxisse vel consensisse, et fuerunt graviter condempnati. Et quadam[p] die Lune, tercio[p] die intrante Iulio venit domnus Symon de Manfredis et domnus Maravonus de Bonicis cum multis peditibus et balasteriis Regium et conbuxerunt portam Sancti Petri et intraverunt in civitatem per vim; et illa die Lune et die Martis sequenti fuit maximum sturmum per civitatem; et pro illo facto fuerunt pulsi de civitate per imperatorem omnes Roberti et illi de Foliano et Lupisini et filii domni Iohannis Bonifacii[1] et Manfredus de Palude et Canini et quam plures dicte partis de Parma[2], et quam plures de Regio fuerunt ducti cum imperatore[3]. Et eo anno[4] Innocentius papa ivit ultra montes in terra Leonis supra Rodanum; et dictus imperator bannivit papam, cardinales atque legatos; et tunc imperator de mense Octub. ivit contra Mediolanenses supra Tisinum flumen, et Ençus eius filius supra taleatam Adde cum Reginis, Cremonensibus et Parmensibus, et ceperunt Gorgunçolam, ad cuius asedium fuit captus rex et recuperatus per populum

1245. Ian. 1. Ian. 2. Iul. 3. Iul. 4. (Sept.) 1244. 1245. Oct. (Nov. 8).

a) placitis *Martini codd. C* 9—11. b) clam *Martin.* c) *sic* (qđ) *c.;* procuravitque *Martin.* d) comitem *Martin.* e) lugdun *c.* f) Stanislaum *Martin.* g) ingreditur, sed *Martin.* h) doctor eximius *Martin.* i) *sic c. h. l. et in indice cap.* k) *sic h. l. c. et in indice cap.;* etiam *Martin.* l) *post Alb. superscr. h. l.* hunc *perperam ex Sal. f.* 283b. m) placidus *Martin.* n) VIIII *in loco raso.* o) electus in die anni novi. in dominica *distinctum in c.* p) *sic c.*

1) *Qui fuit de gente Manfredorum, cuius filius supra dictus Simon fuit. Cf. Salimbene f.* 284b*; 'Cronache Modenesi' p.* 45, *in quibus bene de his motibus Reginis relatum est.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 492*; Ann. Parm. mai. p.* 670*; Bartholomaei Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 217*; Salimbene f.* 288b. 3) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 3505 *b.* 4) *Iam a.* 1244. *Auctor annalium Gibellinus concilii Lugdunensis non mentionem fecit.*

1245. Reginum[a] et Parmensem[1], et alios[b] burgos Mediolanensium. Et fecit[2] fieri murum
civitatis in quadra castelli et pallancatum extra civitatem et axamplari[3] vias circa
murum civitatis[c] extra foveas.

CCL.[d] De obsidione Filine et Rosene et captione.

1246. In millesimo CCXLVI anno. Domnus Ubertus marchio de Pellavicinis Reg.
potestas per imperatorem; et cepit Rosenam et Filinam [per[e] concordiam]; et fecit
fieri stratam in circuitu civitatis.

CCLI.[f] De destructione Berselli et de captione navilii[g] Mantuanorum.

1247. In millesimo CCXLVII anno. Domnus Bosus de Dovaria Reg. potestas;
(Sept. Oct.) et tenuit Reginos duobus mensibus cum rege Henço apud Guastallam[4]; et tunc
(Iun. 16). banniti intraverunt Parmam, et imperator obsedit eam. Tunc domnus rex cum
(Iul. 4). Içolino ceperunt domnum Ugonem de Robertis cum multis aliis apud Fanum[5]
villa[h] in episcopatu Regino prope flumen Lincie[6]; et destruxerunt Bersellum et
Beroctum et totum episcopatum Parmensium a Lencia citra; et fecit[7] castrum
(Aug.) Berselli et pontem, quem Mantuani ceperunt[8]. Et eodem anno captum fuit na-
*f. 70b. vigium Mantuanorum apud Bersellum et aliud *postea ad Gramignacium[9], et
multi mortui et suffocati de Mantuanis fuerunt. Et tunc Mantuani conbusserunt
(Sept. Oct.) totum episcopatum Cremonensium a Torrexella inferius; et apud Luçariam steterunt
Mediolanenses, Brixienses, Ferarienses, Bononienses et Veneticos[h] duobus mensibus[10].
Et patriarcha Anthiocenus[11] mortuus fuit apud Laudunum[12], qui[i] fuit de Robertis.
Et tunc banniti imperatoris intraverunt Parmam et expulerunt partem imperatoris
Iun. 15. XV. die intrante Iunio[13]. Et eo anno domnus Gerardus de Corigia cum bannitis
imperatoris de Parma venerunt Parmam per forciam et fecerunt magnum prelium
cum potestate Parme et cum militibus Parme ad Burghetum de Tauro, et ibi
interfecerunt potestatem Parme, scilicet domnum Henricum Testam, civem civitatis de Arecio, et militem suum et domnum Manfredum de Cornaçano et domnum

a) reḡ et parm̄ *c.* b) a[d]lios *c.* c) civitat *c.* d) L *in loco raso.* e) per conc. *ab Alberto post superscr., quae Sal. f.* 284[c]. *habet.* f) LI *in loco raso.* g) navigii *index cap.* h) *sic c.* i) *sic index cap.;* q̄ (que) *h. l. c.*

1) *Cf. supra p.* 18, *n.* 1. 2) *Potestas Reginorum.* 3) *Quod verbum pro* explanari *(Italice* spianare*) scriptum esse videtur, ut Dove p.* 171. *coniecit. Sane non est* ampliare, *ut in Gloss. mediae et inf. Lat. s. v. dictum est.* 4) *Mensibus Sept. et Oct.* 5) *Olim in montibus, in territorio de Bianello sita; cf. Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 275; *Salimbene f.* 284[d]. *Male de hoc loco coniectatum est SS. XVIII, p.* 672, *n.* 34. 6) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 495; *Ann. Parm. mai. p.* 672; *addit. ad Cron. Iohannis de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 48. *Festum Antonini martyris Placentini, quod in Ann. Placent. Gib. indicatum est, fuit die Iul.* 4. *Hoc igitur die aut saltem die sequente hoc proelium commissum est (non Iul.* 6, *ut in Reg. Imp. V, nr.* 13616*a dictum est); quocum bene conveniunt quae in addit. ad Ioh. de Bazzano relata sunt.* 7) *Henricus (Hencius) rex. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13624*a.* 8) *Mense Octobri exeunte. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13630*b.* 9) *Cf. ibid. nr.* 13630*c.* 10) *Videlicet dum Hencius rex apud Guastallam castra metaretur, ut supra l.* 11. *dictum est, hi in ripa opposita taliatae a Pado fluvio derivatae steterunt.* 11) *Albertus, qui a.* 1213—1228. *episcopus Brixiensis fuerat.* 12) *i. e. Lugdunum, ut Sal. f.* 284[d]. *scripsit.* 13) *Potius die Iun.* 16, *ut infra p.* 519, *l.* 7. *recte dictum est. Mox enim de militibus Guelfis Parmam occupantibus iam tertio refertur, quod supra l.* 12. *iam dictum est. Perspicis haec ter ab uno auctore narrari non potuisse, sed diversorum auctorum manus in hoc capite et sequente deprehendis.*

Albertum Manclaretum[1] et plures alii[a]. Et fuit ibi vulneratus domnus Bertolus 1247.
Tabernerius[2], qui fugit ad Costam-meçanam cum quibusdam suis amicis. Et tunc Theotonici imperatoris dixerunt bannitis imperatoris: 'Venite ad Parmam et capiatis civitatem[3]'. Qui incontinenti venerunt ad dictam civitatem nemo[b] contrastante et eam ceperunt et tenuerunt. Et consilium et contionem congregaverunt Parmenses et eligerunt domnum Gerardum de Corigia in potestatem Parmensium.
Et hoc fuit die dominico XVI. intrante mense Iunii; et die Lune tempestive dicti *Iun. 16. Iun. 17.*
Parmenses miserunt ambaxatores comuni Reg. domnum Armanum Scotum et alium cum eo, qui petebant prexonentes[c] Parme sibi dari; et tunc domnus Bosus potestas Reg. noluit eos audire. Hoc audito a domno rege[4], qui erat cum Cremonensibus in obsedium castri Quinzani, venit cum Cremonensibus apud flumen Tauri in exercitum. Postea venit imperator cum domno Içolino cum magno exercitu et cum
predicto rege et Cremonensibus, et posuerunt se in obsedium prenominate civitatis *(Iul. 2).*
Parme in contrata que dicitur Grola; et ibi in ea contrata domnus imperator statuit et constituit unam civitatem undique fundatam, et nomen eius vocabatur
Victoria. Et quadam die Martis XVIII. die intrante Feb., stando dictus imperator 1248. *Febr. 18.*
in Victoria, Parmenses et omnes milites et populares armata manu exierunt de Parma et per forciam caçaverunt imperatorem de Victoria et omnes suos milites et pedites; et multi fuerunt ibi mortui et capti; et totum carocium Cremonensium ibi stellaverunt[5] et destruxerunt et in Parmam duxerunt. Qui imperator fugiendo
venit Cremonam; postea venit ad Torrexellam; et taliter fuit perteritus exercitus, *(Febr. 22).*
et obsedium [solvitu]r[d] Parme*.

*) *In marg. manu Alberti post add.:* Eodem anno et eodem millesimo venit comes *Sal. f.* 291[a.b].
Riçardus de Sancto Bonifacio[e] de Verona, pater domni Lodoici, qui fuit strenuus miles et probus valde, quando Parma revelata[f] fuit imperatori Frederico secundo, primus fuit, qui dedit succursum Parmensibus; qui veniens per terram Guastalle cum multis armatis et[g] ingressus est Parmensium civitatem. Et Parmenses cognoscentes hoc servicium dederunt ei palatium imperatoris, quod est in Arena, ad habitandum et dixerunt, quod esset dominus cum suis ad custodiendum civitatem ex parte Reginorum. Sequenti die venit milicia Placentinorum et custodiebant civitatem versus montes[6]. Porro tercia die post introitum comitis Sancti Bonifacii venit domnus Gregorius de Monte-longo, legatus domni pape, et domnus Bernardus Rubeus, cognatus domni Innocentii pape quarti, cum mille militibus de Mediolano. Et hi custodiebant civitatem versus Padum, in glara[h] fluminis Parme; et[g] Parmenses vero locaverunt se cum domno legato extra civitatem in strata que vadit ad Burgum Sancti Donini e regione contra Victoriam et imperatoris exer-
citum[7]. Et exibant cotidie hinc et inde ad preliandum balestarii et arcarii et fundibularii. *ib. f.* 292[b].
Sed et beruarii discurrebant qualibet die per episcopatum Parmensium omnia depredando et conburendo, et idem faciebant illi de Parma Cremonensibus et Reginis. Mantuani etiam venerunt tempore illo et totum Casale-maius combusserunt. Imperator vero quolibet mane veniebat cum suis et in glarea fluminis Parme decollabat de . . . .[i]

a) *sic c.* b) *sic c. pro* nemine. c) *sic c.; i. e.* prexonerios. d) solvitur *legi nequit in c., certo non* absolutum est *scriptum est, ut Dove p.* 173. *habet.* e) *sequuntur duae circiter litterae* (sc?) *in c.* f) *sic c.;* rebellavit imp. *Sal.* g) et *delendum.* h) *sic c.;* glarea *Sal.* i) *sequuntur in marg.* 22 *lineae, quae legi nequeunt.*

1) *Cf. quae ad Salimbene f.* 288[c]. *adnotavi.* 2) *Cf. de hoc Salimbene f.* 288[d]. 289[a]. 3) *Salimbene f.* 288[d]. *eadem ex hoc libro exscripsit et f.* 289[b]. *eadem aliis verbis narravit.* 4) *Hencio.* 5) *Verbum Italicum* stelajare *hoc esse videtur. Male coniectatum est in Gloss. med. et inf. Lat. s. v. Vide, quae Salimbene f.* 294[c]. *pro his verbis scripserit.* 6) *Sal. dicit Mediolanenses versus montes se collocasse, quos hic versus Padum positos fuisse scribit.* 7) *Salimbene ipse haec Alberto narravisse videtur, astans forte, cum Albertus haec scriberet.*

*f. 70c. *CCLII.[a] De captione omnium castrorum, que habuerunt banniti imperatoris, et de recuperatione quorundam castrorum, que[b] habuerunt Parmenses; et de mortalitate et de conbustione civitatis Victorie per Parmenses.

1248. In millesimo CCXLVIII° anno. Domnus Bonatacca, civis civitatis Sene, qui
fuit Reg. potestas et stetit per tres menses. Et suo tempore ceperunt banniti
Apr. imperatoris omnia castra de montaneis partibus. Et postea fuit electus in potestatem Reg. domnus Bernardinus de Rubeis de Parma, et stetit tribus mensibus
et mortuus est et sepultus fuit ad ecclesiam fratrum Minorum; et modo stant
Iul. ibi sorores Minores. Et postea successit et electus fuit in potestatem Reg. domnus
Çavaranus de Strata, civis Papie, qui fecit fieri molendina in navilio. Et Parmenses recuperaverunt Bibianellum et Curviacum et Guardasonem et Rivaltam[1].
Et mortalitas magna hoc anno fuit; et mortuus est abbas Sancti Prosperi[2]. Et
(c. Oct. 1). eodem anno recuperavit domnus imperator Vercellum; et domnus Bonacursus de
Palude mortuus fuit; et domnus rex fecit cavare in Scalopla[3] usque Padum. Et
domnus episcopus Tripolitanus de Robertis mortuus fuit Parme; et domnus Ber-
(Mart. 20). nardus Rolandi Rubei mortuus fuit ad Colectam[4] per imperatorem. Et Parmenses
Febr. 18. ceperunt et conbuserunt Victoriam XII. die exeunte[c] Feb.[5]

CCLIII.[d] De captione regis a Bononiensibus, et de obsidione civitatis Mutine et conbustione burgorum Mutinensium et Reginorum[e] et pontes[f].

1249. (Maii 26). In millesimo CCXLVIIII. captus fuit rex Henricus[g] a Bononiensibus; et
tunc domnus Osbertus de Dovaria, civis Cremone, potestas erat Regi. Et Parmenses cum bannitis Regii conbusserunt pontem Sancti Stephani et de porta
Bernone[6]; et Crustuneum inundavit et destruxit pontes suos et ivit Mutilenam[7];
Iun. 10. et etiam conbusserunt burgum Omnium Sanctorum et[h] decimo die intrante Iunio.
Aug. Et de Augusto domnus Symon Bonifacii[8] cepit terram de Novis et Arolem[9] et
Sept. Sanctum Stephanum. Et de mense Septemb. inter nonam et vesperam terremotus
magnus fuit. Eodem anno Bononienses et banniti Mutine et Romani[10] obsiderunt
Mutinam et burgos conbuserunt et manganaverunt eam per mensem Septembris[11].
(Sept. 20/21). Et Yçolinus cepit Estem[i·12], terras[k] marchisii; et Parmenses fecerunt castrum

a) LII *in loco raso.* b) quē *c.* c) exeunt *c.* d) III *in loco raso.* e) Mutin et Regin *c.* f) *sic c.;* pontis *index cap.* g) entius *recenti manu superscr.* h) et *delendum esse videtur.* i) estē *c.*; et alias *supplevit Sal. f.* 348[a]. k) terram *corrigendum esse videtur.*

1) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 498; *Ioh. de Bazzano, 'Cronache Modenesi' p.* 50 *sq.* 2) *Gerardus.* 3) *Scaloppia est canalis, de quo vide L. Molossi, 'Vocabolario topograf. dei ducati di Parma Piacenza e Guastalla' p.* 505; *Tiraboschi, 'Dizionario' II, p.* 328. 4) *In proelio apud villam Collecchio die Mart.* 20. *commisso. Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 497; *Ann. Parm. mai. p.* 674; *Ioh. de Bazzano l. l. p.* 50; *Salimbene f.* 342[d]. 5) *Idem iam supra in cap. CCLI. relatum est.* 6) *Scil. pontem (portae Bernonis), ut Sal. f.* 347[d]. *recte adiecisse videtur. Cf. Ann. Parm. mai. p.* 675. 7) et Crustuneum — Mutilenam *male hoc loco interpositum est. Quod Salimbene f.* 347[d]. *correxit ponens haec post* Omnium Sanctorum, *sed hic falso, ut videtur,* X. die intrante Iunio *ad inundationem Crustunei torrentis traxit.* 8) *Cf. supra p.* 517, *n.* 1; *Salimbene f.* 348[a]. 9) *Quod castrum mense Februario anni* 1249. *ab Hencio rege captum fuit. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13697 *b.* 10) *Sunt* Romagnoli, *ut Sal. f.* 348[a]. *recte procul dubio correxit.* 11) *Cf. 'Cron. di Bologna' col.* 265; *Matth. de Griffonibus col.* 111; *Ann. Placent. Gib. p.* 499. 12) *Cf. Rolandin. VI, 6, SS. XIX, p.* 89; *Ann. S. Iust. Patav., ib. p.* 161; *Ann. Veron., ib. p.* 13 *sq.*

Berselli[1]. Et Mutinenses inierunt fedus cum Bononiensibus[2] et habuerunt duas potestates[3] et recuperaverunt omnes suos conpedes[a] *et captivos[4] et regem in vinculis dimiserunt; et rex captus fuit a Bononiensibus[5], et de militibus Cremonensibus et Teotonicis, qui erant secum[6], die V. exeunte[b] Madio[7]. 1249. (Dec. 15). *f. 70d. Maii 27.

CCLIIII.[c] De mercato dato Parmensibus, et de carocio Parme capto a Cremonensibus, et de morte domni Frederici imperatoris.

In millesimo CCL. anno. Regini non potuerunt concordari de potestate et miserunt ad Içolinum, et dedit eis domnum Ugolinum de Sancta Iuliana; et venire distulit usque ad cathedram sancti Petri, et interim domnus Iohannes de Serento tenuit potestariam. Eodem anno de mense Iunii in festo sancti Viti fecerunt vastum Reginis Bononienses, Mutinenses, banniti Regii, Parmenses, Romagnoli et Tuscani et Ferarienses a strata superius usque circas et portam[d]. Licentiam dederunt[e] et mercatum Parmensibus dederunt[8]. Et Regini iverunt ad Novem et conbuserunt circam et vangaverunt[9] undique et ceperunt multos homines et iumenta, et ceperunt Campagnolam cum CCLX hominibus. Postea die Iovis post festum beate virginis Cremonenses* ceperunt carocium Parmensium in loco qui dicitur Agrola[10] XIIII. die exeunte[b] Augusto et tria milia pedites et multos milites ibi ceperunt[11]. Et obiit imperator Fredericus in festivitate sancte Cecilie[12] virginis in Apulia. 1250. Febr. 22. Iun. 15. Aug. 18. Nov. 22.

*) *In marg. col.* 70[d]. *post manu Alberti suppl. ex Sal. f.* 348[d]: et Parmenses qui erant extra Parmam ex parte imperatoris.

CCLV.[f] Inpedimenta Romani imperii.

Romanum imperium sive post mortem sive post depositionem Frederici secundi ab imperio cepit vacare. Nam post depositionem ipsius papa Innocentius IIII, qui eum deposuerat, per principes Alamanie electiones[g] plures eligi ad imperium procuravit, videlicet lantgravium Thurringie et comitem Hellandie[h] successive; qui antequam ad imperialem benedictionem pervenissent, vite terminum exegerunt. Post mortem vero predicti Frederici electores se in duo dividentes, quidam vero regem Castelle, quidam vero comittem Cornubie, frateri[i] regis Anglie, ad imperium elegerunt; quod scisma multis annis perseveravit. Et quia plurima notabilia in diversis partibus mundi tempore huius vaccationis evenerunt[k], titulo ea per ordinem, prout brevius potero, explicabo. Eodem anno MCCL° in Dacia Ericus rex Danorum inclitus ab Abel fratre suo iuniore, ut regnaret pro eo, in mari suffocatur. Qui parum honoris et commodi ex hoc est assecutus. Nam sequenti anno regni sui, cum Frisones subiugare voluisset, a Frisonibus est occisus. Eodem M. et anno[13] Conradus rex, filius Frederici, ut mortuo patre Scicilie regnum susciperet, per mare in Apuliam pervenit, et capta Neapolis[h] muros *funditus Martin. *f. 71a.

a) *sic c., quod est* compeditos. b) exeunt̄ *c.* c) IIII *in loco raso.* d) *emendavi;* ptē *c.; Sal. f.* 348[d]. *omisit* et p., *quia haec corrupta esse vidit.* e) *hoc* ded. *delendum.* f) LV *in loco raso.* g) *sic c, et Sal.;* electores *Martin.* h) *sic c.* i) *sic* (frat) *c.* k) sub tali vacationis, *quae Martin. habet, omissa.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 675. 2) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13740. 3) *Bonifacium Castellani et Comitem de Prendepartis Bononienses; cf. 'Cronache Modenesi' p.* 51 *sq.* 4) *Qui scilicet cum Hencio rege capti erant.* 5) *Quod iam supra p.* 520, *l.* 22. *dictum est.* 6) *Supple:* multi capti fuerunt. 7) *Potius die VI. ex. Maio, Maii* 26. 8) *Quam vim haec verba habeant, apparet ex Ann. Parm. mai. p.* 675 *sq. et Cronicis Mutinensibus p.* 52. *et Petro Cantinelli col.* 235, *ubi relatum est Bononienses et eorum socios frumentum ad Crostulum fl. usque conduxisse, quod mercatores Parmenses in eorum territoriis emerant, cum penuria annonae Parmae esset. Cf. etiam Ann. Placent. Gib. p.* 499 *sq.; 'Cron. di Bologna' col.* 265. 9) vangare *vox Italica nobis est* 'umgraben'. 10) *Ita et Salimbene f.* 348[d]. *Supra cap. CCLI:* contrata que dicitur Grola, *ut etiam Salimbene f.* 291[b]. 341[d]. *scripsit.* 11) *Cf. Reg. Imp. nr.* 13771 *a. Ubi adde Ann. Cremon., supra p.* 18. *(Salimbene f.* 348[d]. 349[a. b]*).* 12) *Potius festo Luciae (Dec.* 13*).* 13) A. D. MCCLI. *Martin. Oppav. p.* 472.

Martin. destruxit. Sed cum sequenti anno regni sui in Apulia infirmari cepisset, clistere, quod a medicis iudicabatur fieri ad salutem, veneno immisso intulit sibi mortem*.

*) *In marg. infer. folii 70'. manu Alberti eadem adscripta sunt, quae supra in columna leguntur (4½ lineae), ex Sal. f. 395ª. assumpta, sed iam nihil fere legi potest:* Et eodem . . . . .
Conradus rex . . . .
capta Neapolim muros illius civitatis funditus destruxit . . . .
Sequitur et altera nota 1½ linearum in marg. infer. scripta, quae iam legi nequivit.

CCLVI.[a] De captione castri de Castellarano a forensibus, et de concordia Placentinorum, et de adventu domni Innocentii pape quarti a terra Leonis, et de captione civitatis Laudi, et de captione Tortonensium[b] ab Alexandrinis et Mediolanensibus.

1251. In millesimo CCLI° anno. Domnus Ugo Boterus de Parma Reg. potestas.
Maio. Et eo anno captum fuit castrum Castellarani a forensibus[1] de mense Madii; et
domnus Ubertus marchio de Pellavicinis[c] ivit Placentiam et fecit fieri concordiam
cum populo Placentinorum et Cremonensium; et milites exiverunt de Placentia
(Mart.) cum discordia populi et steterunt per castra Placentinorum de mense Madii[2]; et
domnus Ubertus de Nequita fuit potestas populi Placentinorum*. Et eo anno
venit domnus Innocentius papa quartus a terra Leonis, ubi steterat pluribus annis,
Maii (18). (Iul. 7). ad civitatem Ianue de mense Madii, et postmodum ivit Mediolanum et stetit ibi
per mensem et ultra[3]. Et dum esset ibi, Mediolanenses venerunt ad civitatem
Laudi et intraverunt ipsam civitatem; et cum domnus Ubertus marchio Pella-
vicinus[d] hoc intellexisset, venit cum magno exercitu Cremonensium et cum parte[e]
Placentinorum et intraverunt dictam civitatem Laudi similiter et precipue in
castrum domni imperatoris, quod erat ibi edificatum, et steterunt ibi bene per
Iul. Aug. mensem. Et de mense Iulii et Augusti ambe partes, scilicet Cremonenses cum
suo exercitu et Mediolanenses cum suo exercitu, et[f] stando ibi, Cremonenses conbusserunt quam plures contratas civitatis et explanaverunt parte[g] de muro et
foveas civitatis; et Cremonenses reddierunt et dimiserunt civitatem sine aliquo
(Sept.) conflictu[4]. Et Mediolanenses steterunt ibi. Et domnus papa postmodum venit
(Oct.) Brixiam, deinde Mantuam, postea Sanctum Benedictum de Larione, deinde Fera-
(Nov. 5). riam et a Feraria Bononiam et a Bononia Perusiam. Et eo anno captum fuit
Oct. castrum Berselli a dicto marchione et Cremonensibus de mense Octubris[5]. Et
eodem anno venit rex Conradus in Lombardiam, primo Veronam et postmodum
venit Cremonam et a Cremona reddiit Veronam et venit in Apuliam; et hoc fuit
Nov. de mense Novembris. Et eodem mense captum fuit castrum de Laude, qui[h] erat
in dicta civitate; et decapitati fuerunt illi qui erant de dicta civitate et erant in

Sal. f. 395ª. *) *In marg. col. 71ª. manu Alberti post add.:* In hoc anno congregata est innumerabilis multitudo pastorum in Francia, et dicebat[i], quod debebat[k] transfectare[l] ad interficiendum Saracenos et rege[m] Francie vendicandum.

a) *numerus e corr.* b) trotonensium *c.* c) *recenti manu corr.* pallav. *c.* d) *recenti manu corr.* pallav. e) partē *c.* f) et *delendum, quod Sal. f.* 395ᵈ. *recte omisit.* g) *sic c.; lege* partem. h) *sic* (q) *h. l. et in indice cap.* i) dicebant *Sal.* k) debebant *Sal.* l) *sic c.;* transfretare *Sal.* m) *sic c.;* regem *Sal.*

1) *i. e. a bannitis Reginis.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 501 *sq.* 504 *sq. Iam mense Martio milites de civitate egressi sunt. Ubertus de Iniquitate iam a.* 1250. *Iul.* 31. *et iterum a.* 1251. *Mart.* 26. *potestas populi Placentini electus est.* 3) *Potius plus duobus mensibus, Iul.* 7. — *Sept.* 13. 4) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 13836; *Ann. Cremon., supra p.* 18. 5) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 676; *Reg. Imp. V, nr.* 13853.

dicto castro. Et illi[a] qui erant de Papia dimiserunt ire. Et eodem anno capti [1251.] fuerunt Tortonenses[b] ab Alexandrinis et Mediolanensibus, maior pars hominum dicte civitatis.

CCLVII.[c] De pace facta et iurata inter Robertos et illos de Sesso, et de brina, que fuit in mense Madii.

*In millesimo CCLII⁰ anno. Domnus Iohannes Metalia de Cremona Reg. [*f. 71b. 1252.] potestas. Et eo anno fuit magna brina XIII. die exeunte[d] Madio, die dominico, [*Maii* 19.] que destruxit vineas de Saliceto. Et eodem anno facta fuit pax inter Robertos et illos de Sesso et de Foliano et de omnibus aliis bannitis, qui expulsi fuerant de dicta civitate Regii, in XV⁰ die exeunte Augusto, in octava sancti Laurencii [*Aug.* 17.] per fratrem Egidium religionis de Campagnola, qui fuit de civitate Verone, et per domnum Guilielmum de Foliano episcopum Reg. Et fuerunt eo anno facti ançiani pro bono statu civitatis Reg. et electi ad sortem in consilio, et in primis fuerunt XII. Et eodem anno predicti ançiani die sabbati XV. exeunte[d] Augusto [*Aug.* 17.] voluntate et parabola consilii comunis more solito in palatio comunis Reg. congregati iuraverunt pacem et concordiam cum domno Guilielmo predicto episcopo et cum Reginis de foris pro eis et Reginis intus civitatem Reg. ad honorem Dei et beati Prosperi et sancti Grixanti et ad bonum statum civitatis Regii*.

*) *Manu Alberti in marg. suppl.:* Et eodem anno venit brina magna die XIII. exe- [(*Maii* 19).] unte Madio, qui[e] destruxit vineas de Saliceto, *quae initio huius cap. leguntur.*

CCLVIII.[f] De introitu, quem fecerunt Roberti et alii de Foliano in civitate Regii pro bono statu pacis et concordie cum domno episcopo.

In millesimo CCLIII. anno. Domnus Ravaninus de Bellotis Cremone Reg. [1253.] potestas. Item in eodem anno fuit factus domnus Guido de Çente, civis Parmensis, potestas Reg. per domnum Gibertum de Çente, eius fratrem, tunc potestatem Parme, in concordia partis de foris et in concordia partis intus. Et eodem anno die Martis quarto exeunte mense Octubris, in festo beatorum aposto- [*Oct.* 28.] lorum Symonis et Iude domnus Gibertus de Çente potestas civitatis Parme et comunis cum ançianis consorcii sancte Marie virginis Parmensis civitatis et cum aliis bonis hominibus eiusdem civitatis iverunt ad portam Sancte Crucis cum omnibus hominibus civitatis Reg. et duxerunt domnum venerabilem electum Guilielmum de Foliano episcopum Reginorum cum aliis omnibus hominibus de parte de foris in civitatem cum magna leticia et cum crucibus et confalonibus et sacerdotibus et religiosis personis[1]. Et die Mercurii tercio exeunte dicto mense pre- [*Oct.* 29.] nominatus Gibertus potestas Parme in plena conctione[g] per tubas[h] et campanas in platea comunis coadunato[i] fecit sentenciam in partes intus et de foris; que sentencia scripta est in statuto comunis Reg. In qua[i] die tercio exeunte mense Octub. factus fuit domnus Guido de Çente, frater domni Giberti de Çente, potestas Reg. per dictum domnum Gibertum potestatem Parme.

CCLVIIII.[k] De morte domni Guidonis de Çente potestatis Regii.

*In millesimo CCLIIII⁰ anno. Domnus Guido de Çente Reg. potestas, frater [*f. 71c. 1254.] dicti domni Giberti de Çente; et eodem anno obiit in civitate Reg. et sepultus fuit ad locum fratrum Minorum; et modo est sororum Minorum[2].

a) *sic c.; lege* illos. b) trotonenses *c.* c) *numerus e corr.* d) exeunt *c.* e) *sic* (q) *h. l. c.* f) VIII *in loco raso.* g) *sic c.* h) *sic Sal. f.* 398c, *ut corr. Murat.;* turbas *c.* i) *sic c. et Sal.* k) VIIII *in loco raso.*

1) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 54. 2) *Cf. Salimbene f.* 403b.

CCLX.[a] De expulsione domni Giberti de Gente cum[b] familia sua de civitate Reg. et de electione facta in domnum Iacobum de Sesso in potestatem, et de captione roche de Canossa.

1255. In millesimo CCLV⁰ anno fuit data potestaria[c] domno Giberto de Çente, qui semper erat potestas Parme[1], et posuit per suum vicarium pro eo in predicto regimine domnum Guidonem de Angelis[2]. Et predictus domnus Gibertus de Çente et predictus domnus Guido vicarius fuerunt expulsi de regimine civitatis Reg. per collegium iudicum; qui iudices sine consilio et campana[d] elegerunt in potestatem domnum Iacobum Penacium, filium condam domni Gilioli de Sesso, Febr. 8. Mart. 3. die Lune ante carnisprivium[e] tercio intrante Martio[3]; et propter hoc fuit magna discordia inter domnum Gibertum de Çente potestatem Parme et comune Reg. Et eodem anno Bonefacius filius condam domni Iohannis de Canossa stando et retinendo rocham dictam de Canossa et eam robando et depredando et thesaurum et vasa vacra monasterii abstulendo contra voluntatem potestatis et comunis Reg. Unde potestas et[f] comune Reg. fecerunt magnum exercitum de montanariis ad ipsam rocham et obsederunt eam, et ibi fecerunt trabucum et manganos ad voluntatem partis deforis; et de hoc fuit capitaneus domnus Albertus de Canossa; et fuit capta et destructa dicta rocha. Causam[g], per quam cepit dictus Bonifacius dictam rocham, talis fuit, quia filius eius Tirisendus robaverat stratam comunis Regii.

CCLXI.[h] Alexander papa quartus.

Martin. 1254. Alexander papa quartus, natione Campanus[i]. Cepit an[no] Domini MCCLV, sedit annis VII; et cessavit episcopatus men. III. Huius tempore Manfredus filius condam Frederici imperatoris, gerens se pro pedagogo Coradini nepotis Frederici, ipsi[k] Coradino mendaciter publicato mortuo, sibi ipsi coronam assumpsit; quod factum quia in preiudicium domni pape fuit, primo excomunicatus, post contra ipsum magnus exercitus, sed in nullo proficiens, mentitur[l]. Hic canoniçavit Anagnie sanctam Claram ordinis sancti Damiani. Huius temporibus principes Alamanie electores *f. 71d. *imperatoris in duo se dividentes, quidam regem Castelle de partibus Yspanie, et quidam Richardum comittem Connudie[m] ad imperium elegerunt; quod scisma duravit multis annis. Hic reprobavit duos pestiferos libellos[n], quorum unus dicebat, quod omnes religiosi et verbum Dei predicantes de helemosibus[o] vivendo salvari non possent. Alter vero . . . .*)[4]. Alexander Viterbii moritur et in ecclesia sancti Laurentii tumulatur.

*) *Erasis quae hoc loco prius scripta erant, manu Alberti partim in loco raso columnae* (continebat — De quo), *partim in marg.* (ait filius — cantabant) *scripta sunt haec ex Sal. assumpta:* Sal. f. 399c. continebat multas falsitates contra doctrinam abbatis Ioachym, quas abbas non[p] scripserat, videlicet quod ewangelium Christi et doctrina novi Testamenti[q] ad perfectum duxerit et ib. f. 404c. evacuanda erat. Item MCCLX⁰ debebat inchoari doctrina abbatis Iohachym, qui dividit

a) X *in loco raso.* b) cum *bis scr. c.* c) pot *c.* d) campanā *c.* e) carnis puium (previum) *c.* f) et com. Reg. *bis scr., alterum del. c.* g) *sic c.* h) XI *in loco raso.* i) nat. Camp. *bis scr. c.* k) *sic c.;* ipso *Martin. et Sal. et supra p.* 366, *l.* 23. l) *sic* (m̄titur) *c. h. l. et supra p.* 366, *l.* 26. *et Sal.;* mittitur *Martin.* m) *sic c. h. l. et in indice cap.;* Cornubie *Martin.* n) reprobavit *iterum manu Alberti superscr. hoc loco, quo Sal. f.* 399c. *hanc vocem habet.* o) *sic* (helemosibꝫ) *c.* p) *bis scr.* (n| nō) *c.* q) neminem *omissum.*

1) *A.* 1253—1259. 2) *Civem Parmensem, ut Salimbene f.* 403a. *addidit.* 3) *Dies Lunae ante carnisprivium a.* 1255. *non fuit Mart.* 3, *sed Febr.* 8; *neque omnino Mart.* 3. *fuit dies Lunae, sed Mercurii. A.* 1253. *quidem fuit dies Lunae ante carnisprivium Mart.* 3, *sed illo anno hoc factum esse non potest, cum eodem demum anno Gibertus de Gente potestariam Parmensem adeptus sit.* 4) *Loco raso prius procul dubio scripta erant quae apud Martin. Oppav., SS. XXII, p.* 440, *sequuntur:* Alter vero asserebat — experiencia exsufflavit. *Cf. Dove p.* 42 *sqq. Sed hic perperam dicit verba erasa etiamnunc legi posse, ne littera quidem eorum remansit. Cf. supra p.* 366, *n.* 2.

mundum in triplicem statum. Nam in primo statu seculi proprietate[a] misterii operatus est *Sal. f. 404c.* pater in patriarchis et filiis prophetarum, quamquam indivisibilia sint opera trinitatis. In secundo statu operatus est filius in apostolis et apostolicis viris. De quo ait filius in ewangelio Iohannis: *Pater meus usque*[b] *operatur, et ego operor*. In tercio statu operabitur spiritus sanctus in religiosis. Ita scribit abbas Ioachym, qui fuit de ordine Floris. Quem statum inchoatum dicunt in illa verberatione, que facta est MCCLX, indictione III, quando qui verberabant se clamabant Dei voces et non homines[c]. Nam multi laudes[d] Dei et beate *ib. f. 404a.* Marie virginis tempore illo inveniebant et eas nudi processionaliter eundo per ecclesias devote cantabant.

CCLXII.[e] De electione et confirmatione potestarie supradicti Iacobi de Sesso in potestatem[f] Reg.

In millesimo ducentesimo LVI. anno fuit supradictus domnus Iacobus de 1256. Sesso electus et confirmatus in potestatem[f] Regii ad vocem populi et ancianorum*.

*) *In marg. infer. f. 71'. manu Alberti post add.:* Circa tempora domni Iacobi Penacii de Sesso, *Sal. f. 403b.* qui fuit potestas Reginus in MCCLVI, indictione XIIII, domnus Guilielmus de Foliano episcopus Reginus palacium imperatoris, quod donatum ab imperatore habebat salvo iure hospitandi, vendidit fratribus Minoribus de civitate Regina, ut facerent locum suum ibi; et ipsi emerunt et solverunt de denariis, quos habuerunt a sororibus ordinis sancte Clare, quibus locum suum veterem vendiderunt. Hec facta sunt tempore domni pape Alexandri quarti. Et quia fratres Minores emerunt palacium salvo iure hospitandi, ideo processu temporis dixerunt domno Rodulfo, qui de voluntate domni pape Gregorii decimi electus fuit in imperatorem, quod palacium suum habebant et inhabitabant in civitate Regina et de sua voluntate volebant ibi habitare. Et ipse respondit, quod multum gaudebat tales ibi habere hospites, et quicquid iuris habebat, liberaliter totum fratribus Minoribus donavit. Et de hoc dedit eis duo paria litterarum sui sigilli robore confirmata, promittens, quod, si negotium suum prosperaretur, validius quod concesserat confirmaret. Et quia predictus locus artus erat, ideo circumcirca fratres Minores emerunt adhuc de terra et aliquas domos.

CCLXIII.[g] De obsidione et captione Castellarani.

In millesimo CCLVII. anno. Domnus Sinibaldus de Ançellis, civis Pistorie, 1257. Reg. potestas. Et eodem anno captum fuit castrum de Castellarano et obsessum per comune Reg. et per vim captum per Reginos.

CCLXIIII.[g] De caristia rerum victualium.

In millesimo CCLVIII° anno. Domnus Loderengus de Andalois, civis civi- 1258. tatis Bononie, Regin. potestas. Et eo tempore vendebatur sest. frumenti V sol. et dim. imper. et VI sol. et VII sol. et VIII sol. et X sol. imper. et XII sol. imper. privatim[1].

CCLXV.[h] De guerra facienda domno Yçolino de Romano et de morte ipsius.

In millesimo CCLVIIII° anno. Domnus Peregrinus de Baysio, civis civitatis 1259. Bononie, Regin. potestas. In quo anno Cremonenses, Mantoani, Ferarienses, marchisius[i] de Este[2] et comes de Sancto Bonifacio[3] una voluntate et comuni con- *(Iun. 11).* cordia iuraverunt facere guerram inter se contra domnum Yçolinum[k] de Romanno[l, 4]. Et eodem anno dictus domnus Yçolinus fecit magnum exercitum contra Cremo

a) ppetate *c.* b) modo *omissum.* c) hominis *Sal.* d) laudes *bis scr. c.* e) LXII *in loco raso.* f) pot *c.* g) *numerus e corr.* h) V *in loco raso.* i) marchsius *c.* k) yçolinum *h. l. c.* l) *sic h. l. c.*

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 677; *Cron. Alex. Tassoni et Bonif. Morani, 'Cronache Modenesi' p.* 57. 2) *Azzo III (VII).* 3) *Ludowicus.* 4) *Cf. Reg. Imp. V, nr.* 14096.

1259. (Sept. 27). nenses in ripa Ade fluminis[a], et ibi fuit disconfitus, captus et vulneratus a Cre-
monensibus, et mortuus et sepultus fuit in castro Sulcini*.

Sal. f. 403c. d. *) *In marg infer. col.* 71[d]. *manu Alberti post add.:* Et eodem anno Constantinopolim, que olim
per Gallicos et Venetos capta fuerat, per Palilogum Grecorum imperatorem vi prelii recupe-
1261. ratur. Et hoc fuit in anno MCCLVIIII, tempore domni Peregrini de Baysio
1260. potestatis Reg. Et eodem anno in Tuscia Ytalie Florentini et Lucani in Senensem[b] eventum habuerunt. Nam confixi de suorum multitudine et fortitudine, cum comittatu[c] Senensium intrassent[d], et Senenses freti auxilio domni Manfredi tunc regis Sycilie ipsis ad bellum obviam exivissent, Florentini et Lucani fraude suorum sunt decepti. Nam in inchoatione conflictus qui primi et precipui inter Florentinos erant ab hoste occidentes in suos cum Senensibus quam plurimum sunt debachati. Dicuntur autem de Florentinis et Lucanis tunc inter mortuos et captivos plures quam sex milia hominum corruisse.

CCLXVI.[e] De verberatione hominum, et de inceptione turris de Raçolo citra taleatam, et de edificatione arengherie comunis Reg.

1260. In millesimo CCLX⁰ anno. Domnus Ubertinus Robaconti de Mandello, civis
*f. 72a. Mediolanensis, Reg. potestas. Et eo anno venerunt verberatores *per universum
orbem, et omnes homines, tam parvi quam magni, se ad invicem verberabant.
Nov. 1. Et die Lune in festo omnium sanctorum omnes illi de Mutina venerunt Regium[f],
tam parvi quam magni, et omnes de comitatu et potestas[1] et episcopus[2] cum
confalonibus omnium societatum, et verberaverunt se per civitatem et iverunt
Nov. 2. Parmam[3] pro maiori parte; et hoc fuit die Martis post festum omnium sanctorum.
Nov. 3. Et die altera omnes Regini fecerunt confalones cuiuslibet visinancie et fecerunt processiones[g] circa civitatem, et potestas noster similiter venit se verberando. In quo anno incepta fuit turris de Raçolo ultra taleatam, et fuit facta arengheria comunis. Et eodem anno intravit domnus Gregorius de Bonicis in monasterio sancti Prosperi abbas. Et terra et civitas Regii fuit absoluta, que steterat interdicta per sex annos et excomunicata*.

*) *In marg. infer. col.* 71[c]. *manu Alberti post add., quorum multa attrita non nisi textu fratris*
Sal. f. 404c. d. *Salimbene adhibito legi potuerunt:* Et MCCLX. Eodem anno rex Ungarie pro terris regis[h] Boemie bello aggressus[i], habens in exercitu suorum[k] diversorum orientalium, Christianorum[l] et paganorum, CCXL milia equitum; cui rex Boemie cum C milibus equitum, inter quos dicitur habuisse VII milia equorum ferro coopertorum, ad resistendum occurrit. Cumque in confiniis regnorum bellum inchoatum fuisset, ex collisione equorum et armorum tantam[m] pulvis de terra surrexit, ut media et clara die vix homo hominem cognoscere potuisset. Tandem Ungari, rege eorum graviter vulnerato, terga vertentes et eum cedentes festinaverunt effugere; et in quodam fluvio profundissimo, quem transire debuerant, preter alios occisos circa XIIII milia hominum submersa dicuntur. Sed rege Boemie victoria habita Ungariam intravit[n], rex Ungarie pacem querit et terras, que discordie causa fuerant, restituit et in futurum amicitiam mediante matrimonio confirmavit.

CCLXVII.[o] De ordinatione regule militum beate virginis, et de ordinatione gabelle comunis.

1261. In millesimo ducentesimo LXI⁰ anno. Domnus Nicholaus de Baçelerio,
Mart. civis Bononie, Reg. potestas. In quo anno obiit domnus Symon de Manfredis de

a) flum *c.* b) *sic* (insenesem) *c.;* Luc. miserabilem *Sal. et Martin.* c) comitatum *Sal. et Martin.* d) intranssent *c.* e) CCLXVII *radendo corr.* CCLXVI *c.* f) reḡ *c.* g) p̄cessiones *c.* h) *sic c.;* regem *Sal.* i) aggreditur *Sal. et Martin.* k) suo diversarum *Sal. et Martin.* l) nationum *Sal. et Martin.* m) tantus *Sal. et Martin.* n) intrante *Sal. et Martin.* o) CCLXVIII *radendo corr.* CCLXVII *c.*

1) *Paganus de Petra-sancta; cf. 'Cronache Modenesi' p.* 58 *sq.* 2) *Albertus de Boschettis.* 3) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 677; *Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 410.

mense Martii. Et eodem anno conposita et ordinata fuit regula militum beate Marie virginis per honorabilem virum domnum Loterengum[1] de Bononia, qui prior extitit et prelatus inter eos, et domnum Gruamontem[2] et domnum Ugolinum Capretum de Bononia[3] et per domnum Bernardum de Sesso et domnum Egidium eius fratrem et domnum Fyçaimonem de Baratis et domnum Sclacam[4] de Liazaris de Regio et per domnum Raynerium de Aelardis de Mutina. Et eo anno facta fuit gabella salis comunis Reg.* 1261. *(Mart. 25).*

*) *In marg. manu Alberti post add. ex Sal. f.* 405[c]: Et Alexander papa obiit.

CCLXVIII.[a] Urbanus papa quartus.

Urbanus papa quartus[b], natione Gallus, cepit anno Domini MCCLXII[5], et fuit de civitate Trecensi; sedit an. IIII[c], men. I, di. IIII; et cessavit episcopatus men. V. Hic duas ordinationes fecit; exercitus[d] Saracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie miserat, per crucesignatos fugavit. Comitti Provincie Karolo, fratris[e] regis Francie, regnum Scicilie, ut a Manfredo detentore[f] eius recuperaret, contulerit[g]. Moritur Perusii et ibidem sepellitur*. *Martin.* 1261.

*) *In infer. marg. col.* 72[a]. *alia manu C saec. XIV, (qua manu etiam additamentum supra p.* 389, *n.* * *ad cap. XXX. scriptum est) litteris quae in tabulis scribendis adhibentur, post add.:* Hic instituit celebrandam festivitatem corporis e[h] sanguinis domini nostri Iesu Christi in quinta feria post octavam pentecostem[h]. Cui festivitati perpetuo huiusmodi remissionem concessit, videlicet centum dies in primis vesperis et in secundis totidem, in matutina centum et in missa totidem et in qualibet aliarum orarum quadraginta, singulis diebus octavarum C dies, sicut supra[6] in decretali ipsius pape Urbani[7] plenius continetur.

CCLXVIIII.[i] De tempore domni Açolini de Lambertaciis et de morte domni Bernardi de Sesso.

In millesimo ducentesimo LXII[0] anno. Domnus Açolinus de Lambertacis[k] de Bononia Reg. potestas. In quo anno obiit domnus Bernardus de Sesso die Lune penultimo Febr.* 1262. *Febr.* 27.

*) *In infer. marg. col.* 72[b]. *manu Alberti post add., quae magnam partem ita evanuerunt, ut legi nequiverint:* Et in MCCLXII. eo anno electus fuit Urbanus papa quartus; et exercitus Saracenorum, quem Manfredus filius Frederici imperatoris in patrimonium ecclesie miserat[l], per crucesignatos fugavit; comitti Provincie Karulo, fratris[m] regis Francie, regnum Sycilie, ut a Manfredo strenuus recuperaret, contulit[8]. Eodem tempore predicti pape Manfredus princeps [Tarentinus[n]], illegitimus condam Frederici imperatoris, proposuit occupare ducatum et patrimonium [sancti Petri[o]] . . . .[p] *Sal. f.* 405[d]. 1264?

a) LXVIII *e corr. in loco raso.* b) nat̂ quartus nat̄ *c.* c) III *Martin.* d) exercitum *Martin.* e) *sic c. h. l. et in indice cap.;* fratri *Martin.* f) detentoꝝ (rum) *c.* g) contulit *Martin.* h) *sic c.* i) LXVIIII *in loco raso.* k) *sic h. l. c. et in indice.* l) *sic supra c.* 268; immiserat *Sal.* m) *sic supra c.* 268; fratri *Sal.* n) Tarentinus *certo legi nequit.* o) sc̄i Petri *certo legi nequit.* p) *verbum decem litterarum* (p::::scēti? *non* proficiscenti) *legi nequit.*

1) *De Andalo.* 2) *De Cacianimicis.* 3) *Cf. bullam Urbani IV. papae datam a.* 1261. *Dec.* 23, *Potthast nr.* 18195; *Matth. de Griffonibus col.* 117; *Salimbene f.* 404[d]. 405[a]. *Savioli, 'Annali Bolognesi' III,* 1, *p.* 347 *sqq.* 4) Sclanca *dicitur in bulla Urbani IV. laudata. Et* Schlancham *dicit eum Salimbene f.* 405[a]. 5) *Immo a.* 1261. *Aug.* 29. 6) *Supra hanc decretalem iam non exstare haud monendum est; haec ex alio quodam libro exscripta esse videntur.* 7) *Potthast nr.* 18998. 8) *Haec quidem procul dubio ex Sal. assumpta sunt, sed nota quasdam lectiones proprius ad locum ex Mart. Oppav. supra cap. CCLXVIII. exscriptum accedere.*

exercitu suo, cui preerat Princivallus [civis] . . . . mox [pre]dictus Princivallus . . . . et predicti pape . . . .[1]

CCLXX.[a] De tempore domni Anselmi de Rivola et de Urbano papa, qui abstulit regnum Scicilie Manfredo et Karulo tradidit.

f. 72'. 1263. *In millesimo ducentesimo LXIII° anno. Domnus Anselmus de Pergamo de *Martin.* Rivola Reg. potestas. In quo anno Urbanus papa quartus regnum Scicilie[b], quod rex Manfredus violenter detinebat, domno Karulo comitti Provincie, ut illud ab eo reciperet, contulit.

CCLXXI.[c] De expulsione facta in civitate Mutinae[d] per domnum Iacobinum Rangonum et omnes amici[e] de parte sua, qui expulerunt omnes illi[e] de Gorçano cum amicis suis de[f] dicta civitate; et de stella cometa, que apparuit, et de morte predicti Urbani pape.

1264. In millesimo ducentesimo LXIIII° anno. Domnus Thomasius Marinonum de Pergamo Reg. potestas. In quo anno marchisius de Este[2] cum militibus et peditibus de Feraria in magna quantitate venerunt Mutinam, et ducenti milites Guelfi[3] similiter venerunt Mutinam ad petitionem et voluntatem domnorum Iacobini Rangonum et Manfredi de Rosa et tocius partis sue, scilicet ecclesie, et potestatis[g] *Dec.* 21. Mutin., qui erat de Orveto, scilicet domnus Manaldus[4], die dominico XI. exeunte mense Decemb.[5], et expulerunt de civitate partem de Gorçano imperialis[e]. Et tunc fuit mortuus domnus Thomasius de Gorçano et duo de Bastardis[6]; et de- (*Dec.* 16). struxerunt Gorçanum[7] et alia plura mala fecerunt; de quo Regini multum timu- *Aug.* 7. erunt. Eo anno die septimo Augusti stella cometes, que habebat caudam, tam *Martin.* mirabilis apparuit, qualem nullus tunc vivens ante viderat; in oriente cuius[h] cum magno fulgore fulgens[i] usque ad medium emisperii versus occidentem comam prelucidam protrahebat. Et licet in diversis partibus mundi forte multa significaverit, hoc tamen unum pro certo compertum[k] est, ut, cum plures quam tres menses duraverit, ipso quoque[l] apparente papa Urbanus cepit infirmari, et eadem[m] nocte, qua papa exspiravit, et cometa disparuit.

a) LXX *in loco raso.* b) scicile *h. l. c.* c) XXI *in loco raso.* d) *sic* (ae) *c.* e) *sic c.* f) suis et de stella dicta civitate et de cometa *c.; cf. indicem capitum supra p.* 367. g) pot *c.* h) enim *Martin.* i) surgens *Martin.* k) coptum *c.* l) primo *Martin.* m) cadē (cadere) *c.*

1) *Nescio an hoc loco de illa expeditione dictum fuerit, quam Manfredus rex duce Percivallo de Oria in ducatum Spoletanum a.* 1264. *misit. Sed apud Sal. haec non leguntur.* 2) *Opizo II.* 3) de Florentia *recte addidit Salimbene f.* 405[d], *ubi nobiles partis ecclesiasticae Guelfi vocabantur.* 4) Monaldus domni Rainerii Stephani de Urbe-veteri *vocatur in Cron. Bonifacii Morani, 'Cronache Modenesi' p.* 61, *et in Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 411; Monaldus *dicitur etiam a Salimbene f.* 405[d]. 5) *Potius die dominico Dec.* 14. *haec facta esse dicuntur in Cron. Alex. Tassoni et Bonif. Morani l. l. p.* 61. *et in Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 411. *Quod etiam confirmatur per Ann. Parm. mai. p.* 678. *et Riccobaldi Pomerium c.* 59, *Muratori, SS. IX, col.* 135. *Unde corrige Reg. Imp. V, nr.* 14237[b]. *Cronicae Mutinenses laudatae etiam referunt marchionem de Este cum Ferrariensibus et Mantuanis demum sequente die Lunae (Dec.* 15*) post expulsionem Gibellinorum Regium advenisse. Guelfos Florentinos illos de Gorzano adiuvisse dicunt Ann. Parm. l. l. et 'Cron. di Bologna' col.* 276. 6) Petrus Silicia (Plizia) et Guidonus (Guidebonus) de Bastardis *Cron. Alex. Tassoni et Bonif. Morani l. l. p.* 61. 7) *Die Decembr.* 16. *hoc castrum captum esse referunt Cronicae Mutinenses laudatae.*

CCLXXII.[a] De confirmatione domni Karoli in regno Scicilie et Apulie, et erat senator urbis Rome; et de expulsione illorum de Sesso cum amicis suis extra civitatem Reg., et de electione domni Iacobini Rangonum in potestatem[b] Regii.

In millesimo ducentesimo LXV⁰ anno. Domnus Marcus Grandonicus, civis *1265.* Venecie, Reg. potestas. In quo anno [electus[c]] fuit domnus papa Clemens quartus apud Perusium. Et eodem anno venit domnus Karolus, frater regis Francie, ad *(Maio).* urbem Romam et factus fuit et confirmatus in regem Apulie et Scicilie, et erat senator *predicte civitatis Rome. In quo anno venit legatus[1] in Lombardiam pro **f. 72c.* accipiendis militibus domni Karoli. In quo anno, die Veneris sexto intrante *Mart. 6.* Marcio[2] venerunt Mutinenses et Guelfi[3] qui erant in civitate Mutine ad civitatem Reg.; et illi de Foliano et Roberti ruperunt[d] per vim portam Castelli, que erat murata, et tunc intraverunt civitatem dicti Mutinenses et Guelfi et inceperunt prelium in civitate cum illis de Sesso et expullerunt eos extra civitatem Reg. cum exterminato furore. Et illi de Sesso iverunt cum illis de parte sua Raçolum[4], et quasi omnes[e] de populo partis de Sesso fuerunt positi in confinibus prope civitatem, per tria miliaria desupra ad civitatem, et omnes affidati fuerunt preter illos de Sesso. Item Roberti incontinenti fecerunt [potestatem[f]] domnum Iacobinum Rangonum de Mutina et deposuerunt domnum Marcum Grandonicum, qui stetit per duos[g] tantum, et domnus Iacobinus Rangonus stetit post eum per X menses. In quo anno ceperunt domini de Sesso castrum de Canulis; et postea pars[h] recuperavit eum[5]. Et eo anno facta et ordinata fuit tregua inter intrinsecos *(Dec. 14).* et extrinsecos a festo sancti Petri usque ad festum sancti Michaelis, et fuit facta *Iun. 29. Sept. 29.* et ordinata per fratres Predicatores, scilicet per fratrem Fredericum de Mandra, priorem predictorum fratrum, et fratrem Peregrinum lectorem et fratrem Petrum de Fulconibus, et quosdam fratres Minores; ex qua tregua magnam utilitatem habuerunt homines civitatis Reg., tam intrinseci quam forenses.

[Sub[i][6] eodem anno MCCLXV⁰ predictus domnus rex Karolus, qui pro recuperatione *Martin.* Sycilie per Urbanum papam vocatus fuerat, Romam, ubi tunc[k] in senatorem electus fuerat, navigio venit. Deinde Apuliam intrans, bello campestri habito predictum Manfredum et vita in[l] regno privavit].

In quo anno domnus Ubertus de Pellavicinis potestas civitatis Cremone et cum Cremonensibus et cum toto suo posse voluit vetare passum comitti Flandie[7],

a) LXXII *in loco raso.* b) pot̄ *c.* c) electus *recte supplevit Sal. f.* 406[a], *om. c.* d) ruperunt, *signum compendii erasum c.* e) oīs *c.* f) potestatem *ex inscriptione capitis supplendum esse patet, quod recte supplevit Sal. f.* 406[b]. g) *supple* menses. h) Robertorum *supplevit Sal. f.* 406[b], *cum verbum quoddam desit.* i) *uncis inclusa in marg. manu Alberti suppl., lineis rubris cincta.* k) *sic Martin.;* ēē *c.; exemplar Martini* tc̄ *habuisse patet;* etiam *correxit Sal.* l) *sic c.;* regno et vita priv. *Martin.;* vita priv. et regno *Sal.*

1) *Gaufredus de Bellomonte cancellarius Baiocensis; Reg. Imp. V, nr.* 9589. 9590; *cf. Andr. Ung. c.* 28. 29, *SS. XXVI, p.* 568. 2) *Iam die (Veneris) Febr.* 27. *hoc factum esse tradunt Cronicae Mutinenses p.* 62, *sed die Mart.* 6. *Regium captam esse dicit etiam 'Cron. di Bologna' col.* 276. 3) *Florentini scilicet, ut dictum est Reg. Imp. nr.* 14241 *a. Cf. cap. CCLXXI, p.* 528, *n.* 3. 4) *Cf. legem a.* 1266. *contra hos conditam, Tacoli I, p.* 400: illos de Sesso et illos de parte sua . . . . vel illos, qui stabant secum ad Razolum vel alibi cum bampnitis communis. *Cf. Ann. Mantuani, SS. XIX, p.* 24. 5) *Cf. tabulam datam die Dec.* 14, *Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' V, Cod. dipl. p.* 67—69, *nr.* 906. 6) *Haec ex Martini Chron., non ex Sal., qui ea f.* 406[a]. *habet, suppleta esse patet; vide notas* i. k. *Salimbene haec ex isto libro assumpsit.* 7) *Roberto III, filio Guidonis comitis Flandrensis.*

1265. (Dec.) capitaneo milicie et hostis[1] domni Karoli; et predictus comes per vim transivit Lolium flumen iusta Palaçolum et destruxit castrum Cavrioli, et interfecti omnes fuerunt de dicto castro, tam viri quam mulieres et pueri[2], eo quod suspenderant unum de militibus dicti comittis. Et dictus comes transivit iusta civitatem Brixie cum predicto exercitu suo et cepit et destruxit Montem-clarum, et postea venit Mantuam.

CCLXXIII.[a] Clemens papa quartus.

Martin. C. Clemens papa quartus, natione Provincialis de villa Sancti Egidii[b], cepit an[no] Domini
1265. MCCLXVI[3], sedit annis III, men. IX, di. XXI; et cessavit episcopatus an. III, men. II, di. X.
*f. 72d. Hic iste Clemens uxorem et liberos habens *primum fuit famosus advocatus et regis Francie consiliarius. Deinde mortua uxore propter vitam bonam et scientiam laudabilem primo Podensis episcopus[c] et post Narbone archiepiscopus, tandem Sabiensis episcopus et cardinalis efficitur; et post in Angliam propter pacis reformationem a papa Urbano quarto legatus missus, absens a cardinalibus Perusii in papam electus, sic vigiliis, ieiuniis et orationibus ac aliis bonis operibus intentus fuit, quod multas, quas ecclesia tunc substinebat, deordinationes Deus suis meritis creditur extraxisse[d]. Hic, cum Coradinus nepos imperatoris Frederici regem Karolum, cui papa regnum Scicilie contulerat, debellaturus intraret, et plurimique fratrum[e] regis pro desperato haberentur[f], tum propter Coradini exercitus multitudinem, tum propter regni Scicilie pene tocius rebellionem, predixit in publico sermone factum tamquam fumum transiturum et ipsum tamquam ad victimam Apuliam intraturum; quod et rei postmodum probavit eventus. Nam Coradinus, post fugam captus, decollatus fuit, et nomen eius paucis diebus post tamquam fumus evanuit. Hic etiam supradictus papa canoniçavit Viterbii in ecclesia fratrum Predicatorum Endidigam[g] quandam ducissam Polonie, mire sanctitatis viduam, que inter alia comendabilia, cum canoniçatio eius per plures annos differretur — *pacietur*[4]; quod legens Iudeus cum tota domo sua baptiçatus est. Erat etiam in libro scriptum, quod tempore Frandi[h] regis Castelle dicebat[i] liber inveniri; simile inveniens[k] in Constantino sextus[l] — ipsam[m. 5] procuratori in curia Campana[n], super eodem negotio cum esset in tristicia, per visum apparuit ac cum[o] de expeditione negocii et etiam de die expeditionis certificavit[p]; a Clemente predicto presens canonicam[q] stillum operis commutavit; nam cum a principio per annos cucurrit[r], et quilibet pontifex anno introitus sui positus fuerit, quia plures pontifices eodem anno defunti[s] fuerunt et in eadem linea poni non potuerunt, predictus modus servari non potuit, sed per annos non sicut primus[t], sed sub distinctione ponendo statum cuiuslibet pontificis declaravi, sicut patet in Clemente et in sequentibus. Iste Clemens
1268. mortuus est Viterbii et ibidem sepultus in ecclesia fratrum Predicatorum. Eodem[6] anno quam plurimam[u] multitudo Saracenorum ex Affrica per angustum[v] mare transiens in Yspanias, et adiuncti sunt Saracenis et[w] in Yspania magnam plagam in Christianos exercuerunt, intendentes, quam olim
*f. 73a. perdiderant, recuperarent[x] Yspaniam. Sed illarum *partium adunati Christiani et crucesignatorum ex diversis partibus adiuncti[y], licet cum multo Christianorum dampno, de Saracenis triumphaverunt.

a) XXIII *in loco raso.* b) edigdii *c.* c) epo *c.* d) extinxisse *Martin.* e) *sic* (frūm *pro* fcūm) *c.;* factum *Martin.* f) *sic* (haberent̄) *c.;* haberent *Martin.* g) *sic* (edidigam) *c. h. l. et supra p.* 367. *in indice cap.;* Edwigam quondam duc. *Martin.* h) Ferrandi *Martin.* i) debebat *Martin.* k) invenies *Martin.* l) sexto *Martin.* m) ipsa *Martin.* n) Romana *Martin.* o) eum *Martin.* p) *nullum distinctionis signum h. l. positum est in c.* q) cronica *Martin.* r) cucurrerit *Martin.* s) dufiniti *c.* t) prius *Martin.* u) plurima *Martin.* v) *sic Martin. et Sal. f.* 407[d]*;* augustum *c.* w) et *delendum.* x) recuperare *Martin. et Sal.* y) auxilio adiuti *Martin.*

1) *i. e. exercitus.* 2) *Cf. quae supra p.* 334. *adnotata sunt; Ann. Mantuani, SS. XIX, p.* 24; *Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 335. 3) *Supra cap. CCLXXII. recte a.* 1265. 4) *Subito Albertus ex textu Chronici pontificum Martini (SS. XXII, p.* 442*) in textum imperatorum (ib. p.* 472*) transit; et hoc eo factum esse videtur, quod in quaque pagina versa exemplaris Martini pontificum, in quaque pagina recta imperatorum historia scripta esset. Casu igitur factum est, ut a pagina versa ad sequentem paginam rectam sive librarius codicis ab Alberto Milioli exscripti sive bonus iste vir transierit, non advertens inepta se describere.* 5) *Iam redit ad textum historiae pontificum supra relictum. Et mox describit ea quae ibi sequuntur, quae Martinus de dispositione libri sui mutata disserit, opinatus haec ad historiam Clementis IV. pertinere.* 6) *Sequentia iterum ex historia imperatorum Martini p.* 473. *descripta sunt.*

CCLXXIIII.[a] De transitu, quem fecit domnus rex Karolus cum exercitu suo ultra pontem de Ciperano, et transivit pontem de Sancto Çermano et habuit terram Sancti Çermani et Capuam; et de victoria, quam habuit de predicto rege Manfredo et de exercitu suo, et de morte ipsius Manfredi; et cepit uxorem supradicti Manfredi cum duobus filiis, et de thesauro, quem habuit in civitate Manfredonia; et de civitate Brixie, que rebellis facta fuit domno Uberto de Pellavicinis[b], et de captione[c] castri Montis-Vallarii.

In millesimo ducentesimo LXVI.° anno. 1266. Domnus Iacobus de Rubeis de Parma, filius condam domni Rolandi Rubei, Reg. potestas, qui stetit per quatuor menses. Et postmodum fuit domnus Bonacursus Bellençonum de Florentia, qui stetit per potestariam[d] Reg. per octo menses. Et eo anno domnus Karolus transivit pontem de Çiperano cum exercitu suo contra Manfredonem filium condam[e] (Febr. 2). domni Frederici imperatoris, principem Apulie et Sycilie; et postea predictum domnum Karolum[f] transivit pontem de Sancto Çermano cum predicto exercitu suo et per vim intravit in Sancto Çermano et habuit Capuam die VIIII. intrante Febr. 9. Feb.[1] In quo[g] disconfixit predictum Manfredotum cum exercitu suo apud Beneventum; et mortuus fuit ibi cum tria[h] milia[h] militum et cum comitte Galvano[2] et domno Aniballo[3], nepote cardinalis Ricardi, et marchione Henrico de Sipione, nepote domni Uberti de Pellavicinis[4], et cum multis aliis baronibus; et sepultus fuit apud pontem Beneventi predictus Manfredotus die Veneris tercio exeunte Febr. 26. Feb.[5] Et capta fuit uxor[6] predicti domni[i] Manfredoti cum duobus[7] filiis suis et cum toto thesauro suo in civitate Manfredonia. Et captus fuit comes Çordanus[8] et Petrus Asinus[k] de Florencia et multi alii, et multi fuerunt mortui in dicto campo. Et eodem anno civitas Brixie, que detinebatur a domno Uberto marchione de Pellavicinis[b], rebellis facta contra predictum marchionem et civitatem[l]; et fecerunt pacem cum extrinsecis Brixiensibus et cum civitatibus Mediolani et Pergami de mense Feb.[9] Et eodem anno Mutinenses extrinseci occupaverunt Febr. castrum Montis-Vallarii, quod quidam nobilis de comittatu Mutinensium, scilicet domnus Ugolinus de Guilia, factus de amico fideli Muttinensium intrinsecorum, scilicet Aygonum, qui parti ecclesie Romane favebant, repente inimicus et prodictor[h] — et illis factus est rebellis, qui ipsum multipliciter *honorabant — tra- *f. 73b. didit eisdem, scilicet illis de Gorçano et aliis de parte sua; qui dictum castrum tenentes episcopatum civitatis Mutine multipliciter flagellabant. Quam ob rem prefati Mutinenses intrinseci una cum Reginorum militum et magna populi quantitate et aliquibus Parmensibus accesserunt ad obsidionem dicti castri viriliter et (Maii 30). potenter; ibique per totum mensem Iunii permanentes, tanta fuit in dicto castro Iun.

a) XX *in loco raso.* b) *multo post corr.* pallauicinis *c.* c) capt. castri M. V. *in loco raso.* d) pot *c.* e) 9. *ut plerumque pro* condam, *habet c., non* quendam, *ut Dove p.* 180. *dixit.* f) *lege* predictus domnus Karolus. g) mense *fort. supplendum;* anno *supplevit Dove p.* 183. *cum Sal. f.* 406d. h) *sic c.* i) dn̄i *superscr. c.* k) de Ubertis *manu saec. XV. superscr. c.* l) Cremone *supplendum esse videtur;* et civ. *omisit Sal.*

1) *Hoc die Karolus cepit castrum San Germano. Capuam ante pugnam Beneventanam non profectus est, sed Manfredus hanc urbem reliquit, ubi castrametatus erat, ut Beneventum se reciperet.* 2) *Lancea.* 3) *Theobaldo de Annibaldis, gente Romana.* 4) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 516. 5) *Hoc die occisus est in pugna Beneventana. Corpus eius inventum et sepultum est demum Febr.* 28; *Karoli epist. apud Andr. Ung. c.* 66, *SS. XXVI, p.* 578 *sq.* 6) *Helena.* 7) *Rectius cum filia Beatrice et tribus filiis illegitimis Manfredi.* 8) *De Anglano.* 9) *Cf. supra p.* 335, *n.* 2.

1266. sitis et fames propter hominum et animalium multitudinem, que ibi vivere non poterant[a], et tantus erat ibi fetor, quod dictum castrum, dum ipsius palancatum[b]
Iul. 3. die tercio Iulii per violentiam perdidissent, iam ad extrema deducti, habito per-
Iul. 4. sonarum affidamento, reliquerunt Iulii die quarto[1]. Tunc prefactus[a] prodictor[a] Ugolinus de Guilia, dum infirmus ad mortem de dicto castro portaretur, populari ire et voci suppositus, in campo fuit crudeli morte peremptus; et dictum castrum destructum fuit in totum.

CCLXXV.[c] De pace facta inter illos de Sesso et Robertos et de pace facta inter Guelfos et Ghibilinos de Florencia, et de expulsione, quam fecerunt Guelfi de Ghibilinis, et de obsidione Ponçi-bonici per domnum regem Karolum.

1266. Item sub eodem millesimo et eodem anno fuit supradictus domnus Bonacursus Bellençonum de Florentia Reg. potestas, qui stetit potestas per octo menses,
Maio. videlicet de mense Madii, Iunii usque ad Kal. Ian. proxime[d] venturi. Et eo anno
Sept. 3. die tercio Septemb. facta fuit pax inter partem extrinsecam illorum de Sesso et partem intrinsecam Robertorum; et fuit predicta pax[2] utilis pro pauperibus et mala pro nobilibus, et ideo expullerunt eum[3] nobiles, quia bene recuperabat iura comunis a predictis magnatibus et ab omnibus aliis personis. Et eo anno pax[4] Guelforum de Florencia, reddierunt in dicta civitate Florencie, et postmodum ex-
1267. pullerunt dicti Guelfi Ghibillinos extra dictam civitatem[5]. Et eodem anno
(Iul.) domnus rex Karolus obsedit Poça-bonaçum[e, 6] et stetit per magnum tempus et
(Nov. 30). per vim cepit dictum castrum; et ibi obiit uxor[7] eius*.

Sal. f. 407d. *) *In marg. manu Alberti post add.:* Et[8] eodem anno MCCLXVI. quam plurimum multitudo Saracenorum ex Affrica per augustum[f] mare transiens in Yspaniam adunati sunt Saracenis in Yspania, plagam magnam in Christianos exercuerunt, intendentes, quam olim perdiderant, recuperarent Yspaniam; sed illarum partium[g] adunati Christiani et crucesignati ex diversis partibus adunati, licet cum multo Christianorum dampno, de Saracenis triumphaverunt.

CCLXXVI.[h] De exitu, quem fecit domnus [Bosius[i] de Dovaria] cum parte sua de civitate Cremone, et de obsidione Rochete; et de adventu Coradini filius[k] condam domni regis Conradi, et de captione

a) *sic c.* b) *sic Sal. f.* 407[d]; palacatum *c.* c) XXV *in loco raso.* d) proxim̄ uentur̄ *c.* e) *sic h. l., cum in inscriptione capitis* Ponçi-bonici *scriptum sit; corrigendum est* Poçi-boniçum. f) augustum *etiam h. l. c. ut supra p.* 530, *l.* 33. g) partu *c.* h) XXVI *in loco raso.* i) Bosius Dovaria *manu saec. XVII—XVIII. in loco raso suppl.* k) *sic* (fili⁹) *c. h. l. et in indice cap.*

1) *Die sabbato Iul.* 4. *palancatum castri captum, sequente die dominica castrum traditum esse referunt Annales Mutinenses veteres in tribus Cronicis Mutinensibus exscripti ('Cronache Modenesi' p.* 66 *sq.), sed anno* 1266. *Iul.* 3. *fuit sabbatum. Cf. etiam Petrus Cantinelli l. l. col.* 237. 2) *Vide quomodo Sal. f.* 407[c]. *hoc mutaverit, scilicet praedictus* utilis potestas pro paup. et malus. *Cf. Dove p.* 45 *sq. In Annalibus Reginis scriptum fuisse videtur* predicta potestas . . . et mala, *quia* potestas = *rector civitatis apud scriptores Italicos saepe generis feminini est.* 3) *Scil. potestatem Bonacursum, ut Sal. recte interpretatus est.* 4) pars Guelf. de Flor. rediit *bene correxit Sal. f.* 407[d]. *Cf. indicem cap. supra p.* 367. 5) *Demum die Apr.* 16. *anni* 1267. 6) *Hoc castrum demum a.* 1267. *Iul. obsessum et die Nov.* 30. *captum est.* 7) *Beatrix de Provincia, quae obiit die Sept.* 23. *anni* 1267. 8) *Haec, quae iam supra cap. CCLXXIII. ex Martini Oppav. Chron. descripta leguntur, hoc loco iterum ex Sal. f.* 407[d], *qui ea ex huius libri cap. CCLXXIII. assumpsit, exscripta sunt, nescio an etiam Martini exemplari inspecto. Repetita sunt hoc loco duo menda, quae supra p.* 530, *l.* 33. 35. *leguntur, quae Sal. non habet.*

Besomantue[a] per domnum Iacobinum de Palude, et de obsidione et captione Corvarie et de recuperatione castri[b] de Raçolo.

In millesimo ducentesimo LXVII° anno. Domnus Henrigucius de Galuciis 1267.
de Bononia Reg. potestas, qui stetit *per VI menses, videlicet a Kalendis Ian. *f. 73c. Ian. 1.
usque ad sanctum Petrum. Et eo anno[1] fuit pax facta et concordia inter Cre- Iun. 29. 1266.
monenses extrinsecos et intrinsecos per legatum[2] domni pape. Et eodem anno (Dec.)
exivit domnus Bosius de Dovaria cum parte sua de civitate Cremone, et fuit ob- 1267. (Apr.)
sessum[c] in Rocheta[3] cum quibusdam de parte sua*.

Et eodem anno, in tempore domni Manfredi de Saxolo Reg. potestatis post
sanctum Petrum usque ad annum novum exercitus absentavit se a Rocheta dicti Iun. 29.
domni Bosii propter timorem Coradini et Veronensium[4]. Qui Coradinus filius (Oct. 9).
fuit condam regis Conradi, filii condam Frederici imperatoris. Et eodem anno
venerunt illi de Verona[5] cum maxima milicia Theotonicorum de mense Octub. Oct. (21).
Item eodem anno de mense Iulii domnus Iacobinus de Palude[d, 6] intravit Bes- Iul.
mantuam furtive de nocte, et mortuus fuit ibi domnus Turclus de Besmantua.
Et eo anno obsessa fuit Corvaria per Reginos et Parmenses. Et Regini habebant
in dicto exercitu tres trabuchos, et Parmenses habebant unum trabuchum; et de
mense Aug. fuit habitum per pactum dictum castrum Corvarie; et Besmantua Aug.
restituta fuit comuni, et dedit obsides comuni Reg., quod non offenderet comuni[e]
Reg. Et eodem anno de mense Decembris nono die recuperatum fuit castrum Dec. 9.
Raçoli, quem[c] tenebant Cremonenses; et ipsum habuerunt a dominis de Sesso, qui eum[f] tenebant per guerram; et reddemptum fuit a Cremonensibus pro precio de[g] tribus millibus libr. rex.[7] absque aliis expensis in ambaxatoribus, militibus et peditibus, qui iverunt in servicio Cremonensium.

*) *In marg. manu Alberti post add.:* Eodem anno domnus Ubertus Pellavicinus perdidit dominium Cremone et aliarum civitatum et ivit ad habitandum in castris suis, que habebat in episcopatu Placentinorum, quorum vocabula Laudasium[h] et Ghisaleclum. Et minabatur[i] ipse Pellavicinus, quomodo unus sacerdos cum blandis verbis expulerat eum de dominio suo. Et hoc fuit in MCCLXVII. Sal. f. 408a.

CCLXXVII.[k] De transitu, quem fecit Coradinus ad Rochetam domni Bosii et iusta Brixiam et Papiam et iusta terram marchionis de Careto et per Tuscanam et episcopatum Pisanum et ivit Romam, et de disconfita et captione dicti Coradini et mortalitate omnium nobilium, quos[l] secum in dicto exercitu habebat, et de morte ipsius

a) *sic h. l. c.* b) castri *bis scr. c.* c) *sic c.* d) de Pal. *post ab Alberto superscr., sed vide inscriptionem capitis.* e) *sic* (cōi) *c.;* cōe *Sal. f.* 408b. f) *sic c. et Sal.* g) de *manu Alberti superscr. c.* h) Landasium *Sal.* i) mirabatur *Sal.* k) XXV *in loco raso.* l) q̃ (quo) *c.*

1) *Iam a.* 1266. *Dec. haec pax facta est. Cf. Ann. Cremon., supra p.* 20, *et quae ibidem adnotavi.* 2) *Duo fuerunt legati, Bernardus de Castegneto et Bartholomeus abbas de Tebris; cf. Clementis IV. epist. d. d.* 1267. *Mart.* 31, *Böhmer, Acta imp. p.* 686 *sqq., nr.* 984. *Sed Bernardus hoc potissimum egisse videtur, ut asserunt Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 412. 3) *La Rocca castrum olim situm prope Villa Rocca (mand. Pescarolo) ad fl. Oglio.* 4) *Die Oct.* 9. *obsidionem solutam esse tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 523. 5) *Recte correxit Sal. f.* 408b: venit Veronam *(scil. Conradinus) pro* venerunt illi de Verona. 6) *Qui* fuit probissimus miles et magnus in curia imperatoris *ait de eo Sagac. de Gazata, ut testatur Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' II, p.* 88. 7) *Cf. tabulas datas a.* 1267. *Sept.* 23. *et Dec.* 13, *Tacoli I, p.* 356. *II, p.* 371. *III, p.* 698; *Affò, 'Storia di Guastalla' I, p.* 370.

Coradini; et de captione castri Brandule, et de captione et destructione Antiochie et Arminie a Saracenis et soldano Babilonie.

1268. In millesimo ducentesimo LXVIII⁰ anno. Idem domnus Manfredus de Saxolo confirmatus fuit in potestatem[a] Reg. per alios sex menses usque ad sanctum Iun. 29. (Ian.) Petrum. Et eodem anno domnus Coradinus transivit ad[b] Rochetam domni Bosii[1] et iusta Brixiam[2] et transivit per flumen Adam et transivit per Tixinum (Febr. Mart. Apr.) ad Papiam[3], et ibi stetit per multos dies, et ivit Pisas per terras marchionis de Careto, per mare; et milicia sua ivit per terras Pisas, postmodum[4] illorum de (Iun. Iul.) Flesco[c]; et eodem anno ivit apud Romam per terras, per contra[tas de Tosca]na[d] *f. 73d. *contra voluntatem partis Guelforum de Toscana, et fecit exercitum super terram Iun. 29. Luche. Item sub eodem millesimo et eodem anno post sanctum Petrum fuit Reg. potestas domnus Guido de Polenta, civis Ravenat., qui stetit in dicta potestaria[a] per sex menses a sancto Petro usque a[e] Kalendas Ianuar. Et eodem Aug. 23. anno in vigilia sancti Bertholamei fuit disconficta supradicti Coradini, et fuit ibi maxima mortalitas, et multi barones seu proceres et milites capti fuerunt ibi. Et (c. Sept. 9). postmodum captus fuit Coradinus cum duce Asturiche[5] et cum pluribus aliis et deductus ad Pellestrinum[f] in carceribus; et dompnus Henricus, frater regis Castelle, tunc senator urbis Rome, similiter captus fuit ad dictam disconfictam cum Galvagno Lança[6]; qui Galvagnus mortuus fuit apud Romam[7] cum duobus filiis[8], et quam plures alii barones prodictores[g] de Apulia tunc[h] Rome mortui fuerunt cum eodem Galvagno. Et eodem anno Brandula capta fuit per Muti- (c. Sept. 1). nenses et Reginos et destructa[9].

Oct. 18. Et eo anno in festo beati Luche uxor[10] domni regis Karoli venit Regium cum maxima multitudine militum et peditum et cum aliis multis hominibus et cum balesteriis et stetit super palacium domni episcopi et ibi hospitata fuit. Et Nov. eodem anno infra mensem venit comes Flandie[11] cum uxore sua[12], filia dicti domni regis Karoli, Regium cum maxima gentium multitudo[g]; qui omnes ad regem Karolum iverunt in Apuliam post disconfictam predictam Coradini et aliorum suorum. (Oct. 29). Et eodem anno domnus rex Karolus fecit eidem Coradino et duci de Asturica in regno Apulie et comitti Gerardo de Pisas[i] apud civitatem Neapolis fecit eos decapitari. Et[k] in disconficta predicti Coradini captus fuit Coradus Antiochie,

a) pot̄ *c.* b) ad *superscr. manu Alberti c.* c) *sic Sal.;* f:::sco *tantum legi potest in c.* d) *uncis inclusa legi nequeunt in c.;* contratas illorum de Tuscia *Sal., ut Dove fere hoc etiam loco posuit, sed* na *clare legitur in c., et ut* illorum *inseratur, spatium non sufficit; cf. etiam inscriptionem capitis supra p.* 367. e) *sic c. pro* ad. f) pellestrin̄ *c.* g) *sic c.* h) ttunc *c.* i) *sic c.;* iudicium et *perperam add. Murat. Auctor scribere voluisse videtur* capita amputari, *sed oblitus quae scripserat anacoluthon fecit, quod et Sal. f.* 408[d]. *repetivit.* k) Et *in loco raso.*

1) *Scil. Olium fl.; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 524. 2) *Iuxta Brixiam, scil. per Gambaram, transiit, antequam ad Olium fl. venit, ut situ locorum necesse est. Cf. Reg. Imp. V, nr.* 4848 *d. e.* 3) *Papia citra Ticinum fl. sita est, hunc igitur fluvium tunc non transire potuit.* 4) *Montes Apenninos transgressus exercitus per terram eorum de Flisco transiit, ut Pisam iret. Fortasse Albertus* postmodum *corrupte posuit pro aliis verbis Annalium Reginorum* (per territorium?). *Male Sal. f.* 408[c]. *huic loco mederi conatus est.* 5) *Friderico.* 6) *Heinricus post proelium apud S. Salvatorem prope Reate, Galvanus captus est cum Conradino apud Asturam.* 7) *In vico Genazzano prope Romam.* 8) *Galeotto et altero, cuius nomen ignoratur. Cf. K. Hampe, 'Gesch. Konradins v. Hohenstaufen' p.* 305, *n.* 1. 9) *Cf. Alex. Tassoni et Bonif. Morani Cron. p.* 70 *sq.* 10) *Margareta, tum sponsa. Quae die Oct.* 16. *fuit Parmae (Ann. Parm. mai. p.* 681*), Oct.* 19. *Bononiam advenit; 'Cron. di Bologna' col.* 281. *falso ad a.* 1269. *(cf. Matth. de Griffonibus col.* 120*).* 11) *Robertus.* 12) *Blanca.*

nepos imperatoris Frederici, qui evasit de carcere regis pro domno Iacobo Napo- 1268.
lionis[a] et sociis[1], qui erant in castro Saraxinesci[2]. Et dicta disconficta fuit in
campo Palentino apud flumen Marchie[3] prope[b] Albam. Et eo anno destructa
fuit terra de Burgo Sancti Donnini, et exsplanate fuerunt fosse et muros[c] dicte *(Nov.)*
terre per comune et homines civitatis Parme[4]. Facta iam pax[c] inter partes
Parme. Et eo anno de mense Novemb. tercio die exeunte[5] obiit papa Cle- *Nov. 28.*
mens. Et quinto die intrante Decemb. obiit domnus Manfredus de Robertis, *Dec. 5.*
electus episcopus Veronensis; et domnus Petrus de Vicco, prefectus urbis Rome,
obiit in predicto mense. Et eo anno capta et vastata fuit Antiochia, una de *Martin.*
famosioribus civitatibus[d] orbis, a soldano Babilonie et a Saracenis, et tam viris quam mulieribus
occisis, et eam redegit in solitudinem; et alios, qui remanserant, viri[c] et mulieres duxerunt
secum in Saracenea captivos; et hoc fuit XVI° die intrante Madio, in vigilia *Maii 16.*
ascensionis[6]; et devastavit Arminiam.

*CCLXXVIII.[e] De nive magna, que venit in medio mensis Aprilis, **f. 74a.*
et de brina magna, que destruxit vineas; et de captione et destructione castri Piçegoli et destructione castri de Thoano; et de levatione cyburii[f] ecclesie maioris; et de destructione Rochete domni Bosii; et de Niceria[g] civitate Saracenorum, que venit ad precepta domni regis Karoli; et de moneta Reg., que incepta fuit ad batendum eodem anno.

In millesimo ducentesimo LXVIIII° anno. Domnus Raymundus de Tara- 1269.
dello[7] de Provincia, miles domni regis Karoli, Reg. potestas. Et eo anno in
medio mensis Aprilis venit nix maxima, que duravit in plano per duos dies et
duas noctes, et incepit nix venire in media nocte veniente die dominico, nec *Apr. 14.*
cessavit nix venire per totum illum diem, fortiter circa vesperas; et sequenti
nocte venit brina magna, et in alia nocte venit brina maxima, que[h] destruxit *Apr. 15. Apr. 16.*
vineas. Et castrum Piçegulum destructum fuit per Reginos, et Thoanum similiter
fuit derupatum. Et cyburium[i] ecclesie maioris fuit levatum, videlicet illud quod est
supra plateam. Et eodem anno fuerunt magni venti; et obiit Ubertus marchio de *(Maii 8).*
Pelavicinis[k, 8]. Et stetit predictus domnus Raymundus in dicta potestaria, scilicet
a Kalendis Ian. usque ad sanctum Petrum, per sex menses. *Iun. 29.*

Eodem millesimo et anno post sanctum Petrum domnus Oddo de Oddonibus,
civis de Perusio, Reg. potestas et stetit per sex menses a sancto Petro usque ad
Kalendis[c] Ian. Et eodem anno de mense Iulii iverunt Cremonenses in obsidione *Iul.*
Rochete domni Bosii de Dovaria, et dicta Rocheta venit ad precepta comunis *(Iul. 25).*
Cremone; et concordaverunt se cum comune[c] Cremone, et fuit destructa et de-

a) napolinis *corr.* napolionis *c.* b) flumen *iterum add. c., quod Sal. f.* 408[d]. *omisit.* c) *sic c.* d) ciuitatis *corr.* ciuitatibus *c.* e) XX *in loco raso.* f) tyburii *c.* g) *sic h. l. et in indice cap. et infra p.* 536, *l.* 1. *c. pro* Nuceria. h) q (qui) *h. l. c. (in inscriptione cap.* q̄). i) Tyburium *c.* k) *post corr.* Palavic. *c.*

1) *Cf. Hampe l. l. p.* 306, *n.* 1. 2) *Quod castrum erat Conradi de Antiochia. Cf. Reg. Imp. nr.* 14408 *a.* 3) *Sic Salto fl. dicitur, quia territorium, quod perfluit, vocabatur Marchia. Nota auctorem Annalium Reginorum* Et in disconficta — Albam *scripsisse, cum plura de proelio audivisset, de quo iam supra retulerat.* 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 682; *Ann. Placent. Gib. p.* 529; *Salimbene f.* 409[c]. 5) Parum post auroram *diei Nov.* 29. *Clemens obiit; cf. notam editam 'N. Archiv' XXIII, p.* 613. 6) *Die Maii* 19. *Antiochiam a soldano Bibars captam esse dicit R. Röhricht, 'Gesch. d. Königreichs Ierusalem' p.* 941. 7) *De Caradello in apographo Sagacii de Gazata eum vocatum esse dicit Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' II, p.* 89. 8) *Diem obitus eius tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 531.

1269. rochata dicta[a] Rocheta[1]. Et eodem anno Niceria civitas Saracenorum de Apulia
(Aug. 27). Sept. venit ad mandata domni regis Karoli. Et eodem anno de mense Septemb. ducentum[b] pedites de montanea et[c] cum militibus et peditibus de episcopatu Mutin.[d] iverunt in Fregnanum pro comuni contra domnum Guidinum de Monte-Cuculi, fratrem condam domni Bonacursi, occasione rectificandi castrum unum in servicio[e] de Serafinellis de eadem contrata Fregnani. Et tunc venit comes Maginardus[2] cum maxima quantitate militum de Bononia et de episcopatu in subsidio dicti domni Guidini; et ibi fuit magnum prelium, et ibi fuerunt mortui, capti et suspensi quasi omnes illi de episcopatu Reg., et[f] mortui fuerunt milites et pedites capti. Et tunc domnus Guido de Mandra, qui erat capitaneus illorum de episcopatu Reg. pro comuni, fuit ibi mortuus et unus suus notarius[g]. Et eodem
Nov. anno de mense Novemb. rocha de Bardi venit ad mandata comunis Placencie[3]; et incepta fuit moneta Regina[h] ad laborandum, faciendam[b] et batendam[b] in domo[h] condam[h] Gerardi Maxi.

*f. 74b. *CCLXXVIIII.[i] De emptione et destructione domus Ravani[k] et fratris[l], et de emptione et destructione domus domni Ugonis Specicarii[m] pro comuni pro edificatione palacii comunis, et de curia domni Iacobi de Rodilia, et de pactis domni Guidonis de Suçaria; et de morte Bonifacii de Foliano; et de destructione castri de Sesso; et de morte regis Francie cum aliis suis baronibus iusta terram Cartaginensem[n].

1270. In millesimo ducentesimo LXX⁰ anno. Supradictus domnus Oddo de Oddo-
Ian. 1. nibus fuit confirmatus in Regin. potestatem[o] in Kalendis Ian. usque ad sanctum
Febr. 28. Mart. 1. Petrum. Et eodem anno die Veneris, primo die Marcii[4] destructa fuit domus domni Ravanini, que empta erat pro comuni, que domus[p] in confinibus platee a
Mart. 3. latere desupra. Et die Lune sequenti fuit destructa domus domni Ugonis Specialis[q], et postea fuit ibi edificatum pro comuni omni die cum aliis casamentis ibi prope positis et emptis pro comuni palacium novum comunis[5]. Et eodem anno de mense
Apr. 6. Aprilis die dominica olivarum venit domnus imperator Constantinopolitanus[6] in civitatem[r] Reg., qui ibat ultra mare; et eodem die fecit domnum Iacobinum de Rodilia militem in domo fratrum Minorum; qui domnus Iacobinus tenuit magnam
Maii 1. curiam in Kalendis Madii; et omnes milites et quasi omnes donçelli induerunt se de novo de civitate Reg.[s] et donaverunt ipsas robas. Et eodem anno in die
Maii 22. ascensionis fuit domnus Guido de Suçaria[7] doctor legum in civitate Reg. in consilio generali et iuravit cum ambabus manibus et osculo oris esse perpetuus civis Reg. et sui heredes; et comune Reg. ei dedit tres mansos terre in curia Argini

a) *sic Sal. f.* 409c; dicaa (?) *c.* b) *sic c.* c) et *delendum, quod Sal. omisit.* d) *hoc loco inserta sunt perperam haec verba:* et mortui fuerunt milites et pedites capti. e) illorum *supplendum esse videtur.* f) et — capti *iam supra perperam inserta (vide n.* d*) hoc loco omissa sunt in c.* g) not̄ *c.* h) *haec vox manu recenti superlita est in c. super litteris quae evanuerant.* i) XXV *in loco raso.* k) *sic h. l. c. et in indice cap. p.* 368; *vide infra l.* 25. l) *sic* (fr̄s) *c.* m) *sic h. l. c.; Specialis infra l.* 26. *et in indice cap.* n) cartagin̄ *c.* o) pot *c.* p) erat *supplevit Murat.* q) speciał *c.* r) ciuit̄ *c.* s) de civ. Reg. *pone post* donçelli.

1) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 533; *Ann. Ianuenses, SS. XVIII, p.* 266. *Die Iul.* 24. *castrum traditum esse dicunt Ann. Cremon. supra p.* 21. 2) *De Panico.* 3) *Iam die Oct.* 17; *Ann. Placent. Gib. p.* 538. *Cf. Ann. Ianuenses l. l. p.* 266. 4) *A.* 1270. *Mart.* 1. *fuit dies sabbati.* 5) *Cf. infra cap. CCLXXXII.* 6) *Balduinus II.* 7) *De quo vide F. C. de Savigny, 'Gesch. d. Römischen Rechts im Mittelalter' ed.* 2. *V, p.* 387—398.

et unum molendinum de illis comunis, scilicet melius quod eligere voluit[1] [apud[a] *1270.* portam Sancte Crucis[2]]. Et eodem anno die Iovis quinto exeunte[b] Iunio obiit *Iun. 26.* domnus Bonifacius de Foliano, archidiaconus Reginus et archipresbyter plebis de Campigiola, ad Sanctum Salvatorem, ubi stabat, et fuit sepultus ad ecclesiam maiorem.

Et eodem millesimo et anno. Domnus Guilielmus Putagius de Parma fuit factus potestas Reg., scilicet per sex menses a sancto Petro usque ad Kalendas *Iun. 29.* Ian. Eodem anno de mense Augusti fuerunt derupate fortilicie et castra et *Aug.* domus illorum dominorum et partis de Sesso de episcopatu Regii, et de mense Septemb. fuerunt licentiati illi de Sesso et viginti quatuor eorum amici de epi- *Sept.* scopatu Regii ultra civitatem Bononie et Terdonam et Veronam. Et eodem anno de mense Septembris fuit mortuus domnus Arverius[c] de Palude cum duobus filiis suis et multis aliis a domno Iacobino de Palude. Et eo anno, tempore predicti potestatis mortuus est domnus Lodoicus rex Francie morte *naturali cum *(Aug. 25). *f. 74c.* multis aliis militibus et peditibus in regno Saracenorum, scilicet prope portum Cartaginis in partes[d] Tunicii. Predicto rege Lodoico mortuo rex Phylipus, eius[e] filius dicti regis Lodoici, deportari eum fecit in una casa[f], et Tristan frater dicti regis Phylipi et filius dicti domni regis Lodoici[3]; et hospitatus fuit[4] cum exercitu *1271. (Mart. 31).* suo in civitate et super palacium domni episcopi[5]; et posita fuit dicta capsa iuxta altare sancte Helene, ubi erat corpus predicti regis; et semper ardebant cereos[d] acensos[d] magnos ante dictam capsam; et sequenti die cepit iter cum milicia ex- *(Apr. 1).* ercitus sui, quia redibat in Franciam.

CCLXXX.[g] De morte domni regis Francie et de aliis baronibus, qui morte naturali mortui sunt in terra Tunicii iuxta portum Cartaginis; et de pactis factis inter domnum regem Karulum et regem Tunicii; et de promisione[d] censi et tributi, quos domnus Karulus recipere debebat a rege Tunicii; et de impedimento transitus ultra mare ad recuperandum Terram Sanctam.

Item sub eodem millesimo et anno. Domnus Lodoicus rex Francie christianissimus *Martin. 1270.* non territis[h] laboribus et expensis, quas olim fecerat ultra mare, iterato cum filiis duobus, adiuncto sibi rege Navare et quam plurimis ecclesiarum prelatis et baronibus, pro recuperatione Terre Sancte iter assumpsit. Verum ad hoc, ut facilius Terra Sancta recuperaretur, incidit eis consilium, ut regnum Tunicii, quod in medio existens non modicum dabat transfectantibus[i] impedimentum, primum Christianorum subicerent potestati. Et cum portum et Cartaginem, que est prope Tunicium, potenti manu cepissent, infirmitas, que in illo anno maximo[k] contra confinia maris viguit[l], in eorum Christianorum exercitu nimis invaluit. Et primo quidem[m] filiis regis Francie unum, post legatum domni pape domnum Albanensem cardinalem, deinde ipsum regem Lodoycum christianissimum cum pluribus comittibus et baronibus necnon et aliis simplicibus de medio substulit; quam[n] autem predictus

a) ap. portam s. Cr. *manu Alberti post in marg. suppleta.* b) exeunt *c.* c) *sic Sal. f.* 411c; *sic vel etiam* Aruetius *legi posset in c.* d) *sic c.* e) *dele* eius. f) *sic c. pro* cassa = capsa, *ut infra l.* 19. 21. g) XXX *in loco raso.* h) territus *Martin. et Sal. f.* 411d. i) *sic c. pro* transfretantibus; *cf. supra p.* 522, *l.* 38. k) maxime circa *Martin. et Sal.* l) inguit *c.* m) de *add. Martin. et Sal.* n) feliciter *add. Martin.*

1) *Vide tabulam huius pacti, Tacoli I, p.* 373—375, *datam a.* 1270. *Maii* 22, *quae legitur in Libro grosso p.* 301. *Albertus vel auctor Annalium Reginorum non modo hanc tabulam legisse, sed et in consilio generali adfuisse videtur, cum hoc pactum statueretur.* 2) *Molendinum ibi situm Guido postea elegisse videtur.* 3) *Adde haec fere:* deportabatur in eadem (*vel* altera) capsa; *cf. Sal. f.* 412b, *quem locum vide infra ad cap. CCLXXXI. ex Sal. additum.* 4) *Scil. Philippus III. rex, die Mart.* 31. *a.* 1271; *cf. infra cap. CCLXXXI.* 5) *Guilelmi de Foliano.*

Martin. rex terminaverit[a]. Nam in infirmitate sua laudare nomen Domini non cessans, illam orationem quandoque interserebat: *Fac nos, Domine, prospera mundi despicere et nulla eius adversa formidare.* Orabat pro populo, quem secum adduxerat, dicens: *Esto, Domine, plebi tue sanctificator et custos.* Et cum adpropinquaret ad finem, suspexit in celum, dicens: *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum* *f. 74d. **tuum et confitebor nomini tuo, Domine;* et hoc dicto obdormivit in Domino. Et cum de morte pii regis Christianorum exercitus turbaretur, et Saracenorum exultaretur, Karolus rex Sycilie et Apulie, pro quo adhuc vivens rex Francie, frater suus, miserat, cum magna milicia advenit; de cuius adventu Christianis gaudium, Saracenisque molestia occurrit. Et cum plures viderentur[b] quam Christiani, nullatenus audebant bello generali cum Christianis congredi, sed per quasdam alias astucias multa eis incommoda inferebatur[c], de quibus hoc unum fuit. Est enim regio illa multum sabolosa[d] et tempore siccitatis pulverosa; unde Saraceni statuerunt multa milia hominum super unum montem Christianis vicinum, ut, cum ventus flaret ad partem Christianorum, sabulum moventes pulverem suscitarent; qui pulvis Christianis multam molestiam intulit. Sed tandem pulvere per pluviam sedato, Christiani paratis machinis et variis instrumentis Tunicium per mare et per terram oppugnare intendebant. Quod videntes Saraceni, timore conpulsi pacta cum Christianis inierunt. Inter que dicuntur fuisse precipua, ut omnes Christiani captivi in illo[e] liberi dimitterentur, et quod in monasteriis ad honorem Christi nominis in omnibus civitatibus regni illius constructis fides Christi per fratres Predicatores et Minores et per alios quoscumque libere predicetur, et volentes baptiçari libere baptiçentur; et solutis ex[f] regibus, quas ibi fecerant, rex Tunicii regis Sycilie, scilicet regi Karulo, tributarius est effectus. Plura alia pacta fuerunt, que hic longum fuisset ponere. Et cum ex adventu domni Oduardi regis Anglie et multitudine Frisonum et aliorum peregrinorum in tantum creverat exercitus Christianorum, quod contra[g] CC milia pugnatorum crederentur, et sperarent, quod non solum Terram Sanctam, sed etiam totum Saracenismum subiugare debuissent, peccatis exigentibus absque utiliori[h] utilitate est dispersus. Nam legatus, qui ipsos dirigere debuerat, per mortem subtractus erat. Terra etiam Sancta, ad quam iter ire debuerant, gubernatore[i] peregrinorum carebat[k], patriarcha, qui legatus in Terra Sancta fuit, defunctus erat. Sedes etiam apostolica, que utrobique providere debebat, tunc vacabat. Rex etiam Navarre, qui infirmus de Affrica processerat, in Syciliam veniens est defunctus.

CCLXXXI.[1] De transitu regis Phylipi, filius[m] condam domni Lodoici regis Francie, cum exercitu suo, et comes[m] Flandie cum gente sua *f. 75a. per civitatem Reg.; et de obsidione *castri Corvarie et destructione; et de exercitu Bononiensium super episcopatum Mutinensium; et de magna caristia de rebus victualibus; et de divisione cardinalium et de vacatione sedis apostolice.

1271. In millesimo ducentesimo LXXI⁰ anno. Domnus Ugolinus de Savignano, *Ian. 1.* civis Mutine, Reg. potestas a Kalendis Ianuar. usque ad sanctum Petrum et stetit *Mart. 31.* per sex menses. Et eo anno die ultimo mensis Marcii transivit per civitatem Reg. predictus Phylipus rex Francie cum fratre[1] et exercitu[n] suo et hospitatus fuit in palacio episcopi Reg.[2]; qui rex ibat in Franciam cum predicto corpore *Apr. 7.* patris sui regis Lodoici*. Et post octo dies transivit per dictam civitatem comes *Maio.* Flandie[3] cum gente et exercitu suo. Et eodem anno de mense Madii Cremo-

Sal. f. 412b. *) *In marg. manu Alberti post add.:* Francie, quod deportaverat de Affrica; qui rex obierat in terra Cartaginis prope civitatem Tunicii; et deportabat eum in una capsa conditum cum aromatibus, et in una alia capsa portabat Tristam fratrem suum et filium condam predicti regis Lodoici, qui ibidem in dicta terra Cartaginis obierat cum multis aliis baronibus, qui ibant ad recuperandam dictam Terram Sanctam de ultra mare[4].

a) *quaedam Martini verba omissa sunt.* b) Sarraceni *Martini omissum.* c) inferebant *Martin. et Sal.* d) sabōlosa (saborlosa) *c.* e) regno *add. Martin.* f) expensis *Martin. et Sal.* g) circa *Martin. et Sal.* h) ulteriori *Martin.* i) gubernatōr *c.* k) quia *Martini omissum.* l) XXXI *in loco raso.* m) *sic c. h. l.* n) exercituo, o *expunct., c.*

1) *Petro comite de Alencione. Philippus rex die Apr.* 1. *Parmam venit; Ann. Parm. mai. p.* 583. 2) *Haec iam supra cap. CCLXXIX. relata sunt.* 3) *Robertus III.* 4) *Haec Salimbene fere omnia ex Alberti Libro de temp. cap. CCLXXIX, supra p.* 537, *exscripsit.*

nenses iverunt in exercitum castri Malgrati[1] et ibi in dicta obsidione steterunt 1271. tantum, donec ipsum habuerunt pro concordio, et ipsum castrum destruxerunt et (Maii 24) dirupaverunt. Et eo anno devastata fuit Crema de mense Iunii usque ad foveas dicte terre a Mediolanensibus[2]; et tunc erat potestas Mediolani domnus Robertus *Iun.* de Tripolis. Et eodem anno facta fuit in civitate Bononie quedam societas, que vocabatur societas iustitie[3], et erat valde magna societas de bonis et melioribus de populo dicte civitatis; et posuerunt octuaginta de militibus in confinio propter bonum statum Bononie. Et toto[a] tempore predicti potestatis fuit magna caristia blave, ita quod vendebatur de mense Madii et Iunii sest. fabe VI sol. imper.[b], et melica III sol. imper. et IIII imper. sest., et spelta[c] vendebatur II sol. imper. et dim. pro comuni sest. et privatim X sol. rex., et sest. frumenti vendebatur pro comuni XX sol. rex. et privatim VIII sol. imper. et VIIII sol. imper.[4]

Et eodem millesimo et anno. Domnus Detus de Cançeleriis de Pistorio fuit potestas Reg. per VI menses a sancto Petro usque in Kalendis Ianuar. Et eo anno *Iun.* dictus potestas ivit in obsidionem castri de Corvaria[5] cum militibus et peditibus quarterii de Castello et de Sancto Nazario die XXII. Iulii. Et unus quarterius civitatis *Iul. 22.* Parme venit ad dictam obsidionem[6], et comune Regii duxit tres trabucos, et illi de Parma tres trabucos, et comune de Mantua misit in dicta obsidione XXV[que] balasterios, et comune de Castigiono de Tuscana eodem modo misit balasterios in servicio comunis Reg. ad dictam obsidionem. Et steterunt ad dictam obsidionem dicti quarterii de Castello et de Sancto Nazario per XVII dies; et postea iverunt *Aug. 7.* milites et pedites de quarteriis Sancti Petri et Sancti Laurencii ad dictam obsidionem et steterunt ibi per XXIII dies; et postea reddierunt illi quarterii de Castello et *Aug. 29.* de Sancto Naçario et steterunt per XIIII dies, et iterum reddierunt, et illi de *Sept. 11.* Sancto *Petro et de Sancto Naçario[d] et steterunt per XI dies, et habuerunt dictum **f. 75b.* castrum et terram de Corvaria pro concordio, destruendo et derupando dictum castrum et terram ad voluntatem comunis Reg.; et illi qui erant intus castrum fuerunt affidati in avere et personis et remanserunt in bannis et condempnationibus comunis Reg. Et dictum castrum et terram habuit comune Reg. die sabbati XVIIII° *Sept. 19.* Septemb.[7] Et domnus Iacobinus de Palude habuit pro dicta terra reddenda quatuorcentum libr. imper. Et eodem anno de mense Aug. venerunt Bononienses *Aug.* in exercitum super episcopatum Mutinensem[e] et obsiderunt Savignanum et Montemumbrarum et habuerunt eos[f] et dirupaverunt propter pactum, quod erat inter comune Bononie et Mutine, eo quod non debebant[8] tenere aliquod castrum ultra aquam Scontene, et ideo dirupaverunt eos[f. 9].

a) to *corr.* toto *c.* b) impr *vel* ip̄r *semper c.* c) splelta, l *expuncto corr.* spelta *c.* d) Laurentio *emendandum est cum Dove p.* 188; *supple* iverunt. e) Mutin̄ *c.* f) *sic c.*

1) *Iam die Apr.* 29, *ut Ann. Placent. Gib. p.* 552. *recte tradunt, nam iam die Maii* 1. *data est carta* in obsidione Malgrati iuxta Malgratum, *Codex dipl. Cremon. I, p.* 352, *nr.* 919. *Quod castrum Bosius de Dovaria et ceteri Cremonenses extrinseci tenebant.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 552. 3) *Cf. Matth. de Griffonibus col.* 122. 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 683. 5) *Quod castrum a.* 1267. *Aug. a Reginis captum est, ut supra cap. CCLXXVI. narratur, sed a Gibellinis Reginis et Parmensibus duce Iacobino de Palude iterum occupatum esse apparet.* 6) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 683. 7) *Numerus dierum supra adnotatorum duobus nimius est; quem si computaveris, castrum demum Sept.* 21. *captum esse consequeretur. Quod iam die Sept.* 17. *captum esse tradunt Ann. Placent. Gib. p.* 553. *Cf. tabulam datam a.* 1272. *Oct.* 8, *Tacoli I, p.* 357 *sq., et Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' V, Cod. dipl. p.* 79, *nr.* 916. 8) *Scil. Mutinenses, quod Sal. f.* 412.[d] *addidit.* 9) *Cf. Matth. de Griffonibus col.* 122; *'Cron. di Bologna' col.* 284; *'Cronache Modenesi' p.* 74; *Ann. Placentini Gib. p.* 554.

1271. (Sept. 1). Et eodem anno factus fuit quidam papa Romanus, qui vocabatur Hesenbardus[1] de Vescontibus de Placentia, et vocatus fuit Gregorius decimus papa; et steterunt Romani et omnes Christiani propter divisiones, que erant inter cardinales, per tres annos sine pontifice Romano. Et tempore predicti potestatis pro istis sex mensibus fuit magna carastia[a] de rebus victualibus, ita quod vendebatur sest. frumenti VIII sol. imper. et VIIII sol. imper. privatim, et sest. spelte IIII sol. imper., et sest. melice III[b] sol. imper. et IIII imper., et sest. fabe V sol. imper., et sest. fari[2] IIII sol. imper., et libra grossa de carnibus porcinis XIIII et XVI et XVIII imper., et libra grossa olei olive duos sol. imper., et XIIII ficus siccas[a] I rex., et IIII cavedellos[a] de aliis[3] vel V I rex., et XX castanee cum gusis[4] I rex.[c], et XIIII amigdale I rex., et omnia alia victualia fuerunt in maxima caristia[*, 5].

Sal. f. 412c. *) *In infer. marg. f. 75a. manu Alberti post suppl.:* Et eodem anno MCCLXXI. devastata fuit Crema usque ad foveas a Mediolanensibus, et tunc erat[d] potestas Mediolani domnus Robertus de Tripolis, civis Reg. de Robertis. Et eodem anno facta fuit in civitate Bononie quedam societas, que vocabatur societas iustitie, et erat valde magna societas de bonis et melioribus de populo dicte civitatis; et posuerunt octuaginta[e] de militibus in confinio propter bonum statum Bononie[6].

CCLXXXII.[f] De morte regis Hençi, filius[g] condam domni Frederici imperatoris, qui erat in carceribus Bononie; et de morte domni Octaviani cardinalis; et de emptione domorum, quem[h] fecerunt fratres Minores; et de exercitu Bononiensium contra Mutinenses; et de dompno Guilielmo abbate Sancti Prosperi; et de adventu domni Odoardi regis Anglie cum uxore; et de inceptione palacii comunis novi; et de carastia[a].

1272. In millesimo ducentesimo LXXII⁰ anno. Domnus Tiberius de Rusticis de
Ian. 1. Eugobio fuit Reg. potestas per sex menses, scilicet a Kalendis Ianuar. usque ad
Mart. 14. sanctum Petrum[7]. Et eodem anno die Lune quartodecimo Marcii obiit rex
*f. 75c. Hençus[i], filius condam Frederici imperatoris, *qui erat in carceribus Bononie, et sepultus fuit ad ecclesiam fratrum Predicatorum; et fecit comune Bononie fecit[k] eum inbalsemari[l]; et fecerunt comune et homines Bononie ad mortem suam ei
Mart. magnum honorem fecerunt[k]. Et[m] de dicto mense Marcii obiit domnus Octavianus cardinalis[8]. Et eodem anno fratres Minores emerunt plures domos et solverunt in magna quantitate denariorum in dictis domibus, et expullerunt plures familias de dictis domibus per vim et contra eorum voluntates, et amplificaverunt locum suum et fecerunt viam novam per directum domus domni Arduini de Taculis
Apr. eundo recta linea ante ecclesiam sancti Iacobi. Et eodem anno de mense Aprilis[n] Bononienses cum suis amicis concordaverunt se et fecerunt consilium generale et

a) *sic c.* b) IIII *etiam h. l. c.: cf. supra p.* 539, *l.* 10. c) *hoc loco iterum add. in c.:* et XII (*pro* IIII?) de aliis vel V I rex.; *Sal. inde scripsit:* et XII vel XIIII amigdale. d) erat *c.* e) *sic supra p.* 539, *l.* 7; octoginta *Sal.* f) XXXII *in loco raso.* g) *sic h. l. c. et in indice cap.* h) *sic* q) *c.* i) *recenti manu corr.* hericus *c.* k) *sic iterum c.* l) inbalſemari *c.* m) Et *superscr. c.* n) aprit *c.*

1) *Thedaldus potius.* 2) *Vox Italica* farro *vel* farre. 3) *Salimbene f.* 412[d]: capitella alliorum. *Illam vocem fasciculi vim habuisse patet.* 4) *Ital.* guscio, *Schaale, Hülse; Sal. f.* 412[d]: cum cortice. 5) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 683. 6) *Haec Salimbene ex hoc capite Alberti exscripsit.* 7) *Sequentia omnia fere huius capitis habet Sagacius de Gazata, Chron. Regiense, Muratori, SS. XVIII, col.* 5. 6. *Cf. Dove p.* 72 *sqq.* 8) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 556; *Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 414.

consilium populi et arengum et multa statuta de volendo venire super episcopatum 1272. Mutinensium[a] in exercitum cum carocio suo occasione accipiendi comuni et civitati Mutinensium[a] totum episcopatum quod[b] erat ultra aquam Scontene versus Bononie[b]. Et de hoc fecerunt Bononienses facere fieri unum lapidem sculpitum[b] de litteris, sicut comune Bononie erat firmatum facere predictum exercitum. Et predictus lapis erat muratus et positus in palacio comunis Bononie[1], ita quod potestas[2] et capitaneus populi Bononie videbant dictum lapidem cotidie, quando stabant in palacio[3]; et Bononienses denuntiabant dicto potestati et capitaneo cotidie, ut facerent predictum exercitum, cum comune Bononie de hoc firmatum esset, et dictus potestas et capitaneus iurassent predicta facere. Et civitas et comune Mutinensium[a] noluit dare dictum episcopatum nec terram ultra aquam Scontene dictis Bononiensibus*. Et ideo Mutinenses requisiverunt amicos suos contra Bononienses ad defendendum ab eis. Et in servicio Mutinensium iverunt centum milites, cum tribus equis quilibet, de Cremonensibus, et de Parmensibus duo milia peditum et multi milites. Et domnus marchio de Este[4] de Feraria, et multi milites de civitate Reg., maiores[c] et potentiores et nobiliores de civitate Reg., pro honore suo et non pro comune[b] Reg. iverunt in servicio Mutinensium[5]. Et Bononienses duxerunt carocium suum in platea civitatis Bononie; et quando dicti Bononienses debebant venire ad dictum exercitum, pars de Çiriminis de Bononia nolebat venire contra Mutinenses, et stabant bene armati et parati ad domos eorum. Et si venissent contra Mutinenses, pars *de Çiriminis faciebat[d] venire Bononiam *f. 75d. marchionem de Este cum sua gente et Parmenses et Cremonenses et Reginos et Mutinenses, qui erant Mutine[a], et multos Toscanos et Romagnolos, et expullissent de civitate Bononie partem de Çiriminis[6]; et ita steterunt Bononienses, quod non *(Maii 2).* venerunt [contra[e]] Mutinenses[7]. Item die ultimo exeunte Madio obiit domnus *Maii 31.* Gerardus de Tripolis et sepultus fuit die Mercurio[b] primo Iunii, in vigilia ascen- *Iun. 1.* sionis ad monasterium sancti Prosperi. Et toto tempore predicti potestatis fuit maxima caristia de omnibus rebus victualibus, ita quod sest. frumenti vendebatur VIII et VIIII et X sol. imper., et sest. spelte vendebatur IIII sol. imper. et XIII

*) *In marg. manu Alberti post suppl., quae ita evanuere, ut multa non nisi textu fratris Salimbene* *Sal. f. 413c.* *collato restitui possent:* Insuper miserunt Bononienses Parmensibus ambaxatores suos, qui in palacio comunis Parme contionati sunt, dicendo et rogando ex parte concivium suorum, quod placeret eis non intromittere se de territorio Mutinensium a fluvio qui appellatur Situla usque Bononiam, et ipsi non intromitterent se a predicto flumine usque Parmam. Quod erat dicere: 'Habeatis civitatem Reginam cum episcopatu suo usque ad talem locum sub dominio vestro, et nos habebimus Mutinam cum suo episcopatu usque ad eundem locum sub nostro[f] dominio'. Et responsum fuit eis a Parmensibus, quod non erat consuetudinis eorum destruere vicinos suos. Et remiserunt eos sine effectu, quia non consenserunt eis super hoc negotio, sed servaverunt pacem et amicitiam cum amicis et vicinis suis Mutinensibus et Reginis usque in hodiernum diem.

a) mutin̄ *c.* b) *sic c.* c) maiores — civit. Reḡ *bis scr., semel recenti manu deleta.* d) *interpretare* fecisset. e) contra *supplevit Sal. f.* 413[d], *om. c.* f) ur̄o *c.*

1) *Cf. tabulas datas a.* 1272. *Apr.* 26. *Maii* 2. *Maii* 21, *quarum postremis duabus decretum consilii continetur, ne Mutinensibus bellum inferatur, Savioli, 'Annali Bolognesi' III,* 2, *p.* 452 *sqq., nr.* 770; *Muratori, Antiq. Italiae III, col.* 25 *sq.:* quod lapis, qui est sculptus et positus in muro pallacii occasione dictorum ordinamentorum, removeatur et tollatur. 2) *Luchetus de Gattalusiis de Ianua.* 3) *Cf. Riccobaldi Ferrar. Pomerium c.* 99, *Muratori, SS. IX, col.* 139; *Salimbene f.* 413[c]; *Petrus Cantinelli l. l. col.* 238 *sq.* 4) *Opizo II.* 5) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 75. 6) *Immo* partem de Lambertaciis, *ut Sal. f.* 413[d]. *bene correxit.* 7) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 683.

1272. et XIIII grossos, et sest. melice IIII sol. imper. et XIII et XIIII grossos, et
sest. milii XII sol. rex. et XIII et XV et XVI, et sest. fabe V sol. imper. et VI
sol.[a] imper. et XX grossos, et sest. cicerum VIII sol. imper. et VIIII, et libra
grossa de carne porcina XVIII imper. et XX et XXII imper., et libra olei duos
sol. imper. et XX[1] imper., et pondus casei[b] VIII et VIIII sol. imper., et omnia
alia victualia fuerunt in maxima caristia per totum dictum tempus, et duravit per
duos annos; et sest. de faxiolis VII sol. imper. et XX grossos[2].

Sub eodem millesimo et eodem anno. Domnus Stoldus domni Iacobi de
Rubeis de civitate Florencie factus fuit potestas Reg. per artes civitatis Reg. sive
Iun. 29. per societates misteriorum a sancto Petro usque ad annum novum et stetit per
Iul. sex menses. Et eodem anno de mense Iulii dompnus Guilielmus de Luvisinis
factus fuit abbas monasterii sancti Prosperi et confirmatus per domnum legatum[3],
Iul. 13. qui erat Placentie, et positus fuit in cathedra dictus abbas die Mercurii XIII. Iulii[4],
et in illa die dictus domnus abbas fecit fieri magnum convivium, in quo fuerunt
omnes religiosi et clerici et omnes boni homines de civitate Regii. Et die sabbati
Iul. 30. secundo exeunte Iulio obiit domnus Bonifacius de Canusio et sepultus fuit ad
1273. *Maii 20.* Sanctum Leonardum. Et eodem anno[5] die XX. mensis Madii venit domnus
Odoardus rex Anglie in civitatem[c] Reg. cum uxore sua[6]; qui veniebat de ultra-
Maii 21. marinis partibus et hospitatus fuit in palacio domni episcopi Regini; et sequenti
1272. *(Nov. 10).* die reversus fuit versus partes suas; et inceptum fuit[7] palacium novum comunis
Regii super trebium illorum de Sesso et aliorum casamentorum, scilicet domini[d]
Ugonis Spetialis[8] et aliorum casamentorum coherentium eidem trebio. Et obiit[9]
1273. *(Mart. 4).* domnus Guido Gaius[10] condam domni Ugonis de Robertis et sepultus fuit ad eccle-
siam fratrum Minorum.

CCLXXXIII.[e] Gregorius papa decimus.

f. 76a. Martin. "Gregorius papa decimus, natione Lombardus de civitate Placentie, qui ante vocabatur Hesenbardus[11] de Vescontibus, cepit anno Domini millesimo CC°LXXII°, ab electione sua sedit annis quatuor et di. X; et cessavit episcopatus X di. Hic cum archidiaconus esset Leodionensis[f] et devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens, in palatio Viterbiensi in papam a cardinalibus est electus. Hic fecit unam ordinationem, videlicet ipsorum[g] cardinalium, quam plurimum laudabilem, qui[h] honestas et valentes personas assumpsit. Hic tercio sui pontificatus anno pro utilitate Terre Sancte, quam personaliter visitare intendebat, Lugdunum sollempnem celebravit concilium; in quo Grecorum et Tartarorum sollempnes nuncii interfuerunt, Greci ad unitatem ecclesie reditum promittentes; in signum cuius sanctum spiritum[i] confessi sunt a patre filio quod[k] procedere, simbolum sollempniter in concilio decantando. Nuncii vero Tartarorum, qui fuerunt in concilio, infra concilium bapti-çati ad propria reddierunt. Numerus autem prelatorum, qui fuerunt in concilio, sunt quingenti epi-

a) sol. *bis scr. c.* b) *seq.* n *expunct. c.* c) ciuit *c.* d) *sic h. l. c.* e) *numerus in loco raso.* f) leod'ion *c.* g) episcoporum *Martin.* h) quia *Martin.* i) ipm (ipsum) *(pro* fpm*) c.* k) *sic* (filio qd') *c.;* filioque *Martin.*

1) *Hunc numerum, quem et Salimbene f.* 414[a]. *habet, corruptum esse patet, unde Muratori verba* et XX imper. *omisit.* 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 683; *Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 274; *'Cronache Modenesi' p.* 75. 3) *Wilhelmum Vicedominum archiepiscopum Aquensem, tum cardinalem episcopum Praenestinum; cf. Ann. Placent. Gib. p.* 556. 4) *Cum Iul.* 13. *hoc anno fuerit dies Mercurii, Sagacius de Gazata, Muratori, SS. XVIII, col.* 6, *falso habet* III. mensis Iulii. 5) *Immo a.* 1273, *ad quem annum sequentia recte posuit Sagacius de Gazata l. l.* 6) *Alienore.* 7) *A.* 1272. *Nov.* 10, *ut Sagacius l. l. scribit.* 8) *Cf. supra cap. CCLXXIX.* 9) *A.* 1273. *Mart.* 4, *ut Sagacius l. l. refert.* 10) *Guidocarus falso dicitur a Sagacio. Cf. Salimbene f.* 418[a]: domum condam domni Guidonis Gaii de Robertis; *et infra cap. CCXCIII:* Guidonis Gagii. 11) *Cf. supra p.* 540, *n.* 1.

scopi, LX abbates, et alii prelati CC[a] mille. Hic in concilio multa bona constituit, videlicet pro sub- [*Martin.*] sidio Terre Sancte, pro electione summi pontificis et pro statu ecclesie universalis. Huius tempore Rodulfus rex Romanorum et rex Francorum cum multis baronibus pro subsidio Terre Sancte cruce signati fuerunt. Hic papa fuit mire experientie in secularibus nec intendebat peccuniarum lucris, sed pauperum elimosinis. Mortuus est Arritii et sepultus ibidem.

CCLXXXIIII.[b] De muratione palacii novi usque ad sumitatem et de vegete murata de Foliano, et de adventu pape Gregorii decimi in civitate Regii.

In millesimo ducentesimo LXXIII°[1]. Domnus Çaldus de Cançelleriis de [1273.] Pistoria fuit potestas Reg. et incepit potestariam in Kalendis Iulii et finivit eam [*Iul.* 1.] ultima die Decemb. Et eo anno muratum fuit palacium novum dictum comunis [*Dec.* 31.] Reg. usque ad sumitatem in illis sex mensibus; et facta fuit vegex[2] murata de Foliano. Et eodem anno in XXVII. die mensis Septembris, scilicet in festivitate [*Sept.* 27.] sanctorum Cosme et Damiani, venit domnus papa Gregorius decimus in civitatem[c] Reg. cum cardinalibus et hospitatus fuit ad monasterium sancti Prosperi extra civitatem Reg.[3], et sequenti die ivit Parmam[4] et postea ivit ad terram Lugdonis*. [*Sept.* 28.]

*) *In marg. infer. f.* 76[a]. *manu Alberti suppl.:* In anno Domini MCCLXXIII. Iste Gregorius [*Sal. f.* 414[b].] fuit vir magne religionis, amator pauperum, largus, benignus super omnes, multum misericors et mansuetus. Hic cum archidiaconus esset Leodionensis[d] et devotionis causa ivisset ultra mare, ibidem existens, in palatio Viterbiensi eligitur in papam a cardinalibus. Hic[e] fecit unam ordinationem, videlicet ipsorum[f] cardinalium, quam plurimum laudabilem, quia honestas et valentes personas assumpsit. Hic tercio sui pontificatus anno pro utilitate terre[g], quam personaliter visitare intendebat, Lugdunum sollempne concilium celebravit et cet. ut supra in ystoria dicti pape[5].

CCLXXXV.[h] De emptione campi, ubi fit fera sive mercatum comunis Reg., de denariis pedagii salis et mercationum; et de concilio facto per domnum Gregorium papam decimum in terra Leonis et electione *comitis Rodulfi ad imperialem dignitatem; et de discordia [**f.* 76[b].] Bononiensium et de expulsione Lambertaciorum de Bononia.

In millesimo ducentesimo LXXIIII°. Domnus Leonardus de Amatis de Cre- [1274.] mona Reg. potestas, qui stetit per sex menses in dicta potestaria, scilicet a Kalendis [*Ian.* 1.] Ian. usque ad sanctum Petrum*. Et eodem anno emptum[i] fuit pro comune[i] Reg. campum[i], ubi fit fera et mercatum pro[k] comune[i] Reg., de denariis[l] pedagii salis et mercationum pro sexcentum[i] sexaginta libr. imper.[6]; quod[i] campum[i] positum est extra portam Sancti Petri iusta foveas civitatis a latere superiori strate regalis, et

*) *In marg. manu Alberti post suppl.:* Et eodem anno Bononienses cum Lombardis [*(Sept.)*] et aliis Romagnolis obsederunt Furlivium. Et in MCCLXXV. Faventini cum supradictis adiutoribus[m].

a) circa *Martin.* b) XXXIIII *in loco raso.* c) ciuit *c.* d) leod'ion *c.*, *ut supra p.* 542, *l.* 28; ecclesie, *quod Sal. addit, non ex eius libro hoc loco repetitum est.* e) Hic̄ *c.* f) *sic et Sal. ut supra p.* 542, *l.* 30. g) sancte *omissum.* h) *numerus in loco raso.* i) *sic c.* k) *sic iterum c.* l) denar̄ *c.* m) *sic clauditur haec adnotatio in c.*

1) *Hinc incipiunt annales ab ipso Alberto Milioli compositi, qui omisit prius spatium semestre anni* 1273. *(Ian. — Iun.), cum iam in cap. CCLXXXII. quaedam illo tempore facta ad a.* 1272. *falso adnotaverit. Cf. supra p.* 338. 2) *i. e.* veges, *Ital.* veggia, '*Weinfass*'. 3) *Cf. Sagacius col.* 7. 4) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 684. 5) *Cap. CCLXXXIII, p.* 542. 6) *Cf. Sagacius col.* 7.

1274. tenet ad pontem Lovonem et viam que vadit ad domum fratrum Humiliatorum
(Maio). et fovea[a] comunis mediante strata. Et eodem anno factum fuit concilium
generale per supradictum papam Gregorium ad civitatem Leonis[b], et fuerunt Greci
ad predictum concilium et venerunt ad fidem catholicam et ecclesie Romane. Et
eodem anno ad dictum concilium electus fuit comes Rodulfus de Alamania in im-
peratorem Romanorum. Et eodem tempore civitas Bononie fuit in magna
discordia et per Bononienses fuit conbusta pro parte; et pars imperiale[a] fuit ex-
Iun. 24. puliata[a] de dicta civitate in festivitate beati Iohannis Baptiste, scilicet pars Lam-
Iun. 2. bertatiorum. In quo anno et die sabbati secundo intrante Iunio in mane pars
imperialis Bononie timore subcursus[a], qui veniebat parti ecclesie dicte terre contra
eosdem imperiales, absque ullo bello et violentia afugit[a] de Bononia et Faventiam[c, 1].
In quo anno factum fuit generale concilium per dictum domnum papam Gregorium,
Maii 1. et inceptum fuit prima die Madii in terra Leonis[b, 2].

Eodem millesimo et eodem anno. Domnus Catelanus de la Tonsa de Florencia
Iun. 29. Reg. potestas, qui stetit per sex menses, scilicet a sancto Petro usque ad Kalendas
(Sept.) Ian. Et eodem anno obsessa fuit civitas Faventie a Bononiensibus intrinsecis,
qui erant de parte ecclesie, cum certa quantitate militum et peditum et balesteri-
orum civitatis Mutine, Reginorum[d] et Parmensium et Cremone, et fuit guastata
cirumquaque[3]. Et factum et edificatum fuit et cavatum navilium novum a latere
de sero strate regalis usque ad alium[e, 4]; et completum fuit palacium comunis
Reg.[5], et factum fuit consilium et ratio super predictum palacium die . . . . .[f];
et superstans dicti palacii fuit dominus[a] Guilielmus Bereterius[g] ad ipsum palacium
fieri faciendum, et ipse in principio incepit et bene complevit.

*f. 76c. *CCLXXXVI.[h] De disconficta Bononiensium[i] intrinsecorum per Bononienses extrinsecos et per Faventinos et de mortalitate apud pontem Sancti Proculi; et de inundatione aquarum, que fuerunt in planitie, et de nive magna, que fuit in montanis, et mortalitate[k] porcorum propter famem.

1275. In millesimo ducentesimo LXXV⁰ anno. Domnus Scolagius de Cavalcantis
Ian. 1. de Florentia Reg. potestas per sex menses, et incepit potestariam in Kalendis Ian.
Apr. 24. et stetit usque ad sanctum Petrum. In quo anno et mense Aprili, die septima
dicti mensis exeuntis milites Bononie una cum Niculutio Balugani potestate Bo-

a) *sic c.* b) *post superscr.* Lugdonis. c) *supple* ivit *cum Sal. f.* 414[d]. d) regiñ et parm̃ *c.* e) *seq.* nc *expunct. c.* f) *nulla lacuna in c.* g) ret *certe legi nequit in c.* h) XXVI *in loco raso.* i) bononiensium *c.* k) mortalitalitate *c.*

1) *Cf. Matth. de Griffonibus col.* 123 *sq.; Ann. Parm. mai. p.* 684*; Riccobaldi Ferrar. Pomerium l. l. col.* 140*; Ann. Placent. Gib. p.* 560*; Sagacius col.* 7*; Alex. Tassoni et Bonif. Morani Cron. p.* 76*; Salimbene f.* 376[a]*; Petrus Cantinelli col.* 239*; Ann. Bonon. breves, Calogerà, 'Nuova raccolta d'opuscoli scientif.' IV, p.* 134*; Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 416. *Quorum plerique dicunt die Iun.* 2. *Gibellinos aufugisse. Nescio, quid die Iun.* 24. *actum sit.* 2) *Iam tertio aut, si reputas notam marginalem supra p.* 543, *l.* 23, *quarto Albertus de concilio Lugdunensi dicit.* 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 560*; Ann. Parm. mai. p.* 684*; 'Cron. di Bologna' col.* 286*; Salimbene f.* 415[c]. 4) *Cf. Sagacius col.* 7. 5) *Idem dicit Sagacius l. l. Sed Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' II, p.* 98. *hanc affert inscriptionem ex historia Italiae Azarii:* MCCLXXVI, ind. IIII. Opus palatii factum et completum per domnum Guillelmum Berterium tempore domni Iohannis de Piscarola pot[estatis] Re[g]. *Cf. infra cap. CCLXXXVII.*

nonie, cive Esii[a], et Malatesta de Virulo[b], cive Arimini, capitaneo populi Bononie, 1275. equitaverunt contra Faventinos et extrinsecos de Bononia, qui erant Faventiam[c]; et cum essent ante portam Faventie civitatis, Faventini et extrinseci Bononie equitaverunt ad quedam castra, que detinebantur per Bononienses; et reddeuntes Faventiam invenerunt miliciam Bononie, et cum eis tamquam in periculo constituti viriliter cum eis[d] bellum inceptum; et sicut Deo placuit, Bononie milicia fuit totaliter disconfita, et quidam ex hiis mortui, quidam capti, quidam mortifere vulnerati; et hoc fuit iusta pontem Sancti Proculi, qui est prope Faventiam per duo miliaria. In quo anno et mense Iunii, die Iovis XIII[a] dicti mensis Bono- *Iun.* 13. nienses cum vocato[e] auxilio Lombardie exercitum fecerunt contra Faventinos et Furlunenses[f] ad vastandum eos; ad quorum[1] auxilium iverunt certa talia[2] militum Ferarie et balestariorum et Mutinensium et Reginorum et Parmensium; et castramentati fuerunt citra pontem Sancti Proculi prope civitatem per duo miliaria; in quorum exercitu infinita erat militum et peditum multitudo; qui cum[g] dicta die devastantes Faventinos et[h] pontem transissent, Guido comes Montis-feltri, capitaneus guerre Faventinorum et Forlunensium[i] et partis extrinsece de Bononia, misit ad Malatestam capitaneum Bononie, quod[k] volebat bellum omnino; et illico Faventiam exivit cum tota gente sua et acies suas designavit ad bellandum, et idem[l] Malatesta suas acties[m] ordinavit; qui suis omnibus designatis, Guido comes in Bononienses irruit viriliter et conpetenter, eosdem totaliter expugnando, persequendo milites et interficiendo et capiendo; quibus omnibus militibus et[n] fugatis, cessis[o] et diro submissis gladio, reduxit se dictus Guido comes contra populum, qui *erant sine numero, ultra quatuor milium[c], qui erat adhuc in campo in una *f. 76d. massa ad vexillum carocii; qui populus absque ullo prelio[3] reddidit[p] se domno comitti ut captivus, et tunc ductus fuit in Faventiam et carceri tradictus[c] cum victoria et triumpho. Item Faventini incontinenti iverunt ad locum ubi[q] requiescebatur[r] exercitus continue et habuerunt sine ulla diminutione omnia exercitus, paviliones et tenças, currus et alia neccessaria ad exercitum. Item multi milites potentes et nobiles mortui fuerunt in dicto bello, scilicet domnus Nicolaus de Baçaleriis et domnus Henriguçius de Galuciis de Bononia, et alii inter milites et pedites bene tria milia CCCXXV de Bononia[4]. Item de Regio mortui fuerunt domnus Iohannes Roxellus de Robertis, capitaneus tunc militum Reginorum, et domnus Prinçivallus de Menoço et domnus Guido Briga[5], filius condam domni Bernardi Coradi, et portati fuerunt quilibet in una cassa; et primi duo, scilicet domni Iohannes et Princivallus, sepulti fuerunt simul ad locum fratrum Predica-

a) *sic recte correxit Sal. f.* 415[a]; esisii *c.* b) Viruclo *correxit Sal.* c) *sic c.* d) *sic iterum c.* e) *sic* (cū uocato) *c.*; convocato *correxit Sal.* f) *sic c.;* Furlivienses *Sal.* g) *sic correxit Sal.;* eam *c.* h) et *delendum, quod Sal. omisit.* i) fornulensium *c.* k) *sic recte* (ꝗ) *c., minime* qui (q), *ut Dove p.* 195. *dixit.* l) *sic c. et Sal.; lege* item. m) *sic h. l. c.* n) *lege* fugatis et, *aut dele* et; infugatis *Sal.* o) *sic c. pro* cesis. p) reddit *post corr.* reddidit *c.* q) ub *c.* r) *sic* (reqescebat̃) *c.*

1) *Bononiensium scilicet.* 2) *Vide de hac voce Gloss. mediae et inf. Lat. s. v.* talia 4. 3) *Multos e populo occisos esse tradunt Petrus Cantinelli col.* 245, *qui copiose de utroque proelio refert, et Riccobaldus Ferrar. in Pomerio l. l. col.* 140. *et alii eorum, quos infra attuli. Sed et Albertus hoc dicit infra l.* 31. 4) *Praeterea de utraque clade Bononiensium cf. Ann. Mant., SS. XIX, p.* 27; *Matth. de Griffonibus col.* 124; *'Cron. di Bologna' col.* 286 *sq., ubi multa ex Pomerio Riccobaldi exscripta sunt; Ann. Placent. Gib. p.* 560 *sq. De secundo proelio solo Ann. Parm. mai. p.* 684 *sq.; Salimbene f.* 376[a]; *Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 417. 5) *Sagacius de Gazata l. l. col.* 8. *habet* Guido Ugoni *pro hoc.*

1275. torum, quilibet in sua sepultura, et positi fuerunt in bara, quilibet in sua, ad
ecclesiam sancti Bernabei extra portam Sancti Petri; et omnes de civitate exiverunt
Iun. 15. extra civitatem obviam eis; et hoc fuit die sabbati XV. Iunii. Domnus vero Guido
Briga postea ductus fuit per plures dies in una alia cassa et sepultus fuit ad
locum fratrum Minorum. Item mortuus fuit ibi in dicto campo domnus Nicolaus
condam domni Phylipi Episcopi[1], qui erat iudex tunc cum potestate Bononie.

Eodem anno et millesimo post sanctum Petrum electus fuit domnus Nicholaus
Iun. 29. Brochus, civis Luche, Reg. potestas et stetit per sex menses a sancto Petro usque
Sept. 18–21. ad annum novum. Et eo anno incepit pluvia venire in temporalibus[a] de fera
Dec. ex. sancti Mauricii[2], et ante nativitatem Domini venit diluvium maximum aquarum
et duravit per plures dies, et inundationes aquarum magne fuerunt, et flumina
sparserunt et exiverunt de locis suis et sparserunt per episcopatum Reg. Et hyemps
tota fuit pluviosa eo anno et sequenti in planitie; et in montaneis partibus fuerunt
nives magne ultra modum et fuerunt in quibusdam locis per montaneas partes
alte per quinque brachia et in quibusdam maiores per VI brachia; et duravit pre-
dicta nix per plures menses per predictum annum et sequentem[3]. Et fuit maxima
mortalitas porcorum et aliarum bestiarum in predictis partibus montanee propter
pestilenciam famis, quia non habebant aliquid, quod darent predictis bestiis, et
coquebant fenum et pistabant pro porcis pascendis. Et eodem anno venit Regium
**f.* 77a. papa Gregorius X[us], qui fuit de Placentia, cum curia et cardinalibus *a civitate
Dec. 6. Leonis in civitatem[b] Regii die V. Decembr., in festo sancti Nicolai[4], et hospitatus
Dec. 7. [fuit[c] in palacio] domni Guilielmi Reg. episcopi, et alia die recessit, quia ibat
Romam, et infirmatus fuit in civitate Aricii*.

*) *In marg. manu Alberti e Sal. f.* 415d. *post suppl.:* et stetit ibi infirmus multis diebus.

CCLXXXVII.[d] De morte domni Gregorii pape decimi et de electione domni Innocentii pape quinti; et de stationibus palacii novi datis ad pensionem mercatoribus; et de diluvio fluminum et aquarum multarum, que destruxerunt blavas et alia victualia; et de morte domni Innocentii pape et de electione domni pape Adriani V. et de morte eius et de electione[e] domni Iohannis pape vigesimi primi.

1276. In millesimo ducentesimo LXXVI⁰ anno. Electus in Regin. potestatem[f]
Ian. 1. domnus Iohannes de Piscarola, civis Cremone, per sex menses, scilicet a Kalendis
Ian. usque ad sanctum Petrum. Et eodem anno obiit Gregorius papa decimus
Ian. 10. in civitate Aricii X. die Ianuarii, in festo sancti Pauli primi heremite. Et
eodem anno et eodem mense electus fuit in papam[g] frater Petrus de ordine Predi-
catorum de Burgundia de civitate Treçana[h, 5], et vocatus fuit papa Innocentius V[us],

a) bus (bȝ?) *certe legi nequit.* b) ciuit̄ *c.* c) fuit in pal. *omissa in c. (cf. supra c.* 281, *p.* 538, *l.* 38; *c.* 282, *p.* 542, *l.* 19*), quae Sal. f.* 415d. *supplevit.* d) *numerus e corr.* e) elec|tlectione *c.* f) pot̄ *c.* g) p̄p. *c.* h) Trençana *infra p.* 548, *l.* 11.

1) Nicolaus Filippi Avventi *Sagacius l. l.* 2) *i. e. diebus quatuor temporum mensis Septembris, Sept.* 18. 20. 21; *festum s. Mauricii est Sept.* 22. 3) *A die Nov.* 29. *anni* 1276. *usque ad Apr.* 1. *anni* 1277. *magnam nivem fuisse et illa hieme mortalitatem bestiarum Ann. Parm. mai. p.* 685. *falso, ut videtur, referunt. Mense Febr. anni* 1275. *magnam nivem fuisse tradunt Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 417. 4) *Festum s. Nicolai est Dec.* 6 *(non* 5*), et hoc die papam Regium venisse patet ex Ann. Parm. mai. p.* 685, *ubi papa Dec.* 5. *Parmam venisse, sequente die inde recessisse dicitur.* 5) *Tharentasia, ut Sal. f.* 416*bis b* *scribit.*

1276.
die XXI. Ian., et obiit VIIII. die exeunte Iunio*. Et eodem anno date fuerunt ad pensionem mercatoribus stationes palacii novi comunis prope pasca resurrectionis[1]. Et fuit pasca V[0] die intrante mense Aprilis[a]. Et eodem anno die Martis exeunte[b] Iunio, in vigilia sancti Iohannis Baptiste venit diluvium maximum aquarum, ita quod Crustuneum crevit sic, quod a Rivalta citra usque ad Bagnolum terra tota erat in aqua. Et plures persone necate fuerunt et mortue. Et blaude, que erant in campis, portate fuerunt de loco ad locum per loca campestria illa occasione, et pontes destructi fuerunt et domus devastate et segetes mirabiliter submerse. Et strata de Raçolo iusta Bagnolum dirupta. Et glara super strata posita portata fuit in campis et fossatis, ita quod tale diluvium auditum non fuerit in illis partibus, et nulla antiquitas hominum memorat; et segetes mirabiliter submerse[c, 2]. Et Crustuneum crevit et sparsit alio modo[3] iusta Sanctum Stephanum extra portam, quod inundationes aquarum ascenderunt super stratam in burgo Omnium Sanctorum, et implete fuerunt domus de predicto burgo ab utraque parte strate de aqua, que veniebat de Crustuneo, et tota strata, ita quod navis poterat ire per dictam stratam super aquam; et totum hospitale sancti Geminiani similiter plenus[d] fuit aqua; et totum hospitale sancte Katerine erat plenus[d] aqua, ita quod tota strata videbatur esse navigium magnum; et maximum dampnum recepit dictum hospitale sancti Geminiani *de blavis et aliis, que ducte fuerunt per dictum diluvium; et tota strata de Mutilena videbatur esse navigium; et iuncta fuit flumen aque[e] Mutilene cum aqua Crustunei, et ibant dicta flumina per campos et domos, ita quod videbatur, quod esset ibi mare. Et plures bestie necate fuerunt, scilicet pecudes hospitalis sancti Petri et alie multe bestie; et nec audite[d] nec vise[d] fuerunt talia diluvia, et tales inundationes aquarum ab antiquis non recordabatur[d]. Et ista diluvia fuerunt per totum mundum, et duraverunt predicte pluvie et predictum diluvium per totam estatem et per totum autumpnum, ita quod bene homines non poterant seminare; et per villam Crustunei prope Masençaticum et[f] implete fuerunt domus aque[d] de fluvio Rodani; et per predictum tempus duravit[g] per XIIII menses. Et Rodanum et alia flumina sparserunt per episcopatum Regii, et predictus fluvius Rodani sparsit super stratam Sancti Mauricii et super strata inglarata et per strata[d] Gavassie; et implete fuerunt domos[d] de aqua[h] de Piniço et per totam terram Pinici; et a ponte de asidibus[i] supra Rodanum versus Regium non videbantur loca campestria, quia omnia erant plena aqua; non aliquo loco non[k] videbatur terra nisi aqua tantum. [Et[l] duravit predicta][m].

Ian. 21. Iun. 22. Apr. 5. Iun. 23. (Iun. 29). *f. 77b.

*) *In marg. infer. f.* 77[a]. *manu E saec. XIV. in. suppleta:* Eodem anno inventum fuit corpus beati Venerii confessoris[4] in ecclesia sancti Prosperi de Castello in altare ipsius sancti die XIX. mensis Aprilis et in eodem altari recunditum[d] cum honore per Nicholaum sancte Regine ecclesie archipresbiterum in presencia populi civitatis Reg. per preconem solepniter[d] cungregati[d] et in presencia clericorum et religiosorum ipsius civitatis. Apr. 19.

a) apl̄ *c.* b) exeunt̄ *c.* c) et seg. mir. subm. *iam supra l.* 8. *leguntur, hoc loco delenda sunt.* d) *sic c.* e) aqua fluminis *Albertus scribere voluisse videtur, ut Sal. f.* 416 *bis c. correxit.* f) et, *ante quod punctum positum est in c., delendum.* g) pluvia *supplerit Sal.* h) de aqua domos *corrigendum esse videtur.* i) *i. e.* asseribus, *Italice* asse. k) *sic iterum c.* l) Et dur. pred. *manu Alberti, sed alio atram. suppl.* m) pluvia per XIV menses *recenti manu saec. XVII. add. e l.* 29.

1) *Mense Martio, ut dicit Sagacius col.* 8. 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 685; *Ann. Placent. Gib. p.* 563. 3) *I. e. iterum, scilicet die Iun.* 29, *ut tradunt Ann. Parm. mai. l. l. Cf. Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 418. 4) *De quo vide add. ad cap. CXXIII, supra p.* 418.

1276. Iun. 29. Eodem millesimo et anno post sanctum Petrum electus fuit in potestatem[a]
Regii domnus Mafeus Maçi, civis Brixie, et stetit per sex menses a sancto Petro
(Iun. 22). usque ad annum novum. Et eodem anno obiit Innocentius papa quintus[1]. In
quo anno factus fuit papa domnus Ottobonus[b] de Fisco, civis Ianue, et vocatus fuit
Iul. 11. Adrianus papa V^us^, die XI. Iulii, et obiit XVII. die mensis Augusti[2]. Et eodem
Aug. 17. anno electus fuit in papam magister Petrus Yspanus, et vocatus fuit papa
Sept. 17. Iohannes XXI^us^, die XVII. Septemb.[3] Et magne pluvie et diluvia fuerunt eodem
tempore, ita quod homines non poterant seminare, et tales inundationes aquarum[4]
fuerunt[c] anno, quod ab antiquis non recordabatur.

CCLXXXVIII.[d] Innocentius papa quintus.

Martin. C. Innocentius papa V^us^, natione Burgundus de civitate Trençana[5], Petrus ante dictus, de ordine fratrum Predicatorum, cepit anno Domini MCCLXXVI, sedit men. V et duobus diebus; et cessavit episcopatus diebus XVIII. Hic a puericia in ordine fratrum Predicatorum ex nunc[e] de cetero in sacra scriptura eximius efficitur, deinde in archiepiscopum Lugudonensem et post in proximum[f] Hostiensem, tandem in summum pontificem assumitur. Hic licet multa propo-
*f. 77c. suisset facere, morte privatus[g] nil notabile fecit; mortuus est *Rome et in ecclesia Lateranensi sepellitur.

CCLXXXVIIII.[h] Adrianus papa V^us^.

ib. Adrianus papa V, natione Ianuensis, Ottobonus ante dictus, cepit anno Domini MCCLXXVI°, sedit men. I et di. IX. Rome eligitur in palacio Lateranensi et Viterbii moritur et sepellitur; et cessavit episcopatus di. XXVIII. Iste Adrianus nepos Innocentii pape quarti et ab ipso in cardinalem est Sancti Adriani promotus, a domno Clemente quarto legatus in Angliam pro guerra, que ibidem inter regem et barones orta fuerat, sedanda missus. Hic papa fecit[i] constitutionem, quam papa Gregorius X^us^ in concilio Lugdunensi de restitutione[k] cardinalium post[l] electionem summi pontificis ediderat, suspendit, proponens eam aliter ordinare; sed morte preventus constitutionem sic suspensam relinquid[m].

CCLXXXX.[n] Iohannes papa XXI^us^.

ib. Iohannes papa XXI^us^, natione Hyspanus, cepit an[no] Domini MCCLXXVI, sedit men. VIII, di. I; et cessavit episcopatus men. VI, di. VII. Hic pontifex Iohannes, Petrus Anndens[o] vocatus, in diversis scienciis famosus, primo Tusculanus episcopus, tandem Romanus pontifex efficitur; qui scientialem florem et pontificalem dignitatem quadam stoliditate deformabat, adeo ut natura[p] industria pro parte currere[q] videretur. In hoc tamen quam plurimum laudabilis fuit, quod se tam pauperibus quam divitibus comunem exhibuit, multos egentes studium litterarum amplectentes fovit et in beneficiis ecclesiasticis promovit; et cum vite spacium in annos plurimos extendi crederetur[r] et hec etiam coram multis assereretur[s], subito cum camera nova, quam pro se Viterbii certa[t] palacium construxerat, solus corruit, et ibidem in ecclesia sancti Laurentii est sepultus.

---

a) pot̄ *c.* b) Octobonus *facile in cod. legi posset, ut Sal. f.* 416bis d. *scripsit.* c) *supple* hoc. d) XXVIII *in loco raso.* e) Pred. existens, doctor in s. *Martin.* f) episcopum *Martin.* g) preventus *Martin.* h) XXVIIII *in loco raso.* i) factus *Martin.* k) restrictione *Martin.* l) propter *Martin.* m) *sic c.* n) XXXX *in loco raso.* o) Anndeñs *c.* (*corruptum ex* an̄ des); ante dictus *Martin.* p) naturali *Martin.* q) carere *Martin.* r) crederet et hoc *Martin.* s) assereret *Martin.* t) circa *Martin.*

1) *Quod iam supra p.* 547, *l.* 1. *dictum est.* 2) *Potius die Aug.* 18, *ut videtur.* 3) *Aliquot diebus ante electus esse videtur, sed quo die, hucusque non certo constat.* 4) *Videlicet die Nov.* 6. *post supra dictas, ut tradunt Ann. Parm. mai p.* 685. 5) *Cf. supra cap. CCLXXXVII, p.* 546, *n.* 5.

ADDITAMENTUM.

Nicholaus[a] papa III.[1]

Nicholaus papa tercius, natione Romanus, cepit ann[o] Domini MCCLXXVII, 1277.
sedit annis III. Circa festum sancti Andree apostoli[b] fuit electus[2], indictione V[a]. *Nov.* 30.
Hic vocabatur domnus Iohannes Gaietanus de Ursinis de civitate Romana, diaconus cardinalis Sancti Nicholai de Carcere; pulcher clericus fuit, nobilis, litteratus et bonus[c]. Multis annis steterat cardinalis, quem papa Innocentius quartus fecerat. Hic fuit cardinalis ordinis fratrum Minorum[3] et ordinis sancte Clare et habebat curam super inquisitores heretice pravitatis, qui etiam [in[d]] aliqua provincia erant ex ordine Minorum, in aliqua ex ordine Predicatorum. Toto tempore, quo cardinalis fuit, nunquam voluit dona suscipere sicut alii cardinales, sed semper de patrimonio vixit. Quidam Anglicus Cisterciensis fuit cardinalis, qui recipiebat, sed omnia dabat pauperibus. Hic, scilicet domnus Nicholaus, multum erat morosus homo ad expediendum aliquos de negociis suis. V mensibus[4] cessaverat episcopatus a morte precedentis pape, antequam eligeretur iste. Anno primo pontificatus sui,
id est MCCLXXVIII[o] in mense Martii, sabbato[e] quatuor temporum in maiori 1278.
quadragesima[f], in festo sancti Gregorii pape fecit novem cardinales[5]; quo die fuit *Mart.* 12.
terremotus circa horam nonam. Duos fecit cardinales ex ordine fratrum Minorum, scilicet fratrem Ieronimum de marchia Anconitana, generalem ministrum, et fratrem Benintendi[6] episcopum Tudertinum, amicum suum. Et multos fecit de parentela
sua[7]. In mense Augusti obiit exquilentia[g, 8] in octava assumptionis beate Marie 1280. *Aug.* 22.
virginis[9]. Nichil memoriale fecit, excepto quod regulam fratrum Minorum, quorum cardinalis fuerat, sollempniter exposuit[10]. Viridarium[h] et palacia iusta ecclesiam sancti Petri fecit edificari[11]. Multas decimas collegit pro succursu Terre Sancte, quas postea habuit papa Martinus quartus et eas expendidit[i] in guerris faciendis, maxime contra Romagnolos et precipue contra Furlivienses. Item dictus papa Nicolaus abstulit rocham de Suriano comittibus dicte terre roche[k], quia imputati et inventi fuerunt [stu]dentes[l] hereticorum; et hac de causa abstulit eis et dedit dictam rocham cum territorio dicte roche in feudum domno Ursone[i] de Ursinis, fratri suo, pro ecclesia Romana. Et distat dicta rocha a civitate Viterbiensi per octo miliaria. Et obiit ibi dictus papa Nicolaus et sepultus fuit in civitate Romana apud Sanctum Petrum.

---

a) *hoc totum additamentum in infer. marg. f.* 77[c]. *Alberti manu post suppletum est.* b) apost. *superscr. c.* c) us *certo legi nequit.* d) in *om. c.* e) *haec vox certo legi nequit in c.* f) XL[a] *c.* g) *sic c.; nescio an* ex quilentia *scribendum sit.* h) Viri *certe legi nequit in c.* i) *sic c.* k) *sic c.;* roche *hoc loco delendum esse videtur.* l) stu *legi nequit in c.; fortasse* credentes *scriptum erat.*

1) *Hoc caput a fratre Salimbene compositum esse apparet, ut alibi demonstrabo.* 2) *Eadem verba vide Sal. f.* 417[c]. 3) *Cf. Sal. f.* 417[c], *qui locus infra p.* 551, *l.* 18 *sqq. ad cap. CCXCI. ab Alberto additus est.* 4) *Sex mensibus et quinque diebus. Iohannes XXI. obiit die Maii* 20, *Nicolaus III. Nov.* 25. *electus est.* 5) *Die sabbato Mart.* 19. *hoc factum esse dicunt Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 420. *Cf. Martini Cont. Rom., SS. XXII, p.* 476; *Martini Cont. Anglica fr. Minorum, SS. XXX, p.* 713. 6) *Bentivengam, a Sal. f.* 417[c]. *dictum Benceven.* 7) *Cf. Sal. f.* 281[a]. 8) *Est procul dubio verbum Italicum* squinanzia, *nobis 'Bräune'. Cf. Iacobi Aurie Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 291. 9) *Vide eadem verba Sal. f.* 419[d], *quae Salimbene ex cap. CCXCVII. Alberti exscripsit.* 10) *Cf. Sal. f.* 417[c]. *et infra p.* 551, *l.* 20. 11) *Quod permulti auctores referunt, ut Cont. Rom. l. l.*

CCLXXXXI.[a] De expulsione et captione domni Napulionis de la Turre cum aliis de Turre de civitate[b] Mediolani et de carcere eisdem facto in civitate de Como, et de morte domni Francisci[c] de la Turre; et de mortalitate et pestilentia et de caristia[d] magna; et de morte domni Iohannis pape XXI. et de electione Nicolai pape tercii; et inceptum fuit claudi flumen taleate.

1277. In millesimo ducentesimo LXXVII⁰ anno. Domnus Brexanus de Sala, civis
Ian. 1. Brixie, fuit Rex. potestas a Kalendis Ian. usque ad sanctum Petrum et stetit per
Ian. 21. sex menses. Et eodem anno de mense Ian., die Iovis XI. exeunte[e], in festo sancte Agnetis domnus Napulionus de la Turre, perpetuus ançianus populi civi-
*f. 77d. tatis Mediolani, turpiter est remotus a dicta ançianaria, *quia captus est cum VI vel VII de domo sua per partem extrinsecam de Mediolano et per illos de Como. Et in dicta civitate de Como seu in castellis suis detinentur in carceribus, videlicet in castro qui[f] vocatur Badarellus; et tres cabie[1] facte sunt, in quibus predicti detinentur, scilicet duo in qualibet cabia, ut dicebatur. Et dicta captio facta fuit in quodam burgo posito in episcopatu Mediolanensi[g] qui vocatur Dexe. Et rustici dicti burgi tunc interfecerunt domnum Francischum de la Ture et quosdam alios de Ture et de aliis eorum amicis. Et domnus Casxonus, filius domni Napulionis[h], hoc audito in quodam castro, in quo erat, cum quadrigintis[i] militibus ivit ad civitatem Mediolanensem[g] et intravit dictam civitatem cum dictis militibus. Et invenit, quod domus sua et aliorum de domo sua derobabantur; et porte dicte civitatis erant clause, et populus in maxima quantitate erat armatus in broleto dicte civitatis. Et fecit ibi dictus domnus Caxonus ad domos suas maximum prelium et multos ibi interfecit. Et viderat[k], eo quod non bene adiuvabatur, derelinquid[i] civitatem Mediolanensem[g] et exivit foras cum militibus suis et venit ad civitatem Laudi; qui eum intrare non permiserunt, sed iacuit in burgis dicte
Ian. 22. civitatis. Et sequenti die venit Cremam cum sequacibus suis. Et domnus archiepiscopus Mediolanensis[g, 2] una cum omnibus de parte extrinseca venerunt ad civitatem Mediolanensem[g] et intraverunt eam cum magno gaudio seu leticia. Et populus Mediolanensis[g] ipsum domnum archiepiscopum dominum elegerunt. Et de voluntate ipsius domini elegunt[i] domnum Symonem de Locara capitaneum dicte civitatis per unum annum et domnum Guilielmum de Pusterla potestatem mercatorum et domnum Ricardum comittem de Languscho potestatem dicte civi-
Maii (20). tatis[3]. Et obiit domnus Iohannes papa XXI[us] de mense Madii [et[l] sedit in dignitate sua men. VIII, die I[m]. [4]].

Et eodem millesimo et anno. Domnus Fredericus de Vallungo de Brixia fuit
Iun. 29. Reg. potestas et stetit per sex menses a sancto Petro usque ad annum novum.
Iul. 5. 7. Iul. 6. 8. Et eo anno die Lune VII. Iulii[5] obiit domnus Ugolinus de Foliano et die sequenti

a) XXXXI *in loco raso.* b) ciútate *c.* c) francisi *c.* d) eucaristia *c.*; carastia *index cap.*; *cf. supra p.* 505, *n.* l. n. e) exeunt̃ *c.* f) *sic* (q̧) *c.* g) mediolañ *c.* h) *sic h. l. c. et Sal.* i) *sic c.* k) *interpretare* cum videret, quod; Et ut vidit, quod *Sal. f.* 417[a]. l) *uncis inclusa manu Alberti post suppl., quae nescio an hoc loco e Sal. f.* 417[a]. *repetita sint.* m) *hoc loco in marg. quatuor lineae post additae erant, quae penitus erasae sunt.*

1) *Ital.* gabbia, '*Käfig*'. 2) *Otto de Vicecomitibus.* 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 564—566; *Ann. Mant., SS. XIX, p.* 27 *sq.; Ann. Ianuenses, SS. XVIII, p.* 284; *Ann. Parm. mai. p.* 686; *Stephanard. de Vicomercato II,* 7—9, *Muratori, SS. IX, col.* 91 *sqq.; Riccobaldi Ferrar. Pomerium, ib. col.* 141; *Sagacius col.* 8; *Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 419. 4) *Sic iam supra cap. CCXC. ex Martino Oppav.* 5) *Iul.* 7. *a.* 1277. *non fuit dies Lunae, sed Mercurii. Die Iul.* 6. *Ugolinum obiisse scribit Sagacius l. l. col.* 8, *qui dies Martis fuit.*

sepultus fuit ad Sanctum Spiritum. Et eo tempore exercitus Reg. ivit ad Besu- 1277.
mantuam, et venerunt Besumantini ad precepta comunis Reg. de mense Aug. Et *Aug.*
illo mense Guastalla fuit capta ab inimicis, sed incontinenti fuit recuperata per *Aug.* (20).
aliam partem, et mortui et capti fuerunt omnes qui eam ceperunt. Et eodem
anno, tempore domni Brexani et dicti domni Frederici steterunt magne infirmitates,
pestilentie et mortalitates hominum et mulierum per universum orbem quasi et
maxime in Ytalia. Et magna pluvia[a] fuit[1], *ita quod homines non potuerunt *(Oct.)* *f. 78a.
colligere melicas de campis nec eas siccare nec potuerunt bene seminare. Et
domnus Mastinus, qui erat dominus Verone, fuit mortuus per quatuor assaxinos. *(Oct. 26).*
Et eo anno fuit magna caristia[b] de rebus victualibus, quia aliquando vendictum[c]
fuit sest. frumenti VIIII sol. imper. et X sol. imper., et sest. fabe XVIII sol. rex.
et XVII et XVIIII sol. rex., et sest. milice V sol. imper. et XIII et XIIII sol.
rex., et sest. spelte IIII sol. imper. et XIII sol. rex., et libra olei XXI imper. et
XXII imper.; et de omnibus aliis rebus victualibus magna carastia[c] fuit[2]. Et
electus fuit in papam[d] domnus Nicholaus tercius, Iohannes ante dictus [Gagetanus[e] *(Nov. 25).*
de Ursinis*[3]]. Et flumen taleate inceptum fuit claudi de voluntate consilii gene- *Nov. Dec.*
ralis Cremone de mense Novemb. et Decemb.[4]

*) *In marg. super. columnae* 78[b]. *manu Alberti post suppl.:* In MCCLXXVII. Hic, dum adhuc esset cardinalis papa Nicholaus, erat ordinis fratrum Minorum gubernator et protector et corrector esset[f], postmodum factus papa regulam earum[g] exposuit et declaravit quedam, in[h] intellectu difficilia videbantur. Et nota, quod omnes cardinales, qui fuerunt ordinis Minorum gubernatores, protectores et correctores, postmodum facti[i] summi pontifices, sicut domnus papa Gregorius nonus et domnus papa Alexander quartus et domnus papa Nicolaus tercius. Et hoc factum credimus divina gratia favente[k] et beato Francischo adiuvante et eorum bona vita non impediente. De cetero quid futurum sit, Deus novit. Nunc est cardinalis ordinis fratrum Minorum domnus Matheus Rubeus, quem papa Nicolaus dedit, eo quod esset de parentela sua, sed ipsi elegerant domnum Ieronimum, qui fuerat de ordine suo. *Sal. f. 417c.*

CCLXXXXII.[1] De precepto et prohibitione, quem[c] fecerunt Cremonenses et marchio Cavalcabos et comune Cremone[m] contra comune Reg., ne flumen taleate clauderetur, et de expensis, quas fecit comune Reg., et de caristia.

In millesimo ducentesimo anno LXXVIII⁰. Domnus Rex, civis de Pistoria, fuit 1278.
Reg. potestas a Kalendis Ian. usque ad sanctum Petrum per sex menses. Et pro- *Ian. 1.*
hibita[c] fuit claudi supradictum flumen taleate a Cremonensibus et a marchione Cavalcabo et a toto comune[c] Cremone, cum erat firmatum[n] consilium Cremone et comune, ut Regini et comune Reg. eam clauderent, et cum iam erat expensum per comune Reg. in ea claudenda duo milia libr. imper. et plus sine aliis laboribus et operibus et expensis factis per homines episcopatus et districtus Reg.[5]; et dicti Cremonenses et marchio omnia que promiserant et confirmaverant dicto comuni, eas promisiones[c]

a) pluia *corr.* pluuia *c.* b) castia *c.* c) *sic c.* d) pp. *c.* e) Gag. de Urs. *in marg. manu Alberti post suppl.* f) *sic perperam c.;* Et *Sal.* g) *sic pro* eorum *c.* h) que *Sal.* i) *supple* sunt *e Sal.* k) faciente *Sal.* l) XXXXII *in loco raso.* m) *seq.* l et *expunct. c.* n) per *supplevit Dove p.* 201, *sed cf. supra p.* 541, *l.* 5.

1) Post s. Michaelem *(Sept.* 29*), ut Ann. Parm. mai. p.* 686. *tradunt.* 2) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 568; *Ann. Parm. mai. p.* 686; *Ann. Veron. de Romano l. l. p.* 419; *Ann. Ianuenses l. l. p.* 283 *sq.* 3) *Cf. supra additam. ad cap. CCXC, p.* 549, *l.* 5. 4) *Ad hanc rem spectat tabula data Oct.* 12, *Tacoli II, p.* 432; *cf. ibid. p.* 505. — *Caeterum ad omnia praedicta cf. Sagacius col.* 8 *sq.* 5) *Cf. Sagacius col.* 9.

1278. omnia retraxerunt et comune Reg. in magnis expensis et debito dimiserunt. Et
eo anno et tempore vendebatur sest. frumenti VIII sol. imper. et VIIII et X[1],
et sest. spelte XIIII sol. rex. et V sol. imper., et sest. melice XIIII sol. rex. et
V sol. imper., et omnia alia victualia in magna caristia fuerunt.

De tractione[a] capitanei.

Et tempore dicti potestatis primo tractatum fuit de capitaneo populi faciendo.
Et factus fuit tunc capitaneus in aliis sex mensibus sequentibus domnus Ugolinus,
filius condam domni Iacobi Rubei de Parma, per domnum episcopum Reg.[2], ei
(Maii 11). data fuit potestas eligendi eum. Et capta fuit civitas Laudensis[b] per domnum
Caxonum de Ture de Mediolano.

CCLXXXXIII.[c] De officio primi capitanei populi Reg.; et de captione castri Fornovi; et de pace Bononie; et de victoria, quam habuit imperator de rege Boemie; et illi de Besumantua evitaverunt precepta potestatis et comunis Reg.

1278. Item sub eodem millesimo et eodem anno. Domnus Giliolus de Marano de
*f. 78b. *Iun. 29.* Parma iudex fuit Reg. potestas a sancto Petro *usque ad Kalendas Ianuarii et
stetit per sex menses. Et tempore dicti potestatis illi de Besumantua evitaverunt
mandata potestatis et comunis Reg. Et domnus Ugolinus de Rubeis supradictus
et primus capitaneus populi primo intravit ad officium capitanarie et intravit a
Aug. 1. Kalendis Aug. et stetit per sex menses usque in Kalendis Feb. Et stetit primo
super domo condam domni Guidonis Gagii de Robertis. Et captum fuit castrum
(Nov. 7). Fornovi a Cremonensibus[3], et multe terre a patriarcha de Aquilea[4], qui erat de
parentela illorum de Turre, et ab illis de Turre de Mediolano, et dicte terre capte
fuerunt in districtu Mediolani et magna multitudo hominum. Et eodem anno
(Iul. ex.) pax Bononie facta fuit[5] per fratrem Latinum, nepotem domni Nicholai pape tercii,
legatum et cardinalem in Lombardia et Tuscia. Et imperator Romanus Rodulfus
(Aug. 26). nomine devinxit[d] regem Boemie, et mortuus fuit[6] in exercitu predicti imperatoris.

CCLXXXXIIII.[e] De captione lapidis de Besumantua a domno Thomaxino de Gorçano et ab illis de Bançola, et reddiderunt eam comuni Reg.; et de pace illorum de Turre et de Laude cum Mediolanensibus; et de parentelis factis inter Robertos et illos de[f] Foliano et de Canusia et domnum Iacobinum de Rodilia; et de illis de Besumantua, qui super[g] furtive ascenderunt super lapidem Besumantue et postea reddiderunt eam comuni Reg.; et de miraculis beati [Alberti[h]] de Cremona.

1279. In millesimo ducentesimo LXXVIIII⁰ anno. Domnus Leazarius de Lam-
Ian. 1. bertinis, civis Bononie, Reg. potestas a Kalendis Ian. usque ad sanctum Petrum

a) *sic c.* b) laud' *c.* c) XXIII *in loco raso.* d) *sic c. pro* devicit. e) *numerus e corr.* f) de Fol. et *superscr. manu Alberti.* g) *dele* super *hoc loco.* h) Alb. *om. c., sed legitur in indice cap. p.* 369.

1) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 687. 2) *Guilielmum de Foliano, ut Salimbene f.* 417. *addidit. Cf. Sagacius col.* 9. 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 571. 4) *Raimundo de la Turre.* 5) *Inter Ieremios et Lambertacios. Pacem tractante fratre Laurentio de ordine Praedicatorum, ut tradunt Ann. Bononienses exscripti a Mattheo de Griffonibus col.* 126. *et in 'Cron. di Bologna' col.* 288. *et in Cronicis Alex. Tassoni et Bonif. Morani p.* 78. 6) *Scil. Ottocarus rex.*

et stetit per VI menses. Domnus Brexanus de Sala, civis Brixie, electus fuit 1279. capitaneus populi comunis Reg. et stetit per sex menses, scilicet a Kalendis Feb. *Febr. 1.* usque ad Kalendas Aug. Et de mense Febr.[1] domnus Thomasinus de Gorçano *Febr.* et illi domini de Bançola furtive ceperunt lapidem[2] Besumantue et expullerunt illos de Besumantua et habuerunt totam robam et omnia victualia, que supra dictum lapidem erant. Et eodem mense restituerunt predicti invasores in manibus militis dicti potestatis pro comuni Reg. pro mille libr. rex., quas solvit eis. Et de mense Marcii obiit domnus Aymericus de Palude in civitate Parme. Et pax *Mart.* illorum de Turre et de Laude cum Mediolanensibus facta fuit de mense Feb. seu Marcii, in principio dicti mensis[3]. Et parentele facte et iurate fuerunt inter illos de Foliano et domnum Antonium de Robertis et inter domnum Iacobinum[a] de Rodilia et domnum Guidonem de Tripolis et domnum Guidonem de Bibianello et domnum Guilielmum de Canusio de mense Aprilis[b]. Et postmodum de *Apr.* mense *Aprilis vel Madii[4] illi de Besumantua redierunt super lapidem Besumantue; **f. 78c.* *Maio.* et certa quantitas militum et peditum de civitate Reg. cum tota montanea et cum certa talia militum et peditum de Bononia et de Parma et cum ballesteriis de Mutina iverunt, circumquaque obsiderunt Besumantuam et steterunt forte ibi per XV dies; et erant ibi illi de Bançola cum gente sua. Et per concordiam [illi[c]] de Besumantua dimiserunt terram comuni Reg. et recesserunt. Et dicto tempore apparuerunt miracula beati Alberti[5], qui stabat Cremone et qui fuerat unus portator, quoniam[d] eo mortuo in dicta civitate et in multis aliis civitatibus et[e] locis[f]. Et eodem tempore rupta fuit pax Mediolanensium[g], quia marchio Montis-ferarie[h.6] decepit illos de Turre et prodidit, prout[i] patriarcha[7] — in civitatem intravit[8] —, qui erat de illis de Turre, per Lombardiam mandavit*.

*) *In marg. columnae 78b. et in marg. infer. manu Alberti post suppl.:* Anno Domini *Sal. f. 418c.* MCCLXXVIIII°, indictione VIIª, in festo b e a t o r u m apostolorum Phylipi et Iacobi, id est in Kalendis Maii, sub Nicholao papa tercio factus est terremotus adeo magnus in marchia Anconitana, quod due partes Camerini submerse sunt, et multi homines utriusque sexus perierunt; Fabrianum, Matelica, Callium, Sanctum Severinum et Cingulum, omnia ista castra sunt dirupta. Similiter Niceria[k] et Fulignum et Spellum, et breviter omnia illa castra, que sunt in illis partibus montan e is, multa sunt dampna perpessa. Item tres montes, inter quos duo lacus et castrum erant artificiose constructi, ad invicem sunt coniuncti et pariter comminuti; et lacus et fluvius, ex cuius redundatione fiebant lacus, omnino absorti. Item unum castrum omnino absortum est. In Romagnola et in montibus qui sunt inter Florenciam et Bononiam e t castra et edificia multa sunt dirupta, et multi homines utriusque sexus suffocati. Tantus enim timor invasit omnes in illis partibus, quod non audebant in domibus conmorari, nec etiam ipse domnus legatus cardinalis Latinus. In marchia Anconitana multe sunt paces facte et alibi pre timore et expectatione inminentis timoris. Item supradicto millesimo e t a n n o facta est pax inter Bononienses et Romagnolos, mediante cardinali Latino, qui erat ex ordine fratrum Predicatorum. E t eodem millesimo circa festum omnium sanctorum[l] Parmenses ecclesiastico officio sunt privati occasione duarum mulierum, que in predicta civitate

a) *sic Sal. f.* 418b; Iabinum *c.* b) apl̄ *c.* c) illi *recte supplevit Sal.; om. c.* d) qm̄ *c.* e) et *bis scr. c.* f) *supple fere haec:* facta sunt multa miracula; *cf. Sal. f.* 418c. g) mediolañ *c.* h) *sic c. pro* ferati. i) quando, *quod Dove p.* 203. *Muratorium secutus male addidit, non exstat in c.* k) Nuceria *Sal.* l) sanct. *bis scr. c.*

1) *Mense Martio hoc factum esse scribit Sagacius col.* 9. *Sed conicio castrum hoc mense Reginis datum esse, quamvis infra dictum sit hoc etiam iam mense Febr. factum esse.* 2) *I. q. rocham;* petram *Salimbene f.* 418a. 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 571. 4) *Mense Maio hoc factum esse dicit Sagacius col.* 9. 5) *Cf. Salimbene f.* 418c — 419b; *Ann. Parm. mai. p.* 687; *Ann. Placent. Gib. p.* 571 *sq.* 6) *Wilhelmus V.* 7) *Aquileiensis Raimundus.* 8) *Verba* in civit. intravit *ad marchionem trahenda esse videntur, ante* decepit *collocanda.*

Sal. f. 418c. sicut eretice conbuste fuerunt, quarum una domina Halina dicebatur, altera[a] vero pedissequa eius fuerat, et occasione fratrum Predicatorum et cardinalis Latini. Item eodem millesimo et anno circa nativitatem Domini expulsi sunt iterum qui cum pace civitatem Bononiam intraverunt[b], scilicet Lambertatii, pro eo quod volebant cum parte ecclesie de pari contendere.

CCLXXXXV.[c] De pace facta inter Bononienses intrinsecos et extrinsecos, et postea predicti Bononienses dictam pacem inter se fregerunt, et exiverunt predicti extrinseci, scilicet Lambertacii, de dicta civitate, et mortui fuerunt plures ex utraque parte, et plures domos[d] conbuste et derobate fuerunt per intrinsecos de dicta civitate; et fratres Predicatores exiverunt de Parma, et dirupte fuerunt domus eorum.

1279. In eodem millesimo et sub eodem anno. Domnus Armannus de Sasso-ferato
Iul. 1. fuit Reg. potestas a Kalendis Iulii usque ad Kalendas Ian. et stetit per sex menses. Et eodem tempore [pax[e]] facta fuit inter Bononienses intrinsecos et extrinsecos per fratrem Latinum cardinalem et legatum in Lombardia et Tuscia et nepotem
Sept. (28). domni Nicholai pape tercii, et redierunt[1] in civitate Bononie de mense Septemb.[2] Et eodem anno et tempore fuit capitaneus populi Reg. domnus Thomasius de
Aug. 1. Hençola de Parma a Kalendis Aug. usque ad Kalendas Febr. et stetit per VI
(*Sept.* 18). menses. Et tregua seu pax Brixie facta fuit cum Mantuanis[3]. Et eodem anno
(*Oct.* 30). fratres Predicatores omnes qui erant in civitate Parme recesserunt et venerunt
(*Oct.* 29). Regium, quia Parmenses contra eos insurgerunt[d] occasione cuiusdam mulieris[4], quam[f] dicebatur, quod erat caçara[5], et conburi eam fecerunt. Et illa occasione Parmenses fuerunt excomunicati per supradictum fratrem Latinum et cardinalem,
Dec. 22. qui erat in civitate Florencie. Et die Veneris decimo exeunte[g] Decemb.[6] fracta
f. 78d. fuit pax inter Bononienses intrinsecos et extrinsecos, et multi[h] *eorum ex utraque parte fuerunt occisi. Et innumerabiles quasi domus eorum Lambertaciorum et amicorum suorum, qui erant de parte sua, et aliorum hominum fuerunt incontinenti conbuste et dirupte et robate per illam partem intrinsecam; et dicti Lambertacii exiverunt de dicta civitate propter timorem partis intrinsece[i].

a) *in extremis lineis additamenti multa, quae fere penitus evanuere, nonnisi textu Sal. collato legi potuerunt.* b) unt *certo legi nequit in c.* c) XXXXV *in loco raso.* d) *sic c.* e) *haec vox ex inscriptione supplenda est, om. c.; quam et Sal. f.* 419c. *recte supplevit.* f) *sic* (q̈) *c.* g) exeunt *c.* h) et multi *bis scr. c.* i) *in marg. huius cap. quaedam adscripta erant, quae penitus erasa sunt.*

1) *Scil. Lambertatii banniti.* 2) *Quod die Sept.* 28. *factum esse tradunt Petrus Cantinelli col.* 264. *et Ann. Veron. de Romano, 'Antiche Cronache Veronesi' I, p.* 422, *quibuscum consentiunt Ann. Parm. mai. p.* 688, *ut Jaffé adnotavit. In 'Cron. di Bologna' col.* 289, *ad a.* 1280: A di tre di Settembre *omissum est* exeunte. *Die Sept.* 27. *hoc factum esse tradunt Alex. Tassonus et Bonif. Moranus p.* 78 = *Matth. de Griffonibus col.* 127. 3) *Tabula pacis inter Brixienses et Mantuanos Veronensesque ictae data est Sept.* 18; *Odorici, 'Storie Bresciane' VI, p.* 220 *sqq.; cf. Ann. Mant., SS. XIX, p.* 28; *Iac. Malvecius VIII, c.* 99, *Muratori, SS. XIV, col.* 952. 4) *Todeschae uxoris Ubertini Blancardi, ut Ann. Parm. p.* 688. *referunt. Cf. Salimbene f.* 418c. *(qui locus ad cap. CCXCIIII. in hoc libro post additus est); Sagacius col.* 9. 5) *I. e. cathara, heretica.* 6) *Hoc potius die quam die Dec.* 21. *Lambertatii aufugisse videntur, si confers quae de diebus harum rerum gestarum tradunt Petrus Cantinelli col.* 265; *Ann. Parm. mai. p.* 688 *sq.; Sagacius col.* 9; *Alex. Tassonus et Bonif. Moranus p.* 78 = *Matth. de Griffonibus col.* 127; *Ann. Mant. p.* 29; *'Cron. di Bologna' col.* 289; *Riccobald., Pomerium, Muratori, SS. IX, col.* 141. *Cf. etiam Ann. Placent. Gib. p.* 572; *Salimbene f.* 418c.

CCXCVI. De emptione domorum domni Acursii et aliorum[a] domorum et eorum[a] diruptione propter palacium comunis et populi faciendum et murandum; et de[b] carastia[a] seminis canipe; et de edificatione castri et cavatione fovearum dicti castri per Parmenses in contracta[a] Çelle; et de ponte Braçoli facto per Mantuanos in loco ubi dicitur Braçolus.

In millesimo ducentesimo octuagesimo, indictione VIII[a] [1]. Domnus Albertus 1280.
de Asenellis, civis Bononie, potestas Reg. a Kalendis Ianuarii usque ad Kalendas *Ian.* 1.
Iulii. Et domnus Mapheus Maçi, civis Brixie, fuit capitaneus populi Reg. a
Kalendis Febr. usque ad Kalendas Augusti. Et eodem anno empte et dirupte *Febr.* 1.
fuerunt pro comuni domos[c] domni Acursii et aliorum propter palacium capitanei
populi Reg. incipiendum de mense Febr., et in magna quantitate factum fuit dictum *Febr.*
palacium et muratum per illos sex menses. Et venditum[c] fuit sest. seminis canipe
XVI sol. imper. et XX sol. imper. Et Parmenses inceperunt cavare et ordinare *(Mart.)*
unum castrum et cavaverunt foveas dicti castri in contrata Çelle iusta burgum
Domus-Dei inter Parmam et Regium in strata publica, quod appellaverunt Castrum
Crucis[2]. Et eodem anno Mantuani fecerunt unum pontem in contrata ubi
dicitur Braçolus.

CCXCVII. De domno Rubeo de la Tosa, civis[c] Florencie, potestate Reg. et de domno Dego capitaneo populi; et de discordia decimarum; et de obitu pape Nicholai; et de prodictione[a] Faventie et aliis gestis; et de restitutionibus carociorum Parmensium et Cremonensium, quod[a] fecerunt inter eos.

Eodem anno et sub eodem millesimo. Domnus Rubeus de la Tosa, civis 1280.
Florencie, potestas Regii et stetit per sex menses, scilicet a Kalendis Iulii usque *Iul.* 1.
ad Kalendas Ianuar. Et eodem anno domnus Degus de Cançelleriis de Pistorio
fuit capitaneus populi Reg. a Kalendis Augusti usque ad Kalendas Februarii et *Aug.* 1.
stetit per VI menses. Et eodem anno de mense Augusti obiit domnus[d] papa
Nicolaus tercius in octava assumptionis beate Marie virginis. Et eodem anno *Aug.* 22.
circa festum beati Martini episcopi Tebaldellus prodictorie[c] dedit Faventiam his *c. Nov.* 11.
qui erant ex parte ecclesie, scilicet Bononiensibus et Manfredis, et expullit suos[3],
et observavit tempus, quando maxima multitudo suorum erat in obsidione cuiusdam castri[4]. Et eodem anno[5] restituerunt Parmenses carocium Cremonensium, 1281.
quod eis abstulerant[6], cum magno *honore[e] et leticia. Et Cremonenses fecerunt **f. 79a.*

a) *sic h. l. c. et in indice cap.* b) de *superscr. manu Alberti.* c) *sic c.* d) domnus — virginis *manu Alberti in marg. suppleta, sed* in oct. — virginis *etiam in columna scripta sunt.* e) *f. 79. manu Alberti, sed pessime ac neglegenter nimis scriptum est tamquam a scriba pigro atque ignavo vel sane temulento.*

1) *Nota hoc loco primum indictionem appositam esse, quam Salimbene semper, Albertus hucusque nunquam fere posuit. Qui, cum haec scriberet, iam quaterniones quosdam libri fratris Salimbene inspexisse videtur.* 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 689. *Ad omnia praedicta cf. Sagacius col.* 9. 3) *Eadem iterum in hoc capite narrata sunt infra p.* 556, *l.* 30 *sqq. Faventia die Nov.* 13. summo mane *tradita est, ut dicit Petrus Cantinelli col.* 269. *Sed die Nov.* 12. *hoc factum esse tradunt Sagacius col.* 9. *et Ann. Placent. Gib. p.* 572 *(ubi lege* XII. *pro* 22*). Falso diem Nov.* 10. *indicant Ann. Parm. mai. p.* 689. *et 'Cron. di Bologna' col.* 291. *ad a.* 1281; *Dec.* 13. *Matth. de Griffonibus col.* 127. 4) *S. Sophiae in Galiata; Ann. Veron. de Romano p.* 423. 5) *Immo a.* 1281; *cf. Ann. Parm. p.* 690. 6) *A.* 1248. *Febr.* 18. *Cf. supra cap. CCLI.*

1281. similiter de carocio Parmensium, quod eis abstulerant[1], restituerunt Parmensibus;
Sept. 7. et hee restitutiones facte fuerunt in vigilia nativitatis beate Marie virginis, in die
dominico[2]. Et iverunt ambe civitates, scilicet milites et pedites, in adiutorium
Laudensium contra Mediolanenses et contra[a] marchionem Montis-ferati[3], qui
venerunt cum omnibus aliis Lombardis ad destruendum civitatem Laudensem[4]. Et
1280. *Sept.* eodem anno de mense Septemb. pars imperialis recessit de civitate Vercellis[5].
Oct. Item eodem anno de mense Octubris orta fuit magna discordia inter domnum
Guilielmum episcopum Reginum et clericos civitatis Reg. et de episcopatu suo ex
una parte et domnum Degum capitaneum populi et populum Regii ex altera occa-
sione decimarum, ex eo quod clerici nimis videbantur velle accipere ab hominibus
populi et tocius civitatis. Et propterea domnus capitaneus una cum XXIIII[or]
defensores[b] populi quedam statuta fecerunt contra laycos collectores dictarum de-
cimarum, occasione quorum statutorum domnus episcopus excomunicavit dictum
capitaneum et XXIIII defensores et totum consilium generalis[c] populi. Et in-
super civitatem totam civitatem[d] posuit sub interdicto. Et iratus populus de pre-
dictis elegerunt alios XXV de populo, inter quos fuerunt VII iudices — et in
dictis XXIIII erant quatuor iudices —, et fecerunt multa statuta prava contra
clericos: Primo, ut nullus deberet solvere eis aliquam decimam nec dare eis con-
silium, adiutorium vel favorem nec cum eis ire ad comedendum nec cum eis stare
ad serviendum nec[e] cum eis facere aliquas mercationes nec loqui eis nec stare in
domibus eorum nec super meçadris[6] eorum nec eis dare bibere vel comedere, et
alia quam plura — et in quolibet casu predictorum maximam penam imposuerunt —,
nec etiam eis maxenare nec infornare nec barbam radere nec aliquod magisterium
facere eis, assumentes sibi dicti sapientes auctoritatem propriam dicendi, statuendi
et ordinandi ad eorum arbitrium et voluntatem quicquid voluerint super predictis;
que postea eis [fuit[f]] confirmata per consilium generale populi, et iura omnia
supradicta firmari et servari[g] super[h] populum singulariter quam per milites et
omnes alios bonos viros. Et illa occasione multi mulinarii[i] condempnati fuerunt,
in quinquaginta libr. rex. quilibet, ex eo quod in molendinis clericorum steterunt
*f. 79b. contra dicta ordinamenta ultra terminum, *et etiam alie persone multe[7]. Et eodem
Nov. (12/3). anno de mense Novembris capta fuit Faventia[8] per Ravennates et XXV soldaerios
Reginos, qui erant in civitate Ymole pro comuni Reg. in servicio Bononiensium,
et per quosdam milites comitis[9] et per Bononienses, qui postea ibi cucurerunt, et
post eos tota milicia Parmensium et Reginorum, qui iverunt usque ad Ymolas.
Et multi Bononienses fuerunt[k] ibi capti, et fuerunt ultra XLV de bonis, et multi
mortui. Et quidam magnus et potens dicte civitatis Faventie, qui vocabatur
domnus Tebaldelus[l] de Çambrasinis, qui non legittimus erat[10], dictam terram dedit

a) co *c.* b) *sic c.* c) *sic c. et Sal. f.* 420[a]. *pro* generale. d) *sic iterum c.* e) nec — mercationes *bis scr. c.* f) *sic Sal. f.* 420[b]; fuit *om. c.* g) deberent *supplendum videtur, quod et Sal. deest.* h) tam per *correxit Murat. fortasse recte;* tam super *Sal.* i) *corr. Murat.;* munarii *c.;* molendinarii *Sal.* k) fue||fuerunt *c.* l) tebadelus *h. l. c., sed vide supra p.* 555, *l.* 30.

1) *A.* 1250. *Aug.* 18. *Cf. supra cap. CCLIIII.* 2) *A.* 1281. *fuit Sept.* 7. *dies dominica, non a.* 1280. 3) *Wilhelmum V.* 4) *Hoc etiam a.* 1281. *Sept. factum est. Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 573. 5) *Cf. ibid. p.* 572. 6) *Est vox Italica* mezzado. 7) *Cf. Sagacius col.* 9 *sq. Ubi cum quaedam verba cum hac relatione conveniant, utrumque ea ex lege Reginorum contra clericos statuta assumpsisse patet.* 8) *Eadem iam supra in hoc capite narrata sunt.* 9) *Romaniolae videlicet, Bertholdi de Ursinis.* 10) *Hanc alteram relationem de civitate Faventina tradita Albertum scripsisse reor, cum ipsi de hoc Tebaldello Salimbene,*

in manibus predictorum Bononiensium sive Faventinam civitatem. Eo tempore, 1280.
quo intraverunt in civitatem Favencie predicti Bononienses intrinseci, media pars civitatis Favencie erat cum Bononiensibus exterioribus ad obsidionem cuiusdam castri[1]. Et pons de Braçolo destructus fuit per plenitudinem aquarum et in- *(c. Nov. 11).*
undationes diluvii, que venerunt magne et maxime, quod dictum pontem destruxit et inferius conduxit[2], ut dicebatur. Et eodem anno de mense Novembris facta *Nov.*
fuit concordia inter domnum episcopum et clericos sive prelatos ex una parte et capitaneum populi et ipsum populum et comune Reg. ex altera super decimis in hunc modum, quod nemo debet compelli ad solvendum decimam nisi secundum conscientiam suam, et alia multa, que scripta fuerunt in dicta concordia. Et eo anno civitas Senogallia prodicta[a] et data fuit comitti Guidoni de Monte-feltro, *(Dec.)*
qui in dicta terra occidit et occidi fecit mille CCCCC personas[3].

CCXCVIII. De domno Coradino de Savignano[b] et de domno Baçalerio de Baçaleriis de Bononia capitaneo populi Reg., qui primo habitavit super palacium novum communis et populi, et de gestis, que fuerunt suis temporibus.

Anno Domini MCCLXXXI, indictione VIIII[4]. Domnus Coradinus de Savig- 1281.
nano, civis Mutine, fuit potestas Reg. per VI menses a Kalendis Ianuar. usque ad *Ian. 1.*
Kalendas Iulii. Et eo anno domnus Baçallerius de Baçalleriis de Bononia fuit capitaneus populi Reg. a Kalendis Februar. usque ad Kalendas Aug. pro VI men- *Febr. 1.*
sibus, et primo habitavit et stetit super palacium novum comunis et populi Reg. Et stationes dicti palacii novi comunis date fuerunt ad pensionem pro comuni merçadris[5]; et fuit facta volta super stratam a palacio populi novi[c] comunis usque ad alium palacium potestatis et comunis Reg.[6]. Et eo anno domnus Caxonus de la *Sal. f. 420d.*
Turre de Mediolano *mortuus fuit in prelio cum multis aliis de Laude per Mediolanenses. Sed et **f. 79c.*
potestas Laudensium in illo prelio mortuus fuit, scilicet domnus Scurra-pelicia[d] de Porta, civis Parmensis*.

*) *In marg. manu Alberti post add.:*

Martinus papa IIII.

Martinus papa IIII, natione Gallicus de Corboliaco, quod est castrum prope *Sal. f. 420d.*
Parisius ad VII leuchas, cepit ann[o] Domini MCCLXXXI, indictione VIIII; in mense Febr. fuit electus, in cathedra sancti Petri fuit electus, de collegio cardinalium fuit assumptus; primus[e] dicebatur domnus Symon, thesaurarius fuerat ecclesie sancti Martini de Turonis, et amicus fratrum Minorum, quos etiam tenebat secum, et cum eis confitebatur. Quibus dedit optimum privilegium de confessionibus et predicationibus faciendis et audiendis, et promisit se adhuc maiora daturum[7].

a) *sic c.* b) potestate Reg. *hoc etiam loco ex indice supplendum, quod in sequentis capitis inscriptione post suppletum est.* c) *sic c. pro* novo. d) Scurta-pellicia *Sal.* e) *sic et infra p.* 558, *l.* 19; prius *Sal.*

qui cum novit, quaedam narravisset, vel cum Albertus iam legisset fratris Salimbene f. 362c, *ubi de illo scripserat:* et Tebaldellus frater ipsius *(Çambrasini)* non legitimus. 1) *Cf. supra p.* 555, *n.* 4. 2) *Quod circa Nov.* 11. *factum est, ut coniciendum est ex Ann. Parm. mai. p.* 689. *et Ann. Mant., SS. XIX, p.* 29, *et Chron. Estensi, Muratori, SS. XV, col.* 336. 3) *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 572. 4) *Nota hoc loco primum more fratris Salimbene* Anno Domini *scriptum et iterum indictionem positam.* 5) *Vox Italica* merciajo. 6) *Cf. Sagacius col.* 10. 7) *Eadem in cap. CCXCIX. iterum in textu scripta sunt.*

CCXCIX. De domno Rubeo de Bondemonte potestate Reg.[a] et de
domno Anselmo de Rodeldesco capitaneo populi Reg.; et de quatuor
bobulcis[b] terre emptis pro comuni a domno episcopo; et de elec-
tione pape Martini et aliis gestis eodem tempore[c].

1281. Eodem millesimo et anno. Domnus Rubeus de Bondemonte, civis Florencie,
Iul. 1. per VI menses fuit potestas Regii, scilicet a Kalendis Iulii usque ad Kalendas
Ian. Et eodem anno fuit factus murus super foveas civitatis inter portam
Sancti Petri et pontem Lovonem[1], et fuit centum perticas rationis. Et eodem
anno fuerunt empte quatuor bobulce iuxta campum de braida domni episcopi Reg.
a domno Guilielmo episcopo Regino pro quatuor centum libr. rex.; et ibi facte
fuerunt due fornaces pro comuni occasione murandi residuum muri dicte civitatis
et complendi usque ad Sanctum Marcum, id est a[d] pusterlam, et a dicta pusterla
Sancti Marchi usque ad alium coniunctum cum porta Sancte Crucis, et dum con-
pletus fuerit murus usque ad portam Sancte Crucis. Et eodem anno domnus
Anselmus de Rodeldesco, civis Brixie, fuit capitaneus populi et comunis Reg. a
Aug. 1. *Sal. f.* 420d. 421a. Kalendis Augusti usque ad Kalendas Februarii et stetit per sex menses. Et eodem
anno fuit electus papa Martinus quartus, natione Gallicus, de Corboliaco, quod est castrum
prope Parisius ad VII leuchas[2]; in mense Februarii fuit electus in cathedra sancti Petri, de
collegio cardinalium fuit assumptus; primus[e] dicebatur domnus Symon, thesaurarius fuerat ecclesie
sancti Martini de Turonis, et amicus fratrum Minorum, quos etiam tenebat secum, et cum eis con-
fitebatur; quibus dedit optimum privilegium de predicationibus et confessionibus audiendis, et promisit
se adhuc maiora daturum. Pluries misit exercitum contra Furlivium, et male cessit parti ecclesie, quia
debellati sunt et capti et mortui et fugati. Inter quos cecidit Tebaldellus, qui bis fuit proditor civitatis
sue, scilicet Faventie, et submersus est in fovea civitatis Liviensis et suffocatus cum dextrario suo.
Mortuus est etiam ex parte ecclesie comes Tadeus et Comacius frater Alselmi[f] de Coradinis de Ra-
**f.* 79d. venna et multi alii. Ex altera vero parte mortuus est domnus Guido de Acarisiis de Faventia *et
plures alii digni relatu tam de Bononia quam de aliis partibus[g].

CCC. De domno Alberto de Boscolis de Arecio[h] et de domno Leazaro
de Liazaris capitaneo populi Reg.; et de magna multitudine[i] eru-
carum; et de exercitu marchionis Montis-ferati; et de gestis, que
fuerunt eodem tempore.

1282. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXII, indictione X[a]. Domnus Albertus
de Bosculis de civitate Aricii potestas Reg. per VI menses, scilicet a Kalendis
Ian. 1. Ianuarii usque ad Kalendas Iulii. Et eodem anno domnus Leaçarus de Liazaris,
civis Bononie, fuit capitaneus populi Reg. pro VI mensibus, scilicet a Kalendis
Febr. 1. *Sal. f.* 421c. Februarii usque ad Kalendas Augusti. Et eodem anno fuit tanta multitudo erucarum,
quantam nullus meminit diebus nostris, et[k] destruxerunt omnes arbores pomiferas, tam flores quam
frondes; et sic apparebant arbores sicut in media hyeme apparere solent, cum prius optime floruissent.
Et postquam in arboribus pomiferis non inveniebant quid comederent, transibant ad cimas sive pullu-
lationes salicum et illa similiter corrodebant; processu temporis cadebant de arboribus et moriebantur.

a) pot Reg *post nigro atramento superscr.* b) bobulc̄ *c.* c) tpre *c. semper pro* tempore.
d) *sic c. pro* ad. e) *sic et supra p.* 557, *l.* 33; prius *Sal.* f) Anselmi *Sal.* g) *hoc loco signum* ⁘ *positum est, ad quod spectabant multa in marg. et infer. marg. columnae* 79c. *addita, nunc penitus erasa.*
h) potestate Reg. *etiam hoc loco ex indice cap. supplendum ut n.* a. i) multine *corr.* multitudine *c.*
k) *atramento et penna hoc loco mutatis, sequentes lineae aliquanto melius exaratae sunt, cum praecedentia neglegentissime scripta sint; cf. supra p.* 555, *n.* e.

1) *Cf. Sagacius col.* 10. 2) *Etiam haec* (de Corbol. — leuchas) *Albertus procul dubio a fratre Salimbene percepit, quamvis haec in eius Cronica non legantur.* Mons-Pigoci *vel* Montpicem, *unde Gaufredus de Collone et Guill. de Nangiaco Martinum papam natum fuisse dicunt SS. XXVI, p.* 621. 672, *prope Corbeil oppidum situs fuisse videtur. Cf. p.* 557, *n.* *.

Nec fuerunt iste eruce ortonales[a], sed aliud genus erucarum fuit. Et eodem anno, in istis VI [*Sal. f.* 421[a]. 1282.] mensibus fuit magna carastia[b] bladi, scilicet frumenti, spelte, melice et fabe, et de omnibus leguminibus et rebus. Et eodem anno in festo beatorum apostolorum Phylipi et Iacobi restitutum[c] fuit officium ecclesiasticum Parmensibus, quo privati fuerant pluribus annis occasione fratrum Predicatorum, qui conbusserant quandam mulierem ereticam in civitate Parmensi; [*ib. f.* 418[c].] quarum una dicebatur domina Halina, altera vero pedisequa[d] fuerat[1]. Et voluntarie exierunt omnes fratres Predicatores de predicta [*ib. f.* 421[b]—422[a].] civitate cum cruce et processione, quia quidam stulti irruerunt[e] in locum eorum et aliquos vulneraverunt[f]. Sed graviter fuerunt puniti predicti malefactores a Parmensibus, qui Predicatores offenderant. Et eodem anno et tempore multe paces facte fuerunt in civitate Reg. in illis VI mensibus. Et eodem anno iverunt Parmenses et Cremonenses cum suis societatibus ad destruendum segetes illorum de Sulçino[g], pro eo quod domnus Bosus de Dovaria ibi residebat, et sperabat intrare Cremonam, si potuisset; sed non fuit sibi permissum. Et eodem anno venit marchio Montis-ferati et stetit in episcopatu Laudensium cum Mediolanensibus et carocio suo et cum Papiensibus et carocio suo, et ut breviter dicam et me expediam, cum omnibus civitatibus illis que erant de parte sua, scilicet cum Vercellensibus et Novariensibus, Alexandrinis, Cumanis et cum omnibus aliis amicis suis, et dicebat, quod volebat ponere totam Lombardiam in pace. *Et non crediderunt ei qui erant ex parte ecclesie, sed [**f.* 80[a].] omnes uno animo contradixerunt et preparaverunt[h] se ad resistendum ei et ad pugnandum[i] contra eum. Et statim egressi sunt Cremonenses cum carocio suo[k. 2], venirent et custodirent Cremonam; et sic fecerunt. Et quando sperabatur pugna futura, miserunt Parmenses et Cremonenses, ut venirent Ferarienses, Bononienses, Mutinenses, Regini, Brixienses et Placentini, et optime venerunt. Et timuit marchio supradictus cum eis pugnam conmittere et insalutato hospite divertit ab eis; et reversi sunt omnes ex utraque parte ad civitates suas sine belli conflictu. Sed cum adhuc in Cremona consisterent, et[l] mirabilem honorem omnes qui erant ex parte ecclesie exhibuerunt Parmensibus, et super omnes Bononienses, qui sunt nobiles milites, circa carocium Parmensium fecerunt hastiludium in platea civitatis Cremone; voluerunt placere Parmensibus et ostendendo se amicos. Nam tunc temporis Parmenses diligebantur a papa Martino et habebant gratiam Romane curie et regis Karoli, quia semper parati inveniebantur ad succursum ecclesie. Insuper cardinalem unum habebant in curia, qui erat natione Parmensis sive de quadam villa episcopatus Parme, que appellatur[m] Gainacum. Hunc[3] papa Nicholaus fecit cardinalem, et dicebatur domnus Gerardus Albus. Hunc misit papa Martinus in Syciliam ad revocandum Syculos ad precepta ecclesie. Siquidem Syculi rebelles fuerunt regi Karulo et in civitate Panormitana interfecerunt omnes Gallicos, viros et mulieres, et parvulos alliserunt ad petram et pregnantes apperuerunt. Quidam vero iusticiarius Gallicus, dum[n] vellet exire ad sedandum populum, rogatus fuit a quodam sapiente viro, ne se immitteret in populum, sed fugeret per fenestram et salvaret vitam suam. Et fecit sic, vadens ad quoddam castrum, ut tueretur ibi. Et iverunt post ipsum Panormitani et ceperunt castrum et iusticiarium ad plateam civitatis ducentes membratim diviserunt. Illi vero de civitate Messana non tantam crudelitatem exercuerunt in Gallicos, sed nudaverunt eos armis et bonis suis et remiserunt ad[o] Karulum dominum suum, qui diebus illis retrocesserat, timens, ne Neapolim perderet, et quia rex Aragonie ex parte illa Syciliam invaserat, qui adiutores regem Castelle et Paliologum[p] habebat. Erat autem Palilogus[q] quidam, qui in Constantinopolitana urbe dominium super Grecos tenebat, qui etiam interfecerat filium Vattacii precedentis[r] Grecorum domini, ut loco sui super Grecos dominaretur; et timebat, ne rex Karulus Constantinopolim vellet invadere cum papa Martino. *Papa vero Martinus prius volebat se expedire de Furlivio, que totam Romagnolam occu- [**f.* 80[b].] patam tenebat. Erat autem Romagnola quedam parva provincia, sed bona et fertilis ac populosa, inter marchiam Anconitanam et Bononiam civitatem. Hanc ecclesia Romana dono obtinuit a domno Rodulfo, qui tempore Gregorii pape decimi ad imperium[s] fuit electus. Semper enim Romani pontifices de re publica aliquid volunt emungere, cum imperatores ad imperium assumuntur. Igitur propter predictas

a) ortolanes *Sal.* b) caristia *Sal.* c) *sequentia iterum foedissime et neglegentissime scripta sunt.* d) *sic c.* e) irruerant *Sal.* f) vulneraverant *Sal.* g) Suncino *Sal.* h) runt *omisit Sal. in suo codice.* i) pugn. contra eum *in loco raso.* k) ut *post superscr.* l) et *male inseruit Alb. more suo.* m) appllellatur *c.* n) dum vellet exire *bis scr. c.* o) ad *legi nequit in c.* p) Palialógum *Sal.* q) *sic h. l. c.;* Palialógus *Sal. semper.* r) pdentis *c.* s) imperii *c.*

1) *Haec* (quarum — fuerat) *hoc loco inepte ex Sal. f.* 418[c], *a.* 1279. *inserta sunt, cum hic de una tantum heretica antea dictum sit. Quae iam supra ad cap. CCXCIIII, p.* 554, *l.* 1 *sq., e Cronica Sal. adscripta sunt. Cf. Dove p.* 50. 2) *Aliquot verba Sal. f.* 421[b]. (contra eum — sine mora) *omissa sunt.* 3) *Omisit Albertus quae Salimbene ante haec de se et de Gerardo Albo dixit.*

[illegible] missus fuit cardinalis supradictus a domno papa ad Syculos. Cui responderunt, quod mandatis 1282. ecclesie obedire volebant, sed superfluum dominium Gallicorum penitus recusabant. Hac ergo causa ibant Gallici navali exercitu et terrestri in maxima multitudine, ut succursum regi Karulo exiberent. Quid futurum sit, illi videre poterunt qui supererint. Et eodem anno coram papa et cardinalibus in consistorio lecte fuerunt littere, quod Paliologus in Constantina[a] urbe ex Grecis papam fecerat et cardinales. Item eodem anno Perusini preparaverunt se, ut irent ad devastandum Fulignum. Et misit papa dicendo, quod nullo modo irent, alioquin excomunicaret eos. Erat enim Fulignum ex orto sancti Petri. Et non dimiserunt Perusini propter hoc, quin[b] irent. Iverunt igitur et destruxerunt totum episcopatum illius civitatis usque ad foveas; excomunicati fuerunt, sed indignati ex hoc fecerunt papam et cardinales de paleis et traxerunt eos per totam civitatem obprobriose et traxerunt eos ad quendam montem et in cacumine montis combusserunt papam indutum de rubeo et cardinales conbusserunt similiter, dicendo: 'Iste est talis cardinalis et iste talis'. Item eodem anno iusta festum sancti Martini de mense Novembris quidam homo de Sulçino, qui vocatur Rubeus de Infonditis[c], fecit prodictionem[d] de terra de Sulçino, quam terram prodictorie[d] dedit Cremonensibus, qui sunt modo in civitate Cremone et qui sunt de parte ecclesie; et de dicta prodictione[d] castri Sulçini et[e] ipsi Rubeo dederunt CCCC milia libr. imper. Et eodem anno empta fuit pro comuni domus ab herede condam Alberti Gualdrati iusta scalam palacii comunis, Sal. f. 422c. d. et factus fuit ibi carcer comunis. Item eodem anno in fine Maii tantus extitit calor quatuor diebus vel quinque, quod, si fuisset in Iulio, superfluus videretur; et dixerunt agricole, quod nocivus *f. 80c. valde fuit frumento. Nam, ut dicitur in libro Iob: *Frumentum *desiderat nubes,* id est requirit, maxime quando florescit vel granescit. Et non fuit isto anno plenitudo annue messis quantum ad frumentum, sed quantum ad eas segetes, quas agricole minuta appellant, maxima fertilitas fuit, scilicet de panico, de milio, de milica, de faxiolis et de rapis. Vinum habundanter[f] fuit, sed in multis locis tempestas[g] vineas devastavit. Item eodem anno, tempore estivo facta et audita sunt horribilia et terribilia tonitrua, ut quasi visibilia et palpabilia viderentur, ita ut multi timidi caderent in hora vespertina, et sequenti nocte fuerunt similiter.

CCCI. De domno Lodoyco, comite Verone, potestate Reg. et de domno Barono[h] capitaneo populi Reg. de Sancto Miniato; et de domno Petro, fratre regis Francie, et de comite Artesio, et de aliis gestis, que fuerunt eodem tempore.

Sal. f. 422d. Et eodem millesimo et anno. Domnus Lodoicus comes Sancti Bonifacii de Verona fuit potestas 1282. Iul. 1. Regii, scilicet a Kalendis Iulii usque ad Kalendas Ian. Et eodem anno et tempore domnus Aug. 1. Baronus de Sancto Miniato fuit capitaneus populi Reg. a Kalendis Augusti usque [illegible] ad Kalendas Feb. in illis VI mensibus. Et in festo assumptionis beate Marie virginis in civitate Parmensi fuit facta nobilissima curia, que duravit quasi per mensem; et facti sunt ibi duo milites de casali illorum de Rubeis. Item eodem anno in festo beati Michaelis et beati Francisci in civitate Ferariensi facta est nobilissima curia, quia filius marchionis Estensis duxit uxorem filiam domni Gentilis, filii domni Bertoldi de Ursinis et fratris condam domni Nicolai pape tercii, de civitate Romana, et factus fuit miles. Item eodem anno et tempore, anno pontificatus secundo Martini pape venit domnus Petrus, frater regis Francie, et comes Artesius cum maxima multitudine Gallicorum et ibat in subsidium Karuli regis Sycilie, patrui sui, contra regem Aragonie; et in festo sancti Hylarionis abbatis et[i] fecit in civitate Regina tres milites, duos de Foliano, scilicet domnos Bertolinum et Symonem, et Rondanellam de Taculis; et statim recessit eadem die, quia festinabat ad succursum domni Karuli dicti, sed prius volebat videre papam Martinum. Item sequenti die dominico, id est VIII° Kal. Novembris, facta est pax illorum de Strufis cum Ursis et Salustiis[k] in loco fratrum Minorum de Regio. Item his diebus erat in civitate Parmensi quidam pauper* homo, operans de opere cer- *f. 80d. donico, faciebat enim sutellares[d], purus et *illiteratus, sed illuminatum valde intellectum habebat, in tantum ut intelligeret scripturas illorum qui de futuris predixerunt, scilicet abbatis Iohachim, Merlini, Methoidii[l] et Sibille, Ysaie, Ieremie, Osee, Danielis et Apochalipsis necnon et Michaelis Scoti. Et multa audita fuerunt ab eo, que postea evenerunt, videlicet quod papa Nicolaus in mense Augusti

*) *In marg. manu saec. XV. adnotatum:* Credo, quod hic loquatur de Asdente de Parma.

a) Constantinopolitana *Sal.* b) quini *c.* c) Infunditis *Sal.* d) *sic c.* e) et *male inseruit Alb.* f) habundat *c.* g) temp. *bis scr. c.* h) Barono *post nigro atram. superscr.* i) et *male Alb. inseruit.* k) Salustris *Sal.* l) *sic c.; cf. infra p.* 605, *l.* 38; Methodii *Sal.*

mori debebat, et quod papa Martinus erat futurus, et multa alia, que expectamus videre, si fuerit vita *Sal. f.* 125a.
comes, nam

Ratio preteriti scire futura facit.

Item eodem anno et tempore factum fuit et muratum unum canaletum 1282.
aque per mediam plateam comunis et ducebatur ad cameras palacii novi capitanei
populi Reg. et conductum fuit per stratam regalem ante domos[a] dominorum de
Lupicinis et ductum fuit in canale[b] de Cantono, qui[b] vadit ad Sanctum Nazarium.

CCCII. De domno Rolando de Adegeriis potestate Reg. et de domno Ubertino de Adelmaris[c] capitaneo populi Reg.; et de adventu filie dicti domni comittis et de morte ipsius; et de mortalitate bovum et aliis gestis.

Anno Domini millesimo CCLXXXIII, indictione XI. Domnus Rolandus de 1283.
Adegheriis de Parma fuit potestas Reg. a Kalendis Ian. usque ad Kalendas Iulii, *Ian.* 1.
qui stetit per VI menses. Et eodem anno de mense Febr. et in Kalendis Febr.
domnus Ubertinus de Adelmariis, civis Florentie, fuit capitaneus populi Reg. a
Kalendis Febr. usque ad Kalendas Augusti et stetit per VI menses. Eodem[d] *Febr.* 1.
millesimo et anno domnus Lodoycus comes Sancti Bonifacii de Verona egressus de potestaria Regi- *Sal. f.* 125b-d.
norum habitavit in eadem civitate iuxta ecclesiam sancti Iacobi et locum fratrum Minorum et iusta domos illorum dominorum de Novis in domo domni Bernardi de Gypso, ubi est turris; et filius fuit dictus comes condam domni Riçardi comittis Sancti Bonifacii de Verona[1], qui fuit strenuus miles et probus valde; qui venit cum gente sua in servicio et adiutorio Parmensium et civitate[b], quando imperator Fredericus secundus erat in Victoria, et primus fuit, qui dedit succursum dicte civitati. Revertamur ergo ad ystoriam domni Lodoici, filii condam dicti domni Riçardi comitis Sancti Bonifacii de Verona. Et eodem anno venit de Lendenaria ad eum in civitate Reg. filia sua domina Mabilia, pulcherima virgo, et fuit desponsata in eadem domo dicti domni Bernardi, ubi habitabat dictus comes, et eadem die, quo[e] venit ad patrem, a domno Savino de la Ture de Mediolano, dittissimo et potentissimo valde. Et statim post
desponsacionem audivit missam de beata Maria virgine in loco *fratrum Minorum. Et fuerunt ibi *f. 81a.
preter Reginos de Mutina et de Parma milites multi et flos dominarum de Regio. Et statim iverunt ad comedendum audita missa. Erat enim preparatio[f] ciborum facta non modica in domo predicta et in loco Sancti Iacobi. Hec facta sunt in supradicto millesimo et anno, in sexta feria ante dominicam septuagesime, id est XII. die intrante Februario. Et in sequenti die sabbati summo mane aripuerunt iter et iverunt Parmam. Et ibi habitabat sponsus cum sponsa iuxta baptisterium. Item iste comes uxorem habuit Theotonicam, de qua genuit filiam supradictam et tres filios, qui sunt pulcherimi pueri, curiales et docti; quorum primogenitus appellatur Vinciguerra. Item eodem millesimo et anno in octava pasche, que fuit in festo sancti Marchi evangeliste, comes supradictus in sero festi sancti Marchi laborabat in extremis, et in morte sua et in testamento suo omnes filios suos conmisit et commendavit in manu domni marchionis Estensis, et ipse curialiter suscepit eos et tractavit ut filios, cum prius marchio comittem non diligeret. Et restituit predictus marchio filios dicti comittis in omnes possessiones, quas tenebat dicti comittis in terra de Lendenaria. Et sequenti nocte post festum sancti Marchi mortuus est presentibus fratribus Minoribus, cum quibus confessus fuerat; et optime ordinavit de anima sua, et cives Regini optime et nobiliter de corpore suo. Nam fecerunt expensas funereas larga manu tamquam homini nobili, et qui fuerat eorum potestas, et qui erat extra possessiones suas occasione ecclesiastice partis. Et in suis exequiis fuerunt omnes religiosi de Regio et multe religiose nec non et tota civitas Regina cum multis forensibus, et nobiliores de Regio fuerunt corporis portitores; et in loco fratrum Minorum fuit sepultus; et inductum[b] erat dictum corpus eius de bono drapo de scarleto cum pulchra pelle vara[g] et cum una capellina vara de scarleto cum pulchro palio, et ita ornate

a) domoꝗ (rum) *c. propter vocem sequentem.* b) *sic c.* c) *sic c. h. l. et in indice cap.* d) *penna et atram. h. l. mutata.* e) qua *Sal.* f) ꝑpatio *c.* g) varia *Sal.*

1) *Haec verba* com. S. Bon. de Ver. *habet Sal. supra f.* 291a, *qui lectores ad eundem locum relegat.*

Sal. f. 423a. inductus[a] sicut nobilis et potenti comitti[b]; et sepultus fuit sequenti die Lune post
1283. festum sancti Marchi in pulchro manseolo[c], quod dictus[d] comune Regia expensis comunis. Et dictus comes reliquid dextrarium et arma sua predicto loco fratrum Minorum. Eodem anno et mil-
Febr. 14. lesimo [in[e] festo sancti Valentini mortuus est Maza Tabernarius]; murata et alongata et conpleta fuit ecclesia sancti Blasii et sancte Crucis extra civitatem iuxta portam Sancte Crucis, et destructe fuerunt torfine[f] dicte ecclesie, et altaria dicte ecclesie remota fuerunt de loco, ubi fuerant antiquo tempore, et conducti[a]
**f.* 81b. *fuerunt in aliis locis, ubi melius stant, et ubi placuerunt parrochianis et superstantibus dicti laborerii dicte ecclesie, tempore dompni Fredaldi sacerdoti[a] dicte ecclesie. Et superstantes dicti laborerii fuerunt domnus Albertus de Vinea et frater Gerardus cui[a] dicitur Pantegacius; et predictum laborerium predicte ecclesie
Sal. f. 424a. b. inceptum et conpletum fuit eodem[g]. Et eodem anno fuit maxima bovum mortalitas per totam Lombardiam, Romagnolam et Ytaliam.

CCIII. De domno Bernardo Lamfredo de Lucha potestate Reg. et de domno Leucio capitaneo populi Reg. de Prato. De discordia regis Karoli et Petri Aragonensi[h] super facto regni Sycilie et de prelio constituto inter eos et aliis gestis.

cf. Sal. f. 424b. Et eodem millesimo et anno. Domnus Bernardus Lamfredus, civis civitatis
1283. *Iul.* 1. Luche, fuit potestas Reg. a Kalendis Iulii usque ad Kalendas Ianuar. et stetit per VI menses. Et eodem anno domnus Leucius de Prato fuit capitaneus populi
Aug. 1. Reg. a Kalendis Augusti usque ad Kalendas Febr. et stetit per VI menses. Et
Sal. f. 424b. tempore dicti potestatis multa homicidia et mala facta fuerunt in civitate Reg. et in districtu tempore dicti potestatis. Et in uno puteo, quod[a] erat in platea comunis ante gabellam, suffocatus et mortuus fuit et ibi sepultus est in dicto puteo quidam homo, qui vocabatur Daynesius, et ibi est suffocatus et iacet, qui in dicto puteo intraverat ad disgomberandum[1] et remundandum, et cecidit puteus super eum;
Aug. 9. et hoc fuit in vigilia sancti Laurencii; et cooperta fuit et facta super voltam[2], que est inter palacium novum comunis et palacium capitanei populi Reg.

De bello.

Sal. f. 427b. c. Et eodem anno de mense Iunii debebat[i] esse prelium inter regem Karulum et Petrum regem Aragonum.

Gesta[k] regis Karuli, regis Ierusalem et Sycilie, ducatus Apulie, principatus Capue[l], alme Urbis senator, princeps Anchage[m], Andegavie, Provincie, Forchalcherii[n] et Torvodori[o] comes.

Cum Petrus rex Aragonum prepositum Masiliensem cum suis litteris de credentia ad prefatum regem Karulum destinasset causa matrimonii contrahendi inter unum de liberis dicti Petri et unam de filiabus filii predicti regis Karuli, non post multos dies a predicto tractatu illius matrimonii, de quo magnam voluntatem ipse Petrus[p] habere dicebat, secundum quod dicebat ille prepositus et etiam in suis
**f.* 81c. *litteris dicebatur, et alia *multa verba amicabilia ex parte illius Petri dicta per dictum prepositum ipsi domno regi Karulo, ipse Petrus regnum Sycilie sub specie pacis et parentele contrahende inter ipsum et regem Karulum abstulit fraudulenter. Et cum idem Petrus Aragonum preparasset naves et vas[q] ad navigandum per mare, rex Francorum sibi misit solempnes ambaxatores et nuncios speciales dicentes ei, quod ipse Petrus nullo modo deberet ire contra regem Karulum nec contra filium suum nec intrare modo*

a) *sic c.* b) *sic c.; fortasse auctor scribere voluit* nobili et pot. com. competit. c) *sic* (māseolo) *c.* d) q. com. Reg. fieri fecerat ad communis expensas *Sal.* e) *uncis inclusa manu Alberti in marg. suppl.* f) *sic c.; quid sit, ignoro.* g) anno *vel* millesimo *omissum.* h) *sic h. l. c. et in indice.* i) ebat *legi nequit in c.* k) *haec inscriptio nigro atramento in columna ut in codice Sal. scripta est.* l) qui est *omissa.* m) *sic c. et Sal.* n) *sic recte c.;* Forchalchecii *Sal.* o) *sic* (toruodori) *c. et Sal.* p) se *omissum.* q) vasa *Sal.*

1) *Ital.* sgombrare, *'ausräumen'.* 2) *Interpretare sic:* coopertus fuit (puteus) et facta desuper volta.

aliquo regnum suum, quia, si eidem regi Karulo vel heredi suo aliquam inferret iniuriam vel heredi Sal. f. 427c—428b. suo, reputaret sue persone proprie forefactum. Qui Petrus predictis ambaxatoribus curialiter et benigne respondit, quod domno regi Karulo vel heredi suo in aliquibus iniuriari minime cupiebat, sed intendebat ire ultra mare contra perfidos Saracenos, et quicquid terre posset aquirere vel lucrari, filio suo, qui haberet predictam filiam filii regis Karuli, traderet et donaret. Requisivit insuper a summo pontifice decimas terre sue in subsidium itineris sui, quod volebat facere ultra mare contra Saracenos ad exaltationem et gloriam fidei Christiane. Et rogavit ipsum summum pontificem, quod terram ipsius Petri in suam custodiam susciperet et tutellam. Rex vero Karulus audiens, quod idem Petrus tali deceptione regnum Sycilie intravisset[a], mandavit eidem Petro per litteras et nuncios speciales, quod de terra sua recederet et eam nullo modo impediret. Qui Petrus, confidens de fortitudine sua et Syculorum gente, de dicto regno Sycilie dixit se nullatenus exiturum, quamdiu posset dictam terram sub suo dominio retinere. Quo audito idem rex Karulus, tunc temporis existens in Apulia, innumerabilem gentem tam equitum quam peditum congregavit et per mare contra eum cepit cum inmenso navigio proficisci. Sapientes vero milites utriusque partis, scilicet regis Karuli et Petri Aragonum, nolentes, quod tam magna multitudo gentium deperiret, inter ipsos bellum in hunc modum fieri statuerunt, videlicet quod electi sunt ex utraque parte VI probi milites et discreti, qui ordinent et disponant, in quo loco, quo modo, qua forma, quando et qualiter fieri debeat bellum istud. Qui omnes concorditer ordinaverunt et statuerunt pro meliori, quod bellum istud fieri debeat in civitate Burdegalensi *sita in Guasconia sub potestate et dominio regis Anglie. Et dicti *f. 81d. milites inviolabiliter firmaverunt, quod uterque rex Karulus et Petrus Aragonum centum ex suis militibus, quos voluerunt[b] eligere meliores, et idem[c] reges personaliter cum predictis ducentum[d] militibus prima die Iunii esse debeant in loco predicto in millesimo CCLXXXIII, indictione XI, et in eodem loco et civitate fieri debeat quidam campus clausus undique, ita quod nullus intrare valeat vel exire, et per ipsum domnum regem Anglie, utriusque partis amicum, debeat fideliter custodiri, quod nullus preter dictos reges et ducentos milites possit eques vel pedes intrare. Que omnia dicti reges Karulus et Petrus iuraverunt ad sancta Dei evangelia firmiter observare, et in prefixo termino ad predictum locum absque impedimento corporis cum predictis ducentum[d] militibus penitus se ituros et contra se ipsos corporaliter pugnaturos. Item iuraverunt ad sancta Dei evangelia, quod ille, qui non esset in loco predicto in termino eius[e] superius constituto, non rex, sed falsus et proditor infidelis appellari debeat toto tempore vite sue nec nonquam[f] de cetero honorem aliquem in hoc mundo consequi et habere, sed se falsarium, proditorem et infidelem debeat appellare; et si ab aliquo interrogatus fuerit, nemini neget, sed undique[g] omnibus et singulis publice[h] fateatur. Serenissimus vero rex Karulus et illustris sacrosancte matris ecclesie Romane et fidei Christiane clipeus et protector[i] secundum pacta et conventiones superius prelibatas in prefixo termino coram domno Iohanne de Grili, milite et senescalco[k] illustris regis Anglie, et aliis quam pluribus iusticiariis et officialibus dicti regis Anglie, locum ipsius in Guasconia et specialiter in civitate Burdegalensi tenentibus, in dicta civitate cum suis centum militibus ad predictum bellum faciendum se corporaliter presentavit, eodem die[l], termino statuto ipsum Petrum a mane usque ad vesperas[m] expectando. Qui Petrus, licet a pluribus fide dignis[n] visus fuisset sanus corpore ante dictam diem primam Iunii et ita civitatis[c] predicte propinquus, quod se, si vellet, in civitate predicta et in die predicto poterat presentare, non tamen venit nec comparuit, nec ipse nec aliquis pro eo se aliquatenus excusavit.

Cum vero dictus Petrus Aragonum per rationes et iura superius allegata ab omni honore regio spoliari debeat et privari et semper in ignominio[c] ducere vitam suam, domnus legatus de mandato summi pontificis dedit regnum Aragonum illustri *regi Francie pro filio suo; et ipse rex Francie illud recepit *f. 82a. et misit gentem suam ad invadendum regnum predictum ex partibus Navare. Et ordinavit facere statim in Catelogna exercitum generalem. Domnus rex Karolus vadit in Franciam et debet esse ad parlamentum cum domno rege Alamanie. Rex Francie et rex Anglie mittunt gentem suam in subsidio[o] regis Castelle contra filios suos; in quo succursu venit Boysses rex Muroe cum decem milia militum, et iam multas terras recuperavit. Et facta est concordia, quod nepotes regis Francie debent habere regnum post mortem ipsius regis Castelle. Rex Portigalii[p] et Algurbii[c] scripsit regi Francie et regi Anglie et misit nuncios speciales dicendo, quod dolet de fatuitate domni Petri cognati[q], et quod paratus est facere quicquid volunt. Rex Anglie subtraxit filiam suam, quam dare debebat filio domni Petri predicti. Et rex Maiore[c] misit sollempnes ambaxatores et litteras dicendo, quod[r] negociis fratris sui non vult se intromittere; et quod[s] pro firmo creditur, quod pacta secreta sint[t] inter ipsum[u] regem Francie. Datum Moysaci XXVII. mensis Iunii XI. indictionis.

a) intrasset *corr.* intravisset *c.* b) voluerint *Sal.* c) *sic c. et Sal.* d) ducentis *Sal.* e) ei *Sal.* f) unquam *Sal.* g) *sic Sal.*; unidique *c.*, di *in loco raso.* h) fat. publ. *corr.* publ. fat. *c.* i) et prot. *in loco raso.* k) sescalco *c.* l) et *omisit Alb.* m) vesperam *Sal.* n) dignus *c.* o) subsidium *Sal.* p) Portugallii *Sal.* q) sui *omissum.* r) de *omisit Alb.* s) quod *delendum.* t) firmata *omissum.* u) et *omissum.*

CCCIIII. De domno Barnaboe de Pallastrellis de Placentia potestate Reg. [et[a] de domno Leucio[1] de Ugonibus capitaneo populi Reg.] et de gestis, quas[b] fecit et fuerunt suo tempore; et de captione principis filii regis Karuli et aliis gestis.

1284. Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXIIII, indictione XII. Domnus
Ian. 1. Barnabos de Pallastrellis de Placentia fuit potestas Reg. a Kalendis Ian. et stetit per VI menses[c] usque ad Kalendas Iulii. Et eodem anno domnus Iohannes de Ugonibus de Pistorio fuit capitaneus populi Reg. et stetit per VI menses a Kalendis
Febr. 1. Februarii usque ad Kalendas Augusti. Et dictus potestas fecit[d] et destruxit
Sal. f. 424b. multos malefactores et robatores suo tempore occidi fecit in suo regimine. Et[2] eodem
Iun. 5. millesimo et anno et eadem indictione, die Lune quinto Iunii, cum princeps[3] filius domni regis Karoli[e] esset prope Neapolim per medium miliare, venit amiragius[4] Scicilie cum multis galeis et aliis navibus sequentibus ipsum amiragium et predictum domnum principem requiri fecit, ut exiret cum eo navale prelio[f] temptaturus. Qui domnus princeps, tamquam vir fortis, strenuus, magnanimus et bellicosus et de probitate sua nimis confidens, cum suis et gente sua sine consilio,
*f. 82b. consensu et contra voluntatem domni Gerardi Albi cardinalis[5] *nec non et apostolice sedis legati, natione Parmensis, improvide[g] et inconsulte subito exivit et contra predictum amiragium et galeas suas viriliter insultavit. Decem et octo galee[6] de illis dicti principis se villiter et turpiter habuerunt et dictum principem in prelio totaliter relinquentes; et ut breviter loquamur, dictus domnus princeps fere cum tota gente sua et maxime cum infrascriptis principibus, scilicet domno Iacobo de Bresione amiragio et comitte de l'Acerra[h. 7] et domno Rodulfo, suo fratre, et domno Raynaldo Gallardi et domno Frendardo[8], et multis aliis principibus et baronibus et cum quatuor galleis de Neapolim[i] et duabus de Gaeta et una de Salerno et cum una de Schia et una de Vico, que[i] omnes cum dicto principe et dictis baronibus fuerunt viriliter preliati[i], captus est et cum predictis omnibus ab inimicis eius perfide carceratus. Duravit tamen dictum prelium a mane usque ad nonam; et dictus princeps cum illis paucis, qui secuti fuerunt eum, fortissime ac viriliter diu pugnavit, licet propter multitudinem inimicorum fortunam belli nequiverit tollerare. Post tamen dicti principis captionem robaria[k] et preda et interfectio ab hominibus civitatis Neapolitane, tam a civibus quam extrinsecis, in Francigenas et gentem principis maxima facta fuit, que duobus diebus integris et eo amplius dicitur duravisse. Syciliani autem et omnes faventes Petro

a) *uncis inclusa nigro atramento in marg. suppl.* b) *sic h. l. c. et in indice cap.* c) menses *Alberti manu superscr.* d) interfecit *emendandum esse videtur;* nemini pepercit *Sal.* e) Karoli *Alberti manu superscr.* f) prelium *emendandum.* g) prouide *c.* h) delacerra *c.* i) *sic c.* k) roboria *scriptum videtur in c.*

1) *Iohanne potius, ut infra et in indice cap., supra p.* 370. *Leucius capitaneus anni* 1283. *in cap. CCCIII. vocatur.* 2) *Sequentem relationem de rebellione Siculorum non ab Alberto Milioli compositam, sed aliunde descriptam esse patet. A fratre Salimbene Albertum hanc relationem accepisse conicio. Alibi exponam, cur adducar, ut hoc censeam.* 3) *Salernitanus Karolus II.* 4) *Rogerus de Loria.* 5) *Hic fuit natus de Gainaco, ubi Salimbene possessiones habuerat, qui de eo loquitur f.* 421c. 425d. 458a. d. 459a. 484c. *Epistolam a quodam, qui hunc cardinalem comitabatur, ad quendam Parmensem scriptam ad fratrem Salimbene pervenisse conicio.* 6) *Surrentinae et galeae Principatus, ut tradit Giov. Villani VII,* 93. *Cf. Ann. Placent. Gib. p.* 578. 7) *Acerrano (de Acerra) Pandulfo.* 8) *Guillelmus Estendard procul dubio est, qui Standardus vocatur a Saba Malaspina X,* 15, *ed. Del Re, 'Cronisti' II, p.* 391.

Aragonum incontinenti, de ipsorum victoria plurimum exultantes, nuncios[a] et 1284.
legatos ad quoddam castrum[1] ex parte principis direxerunt, ubi quedam filia[2] condam
domni regis Manfredi sub custodia tenebatur, ut dicta filia sine ullo remedio
laxaretur; que statim fuit antedictis legatis et nunciis restituta. Die Iovis VII. *Iun. 7/8.*
Iunii[3] domnus rex Karolus, cuius longevam vitam dominus noster Iesus Christus
prorogare dignetur! cum triginta septem galeis optime preparatis pervenit Neapolim,
ubi cum ingenti gloria et triumpho ab omnibus est receptus. Et cum domnus
Karolus esset Gaete et audiens, [quod[b]] princeps eius filius captus fuisset, in nullo *(Iun. 6).*
in exteriori habitu est turbatus, capturam filii quasi pro nichilo extimando, dicens:
'Qui stultum seu follum amittit, se nichil extimat amisisse[4]'. Idem vero *rex *f. 82c.
domnus Karolus, iustus et rectus dominus[5], per totam terram Neapolim fieri fecit
edictum, ut omnes, qui predati fuerant seu alios spoliaverant, in integrum sub
magna pena restituant aliena, et quod aliquis Francigena alicui Neapolitano sive
alii violentiam aliquam sive lesionem inferre modo aliquo non presumat.

CCCV. De gestis et factis Tartarorum de ultramarinis partibus.

Et eodem anno millesimo ducentesimo LXXXIIII. dicunt veridici relatores, qui de ultra- *Sal. f. 135b. c.*
marinis partibus venerunt, scilicet fratres Minores et Predicatores, inter Tartaros et Saracenos fore factam maximam novitatem. Aiunt enim, quod filius[c] regis Tartarorum defuncti surrexit in prelium contra patruum, qui regnabat et adheserat Saracenis, et occidit eum et Saracenorum multitudinem nimiam interfecit. Insuper mandavit soldano Babilonie, ut fugiat in Egyptum; alioquin occidet eum, si eum ceperit, cum venerit ad partes suas, ad quas intendit festinanter venire. Proponit enim, ut dicitur, esset[d] in sabbato sancto in Ierusalem, et si viderat[e] ignem descendentem de celo, ut asserunt Christiani, promittit se occisurum omnes Agarenos, quos poterit invenire. Nam quam[f] iret ad prelium iam prefactum[g] cum Georgianis et ceteris Christianis, quibus adhesit, fecit fieri monetam et ex una parte sepulcrum et ex alia[h] continentes: *In nomine patris et filii et spiritus sancti.* Fecit etiam vexilla et arma crucis signaculo insigniri, et in crucifixi nomine de Sarracenis et Tartaris sibi contrariis dupplicem stragem fecit. Hoc autem audientes soldanus Babilonie et Agareni sibi subiecti, qui festinabant in adiutorium Tartarorum[i], recesserunt velociter fugiendo, ne et ipsi male perirent cum inimicantibus Christianis.

CCCVI. De domno Thobia de Rangonibus de Mutina potestate Reg. et de domno Rubeo condam domni Stephani de Civitate Castelli capitaneo[k] populi Reg.; et de guerra et discordia Mutinensium[l] et aliis gestis, que fuerunt eodem tempore; et de guerra et destructione et captione et mortalitate Pisanorum et Ianuensium.

Et eodem anno post sanctum Petrum electus fuit in potestatem[m] Reg. a 1284. *Iun. 29.*
Kalendis Iulii domnum[g] Tobiam[g] de Rangonibus de Mutina potestas[m] Regii et stetit *Iul. 1.*

a) nuncius et legatus *c.* b) quod *suppl. Murat., om. c.* c) filium *post corr.* filius *c.* d) esse *Sal.* e) viderit *Sal.* f) antequam *Sal.* g) *sic c.* h) litteras *omissum.* i) turcτorum *Sal.* k) cap. pop. Reḡ. *minio superscr. c.* l) *sequitur* et de captione principis *expunct. c.* m) pot̄ *c.*

1) *Ad castellum dell' Ovo in mari ante Neapolim situm, in quo regina uxor Karoli II. aderat, miserunt.* 2) *Beatrix.* 3) *Iun. 7. fuit a.* 1284. *dies Mercurii. Barthol. de Neocastro c.* 78, *Muratori, SS. XIII, col.* 1087: die Mercurii tertio post conflictum et captionem filii sui, videlicet XXV. *(falso)* Iunii XII. indictionis, Neapolim applicuit; *Cont. Rom., SS. XXII, p.* 480: quarta die sequenti *(post proelium)* pater venit Neapolim; *Iacobi Auree Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 310: Elapsis vero tribus diebus rex Karolus ibi *(apud Neapolim)* applicuit. 4) *Saba Malaspina X,* 17, *l. l. p.* 396: non plus de ipsius captione quam de unius amissione stolidi se curare dicebat *(Karolus rex). Cf. epist. Karoli regis ad Pisanos, Amari, 'La guerra del vespro Siciliano' ed.* 2. *III, p.* 353 *sq., nr.* 24. 5) *Cf. Ps.* 24, 8: Dulcis et rectus Dominus.

in suo regimine per duos *menses, parum plus vel minus; et postea dederunt ei salarium suum et licenciaverunt eum, ut iret Mutinam civitatem suam propter guerram et discordiam, que in dicta civitate erat[1]. Et eodem anno de mense Augusti domnus Rubeus condam domni Stephani, civis Civitate[a] Castelli, fuit
Aug. 1. capitaneus populi Reg. et stetit per VI menses a Kalendis Augusti usque in Kalendis Feb. Et tunc[2] elegerunt Regini dictum domnum Rubeum capitaneum
Sal. f. 431a. et potestatem Reg. et amplificaverunt sibi salarium, eo quod esset homo sapiens et bone fidei; et tenuit utrumque dominium capitanarie et potestarie civitatis Reg. bene, fideliter et legaliter usque ad finem sui regiminis*. Et in civitate Mutine orta erat maxima divisio et litigium et magna[b] guerra inter magnates ac potentes
ib. f. 429a-d. eiusdem civitatis; qua de causa quedam homicidia extiterunt in dicta terra, que maliciose et turpiter et disconvenienter facta fuerunt in dicta civitate, de quibus nulla fuerat punitio vel iusticia observata. Et habitaverunt extra civitatem illi de Rosa sive de Saxolo et illi de Savignano et Graxones[c] cum suis amicis tam popularibus quam militibus. Et possidebant Saxolum et Savignanum et Montem Barançonem, et breviter[d] loca a strata superius occupabant. Et fortificaverunt Saxolum includendo omnes domos terre illius et faciendo foveas circumcirca. Et discurrebant per episcopatum Mutinensem destruendo, conburendo et depredando, eo quod illi de civitate nollent eos in civitate recipere. Et miserunt Parmensibus dicendo, quod acciperent claves castrorum suorum et omnium fortitudinum, quas habebant, ut[e] essent domini sui. Illi vero de civitate Mutine licentiaverunt potestatem, quem habebant, domnum Barnaboem de Pallastrellis de Placentia, dando ei sallarium suum, et fecerunt potestatem quendam hominem Pistoriensem et diruerunt domos et palacia partis exterioris. Venientes ambaxatores Parmenses ad civitatem Mutine, volentes eos ad pacem reducere, dum irent per civitatem rogando eos, ut facerent ea que ad pacem pertinebant, stabant Mutinenses armati per contratas ante hostia domorum suarum et nolebant dictos ambaxatores nolebant[f] eos audire neque obedire de bono statu suo nec in aliquo obedire nec consentire de pace facienda. Causa destructionis civitatis Mutine fuerat ista: guerra que erat inter Boschetos et illos de Savignano. Et maiores qui erant in civitate Mutine et capitanei fuerunt et sunt Rangones et Boscheti et Guidones. Et in principio, quando guerra ista inchoata est, fecerunt Mutinenses intrin-
**f.* 83a. seci magnum apparatum armorum *et omnium rerum victualium, que ad pugnandum neccessarie erant, et oneraverunt plastra[a] victualium balistis et armis et duxerunt exercitum copiosum contra Mutinenses exteriores, credentes eos delere et vincere. Et venerunt versus Saxolum cum omni isto apparatu et ceperunt pugnare cum hominibus de Saxolo. Cum autem domnus Manfredinus de Saxolo audivisset, quod suis inferebatur bellum, et quod cum hostibus viriliter dimicabant auxilium expectando, provocatus animo dixit his qui ex parte sua erant: 'Si quis est meus amicus, iungatur michi et modo ostendat, et pugnemus viriliter hodie pro animabus nostris et amicorum nostrorum'. Secuti sunt eum omnes a parvo usque ad maximum, qui apti erant ad prelium, exceptis custodibus Savignani, et irruerunt viriliter et acriter super Mutinenses interiores et percusserunt eos et interfecerunt in ore gladii et multos ceperunt et abstulerunt eis omnia victualia et arma bellica. Sed et ipsi, cum vidissent insultum et audaciam inimicorum et concivium suorum, conversi sunt in fugam, et[g] proicientes arma bellica et vestes et omnia que habebant, animas suas salvare cupientes. Tunc Parmenses audientes hec omnia miserunt Reginis sollempnes ambaxatores in civitate Reg., qui rogabant Reginos ex parte comunis Parme, ne stultiçarent, sicut stultizaverunt[h] Mutinenses, et ne vellent civitatem suam destruere; et fuerunt Regii diebus non paucis. Quibus responderunt dicentes, quod de Parma

*) *In marg. super. col.* 82d. *manu B (continuatoris) post add.:* Et tempore ipsius vacante sede episcopali[3] facti fuerunt quatuor procuratores de populo, qui deberent colligere et conservare bona episcopatus; et propter potenciam comunis procuratores[i] capituli sublati fuerunt.

a) *sic c.* b) magnā guerrā, *sed signa compendii erasa sunt in c.* c) Garxones *Sal.* d) *supple* omnia *e Sal.* e) et *Sal.* f) *sic iterum c.* g) et *delendum.* h) stultiçaverant *Sal.* i) procūr *c.*

1) *Cf. Sal. f.* 430c·d. 431a, *quae Albertus procul dubio legit, antequam haec scriberet; Sagacius de Gazata l. l. col.* 11: et quia non erat sufficiens, post duos menses est privatus officio, et satisfactum est ei pro sex mensibus. 2) *Scilicet circa Sept.* 1. *a.* 1284, *Tobia de Rangonibus cedente.* 3) *Guilielmus de Foliano episcopus enim obierat a.* 1283. *Aug.* 28.

civitate sua curam haberent et sollicitudinem custodiendi eam, quia bene custodirent Regium civitatem *Sal. f.* 429a—430c. suam, ne destrueretur. Videntes itaque Regini et cognoscentes, quod non curialiter responderant Parmensibus in ambaxatoribus suis, penitencia ducti nec[a] non coacti neccesitate[b] elegerunt ambaxatores et miserunt eos Parmam et obtinuerunt a Parmensibus quicquid petere voluerunt; et fecerunt eos iurare per animam suam, quod observarent omnia que petebant, que sunt hec, videlicet: si aliqua pars de Regio expelleret aliam, semper iuvarent partem iniuste expulsam, et multa alia, que ad pacem conservandam efficaciter pertinebant. Reversi sunt itaque ambaxatores Regini, et custodiebant se et civitatem suam. His diebus iste civitates magno federe amicitie et amoris vinculo copulate erant atque coniuncte, scilicet Placentia, Parma, Cremona, Regium, Mutina, Bononia, Feraria, Brixia. Nam omnes erant ex parte ecclesie. Mantua vero excepte actionis erat propter domnum Pinamontem, qui dominabatur in ea. Supradicte civitates audientes omne malum, quod Mutinensibus *accidisset, **f.* 83b elegerunt ex se ipsis sollempnes ambaxatores, quos miserunt Regium, ut ibi facerent parlamentum ad hoc ipsum, ut civitatem Mutinam ad pacem reducerent, si aliquo modo possent; et nullo modo potuerunt, cum multis diebus super eos[c] laborassent. Tandem ambaxatores hoc decreverunt et ordinaverunt et statuerunt, ut nulli parti consilium darent nec succursum nec adiutorium nec favorem, tum quia noluerunt eis consentire pro bono suo et pace habenda, tum etiam quia non poterant offendere aliquam partem ex Mutinensibus, quin offenderent suos, eo quod omnes[d] ecclesiastica parte fuissent, tum etiam ut removerent spem a Regio et aliis civitatibus sue partis non habendi adiutorium ab eis, sed[e] similiter stultiçarent. Sic Mutinenses videntes se derelictos *in manu consilii sui* ab omnibus suis amicis, in quibus habebant fiduciam, miserunt Florenciam et ad alias Tuscie civitates, ut conducant soldaherios[f] ad congregandum exercitum oportunum, ut una pars aliam dissipat[g] et confundat. Talia sunt hodie in octava nativitatis beate virginis[1]. *Sept.* 15. Finis ignoratur istorum. Verumtamen, si fuerit vita comes, finem videre poterimus.

Et eodem anno[2] Pisani et Ianuenses bello marino tribus vicibus mutuo sunt congressi. Semel *Sal. f.* 431b–d MCCLXXXIII. et bis MCCLXXXIIII. Et in primis duobus conflictibus inter mortuos et captivos conputantur VI milia Pisanorum, inter quos comes Facius ductus fuit ad carcerem Ianuensium et etiam multi alii digni relatu. *Et dum adhuc inter ipsos in mari pugna valida ageretur, intravit quidam Ianuensis quandam navem Pisanam et multis laminis argenteis oneravit se ipsum; et cum esset ferro armatus et laminis oneratus et navem suam denuo vellet ascendere, attingere non potuit, immo cecidit et *descendit in profundum quasi lapis* cum argento et ferro et forte cum sceleribus multis. Et hoc dixit quidam lector Ravenne, qui frater Minor[h] erat et de civitate Ianue et[i] noviter veniebat. Et nota mirabile atque considera, quia eodem tempore et mense et die et loco capti sunt Pisani a Ianuensibus, quo ceperant ipsi prelatos tempore bone memorie Gregorii pape noni. Item eodem anno MCCLXXXIIII. videntes Pisani omne malum, quod eis a Ianuensibus erat inflictum, volentes suam iniuriam vindicare, multas naves et galeas et vasa marina fabricaverunt in flumine *Arni, **f.* 83c. et instructo navigio ordinaverunt et statuerunt, quod nullus a viginti annis supra et a sexaginta infra remaneret, qui non iret ad pugnam. Et discurrebant per totam marinam Ianuensem destruendo, conburendo, occidendo, capiendo et depredando. Et discurrerunt per totam contratam illam, qua itur Ianua in Provinciam, transeundo omnes maritimas civitates, scilicet Nolam, Albenganam, Savonam atque Vinctimilium, volentes Ianuenses invenire, ut cum eis pugnam conmitterent. Ianuenses vero ordinaverunt[k], ut nullus ex suis domi remaneret a decem et octo annis et supra et a LXX[ta] et infra, sed cum suis civibus iret ad bellum; et sic discurrebant per mare cupientes invenire Pisanos. Tandem reppererunt se inter caput Corsice et Gorgonum et ligaverunt naves simul secundum modum illorum qui pugnant in mari. Et ibi tanta cede ab utrisque pugnatum est, ut etiam celum videretur conpati et plorare. Et multi ex utraque parte sunt interfecti, et plures naves submerse. Cumque iam Pisani victores existerent, supervenerunt Ianuenses cum multis galeis et irruerunt super Pisanos iam fessos, et nichilominus ab utrisque acriter est pugnatum. Tandem Pisani, cum se inferiores esse conspicerent, se Ianuensibus se[l] tradiderunt. Qui vulneratos occiderunt, alios ad carcerem servaverunt. Et qui melius habuit gloriari non potest, quoniam utrisque fuit adversa fortuna. Et tantus fletus et ploratus fuit in Ianua et in Pisis, quantus numquam in illis duabus civitatibus fuit auditus a die condictionis[b]

a) nec *superscr.* b) *sic c.* c) hoc *Sal.* d) *supple* ex *e Sal.* e) ſʒ *c.;* si *Sal.* f) soldadherios *Sal.* g) dissipet *Sal.* h) minor *bis scr., alterum del. c.* i) et *male insertum est.* k) ordinaverant *Sal.* l) *sic iterum c.*

1) *Nimis temerarie auctor surripuit haec verba fratris Salimbene, cum ipse initio capitis indicaverit se haec post Febr. 1. a. 1285. scripsisse.* 2) *Inepte auctor hoc suum* eodem anno *addidit, cum ipse infra scripserit:* Semel MCCLXXXIII. et bis MCCLXXXIIII.

*f. 83c. tantum usque ad dies nostros. Quis enim sine tristicia et magno fletu referre potest illis[a] etiam cogitare[b], qualiter ille due nobiles civitates, ex quibus nobis Ytalicis omnium bonorum copia veniebat, mutuo sunt destructe ex ambitione tantum et pompa et vana gloria, qua una aliam superare volebat, quasi mare navigantibus non sufficeret? Inde consuevit dici:

Iniuriam latam[c] *sibi numquam vindicat apte*
Qui ruit in peius, quo decoratur[d] *aperte.*

Facta sunt hec a[e] XIII. die mensis Augusti, in dominica die, in festo sanctorum martyrum Ypoliti et Cassiani. Numerum captivorum et interfectorum ex utraque civitate scribere nolui, quia diversimode referebatur. Verumtamen archiepiscopus Pisanus episcopo Bononiensi, cuius frater germanus est, certum numerum in suis litteris designavit, quem similiter scribere nolui, quia expectabam fratres Minores de *f. 83d. Ianua[1] et de Pisis, qui *michi certum numerum melius declararent. Et nota, quod ista pugna et strages, que facta est inter Ianuenses et Pisanos, prenosticata fuit et demonstrata, antequam fieret, diu. Nam in villa Sancti Rufini in episcopatu Parmensi mulieres[f] de nocte linum purgabant, viderunt duas magnas stellas mutuo preliantes, et retrahebant se multis vicibus et iterum atque iterum mutuis congressibus dimicabant. Item in millesimo supraposito post bellum, quod Pisani cum Ianuensibus habuerunt, multe mulieres Pisane, pulchre domine et nobiles, divites et potentes, congregate simul, aliquando XXX, aliquando XL, de Pisis Ianuam pedestres ibant, ut suos captivos requirerent et visitarent; nam aliqua habebat ibi virum, aliqua filium vel fratrem vel consanguineum, quos non *dedit Deus*[g] *in conspectu omnium qui ceperunt eos.* Cumque a custodibus carcerum supradicte mulieres suos captivos requirerent, respondebant eis custodes: 'Heu[h] mortui sunt XXX et hodie XL, quos in mare proicimus[i], et sic cotidie facimus de Pisanis'. Cum autem domine de karis suis talia audirent et eos invenire non possent, pre nimia angustia consternate cadebant et pre nimia anxietate et cordis dolore vix poterant respirare. Post paululum vero resumpto hanelitu cum[k] unguibus facies suas dilacerabant et disternebant[l] crines et elevata voce eiulatu magno plorabant, donec intro[m] lacrime defecissent. Nam inedia et fame et penuria et miseria et angustia et tristicia Pisani in carceribus moriebantur, quia *dominati sunt eorum qui oderunt eos, et tribulaverunt eos inimici eorum, et humiliati sunt sub manibus eorum,* nec digni habiti sunt sepulcris patrum suorum, sed privati sunt sepùlturis. Cum autem predicte mulieres Pisane domi[n] fuissent reverse, inveniebant illos mortuos, quos dimiserant in domibus sospites. Gladius enim furoris dominici interfecit Pisanos, quia rebellaverunt contra ecclesiam longo tempore, et quia in mari ceperant[o] prelatos, qui ad concilium veniebant vocati a bone memorie Gregorio pape[p] nono. Porro inter Florentinos et Pisanos idcirco odium habebatur, quia, quando Florentini Pisas veniebant pro mercimoniis emendis, nimis in accipiendo pasagium[q] a Pisanis in portarum exitibus gravabantur. Audientes ergo Florentini et Lucenses, qui magno vinculo amicitie federati sunt simul, omne malum, quod a Ianuensibus Pisanis erat illatum, et cognoscentes, quod Christus[r] eos iuvat, ordinaverunt exercitum contra Pisanos millesimo supraposito in mense Decembris et parum ante nativitatem Christi, cum quibus venire debebant Pratenses, id est illi de Prato, et Cornetos[s], id est illi de Corneto, ut residuos[t] involverent et funditus, si possent, destruerent atque de terra delerent. *f. 84a. *Cum Pisani taliter plorassent[u], et[v] impleta est scriptura que dicit: *Neccesse est divinum adesse auxilium, ubi cessat humanum.* Nam incidit Pisanis consilium bonum, ut claves portarum civitatis Pisane mitterent ad papam Martinum, ut eos defenderet ab inimicis. Qui suscepit eos gratanter et conpescuit insurgentes. Sic[w] audivimus, sic scripsimus. Talia sunt hodie. Finis ignoratur istorum. Illi qui supererunt poterunt videre futura. *Totus mundus* in perturbatione est et *positus in maligno.* In fine sumus milesimi ducentissimi[q] octuagessimi[q] quarti anni.

Item millesimo supraposito insonuerunt rumores, quod Fredericus secundus, qui condam fuerat imperator, in Alamania viveret; quem sequebatur Theotonicorum maxima multitudo, quibus larga manu faciebat expensas. Et adeo invaluerunt et divulgati fuerunt isti rumores, quod plures civitates Lombardie miserunt speciales nuncios ad videndum et cognoscendum, utrum ita esset necne. Etiam marchio Hestensis[x] nuncium specialem. Aliqui etiam Iohachite aliqua[y] adhibebant fidem, quod possibile esset, pro eo quod Sibilla dicit: *Oculos eius morte claudet abscondita* — scilicet Gallicana gallina —, *super-*

a) vel *Sal.* b) cogitarē *c.* c) lam̄ *c.* d) dedecoratur *Sal.* e) a *delendum.* f) *supple* que *e Sal.* g) *supple* in misericordias *e Sal.* h) Heri *Sal.* i) proiecimus *Sal.* k) cō *Sal.* l) descerpebant *Sal.* m) in eis *Sal.* n) domum *Sal.* o) ceperunt *Sal.* p) *sic* (pp̄) *c.* q) *sic c.* r) *sic* (χps) *c.;* tempus (tp̄s) *Sal.* s) Cornetani *Sal.* t) *supple* Pisanos *e Sal.* u) perorassent *Sal.* v) et *delendum.* w) Sicut *Sal.* x) *supple* misit *c Sal.* y) aliquam *Sal.*

1) *Auctor haec verba fratris Sal. nimis temerarie exscribens stulte addidit* de Ianua et, *cum ipse iam neminem exspectarit.*

vivetque, et sonabit in populis: 'Vivit' et 'non vivit', uno ex pullis pullisque pullorum superstite. Merlinus Sal. f. 433b. etiam de eo dicit: *Bis quinquagenarius lene tractabitur.* Quod exponebant Iohachite hoc modo: 'Bis 1284. quinquaginta faciunt centum', quasi volentes, quod centum esset annorum. Sed nichil fuit; processu enim temporis repertum est, quod quidam baratator et trufator erat, qui talia simulabat ad lucrum; et sic tam ipse quam sui sequaces ad nichilum sunt redacti.

Item eodem anno et eodem millesimo Mutinenses intrinseci, id est qui civitatem Mutine Sal. f. 433c. d. 434a. tenent, cum Mutinensibus extrinsecis, qui habitant in Saxolo, apud Montale XII. die exeunte mense Septemb., in die Martis ante temporalia iterum sunt congressi, et pugnatum est ab utrisque, et facta est magna strages. Verumtamen Mutinenses qui habitant in Saxolo sicut in primo conflictu, qui fuit die Lune in initio guerre, sic et in isto, qui fuit die Martis apud Montale, semper superiores et victores fuerunt. Et in istis duobus conflictibus inter mortuos et captivos fuerunt bene quingenti, qui ceciderunt in bello, et in ore gladii qui[a] sunt prostrati, aliqui vero in compedibus ad carceres sunt perducti et ibidem detenti. Parmenses vero audientes omne malum, quod Mutinensibus accidisset, miserunt ambaxatores ad eos duodecim, *volentes eos ad invicem concordare. Sed in vanum laboraverunt, quia *f. 84b. *non crediderunt eis nec* audierunt eos. Item eodem anno et millesimo Parmenses faciebant venire Sal. f. 435d. pro se multa plaustra salis de Cervia sive de Romagnola. Et irruerunt Mutinenses intrinseci super bubulcos apud Baçanum[b] et abstulerunt eis plaustra et salem et boves in odium Parmensium, quia videbatur Mutinensibus intrinsecis, quod, antequam inter eos et concives suos inchoaretur guerra et destructio civitatis eorum, poterunt similiter[c] facere, quod omnia mala cessassent, que venerant[d] postea super eos. Et hoc atribuebant maxime domno Matheo de Corigia et domno Guidoni, fratri suo, qui in regimine suo cesserunt[e] domno Iacobo de Hençola, qui obiit ante terminum potestarie sue conpletum. Item quia Parmenses vitabant stratam publicam et usitatam, in qua pasagium[f] solvebatur. Item in odium illorum de Saxolo, qui permiserant[g] Parmensibus tansare eos per viam superiorem sine solutione passagii; quod quidem fecissent, si nuncius[h] ivissent[i] ad eos, quando bobulci[k] cum sale ad castrum Baçani pervenerunt[l], sed ex quadam stolliditate eundo ad inimicos et dimittendo amicos Mutinam civitatem intravit. Tunc Parmenses ex[1] hoc indignati[m] fuerant, misserunt[f] Mutinensibus ita dicendo: 'Noveritis, quod magnam rusticitatem fecistis exasperando Parmenses, amicos vestros antiquos; insuper magnam fecistis stulticiam aquirendo[f] vobis inimicos gratis, ledendo et provocando Parmenses, quia bene sufficiebat vobis cf. Eccli. 20, 25. guerram habere cum concivibus vestris, qui habitant in Saxolo. Quapropter mandamus vobis dicendo, quod significetis nobis, utrum de dampno et iniuria nobis illata facere vultis emendam et satisfactionem necne, quia tam carum et gratum habebimus, si dixeritis sic, quam si contrarium dicere volueritis. Eligatis ergo quod dicere magis placet'. Qui contempserunt eos audire et etiam exaudire. Quod audientes illi de Saxolo gavisi sunt, non de iniuria illata Parmensibus, sed quia contra inimicos suos adiutores sperabant habere Parmenses. Audientes[n] etiam Bononienses Parmensibus miserunt dicendo, quod in eorum servicium ex una parte Mutinam expugnare volebant, et ipsi eam expugnarent ex altera, veteri etiam moti odio, quod contra Mutinenses habebant, et quia multos bobulcos[k] de suis habuerant in conductu Parmensium, quos leserant Mutinenses. Parmenses vero Bononiensibus non acquieverunt, ut de Mutinensibus ultionem expeterent, tum quia instabat Christi nativitas celebranda, *tum etiam quia veteris amicitie recordabantur, quam *f. 84c. cum Mutinensibus habuerant condam. Parmenses itaque octingentas libr. imper. tempore illo dederunt bobulcis[k] pro recompensatione plaustrorum suorum et boum. Dampnum vero salis equanimiter portaverunt[2].

a) aliqui *Sal.* b) balçanum (?), l *erasum c.* c) poterant faciliter *Sal.* d) venerunt *Sal.* e) reg. successerunt *Sal.* f) *sic c.* g) promiserant *Sal.* h) nunciis, s *expuncto, et post corr.* nuncius, *ut Sal. habet, c.* i) ivisset *Sal.* k) *sic h. l. c.* l) pervenerant *Sal.* m) *seq.* sunt *expunct. c.* — fuerant *delendum est.* n) *supple* hec.

1) *Sequentia quoque ex libro fratris Sal. excerpta sunt, sed fol.* 436. *codicis Vaticani, in quo haec olim exstabant, excisum est. Forte fortuna igitur haec saltem ab Alberto servata sunt.* 2) *Sed constrinxerunt Mutinenses, ut damnum sarcirent; Ann. Parm. mai. a.* 1284. 1285, *p.* 697 *sq.*

De marchione.

Sal. f. 434d—435c. Eodem anno et millesimo Guilielmus marchio Montis-ferati maritavit filiam suam et dedit 1284. eam filio Palialogi defuncti, qui in Constantinopolitana urbe habet dominium super Grecos, et dedit ei in dotem pro filia sua regnum Thesalonice; quod regnum cassale[a] marchionum Montis-ferati habuit a diebus antiquis, scilicet tempore magni imperatoris Frederici primi, quando Manuhel imperator Constantinopolitanus misit ad marchionem Montis-ferati, ut mitteret eum[b] unum de filiis suis, quia volebat ei dare filiam suam uxorem. Et factum est ita. Et dedit ei Kyra-Mariam filiam suam et regnum Thesalonice. Et ex illo tempore factum est regnum illud marchionum Montis-ferati. Cum igitur marchio, de quo dictum est supra, propter Grecorum dominium de regno Thesalonice nullam utilitatem haberet, dedit illud in dotem filie sue, quam Palialogi filio maritavit anno Domini MCCLXXXIIII. Filius vero Paliologi[c] multa milia bizanciorum socero suo dedit, insuper promisit, quod pro socero suo toto tempore vite sue teneret in Lombardia suis expensis quingentos stipendiarios milites ad faciendum guerram. Marchio vero tali adiutorio fretus ivit et cepit civitatem Terdone et multos homines occidit et multos incarceravit tam de civibus quam de militibus stipendiariis, qui venerant aliunde. Episcopus vero de civitate illa fuerat oriundus. Cui marchio dixit: 'Dicatis michi, domne episcope, sunt isti Terdones[d] servi vestri et sub vestro dominio?' Cui respondit episcopus: 'Non, domine'. Cui marchio dixit: 'Quare ergo displicet vobis, si volunt se tradere michi?' Cui episcopus: 'Quia positus sum super populum civitatis istius pastor, rector et custos, et vos contra partem ecclesie dimicatis.' Cui marchio dixit: 'Domne episcope, si volueritis esse meus amicus, ego ero vester; alioquin furorem meum super vos effundam. Mittam igitur exercitum cum tribus capitaneis ad castra vestra, et vos ibitis cum eis, et taliter cum custodibus faciatis, quod castrorum dominium michi tradant'. Cui episcopus dixit: 'Domine, fideliter laborabo, ut castra vobis tradant'. Cumque pervenissent ad castra, episcopus vocavit custodes et rogavit eos diligenter, quod traderent castra sub dominio marchionis.
**f.* 84d. Responderunt autem *episcopo custodes castrorum audientibus capitaneis quasi uno ore dicentes: 'Domne episcope, notum sit vobis, quod castra, que ad honorem sancte Romane ecclesie custodimus, non dabimus in manus illorum, qui partem ecclesiasticam impugnare non cessant, nec etiam vobis ipsi, quamdiu in vestro dominio non fueritis'. Simili modo responderunt omnes custodes castrorum, ad que ducebatur[e] episcopus. Quod capitanei audientes ad marchionem episcopum reducebant. Cumque essent in media via, dimisso episcopo in aliqua parte vie, mutuo loquebantur, qualiter episcopum interficerent. Quod episcopus ex conietura[f] cognoscens dixit eis: *'Ecce ego in manibus vestris sum: Facite michi ut bonum et rectum est in oculis vestris. Verumtamen scitote et cognoscite, quod, si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmet ipsos et contra civitatem istam et habitatores eius'*, Ierem. XXVI. Et addidit episcopus dicens uni ex capitaneis, qui erat consanguineus eius: 'Noveris, quod aliquando fuisti sub dominio meo, et poteram tibi mala inferre, *sed pepercit tibi oculus meus'*. Quod audiens iste insanus statim cum concto suo sive cum darda percussit episcopum et perforavit corpus eius, dicens: 'De cetero sub dominio vestro non ero'. Secundus vero capitaneus cerebrum percussit episcopi, graviter cum ense perforans et vulnerans caput eius. Tercius vero capitaneus super humerum cum ense episcopum graviter vulneravit. Et sic episcopus cecidit et mortuus est gladio impiorum occisus. Audiens autem marchio, quod mortuus esset episcopus, misit et tullit corpus eius. Et congregans omnes religiosos et clericos, qui in civitate Terdone erant, fecit ipsum honorifice sepeliri; et ipsemet causa honoris erga episcopum feretri fuit portator[g], volens etiam ostendere, quod non actum esset ab eo, quod episcopus fuerit interfectus. Custodes vero castrorum episcopi cum omni diligentia custodierunt ea nec dominium aliquod in eis marchioni dederunt. Qui habitabat in Terdona et congregabat exercitum volens tempore oportuno cum Mediolanensibus dimicare. Quod audientes milites stipendiarii, qui in Saxolo erant, ad marchionem iverunt.

CCCVII.[h] De fulgure et tonitruo, qui fuit in Venetiis et Cluçe.

Sal. f. 438b. Item eodem millesimo et anno. Festum sancti Thome apostoli in Va feria fuit, et sequenti nocte in VIa feria circa horam matutinalem facte sunt corruscationes, et audita sunt tonitrua magna; quod erat insolitum, ut tali tempore tonitrua audirentur. Et tunc in Veneciis facte sunt inundationes magne maris et fluctuum, quales non fuerunt, ut dicunt antiqui, ex quo civitas illa fuit, que fundata est super aquas, usque ad dies nostros. Et submerse sunt naves, et neccati sunt homines; et mercationes, que in solariis domorum non erant, penitus sunt destructe. Simile infortunium fuit in civitate Clugina, scilicet Cluça, que est in lacunis marinis, ubi fit sal. Et dicebat cardinalis Romane curie domnus Bernardus legatus, qui in Bononia habitabat, quod ideo accidit hoc infortunium

a) *sic c.* b) ei *Sal.* c) *sic h. l. c.* * d) Terdonenses *Sal.* e) dicebatur *c.* f) coietura *c.* g) portitor *Sal.* h) CCCVIII. *radendo corr.* CCCVII. *c.*

*Venetis, quia excommunicati erant ab eo, quod contra Petrum Aragonum regi Karulo succursum dare *f. 85a. Sal. f. 438b.
volebant[a], cum de voluntate Martini pape procederet. Item in vigilia nativitatis Domini, que in
dominica fuit, quando dicebatur matutinum, luna fuit totaliter obscurata. Talia sunt hodie, finis Sal. f. 435d.
ignoratur istorum. Qui autem supererunt poterunt videre futura.

CCCVIII.[b] De domno Alberto de Bostolis de Arecio potestate Reg. et de domno Tega de Bondemontibus de Forencia capitaneo populi Reg.; et de morte regis Karoli et pape Martini, et de electione Honorii pape; et[c] de introitu regis Francie, quem fecit in regno Petri Aragonensi[d], et de mortalitate et strages[d], que facta fuit ibi; et de mortalitate, quam fecerunt Tartari in regno Ungarie de religiosis et aliis personis.

Anno Domini M. ducentesimo LXXXV, indictione XIII. Domnus Albertus 1285.
de Bostolis de Arecio potestas Reg., qui stetit per VI menses, scilicet a Kalendis Ian. 1.
Ianuar. usque ad[e] Kalendas Iulii, et de domno Tega[1] de Bondemontibus de Flo-
rencia capitaneo populi Reg., qui stetit per VI menses, scilicet a Kalendis Augusti Febr. 1.
usque ad[c] Kalendas Februarii[2]. Et eodem anno rex Karolus fecit principem et
dimisit principatum Karlino tercio et eum fecit regem et principem Sycilie et
Apulie ad voluntatem ecclesie Romane. Et iste Karlinus filius erat Karli secundi,
qui captus et incarceratus erat, filium[f] regis Karoli. Et infirmus stetit rex Karolus
in civitate Foçie in Apulia et obiit die quinto mensis Ianuarii, in vigilia epyphanie, Ian. 5.
et sepultus fuit in festo epyphanie in civitate Neapolim. Item eodem anno Ian. 6.
papa Martinus quartus cantavit missam in civitate Perusina in ecclesia maiori
dicte civitatis, scilicet in ecclesia sancti Laurencii et Herculiani, et fuit pascha in
mense Marcii in annuntiatione beate Marie virginis, VII. die exeunte dicto mense, Mart. 25.
et infirmus fuit die Lune sequenti, feria secunda, et obiit die Mercurii nocte[3], Mart. 26. Mart. 28.
quarta feria, et sepultus fuit die Iovis, quinta feria, ad supradictam ecclesiam Mart. 29.
dicte civitatis; et cessavit episcopatus quatuor dies Marcii. Et eodem anno
electus fuit in papam secundo die mensis Aprilis Honorius papa quartus, natione Apr. 2.
Romanus et domnus Iacobus Sabellus ante dictus. Item eodem anno rex Francie
cum toto suo posse intravit et occupavit regnum Petri Aragonensi[f] et destruxit
civitates et castra dicti regni; et maxima mortalitas ibi fuit ab utraque parte
dicti regis Francie et Petri Aragonum. Sicut audivimus, sic scripsimus. Talia sunt
hodie. Finis ignoratur istorum. Illi qui supererunt poterunt videre futura[4].
Item eodem millesimo et anno Tartari intraverunt in regno Ungarie et interfecerunt
*multos religiosos et sanctimoniales personas. *f. 85b.

[CCCIX.[g]] De domno Andriolo de Golferamis de Cremona potestate 1285.
Reg., qui stetit per VI menses, scilicet a Kalendis Iulii usque ad Iul. 1.
Kalendas Ianuarii; et de domno Iacobo de Arcellis de Placencia 1286. Ian. 1.
capitaneo populi Reg., et stetit pro VI mensibus, scilicet a Kalendis 1285. Aug. 1.

a) nolebant *Sal.* b) CCCIX. *h. l. c., sed* CCCVIII. *in indice cap.* c) et de intr. — scil. a Kal. Ian. *(l. 13. 14) in loco raso scripta, quorum pars et in indice in loco raso scripta est; cf. supra p.* 371, *n.* c; *antea minio scripta sequebantur hoc loco statim:* et aliis personis *(l. 11).* d) *sic h. l. c. et in indice cap.* e) a *post corr.* ad *c.* f) *sic c.* g) *hic numerus deest in c.*

1) *Verba inscriptionis capitis hoc loco Albertus neglegenter repetiit.* 2) *Immo legendum est:* a Kal. Febr. usque ad Kal. Aug.; *cf. sequentem capitis inscriptionem.* 3) *Cf. Pawlicki, 'Papst Honorius IV.' p.* 2. 3. *Accuratius haec relata sunt ab Alberto quam a Salimbene f.* 445[d]. 4) *Haec* (Sicut — futura) *sunt verba fratris Sal., quae auctor iam supra cap. CCCVI. (p.* 567, *l.* 22. 23; *p.* 568, *l.* 41. 42*) et cap. CCCVII. (p.* 571, *l.* 3. 4*) exscripsit.*

1286. Febr. 1. Augusti usque ad Kalendas Februarii; et de morte regis Francie[1]; et de colta, quam inter se posuerunt clerici civitatis Reg. in subsidio dando comuni Reg. pro strata inglaranda, qua itur Parmam; et de puteo facto apud palacium vetus comunis Reg.; et de conpromisso, quem[a] fecerunt Mutinenses pro pace inter se facienda in domnum Guidonem et domnum Matheum de Corigia[2], et aliis gestis.

CONTINUATIO.

1285. Iul. 1. Eodem[b] anno et millesimo prope sanctum Petrum[3], scilicet in[a] Kalendas[a] Iullii
usque ad Kalendas Ianuarii, domnus Andriolus de Gulforanis de Cremona potestas[c]
Regii, et stetit per menses sex. Et domnus Gibertus[4] de Arcellis de . . . . . .[d]
Aug. 1. capitaneus populi Regini, qui stetit per sex menses, scilicet a Kalendis Augusti
usque ad Kalendas Februarii, et dicta civitate fecit satis bonum regimen[e].

1286. Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo[f] sexto domnus Bonifacius
Lupus de civitate Parme factus fuit potestas civitatis Regii per sex menses, scilicet
Ian. 1. a Kalendas[a] Ian. usque ad Kalendas Iulii, et fuit homo satis modici valoris. Et
eodem millesimo domnus Guido de Foliano de Limisina[g] factus fuit capitaneus
Febr. 1. populi per sex menses, scilicet a Kal. Februarii usque ad Kal. Aug. Et in ipso
Apr. 5. tempore, die quinto Aprilis mortui fuerunt domnus Guido de Bianello et Bonifacius
frater ipsius in pratis de Templo, dum irent ad castrum Bianelli, per Scarabellum
de Canosa[5]. Et Açolinus filius[6] Guidonis de Bareto, et multi alii mortui fuerunt.
Et dictus dominus[a] Guido[7] fuit detentum[a] per potestatem, eo quod dicebatur,
quod fecit fieri illud maleficium; et fuit infra pauchos dies[8] relasatus. Eodem M.
Iun. 2. die tercio Iullii[9], in die pentecostes[h] Bonifacius Boiardus cum quibusdam de illis
*f. 85c. de Bismantua et aliis sbandictis de civitate et cum multis aliis de civitate *Mutine[i]
intravit monasterium sancti Prosperi, quod sibi datum fuit per prodictionem[a]
quorundam monachorum dicti monasterii; et nisi donus[a] Guilielmus de Lupicinis
abbas ipsius monasterii affugisset, dicitur, quod interfecissent; qui cum non possent
ipsum habere, ipsum locum derobaverunt et ad civitatem Mutine[i] perexerunt;
propter quod in civitate fuit magna turbatio, ita quod tota civitas ad arma cucurit;
et XL stipendiarii comunis in ipso negotio valde se bene habuerunt non permittendo aliquem de magnatibus ascendere plateam comunis. Sed domnus Bernardus

a) *sic c.* b) *altera manus (B) pergit. Sequentia quae in folii* 85. *col.* 2. *exstant* Eodem — aliis de ci *(l.* 24*) omnia in loco raso scripta sunt, iis quae antea scripta erant ita erasis, ut iam nihil legi possit.* c) potatis *c.* d) Placencia *ex rubrica capitis erasi supplendum, hoc loco nulla lacuna in c.* e) *post haec* 3½ *lineae vacuae relictae in c.* f) otgēio *c.* g) *sic aut* Lunisina *aut* Lunifina *legi potest in c.* h) pentec̄ *c.* i) mut *c.*

1) *Philippus III. rex obiit a.* 1285. *Oct.* 5. 2) *Cf. Salimbene f.* 454[d] — 455[d]; *Ann. Parm. mai. p.* 699. 3) *I. e. prope diem s. Petri (Iun.* 29*), quo die potestates successisse Albertus semper fere dicit.* 4) *Iacobus vocatur in rubrica capitis erasi.* 5) *Vide quae de his et sequentibus Salimbene f.* 466[b] — 467[c]. *copiose narrat; Ann. Parm. mai. p.* 699. 6) *Legendum est:* per Scarabellum de Canosa et Açolinum filium G. de B.; et multi, *ut habet Sagacius de Gazata col.* 11; *cf. Sal. f.* 466[c]. 7) *Scil. de Albareto, qui modo de Bareto dictus est.* 8) detentus per X dies *Sal. f.* 466[d]. 9) *Pentecoste fuit a.* 1286. *die Iun.* 2, *non, ut codex perperam habet, Iul.* 3, *quod fieri non potest; et die pentecostes hoc factum esse tradunt Sal. f.* 474[c]. *et Ann. Parm. mai. p.* 700. *Sed etiam Sagacius de Gazata l. l. habet:* de mense Iulii in pentecoste.

de Foliano prepositus Carpineti fuit locutus cum domno Bartholino de Foliano 1286.
ante ianuam maioris eclesie in platea comunis, et ille rumor per Dei gratiam et
opere illorum sedatus est. Et Bononienses misserunt certam quantitatem peditum
ad custodiam civitatis. Eodem M. domnus Henricus de Meçivilanis de Bononia
factus fuit potestas[1] pro VI mensibus, scilicet a Kall. Iullii usque ad Kall.[a] Ian., *Iul. 1.*
et fuit homo satis comunis et bonus inter ipsas partes civitatis, que erant valde
discordes. Et domnus Guido de Thumba, civis Çessene, factus fuit capitaneus
populi pro VI mensibus, scilicet a Kall. Aug. usque ad Kall. Febr. Eodem M. *Aug. 1.*
quarto die Aug. pars illorum de Saxolo et de Savignano cum suis amicis, que de *Aug. 4.*
civitate Mutine[b] expulsa fuerat, ut supra continetur[2], facta pace per comune
Parme[3] rediit in civitatem Mutine[b, 4]; et omnia castra per ipsum comune Parme
dirupta fuerunt pro bono pacis. Die quarto exeunte[c] mense Novembr.[5] facta fuit *Nov. 27.*
pax inter Lupicinos, Mutos et Sturgidos ex una parte, Boiardos, Roglerios et Flor-
debellos ex alia[d].

*Anno[e] Domini MCCLXXXVII. domnus Minacius de Cortesiis, civis Cremone, **f. 85d.* 1287.
factus fuit potestas pro VI mensibus, scilicet a Kall. Ian. usque ad Kall. Iullii. *Ian. 1.*
Et eodem M. domnus Rufinus Riçardi de Parma factus fuit capitaneus populi pro
VI mensibus, scilicet a Kall. Febr. usque ad Kall. Aug. Eodem M. die quarto *Febr. 1.*
Aprilis, in die Iovis sancto[6] obiit domnus Honorius papa IIII, Iacobus Sabellus *Apr. 3.*
ante dictus[7], civis Romanus, apud Sanctam Sabinam intra Urbem, in quo loco
habitant fratres Predicatores; et ibidem fecit fieri magna palacia et hedificia[8], et
sepultus est in bascilica[f] sancti Petri infra domnum Nicholaum papam III. in *(Apr. 4).*
archa multum pulcra. Et quia cardinales tunc temporis non potuerunt concordare
de summo pontifice eligendo, in illa estate Romam[f] sunt conmorati; et aliqui ex
eis graves infirmitates incurerunt, propter quod aliqui[9] diem ultimum signaverunt.
Et vacavit sedes XI mensibus minus tribus vel quatuor diebus.

Eodem[g] M. die VIII. Aprilis filii domni Hugolini de Foliano, domni Matheus, *Apr. 8.*
Bartholinus et Nicholaus, per forciam[h] aceperunt[f] consortibus suis, scilicet domno
Bernardo de Foliano preposito Carpineti et domno Francisco, fratri ipsius, rocham
de Carpineto, castrum de Paule et de Monte, que erant comunia inter ipsos, et
Gissum de Malapresis domno Bernardo de Gisso[10]. Die vero sequenti predicti *Apr. 9.*
domni prepositus et Franciscus cum filliis[11] ipsius, Panceriis et aliquibus de Mala-
tachis cum quibusdam eorum amicis de civitate Regii expulsi fuerunt[12]; et domus

a) *seq.* aug⁴ *del. c.* b) mut *c.* c) exente *c.* d) *spatium reliquum (8 linearum) folii 85c. vacuum relictum est.* e) *littera initialis* A *deest.* f) *sic c.* g) *littera initialis* E *deest.* h) per forciam *in loco raso.*

1) *Cf. Matth. de Griffonibus col.* 129. 2) *Cap. CCCVI, f.* 82d *(ex Sal.), p.* 566. 3) *Quae pax diebus Iun.* 28. 29. *facta est; Ann. Parm. mai. p.* 700. *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 81. 4) *Quod die Aug.* 4. *factum esse referunt etiam Ann. Veron. de Romano p.* 431. 5) *Die quinto exeunte Novembri hoc factum esse scribit Sagacius de Gazata l. l. col.* 12, *qui eadem fere verba habet.* 6) *I. e. die coenae Domini, qui a.* 1287. *fuit Apr.* 3, *non Apr.* 4. *Et hoc die, non Apr.* 4, *mortuus est Honorius papa.* 7) *Cf. supra cap. CCCVIII.* 8) *Cf. Cont. Rom. cod.* 5, *SS. XXII, p.* 482. 9) *Scilicet Gotefredus Alatrensis card. diaconus S. Georgii ad Velum-aureum, Hugo de Evesham card. presbyter S. Laurentii in Lucina, Gervasius card. presbyter S. Marcelli. Cf. Ann. Veron. de Romano p.* 432 *sq.* 10) *Cf. Tiraboschi, 'Mem. stor. Modenesi' V, Cod. dipl. p.* 97, *nr.* 939. 11) *Simone et Bucelino, ut Sagacius de Gazata l. l. habet.* 12) *Vide quae Sal. f.* 483a—484b. *his de rebus uberius narrat. Plane haec confudit turbavitque Sagacius de Gazata l. l. Cf. etiam Ann. Parm. mai. p.* 701; *Ann. Veron. de Romano p.* 432; *'Cronache Modenesi' p.* 81.

1287. illorum de Canossa posita iusta plateam ipso die conbusta fuit et dirupta ex toto, in qua se reduxerant supradicti cum suis amicis, exceptis Lupicinis, qui usque ad ipsam diem credebantur eorum amici; et pro eis et ab ipsis descenderat quasi tota discordia civitatis, sed predictos expulsos noluerunt in alico[a] adiuvare. In quo negocio predicti rectores male et debiliter se habuerunt; et creditur, quod
Apr. 10. fuerint conscii et participes dicte expulsionis. Die vero sequenti tota milicia civi-
*f. 86a. tatis Bononie[b] *venit ad civitatem Regii, in quam intrare non potuit; propter quod infecto[c] negocio Bononiam[b] rediit. Quibus rectoribus, potestate et capitaneo supradictis, de civitate Regii recedentibus, per eos qui remanserant in civitate electi fuerunt VIII rectores, scilicet domni Bartholinus de Foliano, Guido de Tripoli, Thomaxius de Robertis, Parisius de Campsoribus, Hugo de Rogleriis, Albertus Pelis-guere, Iohannes de Marchisiis, Iohannes de Gavasia, qui omnes maximi robatores fuerunt averis comunis. Unde, cum male facerent publicam utilitatem et sua marçupia procurarent extendere, factus fuit potestas domnus Guido de Viano de Lunexana[d], et domnus Conradus de Boschetis de Mutina[e] factus fuit capitaneus populi. Supradicti expulsi reduxerunt se cum illis dominis de Canosa, qui cum eis erant de una parte, ad Gissum de Crustuneo[1], et multa alia castra infra paucos dies habuerunt, scilicet Bismantuam, quod rehedificaverunt, et omnia castra abbatis de Canossa[2], scilicet Castrum-novum, Filinam, Sarçanum, Canossam, Pathernum, Mozatellas et Monte-Calvulum, et infra modicum tempus ceperunt per violenciam castrum de Monte, capiendo et interficiendo eos qui intus erant, et illud ex toto diruerunt. Deinde, cum per aliquos dies castrum de Paule obsedissent et aquam accepissent intrinsecis dicti castri, illud per concordiam habuerunt, et quosdam pedites, qui ibant de civitate[f] in auxilium dicti castri[g], quadam die iuxta[h] illud castrum ceperunt et interfecerunt. Tempore procedente diruptis domibus ipsorum extrinsecorum domnus Matheus de Foliano ex lapidibus et lignamine ipsarum super maçelum de platea fecit fieri quandam pulcerimam domum, que vocata fuit[i] Alta-bella, et Nicholaus frater ipsius fecit fieri unam aliam, que per Dei graciam conpleta fuit super cassamento Mafonis[k] et Ravanorum;
Iul. que iverunt postea sicut debebant. Eodem M. de mense Iullii domnus Bernardus de Foliano prepositus Carpineti et domnus Rolandinus de Canossa cum multis militibus et peditibus de sua parte et bene cum C stipendiariis tam ultramontanis
*f. 86b. quam Lumbardis *per Reginos intrinsecos, scilicet cum tota milicia tam forensium quam civium et per duos de quarteriis civitatis, et bene C militibus de civitate
(Aug. 1). Mutine[l] obsessi fuerunt in rocha Tineberga[3]; et alii de dictis extrinsecis, qui remanserant apud Gissum et Mozatellas et ad alia castra, que tenebant, venerunt ad burgum de porta Bernonis et rostam et alia fortilicia, que ibi erant, per violenciam ceperunt et multas domos dicti burgi conbuscerunt[a]. Et in ipsis diebus domnus Albertus de la Scala cum tota milicia civitatis Verone[m] et cum duobus filiis domni Pinamontis et maxima quantitate militum de civitate Mantue[n] et cum

a) sic c. b) Bon c. c) infecto c. d) lunexana c. e) muti c. f) civit. *post ceperunt*, et *in marg. manu saec. XVI. add.:* Mutina. g) *seq.* de *statim del.* (?) *c.* h) *seq.* il *del. c.* i) fuit *in loco raso.* k) *non patet, num* Mafonis *an* Masonis *scriptum sit in c.* l) mut *c.* m) ueron *c.* n) mant *c.*

1) *Quod castrum in summa valle Crustunei torrentis haud procul a Canossa olim situm erat. Cf. Tiraboschi, 'Dizionario' I, p.* 344. 2) *Rolandi de Albareto; cf. Salimbene f.* 485[d]. 3) *Cf. quae Salimbene f.* 488[c]—489[c]. *de hac obsidione narrat, qui dicit f.* 489[b]. *die Aug.* 1. *obsidionem esse coeptam, die Aug.* 13. *solutam. Et Sagacius col.* 12. *dicit arcem Tinibergam XIII diebus obsessam esse (ibi enim legendum est* arcem Tinibarcham*).*

illis dominis de Sesso ad instanciam domni Francisci de Foliano venit in adiutorium 1287. dictorum obsessorum et cepit castrum Sancti Stephani iusta paludes, sed domnus Gerardus de Iossano, civis Cremone[a], potestas civitatis Bononie[b,1], cum XX anbaxatoribus de civitate Bononie[b] venit ad ipsam rocham; et facta quadam pactione inter intrinsecos et extrinsecos, dum de ipsa rocha exirent, factis insidiis per illos *(Aug. 13).* de exercitu interfici voluerunt; et facto insultu per insidiantes aliqui de forensibus fuerunt graviter vulnerati, sed redeuntes in ipsam rocham multos de exercitu, qui illuc iverant causa videndi locum, credentes vere pacem esse factam, ceperunt, et aliqui vulnerati fuerunt; tamen[c] audito rumore ab anbaxatoribus de Bononia[b], qui erant apud Saxolum, quod distat ab illo loco per duo miliaria, acesserunt[d] illuc et duxerunt Bononiam[b] domnos prepositum, Rolandinum et Bartholameum[d] de Panceriis[2], omnibus aliis, qui debebant ire Bononiam[b], insalutatis dictis anbaxatoribus, ad propria redeuntibus, dubitantes[d] de ipsa pace; nam publice dicebatur, quod dictus domnus Gerardus faciebat eis fieri pessima facta, sicut postea apparuit manifeste, propter promissiones factas eidem per Reginos intrinsecos et specialiter de faciendo ipsum potestatem, sicut fecerunt. Audiens predicta domnus Albertus de la Scala castrum Sancti Stephani conburi fecit ex toto et cum omnibus suis rediit ad propria. Et illi domini de Sesso[3] venerunt ad castra dictorum extrinsecorum, quia secum erant certis pactionibus et conventionibus coligati.

*Eodem millesimo die VI. Septembr. domnus Thomaxinus de Saxolo cepit **f. 86c. Sept. 6.* portam Bazoariam civitatis Mutine[e,4], et omnes Grasulfi de civitate Mutine[e] cum multis Lanbertaciis de civitate Bononie[b] morantes apud Mantuam et Veronam et cum maxima multitudine militum de dictis civitatibus, tam civibus quam stipendiariis et Theotonicis missis a comite de Tirallo[5], venerunt ipso die ad ipsam civitatem; et quia dicta porta non potuit aperiri ex toto, civitatem habere minime potuerunt et cum dicto domno Thomaxino, qui fuerat tractor tocius negocii, reduxerunt se apud Saxolum; et multi per civitatem et burgos capti fuerunt et interfecti. Milicia vero civitatis Regii perexit in auxilium Mutinensium[e], intrinseci cum intrinsecis, extrinseci cum extrinsecis; et euntes versus Saxolum audiverunt predicti extrinseci falsa relatione contra ipsos venire milicias civitatis Bononie[b], Parme, Cremone et tocius partis eclesie, de ipso loco omnes discexerunt[d], et per episcopatus Reginorum[f] et Mutinensium[e] multi capti fuerunt. Quod audientes predicti Mutinenses[e] et Regini omnes de Saxolo discexisse[d], acesserunt[d] ad locum et totum conbuxerunt; quibus ad civitatem Mutine[e] redeuntibus, cum milicia civitatis Bononie[b] et Parme illuc accessisset, susspensi[d] fuerunt ad dictam portam propter illud negocium multi nobiles et potentes tam de civitate Mutine[e] — et unus[6] de Lanbertis de Feraria — quam plures alii per domnum Bernardinum de Ponente[g,7] de Ravenna, potestatem civitatis Mutine[e]; quod fuit in maximam superbiam et stulticiam reputatum.

a) crem *c.* b) bon *c.* c) *sic* (tn) *c.;* Tunc *Murat.* d) *sic c.* e) mut *c.* f) reg *c.* g) *multo post corr.* Polente.

1) *Cf. Ann. Bonon., Calogerà, 'Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici' IV, p.* 137; *Codex dipl. Cremon. II, p.* 219. 2) *Cf. Salimbene f.* 490[a]. 3) *Gibellini scilicet e civitate Regina expulsi. Cf. Salimbene l. l.* 4) *De hac pugna cf. Salimbene f.* 490[a] — 490[d]; *Ann. Parm. mai. p.* 703; *Chron. Estense, Muratori, SS. XV, col.* 339; *Ann. Veron. de Romano p.* 433. 5) *Meinhardo duce Carinthiae et comite Tirolis.* 6) *Tomasinus; cf. Chron. Estense et Ann. Veron. de Romano l. l.* 7) *I. e. de Polenta; cf. Ioh. de Bazzano et Bonif. Moran. p.* 81; *Salimbene f.* 490[c]; *Chron. Est. l. l.*

1287. Eodem millesimo, cum dicti domni prepositus de Carpineto et Rolandinus de
Dec. 1. Canossa fuissent, datis obsidibus, de forcia comunis Bononie[a] die primo Decembr.
relaxati, facto in comune Bononie[a] conpromiso[b], lata fuit quedam sententia pacis
inter ipsos intrinsecos et extrinsecos civitatis Regii de parte eclesie; que cum
fuisset iniqua et actractata[b] per dictum Gerardum de Iosano, non fuit observata.

Dec. Post aliquos vero dies eiusdem mensis illi de Dallo, qui amici erant intrin-
secorum, cum toto posse ipsorum venerunt ad castrum Filine et quam plures
domos de curia ipsius castri derobaverunt et conbuxerunt; quod audientes extrin-
**f. 86d.* seci *predicti constituti ad sua castra, scilicet Gissum, Mozatellas[c] et alia, cum
maxima multitudine equitum et peditum terras illorum de Dallo intraverunt con-
burendo, derobando et destruendo et ceperunt domnum Saladum de Dallo et
Paulucium et multos, quorum nomina et numerus ingnoratur[b].

1288. Anno Domini MCCLXXXVIII. supradictus domnus Gerardus de Iossano,
Ian. 1. civis Cremone, factus fuit potestas per VI menses, scilicet a Kall. Ian. usque ad
Kall. Iullii, sicut promissum fuerat per dictos intrinsecos apud rocham Tinibergam,
ut fertur[1].

Eodem millesimo domnus Henrigetus de Martinengo de Brixia factus fuit
Febr. 1. capitaneus populi pro VI mensibus, scilicet a Kall. Febr. usque ad Kall. Aug.
Et cum dictus domnus Gerardus electus fuerit in capitaneum civitatis Florencie,
habuit licenciam, et in locum ipsius subrogatus fuit quidam frater ipsius. Eodem
Iun. millesimo de mense Iunii omnes intrinseci civitatis cum tota milicia et duobus
quarteriis et cum C militibus stipendiariis civitatis Mutine[d] iverunt in obsidionem
castri de Monte-Calvulis, stando ibi duobus diebus. Tunc omnes extrinseci con-
Iun. 15. stituti ad alia castra insimul convenerunt ad castrum de Mozatellis[c] et die XV.
Iunii, in festo sancti Viti martiris insultum fecerunt in dictum exercitum omnes-
que de exercitu fugaverunt, capiendo de magnis et bonis civitatis, a quibus
multam peccuniam extorserunt, et multos in ipso conflictu interfecerunt et in tali
puncto, quod ipsi intrinseci ab illo die inantea ante ipsos non fuerunt ausi anplius
aparere. Verum cum dicti intrinseci multos in processu temporis in suos rectores
elegissent per Lonbardiam, qui omnes respuerunt venire ad ipsos, elegerunt in
suum potestatem domnum Guilielmum Catellanum, contestabillem[b] XL stipen-
diariorum ipsorum. Dicti vero extrinseci habebant in suum potestatem et rectorem
domnum Gilocham de Marianis de Cremona, virum nobilem et potentem.

Iul. 23. Die XXIII. Iullii sepe dictus domnus Bernardus de Foliano prepositus
Iul. 22. Carpineti et archipresbyter[e] plebis de Baysio in festo sancte Marie Magdalene[2]
**f. 87a.* *cum maxima multitudine equitum et peditum ascendit montem castri Baysii et
illud incastelavit. Quod audientes intrinseci civitatis illuc ire voluerunt et usque
ad montem de Visignolo perexerunt, dictis, qui dictum castrum rehedificabant,
usque ad Caniculam-veterem obviam venientibus; propter quod dicti intrinseci ad
civitatem sunt reversi.

Aug. 1. Die primo Aug. subsequenti illi domini de Sesso cum auxilio et conscilio
domnorum Alberti de la Schala de Verona et Pinamontis de Bonaconsis[f] de
Mantua intraverunt locum Sancti Stephani et ibi castrum rehedificaverunt, ducentes
de Mantua et Verona butifredos et machinas et palanchatum, et episcopatum
Reginorum[g] ex parte inferiori conburebant et derobabant, prout ex parte superiori
factum fuerat. Videntes intrinseci civitatis[h] sic se undique[i] debellari, per comunia

a) bon *c.* b) *sic c.* c) mozatell *c.* d) mut *c.* e) ar̃. *c.* f) boagsis de mat *c.* g) regin *c.* h) ciuit *c.* i) ũndiqȝ *c.*

1) *Cf. supra p. 575, l. 16.* 2) *Quod fuit die Iul. 22, non Iul. 23.*

civitatum[a] Parme, Cremone[b] et Bononie, facto conpromisso in anbaxatoribus 1288.
dictarum civitatum, inter ipsos intrinsecos et extrinsecos de parte eclesie, omnibus
illis de Sesso et de parte imperii exclusis, verbo et corde pax fuit celebrata. In *(Sept. 25).*
festo sancti Michaelis iudex potestatis[1] Parme et miles capitanei[2] venerunt Regium *Sept. 29.*
et vice et nomine dictarum civitatum[a] aceperunt[c] regimen et dominium civitatis[a].
Dicti anbaxatores seu arbitri, in[d] quibus conpromissum factum fuerat, elegerunt
in potestatem pro VI mensibus domnum Matheum de Corigia de Parma et dom-
num Puncinum[d*] de Puncinardis de Cremona in capitaneum, qui intraverunt in
regimine civitatis[a] de mense Octubr., octavo die exeunte dicto mense. [e]Dicti *Oct. 24.*
domini extrinseci in civitatem sunt reversi cum omnibus amicis, qui secum expulsi
fuerant; et a[c] portam Sancti Stephani quedam fortilicia facta fuit pro custodibus
civitatis[a] Parme, et una alia pro Bononiensibus[f] ad portam Sancti Petri fieri
debebat*.

*) *In marg. infer. f. 86'. alia manu (D) suppl.:* Anno Domini millesimo CCLXXXVIII. 1288.
die VII. exeunte Febr., in kathedra sancti Petri domnus frater Ieronibus[g] *Febr. 22.*
cardinalis de ordine Minorum, civis Esculanus, electus fuit in summum
pontificem[h] et vocatus est Nicholaus IIII. Hic estate veniente apud *(Maii 22).*
Reate VI cardinales fecit[3], et hyeme[i] rediens Romam apud Sanctam Mariam *(Oct.)*
Maiorem, ubi satis magna palacia conpleri fecit, est conversatus. Estate
subsequenti reversus est Reate. In sancto pentecoste[k] ibidem me pre- 1289. *Maii 29.*
sente domnum Karolum, filium condam regis Karoli, et eius uxorem[4] coro-
navit in regem Ierusalem et Scicilie[5], concedendo eidem omnes terras et
possessiones, quas condam pater ipsius tenebat ab ecclesia Romana.

Anno Domini millesimo CCLXXXVIIII. domnus marchio Estensis[l, 6] factus 1289. *(Ian. 23).*
fuit dominus perpetuus[m] et generalis civitatis et episcopatus Mutine[n, 7]. Eodem
millesimo domnus Torellus de Torellis[o], civis *Bononie[f], factus fuit potestas civi- *f. 87b.
tatis Regii pro VI mensibus, et domnus Andreas de Marano, civis Parme, capita-
neus populi, scilicet a Kall. Iullii usque ad Kall. Ian.; et antequam predicti *Iul. 1.*
rectores, scilicet domni Matheus de Corrigia et Puncinus, discederent de civitate
Regii, cum ante exitum sui[p] regiminis incepissent tractare pacem illorum domi-
norum de Sesso, qui gueram apud Sanctum Stephanum faciebant, dictam pacem
conpleverunt inter ipsos de Sesso, Mantuanos[q] et Veronenses[r] ex una parte et *(Iul. 12).*
Reginos intrinsecos ex alia[s], ita quod illi de Sesso debebant per VI annos stare
extra civitatem et bonis suis gaudere.

Die VII. Aug. rumor quidam fuit excitatus in civitate Regii[9], propter quem *Aug. 7.*
populus curens ad arma omnes potentes utriusque partis fecit detineri et conpediri
in palaciis comunis et populi; et maxima pars dicti populi domos quorundam de-
robaverunt et aliqualiter destruxerunt, qui tempore expulsionis supradictorum dice-

a) ciuit *c.* b) Cremone et bon fco *erasa c.* c) *sic c.* d) i *c.* d*) pucin *c.* e) *sic distinctum est in c.* f) boñ *c.* g) Geronibus *corr.* Ieronibus *c.* h) potificem *c.* i) hyme *c.* k) penit *c.* l) marchi estēʒ *c.* m) perp. et *erasa.* n) mut *c.* o) torelł *c.* p) suorum *corr.* sui *c.* q) mant *c.* r) veronen̄ *c.*

1) *Frederici de Sommaripa de Laude; Ann. Parm. p.* 703. 2) *Bonacosae de Basacomadris de Bononia.* 3) *Cf. Ann. Veron. de Romano p.* 433 *sq.; Ptolem. Luc., Hist. eccl. XXIV,* 20, *Muratori, SS. XI, col.* 1194, in pentecoste *non recte.* 4) *Mariam.* 5) *Cf. Potthast, Reg. pont. II, p.* 1852. 6) *Opizo II.* 7) *Cf. 'Cronache Modenesi' p.* 82; *Ann. Veron. de Romano p.* 435; *Chron. Estense col.* 340. *ad a.* 1288. 8) *Cf. Ann. Mant., SS. XIX, p.* 30. 9) *De hac seditione bene et copiose referunt Ann. Parm. mai. p.* 705 *sq. Cf. Ann. Veron. de Romano p.* 436; *Sagacius col.* 12 *sq. hanc Reginam sequitur relationem.*

1289. *Aug. 8.* bantur fuisse culpabilles. Die sequenti milicia civitatis Parme cum potestate[1] ipsorum et cum duabus de portis[2] venit Regium aprehendendo dominium civitatis et burgorum; et cum essent omnes Parmenses in palatio episcopatus cum omnibus rectoribus congregati, contra domnum Torellum rumor insonuit: 'Moriatur, moriatur!' Quo protecto et deffenso a domno Andrea[3], clamavit populus Parmensis: 'Ad domos, ad domos!' et cum maximo impetu et furore Altabellam[4] et alias domos illorum dominorum de Foliano iusta plateam comunis possitas[a] incenderunt et *Aug. 10. Aug. 14.* diruerunt in festo sancti Laurencii. In vigillia[a*] beate Marie virginis dictos nobiles et potentes Parmam duxerunt et multos de maioribus et potentioribus populi, alios in diversis partibus misserunt[a] ad confinia et acceperunt[b] dominium quasi omnium castrorum; et dictum fuit, quod ipsa diruere volebant; unde castra[c] quedam non potuerunt habere, scilicet Hyrberiam, Castelaranum, Borzanum et Razolum, quod domnus Guido de Tripoli acceperat custodibus Parmensibus[d], de quibus conbuxit unum super unam de turris[a], qui se noluit reddere; et quia dictus domnus G[uido] *f. 87c. noluit venire *ad precepta pòtestatis Parme, scilicet domni Thomaxii de Curinis de Veneciis, cui data erat potestas et dominium civitatis et episcopatus per populum civitatis Regii, domus ipsius domni Guidonis valde pulcra et magna per ipsos Parmenses dirrupta[a] fuit. Verum cum predicti nobiles et alii de civitate Regii per multos dies stetissent in carceribus Parmensium[d], dominus[e] Graxendonius de Lupicinis ibidem mortuus est et portatus Regium et sepultus in domo fratrum *(Oct. 1).* Minorum. Facta vero pace et concordia inter ipsos Reginos[f] operatione et pro- *(Oct. 2).* curatione potestatum Cremone[g, 5] et Bononie[h] et anbaxatorum[6], omnes relaxati fuerunt et Regium sunt reversi, insimul comedentes et conversantes. Post aliquos vero dies domnus Bernardus de Gisso accepit castrum Gissi, quod sibi datum fuit per custodes Parme; et multa incendia et derobationes fiebant per episcopatum tam inferius quam superius.

Dec. 16. Eodem millesimo die XVI. mensis Decembr. mortuus fuit Petrinus Carbonus cum multa . . .[i]; propter quod utraque pars cucurit ad arma[7], et prelio incepto in hora conplectorii[a], cum pars superior[8] haberet totam plateam et palacia comunis et turrim una cum palatio episcopatus, cum iam aliqui ex utraque parte mortui fuissent et vulnerati[k], misit pars inferior[9] fratres Minores superiori dicendo[l], quod eis non placeret destruere civitatem; quod ipsi exclamantes super ipsos facere recussarunt[a]. Propter quod ipsi inferiores per ygnem et alia ingenia ceperunt palacium comunis et ex ipso domnum Torellum potestatem, qui cum superiori

a) *sic c.* a*) vigill' *c.* b) accepūt *c.* c) *c. c.:* cum . . . potuerint *scripsit Dore f.* 223. d) parmeñ *c.* e) *sic h. l. c.* f) regiñ *c.* g) cremoñ *c.* h) boñ *c.* i) *sub* cum multa p̄ (?) (vi *Murat., quod non legitur in c. linea ducta.* k) et vuln. *eadem manu superscr.* l) dic. *eadem manu superscr.*

1) *Thomasino de Quirinis; v. infra l.* 15. 2) *Duo quarteria populi Parmensis demum Aug.* 9. *advenerunt, ut Ann. Parm. tradunt.* 3) *de Marano, capitaneo.* 4) *Cf. supra p.* 574, *l.* 28. 5) *Quis fuerit, non constat. Cf. Codex dipl. Cremon. II, p.* 199 *sq.* 6) *Cf. tabulam datam a.* 1289. *Nov.* 23, *Tiraboschi, 'Memorie stor. Modenesi' V, Cod. dipl. p.* 99, *nr.* 949. 7) *In Ann. Parm. p.* 706. *legendum est:* die dominico . . . XIIII. exeunte Decembri *(pro* Novembri*), i. e. Dec.* 18. *Cf. Sagacius de Gazata l. l. col.* 12: que pax duravit usque ad diem XVII. Decembris, quo die inceptus est furor *etc. Et die dominico XVIII. Decembris illos de Robertis cum parte sua expulsos esse referunt etiam Ann. Veron. de Romano p.* 436 *sq.* 8) *Ann. Parm. p.* 706: que dicebatur pars Desuper *(di sopra).* 9) *Ib.:* pars . . . que dicebatur Desubtus *(di sotto)*; *Ann. Veron. de Romano a.* 1287, *p.* 432: pars illorum de Canoxia, que appellatur Desubtus de Regio, expulsa de ipsa civitate per partem Desuper.

parte erat, violenter eiecerunt cum omnibus suis, et conbusto palatio episcopatus 1289.
et omnibus domibus a latere secundo[a] palacii comunis[b], contra ipsos superiores inferiores se viriliter erexerunt et de platea comunis expelerunt[c], vulnerando,
capiendo et interficiendo predictos. Propter quod ipsi ante[d] horam matutinam *Dec.* (18).
in fugam conversi per pontem Levonem, quam[c] aperuerunt, aufugerunt cum dicto domno Torello et ad sua castra, scilicet Yrberiam, Sanctum Martinum, Castrum-Arianum et ad multa alia, que habebant, se reduxerunt; et domnus Nicolaus[e] de Canossa factus fuit potestas Regine civitatis[f]; et omnes illi de Sesso infra tres vel quatuor[g] dies cum omnibus amicis ipsorum redierunt[h] in civitatem voluntate
et consensu *dictorum intrinsecorum, scilicet domni prepositi[1], illorum[i] de Canossa **f. 87d.*
et aliorum, parentelis et amiciciis nimium colligati[k].

Anno[l] Domini millesimo CCXC. domnus Gerardus Guazonus, civis Cremone, 1290.
factus fuit potestas civitatis per dictos intrinsecos et intravit regimen in Kall. *Ian.* 1.
Ian. Infra medium Ian. dicti intrinseci unanimiter et concorditer fecerunt dom- *c. Ian.* 15.
num marchionem Estensem suum potestatem usque ad tres annos; qui dictam potestariam non aceptavit[c] nisi per unum annum, retinendo alios duos in suo arbitrio, et intravit dictam civitatem cum maxima multitudine militum, equitum et peditum[m, 2].

Eodem millesimo die . . .[n] Febr. dictus domnus marchio dedit pro suo vicario *Febr.*
in rectorem domnum Bernardum de Rufis[3] de Florencia, dicto domno Gerardo Guazono cum toto suo salario et CC libr. ultra sibi donatis a comuni licenciato[4]. Die vero . . .[n] dicti mensis dictus domnus marchio reduxit dictos extrinsecos in civitatem[5] et accepit fortilicias civitatis et castrorum de Razolo, Hyrberie et Albineti; et post aliquos dies rediit Ferariam ducens secum quosdam de magnatibus utriusque partis. Dictus domnus Bernardus fuit valens homo et bene se habuit in ipso regimine; et fecit reparari turrim et palatia comunis, que combusta fuerant in expulsione supradictorum, et campanam populi cum duabus aliis fecit poni super ipsam turrim; et fecit fieri apud portam Sancti Petri magnam et pulcram fortiliciam, in qua stabant custodes dicti domni marchionis; et stetit in ipso
regimine usque ad Kall. Iullii bene et legaliter faciendo; et tempore Aprilis[o] *Iul.* 1.
ordinata fuit gabella omnium rerum. *Apr.*

Eodem millesimo domnus Mundinus Pancaldus de Vicecomitibus de Pisis factus fuit vicarius per ipsum domnum marchionem pro sex mensibus, scilicet a
Kall. Iullii usque ad Kall. Ian. Hic fuit partices[p] et in ipso regimine non bene *Iul.* 1.
se habuit; et fecit fieri arengheriam ad fenestras palacii veteris et destruxit illam, que erat in platea comunis iusta dictum palacium[6]; et propter sua opera fuit de-
positus de suo regimine ante Kall. Ian. per X dies. *Dec.* 23.

a) ꝭo *c.; sero perperam Murat. et Dove.* b) com. *eadem manu superscr.* c) *sic c.* d) ante horam mat. *eadem manu superscr.* e) *nomen certo legi nequit.* f) regiñ ciuiť *mihi legere videor in c.* g) vel quatuor *certo legere nequivi.* h) red. in *conieci, legi in cod. nequeunt; cf. Sag. de Gazata l. l. col.* 13: qui erant exules, redierunt Rhegium. i) illorum *eadem manu superscr.* k) collogati *c.* l) *littera initialis* A *deest c.* m) *post haec tria circiter verba erasa.* n) *spatium numero inserendo vacuum rel.* o) apēlis (*vel* apčlis?) *c.* p) ptices *c., i. e.* particeps, *quod eandem vim hoc loco habere videtur atque* alterutrius partis studiosus (*Ital.* partigiano).

1) *de Carpineto Bernardi.* 2) *Cf. Ann. Parm. mai. p.* 706; *Ann. Veron. de Romano p.* 437. 3) *Ubertinus de Rubeis de Florentia dicitur vicarius Opizonis marchionis in tabula n.* 4. *laudata.* 4) *Die Mart.* 9. *salarium acceptum Gerardus de Guazzonibus testatus est, Tacoli I, p.* 359 *sq.* 5) *Quod demum die Iul.* 22. *vel* 23. *factum esse falso procul dubio refert Chron. Estense col.* 341. 6) *Cf. supra cap. CCLXVI, p.* 526, *l.* 24.

f. 89a. *INCIPIUNT CAPITULA DE OMNIBUS[a] ETATIBUS ET GESTIS, FACTIS ET ORDINATIS ANTE TEMPUS CHRISTI CITRA USQUE IN HODIERNUM DIEM INFRASCRIPTI LIBRI[1] DE IMPERATORIBUS ET REGIBUS GRECORUM ET LATINORUM ET REGUM[b] LONGOBARDORUM ET PONTIFICIBUS, QUI SUIS TEMPORIBUS FUERUNT, ET ALIIS GESTIS EIUSDEM[c], FACTIS ET ORDINATIS.

f. 91a. *INCIPIT LIBER CRONICE IMPERATORUM LATINORUM ET GRECORUM ET REGUM LONGOBARDORUM ET ALIIS[c] GESTIS.

Incipit cronica imperatorum Latinorum et Grecorum et regum Longobardorum et aliorum[c] nationum.

Isid. Etym. V, 28. Cronica Grece dicitur, que Latine temporum series appellatur. Qualem aput Grecos Eusebius Cesariensis edidit, et Ieronimus presbyter in Latinam linguam convertit; cronos enim Grece, Latine *ib. V, 29, 1. 2.* tempus interpretatur. Tempora autem momentis, horis atque diebus, mensibus, annis, lustris, seculis et etatibus dividuntur. Momentum est minimum atque tempus angustissimum, a motu syderum dictum[g]. Est etiam extremitas hore in brevibus intervallis, cum aliquid sibi quod[h] atque succedit.

INCIPIT PROLOGUS.

Ut futuris omnibus cupientibus nobilium predecessorum virorum strenuis actibus informari, prout res hystorialiter se habuerunt omnes et singule, procul dubio veritas innotescat, presens opusculum cum delectatione multimoda factum extat. In quorum annorum diversarum linguarum nationum et linguarum[i] vel viarum vivendi regum plurimorum, baronum necnon imperatorum Latinorum et Grecorum gesta illustria, prospera vel adversa, victorie triumphales, tribulationes multiplices, et tempore cuius pontificis unusquisque regnavit, veluti cuilibet contigit, secundum quod percipere potest intellectus humanus, plenissime continentur.

a) oib; *c.* b) *sic c. pro* regibus. c) *sic c.* d) *sic h. l. c.* e) *sic h. l. et infra in cap.* f) *reliquum spatium columnae* 90b. *et columnae* 90c. d. e. f *vacant.* g) syderum. Dictum est *distinctum in c.* h) *sic* (qd') *c.;* cedit *Isid.* i) *sic iterum c.*

1) *Hucusque haec cum inscriptione Libri de temporibus, supra p.* 353, *fere convenit; ubi* a tempore Christi *recte. Hic vero liber ante Christum natum exorditur.* 2) *Cum index capitum, qui folia* 89. 90. *in trinas columnas divisa occupat, cum inscriptionibus capitum sequentis libri prorsus conveniat, nolui eum integrum exhibere, sed variam lectionem eius ad inscriptiones capitum adnotavi.*

I.[a] De Ptolomeo Dionisio et de gestis, que fuerunt suo tempore, et aliis baronibus et de gestis Pompegii[b] et de morte dicti Pompegii.

Ptholomeus Dionisius apud Egyptum regnavit annis XXX. Apud Iudeos Alexandra mortuo viro *Sic.* regnavit ann. VIIII, que primogenitum Yrcanum declaravit pontificem. Temporibus Dionisii orta est heresis Phariseorum. Apud Romanos Albanorum civitas capta est occasione civilis belli premissi, et bellum gladiatorum fuit in Campania. Post hec nova bella consurgunt in Yspania, in Pamphylia et in Corlia[c], in Macedonia, in Dalmacia; de omnibus triumphaverunt Romani. Nichomedes rex Bithinie populum Romanum heredem instituit. Luculus Mitridatem virum insanientem Bizantium, que nunc est Constantinopolis[d], fugavit et oppressit. Interrea[d*] novum bellum in Ytalia oritur, non levius bello Anibalis. *Lucullus victa Armenia et Mesopotamia et Nisibi capta primus *f. 91b.* imperator est appellatus. Alter Luculus capta [Ca]bile[e] et ceteris urbibus de Hesis[f] triumphavit usque ad Danubium et de profugis in Rodopiis montibus et multis aliis;[g] confecto bello Macedonio[h], adhuc manente Mitridatico, Creticum reparatur[i], ad quod Metellus missus cepit universam provinciam; unde Urticus[k] est appellatus. His temporibus Marcus Pontius[k*] Cato stoycus phylosophus agnoscitur. Defuncta Alexandra Yrcanus filius Alexandri et Alexandre sedit in sede pontificali apud Iudeos an. XXXIIII; quem multum persecutus est Aristobulus frater eius; sed non[l] Yrcani consiliarius erat Antipater Ydumeus, cuius consilio fugit Yrcanus ad Aretam regem Arabum, qui venit in Iudeam et obsedit Ierusalem. Audiens Pompeius, qui erat in Armenia, dissensionem fratrum[m], ascendens Ierusalem cepit eam et templum prophanavit et equos, ut dicitur, in porticibus stabulavit; ob quam rem dicitur, quod, qui fuerat in preliis fortunatissimus prius, post hec fuit infortunatus. Pompeius itaque Ierosolimis tributum imposuit, Yrcanum pontificem confirmavit, Aristobolum captivavit, et rediens Romam, administrationem Syrie et Iudee Scauro commisit. Hic est qui Yspaniam, Albaniam, Armeniam, Asiam, Syriam, Lusitaniam, pyratas, Metridatem et Iudeam subiugavit; unde et imperator est appellatus. Sed et Catelina contra patriam coniuravit, qui demum in agro Piceno cum suis confessus[n] est. Postmodum Gabinius Scauro succedens gentem Iudeorum per pentarchias, id est V conventus, divisit. Sub Gabinio militabat Marcus Antonius. Gabinio successit Crassus, factus preses Syrie; qui ut Parthos conprimeret, templum auro expoliavit; quo merito auro in os infusum[o] interiit; cui successit Cassius. Iulius vero Cesar[p] de Germanis, Gallis[q], Britanis triumphavit et omnes inter Renum et Rodanum et Alpes usque occeanum subiugavit. Appius rex populo Romano Libiam testamento concessit. Eisdem temporibus Virgilius in pago qui dicitur Andos[r] iuxta Mantuam nascitur, qui postea Cremone studuit, Mediolani[s] et inde Romam venit. Oratius Venusi nascitur. Appollodorus Grecus orator[t], Titus Livius storicus et Curio promtus orator claruerunt. Rediens Iulius de Gallia victor Romam, exercitu[u] dimisso apud Ariminum, quesivit *alterum consulatum, sed contra- *f. 91c.* dictum est a Pompeio, Marcello et Catone. Ideoque Iulius Cesar solvit Aristobolum Rome ligatum, et mittens cum exercitu sperabat optinere victoriam; sed ab amicis Pompegii occisi sunt[v] Aristobolus et Alexander filius eius; alius vero filius Antigonus fugit ad quendam Ptolomeum, qui accepit sororem Antigoni uxorem et genuit Lisaniam, qui post fuit Abiline tetrarcha. Et reversus Iulius ad exercitum contra patriam se armavit. Pompeius autem et omnis senatus et universa nobilium multitudo de Urbe aufugit et in Greciam transivit et contra Cesarem bellum paravit; Cesar utique vacuam Urbem ingressus se dictatorem fecit. Inde vadens in Yspaniam exercitum Pompegii superavit. Inde transiens in Greciam cum Pompegio in Emathia dimicavit. Unde Lucanus:

Bella per Emathios plus quam c[ivilia] c[ampos][w].

Pompegius victus fugit in Alexandriam, ut a Ptholomeo rege Egypti peteret auxilium. Sed et Ptholomeus occidit eum et capud et anulum misit ad Cesarem. Cesar autem Alexandriam ivit et cum Ptholomeo navali certamine dimicavit; cuius corpus in lorica aurea[x] fuit inventum. Eo mortuo regnum Cleopatre sorori eius, cum qua consuetudinem stupri habuerat, dedit; regnavit an. XXII, et fuit dicta Cleopatra soror et uxor dicti Ptholomei. Hec a serpente periit; et sic regnum Ptholomeorum vel Lagidum[y] defecit, quod stetit per annos CCXCV[1]. Anti-

a) *numerus deest c.* b) ponpegii *h. l. index cap.* c) *sic c.;* Cecilia *Sic* d) constantinolis *c.* d*) Intrea *c.* e) captabile *c. ut codd.* 2 *Sicardi.* f) *sic c.;* Besis *Sic.* g) *nullum distinctionis signum h. l. in c.* h) *sic c.; sequitur* adhuc macedonio *c.* i) rep. — universam *in loco raso.* k) *sic c.;* Creticus *Sic.* k*) *sic c., sequente puncto* (pontius. cato). l) *sic c.; deest Sic.* m) fratrum *in loco raso.* n) *sic c.; v. supra p.* 80, *n.* p. o) infuso *Sic.* p) casar *corr.* cesar *c.* q) Gallus *c.* r) *sic c.* s) togam induit, *quae Sic. habet, om.* t) *vox radendo fere penitus deleta.* u) exercitu *in loco raso.* v) *hoc loco* ℂ *signum rubricae interpositum.* w) quam CC. *c.; cf supra p.* 81, *n* h. x) in Nilo *Sicardi om.* y) iagidum *c.*

1) *Haec a fratre Salimbene scripta fuisse videntur, quorum posterior pars profecta est ex Chron. Hieronymi:* Usq[ue ad] Cleopatram Ptolemaei, qui vocabantur Lagidae, in Aegypto regnaverunt annis CCXCV.


Sic. pater autem[a] fuerat cum Pompeio, sed eo mortuo Cesari adhesit et Egyptios ad obsequendum Cesari sua prudentia inclinavit; eius ergo gratia Cesar pontificatum confirmavit Yrcano, fecit Yrcanum regem et Antipatrem iudicem[b] procuratorem. Post modum in Tesalia, Affrica, Yspania cum Pompegii fauctoribus[c] de omnibus triumphavit; Romam rediens singulare imperium optinuit.

II.[d] De Iulio Cesare et de eius gestis et de morte eius[e].

ib. Iulius Cesar regnavit apud Romanos ann. IIII, men. VII; fuerat autem[f] Rome imperatum sub VII regibus ann. CCXLIII, postea vero sub consulibus rex[g] acta est ann. CCCCLXIIII; cepitque Iulius imperare anno primo Cleopatre et anno post[h] pontificatus Yrcani; cum igitur honores ex sua voluntate prestaret et senatus[i] ad se venienti non adsurgeret, coniuratum est contra eum, et XXIII vulneribus dolo Bruti et Cassii confossus est, vir, quo nullus umquam bellis[k] enituit. Nam quinquagies **f. 91d.* dimicavit; *quo nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas epistolas simul dictavit; tante fuit bonitatis[l], quos armis subegerat, clementia magis vinceret; ab hoc Cesare principes Romanorum *Sp. regum II. 5.* cesares appellati sunt. Iulius Cesar Ydibus Marcii occisus est in curia a senatoribus occisus[m] est[1]; *Sic.* obiit autem anno etatis sue LVI; cuius corpus conbustum est et tumulatum in columpna que Iulia nuncupatur. Ante mortem eius fulmen cecidit in foro, quod de nomine eius statue superposito C litteram capitalem abrupit; et fenestre thalami eius tanto strepitu sunt aperte, quod domum rupturam[n] crederet; eadem die date fuerunt ei, cum iret in Capitolium, littere mortis indices[o], que in manu occisi nondum solute fuerunt invente; post mortem eius tres[p] apparuerunt in oriente, convenientes in unum corpus solare, significantes, quod trium potestates redirent in monarchiam, vel significantes, *Petr. Com. Mach. II, 16.* quod noticia trini et unius Dei toti orbi imminebat futura[2]. Rome basilica Iulia dedicatur. Antonius *Sic. p. 81 s q et Sp. regum. II, 5.* mensem Quintilem Iulium nominavit, quia in eo mense Iulius natus est. His temporibus boves in suburbano Rome ad aratorem locuti sunt[3] frustra se[q] urgueri,[r] dicentes[s] magis defuturos homines quam frumenta. Nota Pompeium in Egypto a Ptholomeo rege Egypti occisum esse, cum Pompeius ad eum confugeret; unde Cesar eum persecutus occidit Ptholomeum, pro eo *Sic.* quod ausus fuerit principem Romanorum occidere[4]. His temporibus Servius[t] Sulpicius iurisperitus et Publius Servilius Ysaricus[t] claruerunt; Cassius in Iudea templum expoliat.

III. De Octaviano[u] imperatore et de gestis et actibus, que fuerunt suo tempore.

Octavianus Cesar Augustus regnavit apud Romanos ann. LVI et men. V[v], ann. XII[w] cum Antonio, XLIIII solus. Anno ab Urbe condicta[t] DCCX°, quidam dicunt DCC minus VIII. Nam Antonius concussores[x] persequebatur[y], fovebat. Ergo contra Antonium missi sunt duo consules et cum eis tercius, scilicet Octavianus adolescens XVI an. Natus patre Octaviano[z] senatore, maternum genus tradens[a] per Iuliam familiam, nepos Iulii Cesaris. Cui Cesar suum dedit nomen et hereditatem testamento reliquit; igitur hii profecti contra Antonium iuxta Mutinam vicerunt eum, et ecce rursus civilia bella. Sed post duo consules mortui sunt, et illi exercitus Cesari paruerunt; qui cum Antonio **f. 92a.* *pacem fecit et cum exercitu et Antonio Romam rediit. Item Antipater mortuus est bibendo venenum; quatuor[b] habebat filios, scilicet Fasellum procuratorem Iudeorum, Herodem procuratorem

a) in prelio *Sicardi om.* b) Iudee *Sic.* c) pugnans, *quod Sic. habet, om.* d) *capitum numeri omnes post ab Alberto in margine atramento subfusco suppleti sunt.* e) *in marg. cod. penna pictus est rex coronatus mitra quadam altissima, simili mitrae paparum, sed quatuor circulis coronae cincta, cuius cacumini hoc est ornamentum superpositum:*  f) antē *c.* g) *i. e.* res. h) *sic c.;* XX. *Sic.* i) senatui *Sic.* k) magis, *quod Sic. habet, om.* l) ut, *quod Sic. habet, om.* m) *sic iterum c.* n) ruituram *Sic.* o) iudices *c.* p) soles, *quod Sic. habet, om.* q) frustrasse *c.* r) *sic distinctum in c. ut editum.* s) in brevi, *quod Sic. habet, om.* t) *sic c.* u). *sic in indice cap.;* Otauiano *h. l. c.* v) VI *Sic.* w) XII cum Ant. *bis scr., prima vice* anto° (?) *pro* Antonio. x) occisores *Sic.* y) quos senatus, *quod Sic. habet, om.* z) Octavio *Sic.* a) trahens ab Enea *Sic.* b) quatū *c.*

1) *Haec in margine cod.* 1 *Speculi regum II,* 5, *SS. XXII, p.* 66, *adscripta sunt, ab Alberto hoc loco inserta.* 2) *Ex Cronica fratris Salimbene haec exscripta esse patet, qui saepissime Petri Comestoris Historiam scolasticam exscripserit.* 3) *Verba Sicardi ab Alberto coniuncta sunt cum loco in cod.* 1 *Speculi regum II,* 5, *SS. XXII, p.* 67, *in margine adnotato.* 4) *Conicio haec in margine codicis Speculi regum ab Alberto lecti adnotata fuisse, quae inepto loco posita non a Salimbene scripta esse perspicis.*

Galilee, Iosippum, Ferroram, et filiam Salomam. Itaque reversi sunt Antonius et Octavianus, mortem *Sic.* Cesaris vindicante[a] occiderunt Ciceronem oratorem et multos nobiles, et post h e c Brutum et Cassium dimicantes optinuerunt, diviseruntque inter se rempublicam; Octavianus Yspaniam, Galliam et Ytaliam, Antonius Asiam, Pontum, Syriam et Orientem; qui de Fasello et Herode procuratoribus tetrarchas effecit. Sed rex Parthorum Ierusalem obsedit et Antigonum [in[b]] regnum restituit, tradens ei Yrcanum et Fasellum. Herodes autem fugiens venit Romam et coronatus est in regem super Iud e am. Rediens Herodes cum Romanis cepit Ierusalem, e t Antonius occidit Antigonum[c] et confirmavit Herodi regnum. Ad hec Antonius repudiata sorore Cesaris Octaviani —; contra[1] quem Antonius eius *Mir. Rom. 45.* cognatus, cuius baiulus post mortem Cesaris[d] remanserat, nitebatur multo certamine ei aufere[e] imperium, et duxit in uxorem Cleopatram reginam Egypti, potentissimam in auro et argento et lapidibus preciosis et populo. Cumque Antonius et Cleopatra cum magno apparatu navium et populi contra Romam venire cepissent, hoc Rome auditum est. Octavianus vero cum ingenti apparatu o b v i a m ivit et aggressus est eos ad Epyrum, et sic orta est pugna. I n q u a p u g n a navis regine, que tota erat deaurata, cepit declinare. Q u o d Antonius videns declinavit; qu e m[f] insecutus est usque Alexandriam; qu i[g] irruit in ferrum et se ipsum occidit. Cleopatra *Sic. Mir. R.* autem videns conservatam se pro triumpho, ornata auro et lapidibus preciosis voluit sua pulchritudine Octavianum decipere, sicut ce- *Sic.* teros ad libidinem specie[h] provocare, sed non est flexus, immo eam custodiri precepit. Videns i g i t u r se despectam, intravit ita *Mir. R. 46.* ornata[i] manseolum[e] viri sui et posuit ad mamillas duas ptisinas[k], quod est genus serpentis. Octavianus a u t e m tulit inde infinitam peccuniam ex illa victoria et triumphavit Alexandriam et Egyptum et totam regionem orientis, et ita victoriosus reversus est Romam. Et susceperunt eum senatores et

Liber de temp. Add.

Ista[a] hystoria tractat de victoriis Octaviani imperatoris et aliorum imperatorum et debet esse in principio libri, ubi tractat de hystoria Octaviani, et ubi invenies istud signum crucis: +

Interfecto Iulio Cesare a senatu, Octavianus *Mir. Rom. 45.* eius nepos sumpsit imperium. Contra quem Antonius eius cognatus, cuius baiulus post mortem Cesaris remanserat, nitebatur multo certamine ei auferre imperium, et repudiata Ottaviani[b] sorore duxit in uxorem Cleopatram reginam Egypti, potentissimam in auro et argento et lapidibus preciosis et populo. Cumque Antonius et Cleopatra cum magno apparatu navium et populi contra Romam venire cepissent, hoc Rome auditum est. Ottavianus[b] vero cum ingenti apparatu o b v i a m ivit et aggressus est eos ad Epirum, et sic orta est pugna. I n q u a p u g n a navis regine[c], que tota erat deaurata, cepit declinare; q u o d Antonius videns declinavit; qu e m[d] insecutus est usque Alexandriam[e]; qu i[f] irruit in ferrum et mortuus est. Cleopatra autem videns conservatam se pro triumpho, ornata auro et lapidibus preciosis voluit sua pulcritudine Octavianum decipere n e c potuit. Videns *ib. 46.* i g i t u r se despectam, intravit ita ornata mauseolum viri sui et posuit ad mamillas s u a s duas ptisinas, quod est genus serpentis; et ita suaviter suxerunt, quod obdormivit et mortua est. Ottavianus[b] a u t e m tulit inde infinitam peccuniam ex illa victoria et triumphavit Alexandriam et Egyptum et totam regionem orientis, et ita victoriosus reversus est Romam. Et susceperunt eum senatores

a) vindicantes *Sic.* b) in *om. c.* c) antonium *c.* d) cesarē *c. h. l.* e) *sic c. h. l.* f) *vide n.* d *alterius columnae.* g) *vide n.* f *alterius columnae.* h) speciē *c.* i) ornatam *c.* k) *sic Liber de temp.;* psinas (persinas) *c. h. l.*

1) *Subito et inepte hoc loco auctor a Sicardi textu ad Mirabilia Romae transiit; ex quibus hanc narrationem Libro de temp. iam adscripserat, quam ex eo altera columna exhibemus, cum hoc loco Albertus et quaedam omiserit et infra quoque verba Sicardi quaedam immiscuerit, secutus hoc loco, ut reor, Cronicam fratris Salimbene.*

a) *haec in laterali et inferiore marg. f.* 11[r]. *scripta sunt in Libro de temp. Crux apposita est f.* 10[b]. *ad cap. I. eiusdem libri, ad versus* De Octaviano imp. *(p.* 371*). Cf. supra p.* 379, *l.* 42. b) *sic c. h. l.* c) regiñ *c. h. l.* d) *sic c. utroque loco;* quam *Mirab.* e) alexadriam *c. h. l.* f) *sic c. utroque loco;* quo *Mir.*

Mir. R. 46. omnis populus Romanus cum magno triumpho. Et quia victoria ista fuit in Sextilibus Kalendis, posuerunt ei nomen Augusti[a] ab augendo rempublicam; statuerunt, ut omni anno in Kalendis Augusti tota civitas habeat[b] festivi- *f. 92b. tatem illius victorie ad honorem *Octaviani Cesaris, et tota urbs floreat et gaudeat in *ib.* 47. tanta festivitate. Hic ritus [pervenit[c]] usque ad Archadii viri Eudoxie tempus[d]; que mortuo eius marito remansit cum filio suo Theodosio parvulo, que viriliter regebat imperium, ac si vir eius Archadius viveret. Inspirante divino nutu et negocio rei publice ivit Ierosolimam, sepulchrum Domini et alia sanctuaria visitatura. Inter multa negocia rei publice cumprovinciales[e] detulerunt ei ingentia munera[f]. Et cogitavit non alibi eas catenas poni, nisi ubi beati Petri corpus requiescit in pulvere. Veniens autem Romam in Kalendis Augusti vidit illum antiquissimum ritum paganitatis[g] a populo Romano tam celeberime fieri in Sextilibus[h] Kal., quem nullus Romanorum pontificum removere potuit; aggressa est papam Pelagium et senatores et populum, quatinus hoc munus, quod petere vellet, ei concederetur. Cui diligenter *ib.* 48. condonare promisserunt[i]. Regina vero dixit: 'Video nec[i] tam sollicitos in Sextiles festivitates in honorem imperatoris mortui Octaviani pro victoria, quam fecit contra[i] Egyptiis. Rogo vos, ut michi donetis honorem imperatoris mortui Octaviani ad honorem imperatoris celestis et apostoli Petri, cuius catenas a Ierosolimis adduxi. Et sicut ille liberavit nos ab Egyptiaca servitute, ita ille[i] imperator celestis liberet vos[i] a servitute demonum. Et volo facere ecclesiam ad honorem Dei et beati Petri ibique ponere catenas; quam ecclesiam et domnus apostolicus dedicet[k. 1] in Kal. Augusti, et vocetur Sanctus Petrus ad Vincula; ubi domnus apostolicus annualiter in hac ecclesia missarum sollempnia celebret; et sicut beatus Petrus ab angelo fuit [a vinculis[l] absolutus, ita Romanus

a) august *c.* b) hanc *c. h. l.* c) pervenit *om. c. h. l.* d) tpris *c. h. l.* e) *sic h. l. c.* f) *quae omissa sunt h. l., transeunte oculo Alberti a priore* munera *ad alterum, vide in altera columna.* g) paganitatis *c. h. l.* h) sextibus *c. h. l.* i) *sic c. h. l.* k) deducet *c. h. l.* l) a vinc. abs. *in marg. Alberti manu suppl. rubris lineis cincta.*

1) *Hoc loco et aliis locis apparet Albertum haec non ex Libro de temp. repetivisse, sed iterum ex Mirabilibus Romae ipsis vel potius ex Cronica fratris Salimbene descripsisse.*

Liber de temp. Add.

Mir. R. 46. et omnis populus Romanus cum magno triumpho. Et quia victoria ista fuit in Sextilibus Kalendis[a], posuerunt ei nomen Augusti[b] ab augendo rem publicam, et statuerunt, ut omni anno in Kalendis[c] Augusti tota civitas habeat[d] festivitatem illius victorie ad honorem Octaviani[e] Cesaris Augusti[b], et tota urbs floreat *ib.* 47. et gaudeat in tanta festivitate. Hic ritus pervenit usque ad tempus Archadii viri Eudoxie; mortuo eius marito remansit cum filio suo Theodosio parvulo, que viriliter regebat imperium, acsi vir eius Archadius viveret. Inspirante divino nutu et negotio rei publice ivit Ierosolimam, sepulchrum Dei et alia sanctuaria visitavit. Inter multa negotia rei publice et provinciales[f] detulerunt ei ingentia munera; inter que quidam Iudeus attulit ei catenas illas Petri apostoli, quibus ligatus fuit ab Herode in carcere sub quatuor quaternionibus. Quas ut vidit regina, letata est super omnia alia munera. Cogitavit non alibi eas catenas poni, nisi ubi beati Petri corpus requiescit in pulvere. Veniens autem Romam in Kalendis Augusti[g] vidit illum antiquissimum ritum paganitatis a populo Romano tam celeberime[h] fieri in Sextilibus Kal., quem nullus Romanorum pontificum removere potuit; agressa[i] est papam Pellagium[i] et senatores et populum, quatenus hoc munus, quod petere vellet, ei concederetur. Cui diligenter con- *ib.* 48. donare promiserunt. Regina vero dixit: 'Video vos tam sollicitos in Sextiles festivitates in honorem imperatoris mortui Octaviani pro victoria, quam fecit de Egyptiis. Rogo vos, ut michi donetis honorem imperatoris mortui Octaviani ad honorem imperatoris celestis et apostoli eius Petri, cuius catenas a Ierosolimis adduxi. Et sicut ille liberavit nos ab Egyptiaca servitute, ita iste imperator celestis liberet nos a servitute demonum. Et volo facere ecclesiam ad honorem Dei et beati Petri ibique ponere catenas; quam ecclesiam domnus apostolicus dedit et[k] in Kal. Augusti[b], et vocetur Sanctus Petrus ad Vin-

a) kl' *c. h. l.* b) aug̃ *c. h. l.* c) kl' aug *c. h. l.* d) hat *c.* e) octaui *c.* f) *sic c. h. l.;* publ. comprovinciales *Mirab.* g) kl' aug *c. h. l.* h) *sic c. utroque loco.* i) *sic c. h. l.* k) *sic c. h. l. pro* dedicet.

populus cum benedictione a peccatis absolutus recedat'. *Mir. R. 48.* Quod populus audiens gravissime suscepit, *ib. 49.* tandem[a] pape et regine concessit. Que fabricavit ecclesiam, quam domnus papa dedicavit in Kalendis Augusti, sicut Eudoxia christianissima imperatrix proposuerat; ubi posuit catenas beati Petri prelibatas et catenas beati Petri Neronianas et beati Pauli, ut ibi populus Romanus in hoc die Kalendarum Sextilium confluat et salutet catenas apostolorum Petri et Pauli.

Liber de temp. Add.

cula; ubi domnus apostolicus annualiter in hac ecclesia missarum sollempnia celebret[a]. *Mir. R. 48.* Et sicut beatus Petrus ab angelo[b] fuit, ita Romanus populus cum benedicione[c] a peccatis absolutus recedat'. Quod populus audiens gravissime suscepit, *ib. 49.* tandem rogatu pape et regine concessit. Que fabricavit ecclesiam, quam domnus papa dedicavit in Kalendis[d] Augusti, sicut Eudoxia christianissima imperatrix proposuerat; ubi posuit catenas beati Petri prelibatas et catenas beati Petri[e] Neronianas et beati Pauli, ut ibi populus Romanus in hoc die Kalendarum Sextilium confluat et salutet catenas apostolorum Petri et Pauli.

IIII. De visione, quam vidit Octavianus[a] imperator de[b] beata Maria cum Christo filio suo, et ara celi aperta est precibus et orationibus Sibille, ubi predictus Octavianus[a] beatam virginem Mariam cum[c] Christo tenentem in brachiis Christum[d] filium eius vidit in camera predicti imperatoris, ubi et aparuit[e] in Capitolio.

Tempore predicti Octaviani imperatoris senatores videntes eum tante pulcritudinis, quod nemo in oculos[f] eius intueri poterat, et tante prosperitatis et pacis, quod totum mundum sibi tributarium fecerat, dicunt: 'Te adorare volumus, quia deitas est in te. Si hoc non esset, non tibi omnia subirent prospera'; qui renuens[g] inducias postulavit, et ad se Sibillam Tyburtinam[h] vocavit, cui quod senatores dixerant recitavit. Que spacium[i] trium dierum peciit, in quibus artum ieiunium operata est; post[k] tercium diem respondit imperatori: 'Hoc pro certo erit, domne imperator[1]: **f. 92c. ib. 37.*

Iudicii[l] signum: tellus sudore madescet,
E celo[m] rex adveniet per secla futurus,
Scilicet in carne presens, ut iudicet orbem[n].
Unde Deum cernunt incredulus atque fidelis *Ps.-Aug. de symb. c. 16.*
Celsum cum sanctis evi[o] iam termino in ipso.
Sic anime cum carne aderunt, quas iudicet ipse.
Cum iacet incultus densis in vepribus orbis,
Reicient simulacra viri, curam[p] quoque gaçam.

*) *Ad Libri de temp. cap. I. f. 10b. sequentia manu Alberti adscripta sunt, lineis rubris cincta, quorum lectionem variam littera L signavi, incipientia ita:* Nota, quod tempore Octaviani imperatoris senatores *etc. ut supra in textu. Cf. supra p.* 371, *l.* 38. 39. *et tab. II.*

a) rogatu *om. h. l. c.*

a) cel. Et sicut beatus *attrita legi nequeunt in c.* b) *supple* solutus *ex Mirab., quod et in Cron. imp. om., ubi postea alia e coniectura addita sunt.* c) *sic c. h. l.* d) kl' aug *c. h. l.* e) et cat. b. Pauli Neron., ut ibi *Mirab.*

a) Ottavianus *index cap.* b) et de *index.* c) *sic h. l. c. et in indice, sed* cum Christo *male ex precedentibus repetita delenda sunt.* d) Chr. fil. *om. in indice.* e) aperuit (?) *certo legi nequit in c.;* ubi et ap. *om. in indice.* f) *sic L;* oculis *c. h. l.* g) renitens *Mirab.* h) tiburt. *L.* i) spatium *L.* k) post — imperator *om. L.* l) Iuditii *L.* m) E *om. L;* E celorum *c. h. l.* n) etc que secuntur *add. L ex Mirab. Romae, reliquis* (— querere debeatis *p.* 586, *l.* 24) *omissis.* o) cui *c.* p) cunctam *Aug.*

1) *Sequentes versus habet Augustin., De civitate Dei XVIII,* 23, *qui repetiti sunt in Pseudo-Augustini Contra Iudaeos etc. serm. de symbolo c.* 16, *Opera ed. Maur. VIII, col.* 17. *Sed iidem in multis codicibus, saepe libello de Sibylla Tiburtina adiuncti, inveniuntur, ut etiam in Gotifredi Viterb. Pantheon XVI,* 24, *Pistorius-Struve, German. SS. II, p.* 161. *In Mirab. Romae* 37. *tres versus tantum leguntur, qui ad cap. I. Libri de temp. adscripti sunt.*

Exuret terras ignis, pontumque[a] *polumque*
Inquirens tetri portas effringet averni.
Sanctorum sed enim cuncte lux[b] *libera carni*
Tradetur[c], *sontes eterna flama cremabit.*
Ocultos actus retegens tunc[d] *quisque loquetur*
Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus, stridebunt[e] *dentibus omnes*[f].
Eripitur solis iubar et solis[g] *interit*[h] *astris.*
Volvetur celum, lunaris[i] *splendor obibit.*
Deiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum sublime vel altum[k].
Iam equantur[l] *campi*[m], *montes et cerula ponti.*
Omnia cessabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur[n] *fluminaque igni,*
Et[o] *tuba tum*[p] *sonitum tristem dimittet ab alto*
Orbe[q] *gemens facinus miserum vanosque labores,*
Tartareumque chaos monstrat[r] *terra deinceps,*
Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Procedit[s] *e celo ignisque et sulphuris amnis*[t].

[*Ps.-Aug. de symb. c.* 16. 17.] Hec de Christi nativitate, passione et resurrectione atque secundo eius adventu tradita sunt, ut, si quis in Greco capitulo[u] horum versibus discernere voluerit, inveniet: *Iesus Christus*[v], *hios theu, soter.* Quod in Latinum translatis eisdem versibus apparet, preter quod[w] Grecarum litterarum proprietas non adeo potuit observari. Credo vos, o inimici Iudei, tantis[x] testibus ita obrutos confutaturos[y] esse ipsa veritate, ut nichil aliquid repugnare, nichil querere debeatis[1].

F. 92[d]. *picta est Maria virgo candida veste amicta, tenens filium (a cuius utroque latere angeli caput e caelo eam intuens), in nubibus caeruleis apparens Augusto et Sibyllae, qui in via ante portam basilicae cuiusdam stantes digitis sursum intendunt. Cui picturae subterscripta sunt quae sequuntur.*

[*Mir. Rom.* 37.] Illico[z] apertum est celum, et nimius splendor irruit super eum, et vidit in celo quandam pulcherimam[a] virginem stantem super altare, puerum tenentem in brachiis, et miratus est nimis, et vocem dicentem audivit: 'Hec ara fili[a] Dei est'. Qui statim procidens in terram adoravit. Quam visionem retulit senatoribus, et ipsi mirati sunt nimis[b]. Hec visio fuit in camera Octaviani imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancte Marie in Capitolio. Idcirco[c] dicta est Sancta Maria Ara-celi. Hunc locum modo inhabitant fratres Minores[2].

[*Sic.*] Anno Octaviani Augusti. Natus est Iohannes Baptista anno XLI, qui exultavit in utero matris et natus solvit linguam [*f. 93a] *patris; predixerat enim angelus Zacharie sacerdoti seni, quod de Helyçabeth sterili et sene filium generaret; quod quia discredidit, factus est mutus. In sexto vero mense missus est angelus Gabriel in civitatem Naçareth ad virginem Mariam, desponsatam Ioseph, dicens: *Ave Maria, gratia plena. Dominus tecum* et cet. ut in evangelio continetur. [*Sp. regum II.* 6. - *Sic.*] His temporibus Octaviani[d] fontem olei manasse de Transtyberim usque in Tyberin[3] e taberna meritoria per totam diem, significans gratiam Christi ex gentibus; et circulus ad speciem celestis arcus circa solem apparuit eiusdem gratie significativus. Temporibus Cesaris Octaviani Augusti Falcidius legem tulit, que Falcidia nominatur. Virgilius, Oratius, Ovidius Naso[e], Varius et Nicea[f], Emilius Veronensis, Quintilius Cremonensis poete et Cornelius et[g] Salustius ystorici, Artorius medicus Augusti, Varo phylosophus,

a) potumque *c.* b) luxit *c.* c) Tradetur fontes. eternam flamam *c.* d) te (*pro* tc̄) *c.* e) stridebunt *c.* f) oīis *c.* g) chorus *Aug.* h) interit *radendo corr.* interit *c.* i) lunam splendet *c.* k) altis *c.* l) equat *c.* m) campis *Aug.* n) torrentiis *c.* o) Sed *Aug.* p) cū sonitu *c.* q) Orbem *c.* r) monstrabit t. dehiscens *Aug.* s) Recidet *Aug.* t) annis *c.* u) capita h. versuum *Ps.-Aug.* v) IHS XPS *c.* w) qd (quid) *c.* x) tanti *c.* y) obtutos (?) esse conf. esse *c.*; obr. confutatosque esse *Ps.-Aug.* z) *haec etiam in Libro de temp. in inferiore marg. f.* 10[b]. *adnotata sunt, ubi nulla varia lectio.* a) *sic utroque loco c.* b) nimis *in loco raso c. h. l.* c) *reliqua* (Idc. — Ara celi) *in Lib. de temp. erasa vel detrita sunt.* d) nota *supplendum.* e) ouidius. naso *distinctum in c.* f) Tucca *Sic.* g) et *in loco raso.*

1) *Haec descripta sunt ex sermone Pseudo-Augustini supra p.* 585, *n.* 1. *laudato, c.* 16. 17, *l. l. col.* 17 *sq.* 2) *Patet haec a fratre Salimbene scripta fuisse.* 3) *Verba* usque in Tyberin, *quae Sicard. non habet, procul dubio in margine codicis Speculi regum ab Alberto lecti adnotata erant post* Nota fontem olei manasse, *quae Speculi regum codex* 1, *SS. XXII, p.* 69, *in margine habet.*

Albucius Novariensis et Mesali et[a] Corvinus rethores fuerunt. Egyptus itaque Romano imperio per *Sic.* Octavianum subacta est anno XV° regni eius; apud quam regnatum fuerat post Alexandrum per XII reges ann. LXXXVI[b]. His temporibus Herodes contra regem Arabum ab Antonio missus fuerat, sed rediens in gratiam Cesaris admissus est; et amplians ei regnum tradidit ei Trachonidem[c] et Miream[d] et totam maritimam usque ad Pyrum Simeonis[e], deditque ei Cesar CCCC^tos Galathas satelites, qui postea vocati sunt Herodiani. Eodem tempore, ut ait Tertulianus, vel pocius XLII. ann. imperii Cesaris Augusti et XXXII. regni Herodis, Maria peperit filium primogenitum. Hic est finis quinque[f] etatis, que senectuti conparatur, eo quod in hac plebs Hebrea multis malis oppressa est, et continuit generationes XIIII. Fuerunt anni ab Adam usque ad Christum an. V milia CXCVIIII, a diluvio[g] CCC[h] minus XLIII, ab Abraam duo milia XV, a David CCCLVI[i], a transmigratione Babilonis DLXXXVIIII, alii dicunt DLXXXVI, ab Urbe condita DCCLII, quidam dicunt XXXIII[k]. Not. ad cuius tempus elucidandum aliquot annos, qui ad rem pertinent, singulariter et evidentius declaremus.

Anno igitur Octaviani Augusti X° defecit pontificatus Iudeorum. Anno XI° alienigena, *ib.* filius Antipatri Ascalonite[l] et matris Epyridis[m] Arabice, suscepit, ut prediximus, a Romanis Iudaicum regnum; cuius principatus[n] modo per duces, modo per reges, modo per pontifices, fuerat actenus a Iudeis optentum[c]. *Iminente vero Christi nativitate ad alienigenam translatum est, ut adimpleretur **f. 93b.* illud propheticum: 'Non deficiet princeps' vel *non auferetur sceptrum de Iuda nec dux de femore eius,* dum *[donec[o]] veniat qui* venturus *[mittendus[p]][1] est, et ipse e[rit] ex[pectatio] gen[tium[q]].* Sed Herodes combussit libros geneologie[r] gentis Iudee, ut deficientibus probationibus crederentur[s] ad eum pertinere. Hic conplentur LXVIIII an. ebdomade Danielis, que faciunt CCCCLXXXIII. Defecit etiam successio generis sacerdotalis, cum emeretur sacerdotium a Romanis[t]. Anno Octaviani Augusti XLVII. et regni Herodis XXXVII.[u] scatentibus[v] e corpore vermibus miserabiliter[w] mortuus est; qui fuit in[x] aliis fortunatissimus, sed in domesticis infelicissimus. Qui multas civitates construxit, scilicet Cesaream, que Turris Straconis[y] antea vocabatur, Samariam[z] reparans Sebasten, id est Augustam, nominavit. In Ierusalem[a] multas domos edificavit et turrim, quam[b] ad honorem Antonii vocavit Antoniam, sed nunc dicitur turris David; construxit[c] et aquilam auream super Speciosam portam templi ad honorem posuit Romanorum, quem[d] Iudei deiecerunt in morte ipsius; fecit et in Ascalone domum regiam, unde Ascalonita vocatus est; fecit et templa multa ad honorem Cesaris, sed et templum Domini decoravit. In singulis[e] Syrie urbibus opera multa construxit, sed homicidia et paricidia multa conmisit. Nam Yrcanum et filium eius et sororem suam, uxorem cum duobus filiis et socrum et duos viros sororis, unum post alium, fecit occidi. Iussit quoque sileam[f] nobiliores in morte sua Iudeos occidi, ut eo mortuo plangeret universus[g] Iudea saltem invita; et cum de VIIII uxoribus numerosam genuit prolem, tres iussit occidi, Antipatrum, Alexandrum et Aristobolum; tres autem superstites exstiterunt, Archelaus, Herodes Antipater[h] et Phylipus. Aristobolus vero reliquid filium suum Herodem Agrippam et filiam Herodiadem; mortuo Herode orta est[i] inter fratres de regno seditio. Inter quos, cum Rome coram Cesare litigassent, Cesar regnum divisit, medietatem Archelao[k], aliam medietatem inter[l] Herodem[m] Antipatrem et Phylipum; Archelao quidem Iudeam tradidit et Ydumeam, Herodi regionem trans flumen et Galileam, Phylipo Ituream et Traconitidem. Factus est Archelaus diarchus, sed[n] quandoque monarchus, intellige secundum oppinionem vulgi vel promissionem Augusti vel *iactantiam sui. Herodes autem et Phylipus facti sunt tetrarche. Anno XLVIII. regni **f. 93c.*

a) *sic pro* Messala *c.; cf. supra p.* 83, *n.* n. b) CCXCVI *Sic.* c) *sic c.* d) Itiuream *Sic.* e) Stratonis *Sic.* f) *sic pro* quinte *c.* g) diluuii *c.* h) III milia *Sic.* i) MCLVI *Sic.* k) XXXIIII *Sic.* l) ⁊scalonite *c.* m) Cypridis *Sic.* n) principatūs *radendo corr.* principatus *c.* o) dum, *Alberti manu superscr.* donec *c.* p) uenturus, *Alberti manu superscr.* mittendus *c.* q) *ut in cod. Sicardi* 1 *haec tantum per syllabas vel litteras initiales indicata sunt.* r) genelogie *corr.* geneologie *c.* s) crederetur ad eam *Sic.* t) *h. l. manus in marg. picta.* u) *supple* Herodes *e Sic.* v) tibus *in loco raso.* w) ter *in loco raso.* x) in *Alberti manu superscr.* y) Stratonis *Sic.* z) fēmariam, semariam *Alberti manu corr.* samariam *c.* a) ieru *in loco raso.* b) q̄ (que) *c.* c) *sic distinctum in c.* d) quam *Sic.* e) syrie sing. *corr.* sing. syrie *c.* f) ut cetera sileam *Sic.; Sal. vel Albertus Milioli* Sileam *nomen proprium viri esse cum Muratorio credidisse videtur.* g) universa *Sic.* h) herodes. antipater *c.* i) ē *Alberti manu superscr.* k) *supple* concessit *e Sic.* l) inter her. *bis scr., secunda vice* hero *erasum c.* m) *seq.* et *expunct. c.* n) si q. legatur *Sic.*

1) *Lectiones superscriptae, quas uncis inclusimus, sunt Sicardi ex Vulgata descriptae (qui verba Hieronymi ex versione Italica hoc loco mutavit). Patet auctorem hunc locum e codice fratris Salimbene transscripsisse, qui saepe varias lectiones Scripturae sacrae afferat.*

Sic. Augusti et primo Archelai et septimo fuge Christi monitus est Ioseph per angelum, ut rediret in terram Israel, sed audiens, quod Archelaus regnaret in Iudeam[a], noluit illuc venire, sed veniens in Gallileam cum matre et puero et habitavit in Naçareth. Anno Augusti LIIII, cum esset puer Iesus XII an., ascendit Ierosolimam cum parentibus ad diem festum et sedit in templo in medio doctorum audiens, interrogans. His temporibus censum[b] Rome agitato inventa sunt hominum nonagies et trecenta[b] et sexaginta milia. Romam veniens Archelagius[b], cum acusaretur, a Cesare dampnatus est et apud Vienam in exilium relegatus. Sol eclipsim patitur, et Augustus moritur, cum regnasset XIIII an. post nativitatem Domini. Aiunt quidam, quod regnavit[c] an. LVI, men. VI, di. X.

V.[d] De Tyberio Cesare[e], filio Octaviani adoptivo et genero, et de Pontio Pilato, quem[f] dictus cesar procuratorem Iudee instituit, et de gestis et actis, que fecit et fuerunt suo tempore[g].

ib. Tiberius Augustus filius adoptivus fuit Octaviani Cesaris, apud Romanos regnavit ann. XXIII. Hic vivente Augusto sub eo de Rethys, Vindelicis[h], Armenis et Pannoniis triumphavit. Ideoque Augustus adoptavit eum in filium; fuit enim privignus eius et gener; similiter adoptavit et Agrippam, id est Herodem[1]. Tyberius adoptatus Darmatas[i], etiam Sarmatas in Romanam redegit potestatem. Factus imperator multos reges ad[i*] se per blandicias vocatos non remisit. Inter quos Archelaum[k] Capadocem retinens, cuius regnum eius in provinciam vertit, et Maçacam civitatem, capud regni, Cesaream appellavit. Hic Tyberius vino inclusit[l], unde, cum nomen haberet Claudius[m] Tyberius Nero, ioculatores vocabant eum Caldius Biberius Mero; apud Iudeos relegato in exilium Archelao missi sunt procuratores, unus post alium, Componius, Marcus, Annius Cuphys[n], Valerius, qui sepe vendidit sacerdocium. Anno XII° Tyberii Cesaris Phylippus tetrarcha Paneadem Cesaream Phylipi vocavit, constituens in ea plurimas edes, et Sephorum aliam civitatem Iuliam vocavit. Anno XIII° Valerio Romam reverso Tyberius Pontium Pilatum Iudee procuratorem instituit, qui Ierusalem veniens statuas Cesaris *f. 93d.* *erexit; et cum Iudei supplicaverunt de statuis amovendis, minatus est eis mortem; at illi pocius mortem eligebant, quam leges patrias prophanarent; admirans itaque Iudeorum constanciam in legalibus institutis, statuas iussit auferi[b]. Anno XIIII. Tyberii Herodes tetrarcha Tyberiadem condidit et Libiadem. Anno XV° imperii Tyberii Cesaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galilee Herode, Phylippo autem fratre eius tetrarcha Yturee et Traconitidis regionis, et Lisania Abiline tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Chaypha predicant[o] baptismum penitencie in remissionem peccatorum, et veniens omnis Iudea in Betharam[p] regionem trans Iordanem baptiçabatur ab eo. Erat autem Iohannes vestitus pilis camelorum, et çona pellicea circa[q] lumbos eius; locusta[r] et mel silvestre comedebat, in deserto inhabitans. Eorum tempore erant tres secte Iudeorum a comuni vita et oppinione distantes. Pharisei phylateria[b], scilicet pictacia cartarum, quibus Decalogus erat inscriptus, in brachiis et in fronte gerebant et spinas in fimbriis; animas defunctorum dicebant transire in alia corpora usque ad resurrectionem. Saducei negabant resurrectionem, putantes animas cum corporibus interrire[s]. Essei, vita quasi monachi, dicebant animas omnes a principio creatas pro temporibus incorporari. Eodem tempore dicti Tyberii Cesaris exierunt Scathoarii de Scanadabia insula in mari occeano posita, qui venientes iusta Renum fecerunt burgos, ideoque dicti sunt Burgundiones; cuius terre primi habitatores dicebantur Allobroges. Et cum regnasset Tyberius annis V post passionem Domini, mortuus est. Eodem tempore sudarium Veronice deportatus[b] fuit Rome[b] de Ierusalem, et liberatus fuit Tyberius a lepra, et vindicta Christi[t] facta fuit de Iudeis propter mortem Christi, et mortui et destructi fuerunt principes sacerdotum et venditi per Titum et Vespatianum[b], et Pilatus in navi vivus deductus fuit Rome[b. 2].

a) *sic c. cum Sicardi cod.* 1. 2[a]. b) *sic c.* c) R̨ *c. saepissime pro* regnavit *ut codex Sicardi* 1. d) *sic in ind. cap.;* IIII. *h. l. c.* e) Ces. *om. in ind. cap.* f) q̈ (quam) *h. l. c.;* qui *in ind. cap.* g) tp̄re *c.* — *In marg. pictus rex coronatus, amictus mantello, sceptrum manu tenens.* h) uindelitas *c.* i) Dalmatas *Sic.* i*) a *c.* k) capadoy. archelaum capadocem *c.;* fuit Capadox Archelaus *Sic.; conicere posses hoc loco Albertum iterum Sicardi et fratris Sal. textus suo miro modo coniunxisse.* l) indulsit *Sic.* m) cladius *corr.* claudius *c.* n) Ruphus *Sic.* o) predicantis (is *erasum*) baptism *c.;* predicavit Iohannes *Sic.* p) Bethaniam *Sic.* q) circa lumbos *in loco raso.* r) *sic etiam Sicardi cod.* 1. s) intrire *c.* t) Titi *Sal. scripsisse videtur.*

1) *Ecce pulcherrimum errorem fratris Salimbene. Nam quin iste haec scripserit, non dubito. Cf. Libri de temp. cap. LXXIII. addit., supra p.* 411, *n.* *. 2) *Cf. Libri de temp. cap. III, supra p.* 373—379.

VI. De Gaio Gallicula[a] et de Herode tetrarcha, qui occidi fecit Iohannem Baptistam, et de gestis, que[b] fecit et fuerunt suo tempore.

Anno ab incarnatione Domini XXXVIII. Gaius Gallicula regnavit apud Romanos an. IIII, *Sic.* men. X. Hic fuit sceleratissimus. Nam cum sororibus suis stupra commissit, post eas exilio condempnavit. Hic anno primo imperii sui Agrippam, id est Herodem, *de vinculis liberavit et Iudee **f.* 94a. regem instituit; qui apud Iudeos regnavit an. VII. Herodem vero tetrarcham apud Lugdunum exilio condempnavit, ubi cum Herodiade adultera extrema mortuus est egestate; puellam, que capud Iohannis petiit, vivam transglutivit[c]. Anno ab incarnatione Domini XXXVIII[1], anno XVII. vel secundum quosdam XVI. imperii Tyberii Cesaris Herodes tetrarcha iussit decolari Iohannem Baptistam; capud datum est puelle in disco, et humatum est corpus in Ierosolimis; discipuli sepellierunt in Sebaste; audivit autem Herodes famam de Iesu et dubitabat, an esset Iohannes, qui resurrexisset a mortuis, et querebant[d] eum videre. Tempore Gaii Gallicule Poncius vero Pilatus incidens in multas calamitates, demum se propria manu occidit. Gaius Gallicula iussit in templo et synagogis Iudeorum et suas et Iovis ymagines erigi et se dominum vocari.

VII. De Gaio Gallicula, qui relaxavit Herodem de vinculis, et de morte beati Iohannis Baptiste, et de gestis, que fecit et fuerunt suo tempore[2].

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi XLIII. Claudius patruus Drusi, qui apud *Sic.* Magunciam sepultus est, regnavit apud Romanos an. XIIII, men. VII, di. XXVIII. Hic de Britanis triumphavit et Orcades insulas Romano adiunxit imperio. Rex Agrippa — alio nomine dictus est Herodes — occidit Iacobum fratrem Iohannis gladio. Sed hic qui eum optulerat ad martyrium capite punitus est, quia confessus se esse Christianum; Petrum quoque misit in carcerem, sed angelus Domini eripuit eum de manibus Herodis. Anno IIII. descendens Herodes vel Agrippa in Cesaream, sedens pro tribunali gloriabatur[3]; et post mortem inter deos relatus est et divus appellatus. Cuius temporibus descriptione facta Rome LXVIII centena XLIIII milia, alibi dicitur sexies[e] mille milia DCCCCXLI milia, hominum inventa sunt; eiusque temporibus XXX[a] milia virorum in die pasce constipatione populi in foribus templi necantur, ut dies festi converteretur in luctum. Anno VI. Claudii[f] tanta fames fuit Rome, quod imperator vix furore[g] plebis evasit. Post hec Claudius patri[h] Agrippe filium Agrippam substituit in regnum Iudeorum, et regnavit apud Iudeos an. XXXVI. Eodem tempore Felix quendam Egyptium, falsum prophetam, qui[i] multa milia virorum congregaverat, ut irruerent[k] in Ierusalem, de quo Actus apostolorum faciunt mentionem, in fugam convertit; cum itaque Paulus *coram Felice fuerit accusatus, Felix liberam concessit ei custodiam; anno VIIII. Iudeos tumultuantes **f.* 94b. Roma eiecit.

VIII. De Nerone imperatore, qui multa mala fecit et fieri fecit suo tempore, quia interfecit matrem, amittam et uxorem[l], fratrem et magistrum suum Senecam; et de morte beati Iacobi[l], Marci, Petri et Pauli et Lucani et aliis gestis.

Anno ab incarnatione Domini LVIII° Nero apud Romanos regnavit an. XIII et men. VII, *Sic.* di. XXVIII. Hic fuit similis Gallicule avo suo et eo peior, quia matrem, amittam, uxorem, fratrem et magistruum suum Senecam occidit, qui fuit de civitate Cordubensi, patruum Lucani; et civitatem incendit ad[m] similitudinem ardentis Troie videret; in re militari nil ausus fere Britaniam[n] perdidit et Armeniam. Qui tante fuit luxurie, ut retibus aureis et funibus purpureis piscaretur; Rome termas edificavit. Anno VII. imperii Neronis Iacobus frater Domini, Ierosolimitanus episcopus, de pinaculo templi pertica fulonis iactatus[o] et mortuus est. Anno secundo imperii sui Festum Felici

a) galicula *index cap. h. l.* b) *sic index cap.;* que *h. l. c.* c) terra glutivit *Sic.* d) *sic etiam Sicardi cod.* 1. e) sexieis *c.* f) cladii *h. l. c.* g) *sic c.* h) pat *ut videtur c.,* t *non satis certo legitur.* i) qd' (quidem) *c.* k) *sic solus codex* 2c *Sicardi.* l) et *add. index cap.* m) ut *Sic.* n) orcania *ut videtur c.* o) iacintus *c.*

1) *Secundum Sicardum, qui hoc loco incarnationis annum non posuit, potius anno* 32. *vel* 31. 2) *Haec inscriptio, quae et in textu et in indice capitum legitur, potius praecedenti capiti convenit.* 3) *Male quae apud Sicardum p.* 101. *sequuntur omissa sunt, ut ex hoc loco Herodes inter divos relatus esse videatur.*

Sic. substituit presidem Palestine,, a quo Paulus Cesarem appellavit; cui Festus: 'Cesarem appellasti, ad Cesarem ibis'; cum rex Agrippa venisset Cesaream ad salutandum Festum, indicavit Festus regi de Paulo; coram quo Paulus etiam conparuit. De morte beati Marci evangeliste multipliciter est scriptum. In Passione sua legitur, quod imperantibus Gaio et Iunio, alibi, quod primo Neronis anno, [a]quod VIII. mortuus est. Hic Petri in baptismate filius et in sermone discipulus fuit. Hic evangelium in Ytaliam scripsit rogatu Romanorum, ut quod Petrus docuerat verbo litterati in memoria conservarent; post hec in tota regione Epypti[1] baptiçatum ordinavit episcopum; multos quoque varios infirmos sanavit, leprosos mundavit, demoniacos liberavit; demum ecclesia constructa per fratres in loco qui Buculus nominatur, insidiatores in mense Parmuthi, id est Aprili, et festivitate Serapiaca[b] fune trahentes eum dicebant: 'Trahamus bubalum ad Buculi'; sanctus vero Domini gratias agens domino Iesu Christo, dicens: 'In manus tuas, Domine, co[mmendo] spiritum meum[c]'. Et tunc, cum gentiles reliquias eius[d] conburere, facte sunt tenebre, tempestas et ymber. Posuerunt ergo iusti corpus eius in Alexandria in loco lapidis excisi, cum gloria venerantes memoriam eius; quod longo tempore post
*f. 94c. Venetias creditur esse translatum, ubi colitur et veneratur; *et merito ad Ytaliam translatum est, ubi eius evangelium primo predicatum. Cuius discipulus fuit Hermogenes[e] Aquilegiensis; Hermagora[f] vero Syrus et Yvencius Papienses[g] claruerunt. Eodem tempore Neronis discipuli vero Pauli fuerunt discipuli Dionisius Ariopagita, qui apud Athenas sacerdocium adeptus est, et Crescens, Trophinus[h], qui ad Gallias profecti sunt, et Lucas, qui ad eius doctrinam scripsit euuangelium et ad eius sequelam[i] Actus apostolorum. Demum vero[k], cum a Romanis quereretur ad penam, quia magnam partem senatus occiderat, a senatu fugatus[l] est et occisus. Dicitur, quod se ipsum occidit; et in eo omnis Augusti familia consumpta est. Temporibus Neronis Lucanus claruit, qui deprehensus in coniuratione quadam brachium ad secandas venas prebuit. Oracius[m] rethor, qui et[n] Thebaidos appellatur. Eo tempore terremotus Rome et in Asia fuerunt; fulmen cecidit ante mensam Neronis. Eiusque tempore Clodoveus angelo de celis oleum[o] deferente baptiçatus est[2]. Et Cornutus poeta, magister Persii, claruerunt, sed Cornutum Nero misit in exilium. Eodem tempore Neronis, anno XII. Neronis et XXXVI. post passionem Domini et LXX. ab incarnatione — alibi dicitur XIIII. Neronis et XXXVIII. dominice passionis — Nero Petrum occidit crucis patibulo, capite deorsum, sicut elegit, verso, et sepultus est in Vaticano iusta viam triumphalem; et eodem die Paulum occidit gladio. Hic fuit Iudeus, Gamalielis discipulus, qui XIIII scripsit epistolas, sed propter stillum de ultima dubitatur, et creditur esse Barnabe et Luce vel Clementis; et cum ad Paulum Seneca scripsisset epistolas, Paulus quoque scripsit ad eum. Est autem sepultus in via Hostiensis[p] anno XXVII, ut quidam aiunt, post passionem Domini. Hii duo sunt[q], sicut ait Clemens, habuerunt uxores; nam Petrum[p], cum uxorem vidit duci ad passionem, gavisus ait: 'O coniux, memento Domini'. Paulus negat se suam circumducere, ut expedicius posset predicationi vacare.

VIIII. De Galba et Ottone et Vitello et Vespasiano et aliis gestis.

Sic. Anno ab incarnatione Domini LXXII. post mortem Neronis Galba in Ybernia[r], Otto Rome, Vitellus in Germania, Vespasianus in Palestina electi sunt ad imperium. Nero namque contra Iudeos
*f. 94d. Vespasianum[s] miserat; sed Galba VII° mense *capite truncatur, Otto levi prelio victus se ipsum
Ioh. de Deo. occidit. Vitellus a ducibus Vespasiani occiditur. Huius[t] temporibus fuit Linus papa.

Sic. Itaque Vespasianus, exercitum filio Tito conmendans, Romam venit et confirmatus regnavit[u] an. VIIII, men. XI, di. XXII. Qui moderatissime rexit imperium. Erat enim iustus, largus, letus[v], paciens, inmemor offensarum. Ecclesia que Ierosolimis congregata fuerat, responso accepto, transivit ad castrum Pellam nomine trans Iordanem. Ablatis iustis viris Titus anno secundo imperii patris Iudeam et Ierusalem diebus açimorum subvertit, diebus merito, quibus Dominum occiderunt, alii occiduntur gladio, alii fame, usque adeo, quod matres filios comederant[w]. Alii vero igne conbusti sunt, alii venumdati, alii captivati, usque ad decies centena milia. Hic est igitur ille secundum prophetam *aper de silva,* qui devastavit eam. Fuerunt autem a prima edificatione templi, que fuit sub Salomone,

a) *supple* alibi *e Sic.* b) septip::ca *(duae litterae deletae) c.* c) expiravit, *quod Sic. habet, om.* d) *supple* vellent *e Sic.* e) Hermagoras *Sic.* f) Hermagore — disciputi clar. *Sic.* g) *supple* episcopi *e Sic.* h) *sic et codd.* 2 *Sicardi.* i) sequerlam *c.* k) Nero *Sic.* l) fug. *bis scr. c.* m) Statius *Sic.* n) qui ethebaidos *c.* o) celis descē dēferente *c.* p) *sic c.* q) sunt *delendum.* r) Yberia *Sic.* s) vespasiañ *c.* t) Huius — papa *in extremo versu columnae* 94c. *separatim scripta sunt, signo non adposito.* u) Reḡ *c.* v) lenis *Sic.* w) comederent *Sic.*

1) *Multa omissa sunt, quae apud Sicardum p.* 104, *l.* 13—15. *leguntur, unde hic sensus laesus.* 2) Eo temp. — baptiçatus est *Sicardi p.* 106. *male transposita sunt ante* Et Cornutus *etc.*

usque ad hanc ruinam an. III[a] CII — alii dicunt III[b] LXXXIX; a secunda, que fuit sub Dario, *Sic.* DXC; a captivitate[c] sub Antiquo[d] CCXXXVIII; a passione[e] Domini XXXIX vel pocius XL, super Ysaiam legitur XLII. Hec prodictionem[f] hec prodigia precesserunt, scilicet cometes, stella similis gladio et inmensus fulgor repentinus in templo et voces dicentes: 'Transmigremus hinc', et ianua ferreis vectibus munita sponte patefacta, currus et quadrige, armatorum cohortes sacre[g], et vitula in sacrificiis agnam enixa, et prophetia cuiusdam rustici clamantis et nil aliud in ore habentis quam[h] verba hec: 'Vox ab oriente[i], vox ab occidente[k], vox a quatuor ventis, vox super Ierusalem et templum, vox super sponsam et sponsum, ve Israelitis!' et divisio civium, quia pars templum, pars tenuit arcem, pars reliquam civitatem. Unde Ysaias[l]: *Vox populi de civitate, vox de templo;* post excidium Iudeorum ex diversis locis convenientes in unum apostoli ceterique discipuli, qui supererant, elegerunt Symonem Cleophe filium et Iacobum substituerunt[m]. Temporibus Vespasiani Achaia, Lithia, Rodus, Bizancium, Samos, Trachia et multe alie regiones, quarum quedam libere, quedam sub regibus degebant amissibus[n] regibus, sub Romano imperio rediguntur. Capitolium incenditur, quod edificare[o] incepit.

X. De Vespasiano et de vindicta, quam fecit de Iudeis, et de pestilentia Iudeorum, fame et mortalitate eorum et aliis gestis, et de Iosepho[1].

*f. 95a. *Iac. de Var. c. 67, 2.*

*Refert Iosephus, quod propter peccatum mortis Iacobi Iusti[p] factum sit excidium Ierusalem et dispersio Iudeorum. Sed non solum ob mortem Iacobi, sed etiam ob mortem Domini precipue hec destructio facta est, secundum quod Dominus dicit: *Non relinquetur inde[q] lapis super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis mee[r]*. Sed quoniam Dominus non vult mortem peccatoris, et[s] ut ipsi excusationem non haberent, per XL annos penitenciam eorum expectavit et per apostolos, maxime per Iacobum fratrem Domini inter eos continue predicantem, eos ad penitenciam revocabat. Sed cum per admonitionem eos non posset revocare, voluit eos saltim prodigiis exercere[t]. Nam in his XL annis sibi ad penitenciam datis[u] multa monstra et prodigia, sicut refert Iosephus, evenerunt. Nam stella prefulgens, gladio per omnia similis, visa est civitati desuper inminere ac per totum annum exticialibus[v] flamis ardere. In quodam festo azimorum hora noctis nona tantus fulgor aram templique[w] circumdedit, ut omnes diem clarissimum putarent. In eadem festivitate vitula ad ymolandum adducta inter ministros[v] manus agnam subito est enixa. Post aliquot dies prope solis occasum visi sunt curus et quadrige in omni regione per aerem fieri[x] et armatorum cohortes misceri nubibus et urbes circumdare agminibus improvisis. In alio die festo, qui pentecoste[y] appellatur, noctu sacerdotes in templum ingressi ad ministeria ex more conplenda motus quosdam strepitusque senserunt ac voces subitas audierunt dicentes: 'Transeamus ab hiis sedibus'; ante quartum etiam annum belli quidam vir nomine Iesus[z], Annanie filius, in festo tabernaculorum repente clamare cepit: 'Vox ab oriente, vox ab occidente, vox a quatuor ventis, vox super Ierusalem et super templum, vox super sponsos et sponsas, vox super Ierusalem[a] universum'; predictus igitur vir capitur, ceditur, verberatur, sed ille aliud dicere nequiens, quanto plus verberatur, tanto eadem forcius clamitabat. Ad iudicem igitur adducitur, tormentis diris afficitur, usque ad putredinem[b] ossium laniatur. Sed ille nec preces nec lacrimas effundebat, sed cum quodam ululato[v] per singula pene verbera eadem proferebat, addens etiam hoc: 'Ve, ve Ierosolimis!' Hec[c] Iosephus. Cum autem Iudei nec admonitionibus converterentur nec tantis prodigiis terrerentur, post XL[m] annum Dominus Vespasianum et Tytum Ierusalem adduxit, qui ipsam civitatem funditus destruxerunt. Hoc[d] autem fuit causa adventus ipsorum in Ierusalem, sicut in quadam[e] hystoria licet *invenitur apocrifa. Videns[f], quia Iesum innocenter[g] condempnaverat, *f. 95b.

a) III *scriptum est pro* M *Sicardi.* b) III *post corr.* III *c.* c) captiuate *c.* d) *sic c.;* Antiocho *Sic.* e) CCXXXVIII. appassione *c.* f) *sic c.;* Hanc destructionem *Sic.* g) in aere *Sic.* h) habentes. quē *c.* i) orientē *c.* k) occidentē *c.* l) ysaiax *Alberti manu corr.* ysaias *c.* m) *sic c.;* fil. Iacobo successorem *Sic.* n) amicis *Sic.* o) reedificare *Sic.* p) iusti fac *in loco raso.* q) in te *Iac. et Vulg.* r) tue *Iac. et Vulg.* s) et *Alberti manu superscr.* t) exterrere *Iac.* u) dās *c.* v) *sic c.* w) templi q̄ *c.;* templumque *Iac.* x) ferri *Iac.* y) pent̄ *c.* z) ih's *c. ut semper.* a) populum *Iac.* b) patefactionem *Iac.* c) h' *c.* d) Hec *Iac.* e) quadam *in loco raso.* f) *supple* Pilatus *ex Iac.* g) innocent̄ *c.;* innocentem *Iac.*

1) *Cap. X—XIII. Albertus procul dubio ex Cronica fratris Salimbene exscripsit, ipse enim Historiam ecclesiasticam Eusebii-Rufini, quam fratrem Salimbene habuisse constat, non adhibuit nec Legendam Auream Iacobi — praeter Cronicam illi insertam — alio loco exscripsit.*

Iac. de Vor. c. 67, 2. timens offensam Tyberii Cesaris, pro se excusando nuncium nomine Albanum ad Cesarem destinavit. Eo[a] autem tempore Vespatianus[b] monarchiam in Galacia[c] a Tyberio Cesare tenebat. Nuncius igitur Pilati a ventis contrariis in Galaciam pellitur et ad Vespatianum[b] adducitur. Talis autem servabatur ibi consuetudo, ut, quicumque ibidem naufragium pateretur, rebus et servitute principi subderetur. Quem Vespatianus[b], quis esset aut unde veniret seu quo tenderet, requisivit. Cui ille: 'Ierosolimitanus sum, de partibus illis[d] veni, Romam usque tendebam'. Cui Vespasianus: 'De terra sapientum venis. Artem nosti medicaminis, medicus es, curare me debes'. Vespasianus enim quoddam genus vermium naribus insitum ab infancia gerebat, unde a vespis Vespasianus dicebatur. Cui vir ille respondit: 'Artem medicaminis, domine[e], nescio et ideo te curare non valeo'. Cui Vespasianus: 'Nisi me curaveris, morte morieris'. Cui ille ait: 'Ille qui cecos illuminavit, demones effugavit, mortuos suscitavit, ille novit, quia medendi artem ignoro'. Cui Vespasianus: 'Quis est iste, de quo tanta proferis[f]?' Et ille: 'Iesus Nazarenus, quem Iudei per invidiam occiderunt. In quem si credideris, sanitatis gratiam consequeris'. Et Vespasianus: 'Credo, qui[g] mortuos suscitavit, me etiam de hac infirmitate liberare poterit'. Et hec dicente, vespe de eius naribus ceciderunt, et continuo sanitatem recepit. Tunc Vespasianus ingenti gaudio repletus fuit et ait: 'Certus sum, quia filius Dei fuit, qui me curare potuit. Petita igitur a Cesare licentia Ierosolimam cum manu armata pergam et omnes prodictores[h] huius sceleris et occisores funditus evertam'. Dixitque Albano nuncio Pilati: 'Rebus et vita sanus et incolumis domum tuam mei licentia revertaris'. Vespasianus igitur Romam adiit et destruendi Iudeam et Ierusalem a Tyberio licentiam impetravit. Per annos igitur plures exercitum congregavit et Ierusalem cum copioso exercitu Vespasianus advenit, et in die pasce Ierusalem per circuitum potenter obsedit, ibique infinitam multitudinem, que ad diem festum venerant, conduxit[i]. Per aliquod autem tempus, antequam Vespasianus Ierusalem adveniret, fideles, qui ibi erant, a spiritu sancto admonentur, ut inde recedant et in quodam oppido trans Iordanem, quod Pellam vocatur, secedant[k], ut ablatis ab urbe sanctis viris celesti vindicte fieret locus tam de urbe sacrilega quam de populo scelerato.

*f. 95c. *Quandam[l] autem civitatem Iudee nomine Ionaparam[m], in qua Iosephus princeps et dux erat, primo omnium est agressus. Sed Iosephus cum suis viriliter resistebat. Tandem Iosephus videns inminere excidium civitatis, assumptis XI Iudeis sutteraneam[h] domum intravit, ubi quatriduana[n] fame afflicti. Iudei vero[o] consentiente Iosepho malebant ibidem[p] mori quam Vespasiani se subicere servituti. Volebant se mutuo interficere et sanguinem suum in sacrificium Deo offerre. Et quoniam Iosephus inter eos erat dignior, volebant eum primitus occidere, ut eius effusione sanguinis Deus citius placaretur, vel, ut[q] cronica dicitur, ideo mutuo se interficere volebant, ne darentur in manibus Romanorum. At vir prudens Iosephus et mori nolens iudicem mortis et sacrificii se constituit et, quis prior alio occisurus esset, inter binos et binos sortem mittere iussit. Missis itaque sortibus sors nunc unum, nunc alium morti tradidit, donec ventum est ad ultimum, cum quo Iosephus sortes missurus fuit. Tunc Iosephus, homo strenuus et agilis, gladium illi abstulit et, quid magis eligeret, vitam scilicet aut mortem, requisivit et, ut sine dilatione eligeret, precepit. Et ille timens respondit: 'Vivere non recuso, sed gratiam[r] tui vitam conservare valeo'. Tunc Iosephus uni familiari Vespasiani et sibi etiam familiari latenter locutus[s] est et, ut sibi vita donaretur, peciit, et quod peciit impetravit. Cum autem ante Vespasianum Iosephus esset adductus, dixit ei Vespasianus: 'Mortem meruisses, si huius petitionibus liberatus non esses'[t]. 'Si quid propere[u] actum est, in melius conmutari potest'. Et Vespasianus: 'Qui vinctus[v] est, quid facere potest?' Et Iosephus: 'Aliquid facere potero, si dictis meis aures tuas demulsero'. Et Vespasianus: 'Concedatur, ut verbis inhereas, et quicquid boni dicturus est[w], pacifice audiatur'. Et Iosephus: 'Imperator interiit, et senatus imperatorem te fecit'. Et Vespasianus: 'Si propheta es, quare non es vaticinatus huic civitati, quod mee subicienda sit dictioni[h]?' Et Iosephus: 'Per XL dies hoc eis predixi'. Interrea[x] legati Romanorum veniunt, Vespasianum in imperatorem sublimatum asserunt eumque Romam deducunt[y]. Hoc quoque[z] Eusebius in cronica testatur, quod scilicet Iosephus Vespasiano predixit tam de imperatoris morte quam de sua sublimatione. Reliquid autem Vespasianus Tytum filium suum in obsidione Ierusalem. Tytus autem[a], ut in eadem hystoria apocrifa legitur, audiens patrem suum in imperium sublimatum, tanto gaudio et exultatione repletur, *f. 95d. *quod nervorum contractione ex frigiditate corripitur et altero crure debilitatus paralisy torquetur. Iosephus autem audiens[b] infirmitate laborare, causam morbi et morbum et tempus morbi dili-

a) tpr *iam h. l. add., sed expunct. c.* b) *sic h. l. c.* c) galaciā, *hasta erasa corr.* galacia *c.* d) illi *c.* e) nescio dn̄e *corr.* dn̄e nescio *c.* f) *sic c.;* profaris *Iac.* g) quia quod *Iac.* h) *sic c.* i) convenerat conclusit *Iac.* k) se cedant *c.* l) Quadam *c.* m) Ionapatam *Iac.* n) q̄triduana *c.* o) afflicti Iudei non cons. *Iac.* p) ibi, dem *superscr. corr.* ibidem *c.* q) *supple* in quadam *ex Iac.* r) *sic c.;* si gratia *Iac.* s) locutus *bis scr. c.* t) *supple* Et Iosephus *ex Iac.* u) perperam *Iac.* v) victus *Iac.* w) *sic* (e) *c.;* es *Iac.* x) Intrea *c.* y) deduc *legi nequit in c.* z) oc quoque *legi nequeunt in c.* a) aut *c.* b) *supple* Titum *ex Iac.*

genter inquirit. Causa nescitur, morbus ignoratur. De tempore autem, quoniam audita patris electione hoc sibi acciderit, aperitur. Iosephus, vir[a] autem sapiens et providus, ex paucis multa coniecit et ex tempore morbum et causam invenit, sciens, quod gaudio et leticia superhabundari[b] et debilitatus fuit. Animavertens[c] itaque, quoniam contraria contrariis curantur, sciens etiam, quia, quod[d] amore conquiritur, dolore frequenter amittitur, querere cepit, an aliquis esset, qui principis inimicus obnoxius teneretur. Et erat ibi servus adeo molestus Tyto, ut si non[e] vehementi conturbatione nullatenus in eum posset respicere nec etiam nomen eius audire. Dixit itaque Tyto: 'Si curari desideras, omnes, qui in meo comitatu venerint, salvos efficias'. Cui Tytus: 'Quicumque in tuo comitatu venerit, securus habeatur et salvus'. Tunc Iosephus cito prandium fieri precepit et mensam suam mense Tyti opposítam locavit et servum a dextris suis sedere fecit. Quem Tytus respiciens, molestia conturbatus infremuit, et qui prius gaudio infrigidatus fuerat, accessione[f] furoris incaluit, nervosque distendens[g] curatus fuit. Post hec Tytus et servum in sui gratiam et Iosephum[h] in sui amicitiam recepit. Biennio igitur a Tyto Ierusalem obsessa, inter cetera mala, que obsessos graviter perurgebant, tanta fames omnes tenuit, quod parentes filiis et filii et[i] parentibus, viri uxoribus et uxores viris cibos non tantum e manibus, sed etiam ex ipsis dentibus rapiebant. Iuvenes etiam etate fortiores velud simulacra per vias oberrando pre fame[k] exanimes cadebant. Qui mortuos sepelliebant, sepe super ipsos mortuos mortui cadebant. Fetorem autem cadaverum non ferentes ex publico sumptu ipsa sepelliebant, sed deficiente sumptu et vincente cadaverum multitudine[l] de muro cadavera precipitabant. At Tytus circuiens, cum vidisset valles cadaveribus repletas et totam patriam ex eorum fetore corruptam, manus suas cum lacrimis ad celum levavit[m]: 'Deus, tu vides, quia ego hic[n] non facio. Tanta ibi fames erat, quia[o] calciamenta sua et corigias comedebant. Matrona etiam super[p] quedam genere et diviciis nobilis, sicut legitur in Ystoria ecclesiastica, vel[q] predones in eius domum intrantes eam omnibus expoliassent, nec sibi ultra quid comederet remansisset, parvulum suum lactantem tenens in manibus ait: 'Infelicis matris infelicior *fili, in bello, in fame, in direptione cui te reservabo? Veni ergo nunc, o mi nate, esto matri cibus, predonibus furor, seculis fabula'. Et his dictis filium iugulavit et coxit et dimidium comedens, partem alteram ocultavit. Et ecce confestim predones odorem carnis cocte sentientes in domum irruunt et, nisi carnes prodat, mortem minantur. Tunc illa detegens infantis menbra: 'Ecce', inquid, 'vobis partem optimam reservavi'. At illa[r] tantus horror invasit, quod nec loqui potuerunt. Et illa: 'Meus est', inquid, 'hic filius, meum est peccatum; securi edicte[s], quia prior ego comedi que[t] genui. Nolite fieri aut[u] matre religiosiores aut feminis molliores; quodsi vincit vos pietas, et horretis, ego totum comedam, que dimidium iam comedi'. Illi vero trementes et territi discesserunt[v]. Tandem secundo anno imperii Vespasiani Tytus Ierusalem cepit et captam subvertit, templumque funditus destruxit. Et sicut Iudei Christum XXX denariis emerant, sic et ipse uno denario XXX Iudeos vendidit. Sicut autem narrat Iosephus, nonagita[c] VII milia Iudeorum venditi sunt, et undecies centena milia fame et gladio perierunt.

Iac. de Var. c. 67, 2.

*f. 96a.

Legitur quoque, quod Tytus intrans Ierusalem quendam murum densissimum vidit ipsumque perforari precepit. Factoque foramine quendam intus senem, aspectu et canicie venerabilem, invenerunt. Qui requisitus, quis esset, respondit se esse Ioseph ab Arimathia[w] Iudea[c] civitate seque a Iudeis ibidem inclusum et muratum fuisse, eo quod Christum sepellisset. Addiditque, quod ab illo tempore usque nunc celesti sit cibo[x] pastus et divino lumine confortatus. In euuangelio tamen Nichodemi dicitur, quod, cum Iudei ipsum reclusissent, Christus resurgens eum inde eripuit et in Arimathiam duxit. Potest dici, quia[y], cum eductus a predicatione Christi non cessaret, a Iudeis iterum est inclusus. Mortuo quoque Vespasiano imperatore Tytus filius eius eidem[z] imperio successit. Qui fuit vir clementissimus et multe liberalitatis. Tanteque bonitatis fuit, sicut ait Eusebius Cesariensis in cronica[a], testatur Ieronimus, quod, dum quodam sero recordatus fuisset, quod illo die nil boni egisset aut nichil dedisset, ait— [b]exeuntes summo mane plurimas cruces de rore invenerunt. Quas territi fugientes et secundo mane redeuntes, unusquisque cruces sanguineas vestibus suis insitas invenit. Qui vehementer territi in fugam iterum reversi sunt. Sed tercio reversi vapore ignis de terra prodeuntis penitus sunt exusti.

a) autem vir *Iac.* b) *sic c. ut videtur;* superabundanti debil. *Iac.* c) *sic c.* d) qd *c.* e) ut sine *Iac.* f) accensione *Iac.* g) discendens *c.* h) ioseph' *c.* i) et *delendum.* k) fam, *ut videtur, c.* l) multitudinē *c.* m) *supplè* dicens *ex Iac.* n) *sic c.;* hoc *Iac.* o) quod *Iac.* p) Matr. quedam insuper *Iac.* q) *sic* (ul) *c.;* cum *Iac.* r) illos *Iac.* s) *sic c. pro* edite. t) *sic* (q̄) *c.;* quem *Iac.* u) aut *c.* v) discuserunt *c.* w) ab amarimathia *c.* x) cibꝫ *c.* y) quod *Iac.* z) *supple* in *ex Iac.* a) *supple* et *ex Iac.* b) *nullo spatio intermisso omissa sunt, quae Iac. habet:* 'O amici, diem perdidi'. Post longa tempora quidam Iudei Ierusalem reedificare volentes.

XI. De origine Iosephi et nativitate, et cuius filius fuit, et de compositione librorum, quos fecit.

*f. 96[b]. *Eus.-Ruf. H. eccl. III, 9.*

*Opere precium sane est post ista noscere, quis fuerit hic Iosephus et unde vel ex quo genere originem ducens, qui tantam nobis materiam rerum gestarum cognitionemque prestiterit. Expone[a] ergo etiam hec ipse de se hoc modo scribens: *Ioseppus Mathie filius, Ierosolimis sacerdos, qui et ipso*[b] *primo bello Romanos obpugnaverit et posterioribus nichilominus interfuerim preliis neccessitate constrictus.* Constat igitur hunc virum per idem tempus non solum apud Iudeos, proprios cives, verum etiam apud Romanos habitum esse nobillissimum, ita ut litterarum merito in urbe Roma etiam statua donaretur, et[c] libri eius bibiotece[d] traderentur. Conscripsit itaque Antiquitatum ystoriam in XX[ti] libris. Belli vero Iudaici[e] cum Romanis ystoriam septem voluminibus conprehendit, quam non solum Greca facundia, verum etiam et patrio, id est Hebreo, sermone suis etiam civibus se edidisse confirmat, dignus, cui pre ceteris omnibus debeat credi. Sed et alia eiusdem viri extant de Iudeorum vetustate duo volumina, in quibus contradicere Appiani[f] cuidam gramatico videtur, qui illis temporibus adversum Iudeos scripserat, et ad alios quosdam, qui morem gentis Iudeorum atque instituta laceraverant. In primo ergo ex his libris duobus, que volumina apud Hebreos in autoritate habeantur, secundum maiorum tradictionem[g] per hec docet:

XII. Prologus de libris, quos Iosephus conposuit.

Eus.-Ruf. III, 10.

Neque igitur innumera, inquit, *apud nos habentur volumina intra*[h] *se invicem discordia*[i], *sed duo tantum et XX*[ti] *sunt libri, qui omnium temporum seriem continent, qui et iuste creduntur divinitus inspirati. Ex quibus quinque sunt Mosey, continentes legem rite et successionem humanam*[k] *prosapiam usque ad ipsius Mosey terminum pretendentem*[l], *qui paulo minus a*[m] *tria milia annorum continenciam gerunt. A morte vero Mosey usque ad Artasensen*[n], *qui regnavit apud Persas, que gesta sunt prophete quinque per ea tempora tredecim voluminibus conscripserunt. Reliqui vero quatuor libri hymnos in Deum et vite et*[o] *instituta ac monita mortalibus tradunt. Ab Artaxensem*[n] *vero usque ad nostrum tempus scri[pta]*[p] *quidem omnia fidem*[q], *tamen non eadem, que primis habetur, digna ducuntur, pro eo quod non ita extiterit prophetarum iugis et expiata*[r] *successio. Rebus ergo ipsis constat, quam nos venerabiliter utamur in*[s] *scripturis nostris. Nam cum tot secula intercesserunt*[t], *neque addere quis umquam neque auferre aut permutare quid ausus est; sed omnibus gentis nostre hominibus* *f. 96[c]. **insita hec quodamodo*[u] *atque ingenita*[v] *fides est credere hec Dei esse consulta et his iugiter inherere ac pro ipsis, si ita res poposcerit, libenter et animam ponere.* Sit etiam hec pars hystoriagraphi[d] his in locis a nobis, ut arbitror, non inconpetenter inserta. Est adhuc eius aliud eligens[w] satis volumen, quod animus sit, qui imperium teneat in nobis. Quem libellum quidam Machabeorum attitulaverant[x], pro eo quod certamina inibi et agones pro pietate[y] a Machabeis fratribus desudata[z] contineat. Sed et in fine vicissimi[a] Antiquitatum libri significat idem ipse proposuisse[b] quatuor voluminibus conprehensurum secundum fidem et religionem[c] patriam de Deo et de substancia eius ac legibus, et cur quedam apud eos luceant[d], quedam[e] non luceant[d]. Sed et alia nonnulla opuscula a se dicit esse composita. In fine etiam supradicti vicessimi[a] Antiquitatum libri Iustum quendam ex Tyberiade, qui conatus sit hoc idem operis, quod ipse explicuerat, adgredi, arguit falsitatis per hec verba: *Sed non ego te imitatus*[f] *in his que conscripseram. Ipsis etenim imperatoribus optuli libros meos, cum adhuc ipsa que gesta sunt pene in oculis haberentur, quippe qui conscius michi essem servate in omnibus veritatis, nec me de eorum*[g] *testimonio fefellit oppinio. Sed et aliis pluribus optuli, quorum multi etiam ipsis interfuere bellis, sicut Agrippa rex et nonnulli eius propinqui; imperator quidem Tytus in tantum probavit ex istis debere libris ad omnes homines rerum gestarum noticiam pervenire, ut manu*[h] *subscriberet publice ab omnibus eos legi debet*[i]. *Rex vero Aggrippa LX*[a] *et duabus*[k] *epistolis de operis nostri veritate testatus est, ex quibus et duas inserui.* Sed de hiis satis dicam[l], nunc ad narrationis nostre seriem redeamus.

a) Exponit *Ruf.* b) ipse *Ruf.* c) et — traderentur *in marg. Alberti manu suppl., lineis rubris cincta.* d) *sic c.* e) iudaci *c.* f) Apioni *Ruf.* g) *sic c.,* dictionem *in loco raso.* h) inter *Ruf.* i) discordantia *Ruf.* k) successionis humanae *Ruf.* l) pertend. *Ruf.* m) ad *Ruf.;* minus atria milia *c.* n) *sic h. l. c.* o) et *delendum.* p) sċ (scri) *c.; supple* sunt *ex Ruf.* q) fide *Ruf.* r) explorata *Ruf.* s) in *delendum.* t) intercesserint *Ruf.* u) qd' amodo *c.* v) ingenta *c.* w) elegans *Ruf.* x) attitulaverunt *Ruf.* y) ag. proṗetate (proprietate) *c.* z) desudatā *c.* a) vicesimi *Ruf.* b) *supple* se *ex Ruf.* c) et rel. *bis scr. c.* d) liceant *Ruf.* e) q̄dam, *compendii linea erasa corr.* qdam (quidam) *c.* f) *supple* sum *ex Ruf.* g) me d'corum *c.* h) *supple* sua *ex Ruf.* i) debere *Ruf.* k) duas epistolas *Alberti manu corr.* duabus epistolis *c.* l) dictum est *Ruf.*

XIII. Hystoria de patre et matre Pylati et eius nativitate et de gestis, que fecit suo tempore, et se ipsum interfecit.

Fuit quidam rex nomine Tyrus, qui quandam puellam nomine Pilam, filiam cuiusdam molen- *Iac. de Var. c. 53.* dinarii nomine Attus, carnaliter cognovit et de ea filium generavit. Pila[a] autem ex nomine suo et nomine patris sui, qui dicebatur Atus, unum nomen conposuit et nato puero inposuit nomen Pilatus. Cum autem Pilatus *tres annos haberet, ipsum Pila a rege[b] ad regem transmisit. Habebat autem **f. 96d.* rex filium de regina coniuge sua, qui fere Pilato coetaneus videbatur. Isti dum annos discretionis attigissent, sepius luctamine pugno et funda ad invicem colludebant. Sed et regis filius legittimus, ut genere erat nobilior, sic[c] in omni loco Pilato inveniebatur strenuor[d] et in omni genere certaminis aptior. Ob hoc Pilatus invidie livore conmotus et felle doloris stimulatus fratrem suum latenter occidit. Quod[e] rex audiens vehementer doluit, et contione convocato[d], quid de scelerato et homicida faciendum sit filio, requisivit. Qui omnes reum esse mortis unanimiter acclamarunt. Rex autem ad se reversus iniquitatem iniquitate noluit[f] dupplicare, sed ipsum pro tributo, quod annuatim debebat, Romanis in obsidem misit, tum volens[g] innoxius esse ab occisione filii, tum a tributo Romano cupiens liberari. Tunc temporis erat Rome filius regis Francorum, quem similiter[h] Romam miserat pro tributis[i]. Huic Pilatus associatur; cum se ab eo moribus[k] et industria precelli videret, eum invidie stimulis[l] agitatus occidit. Sed cum Romani, quid de eo faciendum esset, inquirerent, dixerunt: 'Hic si supervixerit, qui fratrem necavit, obsidem iugulavit, rei publice plurimum utilis erit et colla ferocium hostium ferox ipse domabit'. Dixerunt ergo: 'Cum reus mortis habeatur, in Ponthos insulam gentibus illis, que[m] nullum paciuntur iudicem, iudex preficiatur, si forte eius nequicia ipsorum contumacia[n], sed[o] non, quod meruit paciatur. Missus igitur Pilatus ad gentem ferocem et suorum iudicum peremtricem[p], non inscius, ad quos missus sit, et[q] quam patibula[r] vite sue sententia, tacite rem considerans, vitam servare voluit, et gentem nequam ipse minis et[s] promissis[t], supplicio et precio penitus subiugavit. Qui a[u] igitur tam dure gentis victor extitit, a Ponthos[v] insula Poncius Pilatus nomen accepit. Herodes autem hominis illius ut audivit industriam, eius versutiis congaudens ipse versutus, eum ad se muneribus et internunciis invitavit et super Iudeam et Ierusalem potestatem et vicem suam[w] tradidit. Qui cum peccuniam innumerabilem congregasset, nesciente Herode Romam adiit, infinitam peccuniam Tyberio imperatori obtulit et ab eo sibi dari quod ab Herode tenebat muneribus impetravit. Huiuscemodi causa facti sunt inimici Pilatus et Herodes, quo ad usque tempore passionis Domini eum *sibi **f. 97a.* reconciliavit, eo quod Dominum ad se misit. Alia causa inimicitie assignatur in hystoriis. Quidam enim se filium Dei faciens multos de Galileis seduxerat; quos cum in Garizim duxisset, ubi dixerat se adscensurum[x] in celum, superveniens Pilatus ipsum cum omnibus occidit, timens, ne similiter Iudeos seduceret. Ob hoc facti sunt inimici, quia Herodes prescidebat[y] Galileis; utraque[z] causa potuit esse vera. Cum autem Pilatus Dominum Iudeis crucifigendum tradidisset, timens tamen offensam Tyberii Cesaris, eo quod condempnasset sanguinem innocentem, quendam sibi familiarem pro sui excusatione ad Cesarem destinavit. Interrea[a] cum Tyberius morbo lepre[1] teneretur, nuntiatur eidem, quod Ierosolimis medicus quidam esset, qui omnes morbos solo verbo curaret, nesciens, quod eum[b] Iudei et Pilatus occidissent[c]. Dixit itaque Volusiano sibi privato: 'Vade citius trans partes marinas, dicesque Pilato, ut hunc medicum michi mittat, qui me pristine[d] sanitati restituat'. Cum autem ille ad Pilatum venisset et mandatum imperatoris exposuisset eidem, teritus[e] Pilatus XIIII dies inducias postulavit. Infra quod spacium dum Volusianus quandam matronam, que familiaris fuerat Iesu, nomine Veronica, ubinam Christus Iesus inveniri posset, interrogasset, ait: 'Heu! dominus meus et deus meus erat, quem Pilatus per invidiam condempnavit et crucifigi precepit'. Tunc ille nimis dolens ait: 'Vehementer doleo, quia quod michi dominus meus iusserat explere non valeo'. Cui Veronica: 'Dominus meus cum predicando ciraret[f], et ego eius presentia nimis invite carerem[g], volui michi[h] depingi ymaginem, ut, dum eius privarer[i] presentia, salutem[k] michi prestaret in solatium ymaginis sue figura. Cumque

a) Pila: *littera erasa c.* b) *dele* a rege. c) sic̄ (sicut) *c.* d) *sic c.* e) Qui *c.* f) uoluit *c.* g) nolens *c.* h) *supple* rex *ex Iac.* i) tributos *post corr.* tributis *c.* k) amoribus, a *expunct.*, ab eo *manu Alberti superscr. c.* l) stimulus *c.* m) q̄ (quem) *c.* n) *supple* edometur *ex Iac.* o) si *Iac.* p) iudicium panitiōe *c.* q) ī *Alberti manu corr.* ꝛ *c.* r) pendula *Iac.* s) et *expunctum videtur.* t) pmissis *c.* u) Qui Iac. v) pothos *h. l. c.* w) *supple* ei *ex Iac.* x) abscesurum *c.* y) *sic c. pro* presidebat. z) utraque — pilatus *in loco raso.* a) Intrea *c.* b) cum *c.* c) occidisset *c.* d) p̄stitit *c.* e) *sic c.* f) *sic c., quod pro* girarét *scriptum est;* circuiret *Iac.* g) carcerem *c.* h) m̄ *(pro* m̄*) c.; supple* ipsius. i) privaret *c.* k) michi saltem prest. sol. *Iac.*

1) gravi *Iacob. Quod in* lepre *mutatum est ex eo, quod in Libri de temp. cap. III, supra p.* 373 *sqq., narratur.*

Iac. de Var. c. 53. linteum pictori[a] detraherem[b] pingendum, dominus meus michi obviavit et, quo tenderem, requisivit. Cui cum vie[c] causam apperuissem, a me peciit pannum et ipsum michi venerabili sua facie reddidit insignitum. Ymaginis[d] ergo huius aspectum si dominus tuus devote intuebitur, continuo sanitatis beneficio pocietur'. Cui ille: 'Estne huiusmodi ymago auro vel argento comparabilis?' Cui illa: 'Non, sed pio affectu devotionis. Tecum igitur proficiscar et videndam Cesari ymaginem deferam et revertar'. Venit ergo Volusianus cum Veronica Romam. Dixitque Tyberio imperatori: 'Iesum a te diu desideratum Pilatus et Iudei iniuste morti tradiderunt et per invidiam *cruci[e] patibulo affixerunt. Venit mecum matrona quedam ipsius Iesu ymaginem deferens, quam si devote prospexeris, mox sanitatis tue beneficium obtinebis'. Cesar igitur pannis sericis viam sterni fecit et ymaginem sibi presentari precepit. Qui mox, ut eam fuit intuitus, sanitatem est pristinam assecutus. Poncius igitur Pilatus imperio Cesaris capitur, Romam perducitur. Audiens Cesar Pilatum Romam advenisse, nimio contra eum furore repletus, eum ad se adduci fecit. Pilatus autem tunicam Domini inconsutilem detulit, quam indutam coram imperatore portavit. Mox ut imperator eum vidit, omnem iram deposuit et ei[f] protinus assurrexit nec sibi[g] in aliquo loqui prevaluit. Et qui in eius absentia videbatur tam terribilis et severus, nunc in eius presentia invenitur quodammodo mansuetus. Cum eum licentiasset, mox contra eum terribiliter exardescit, se[h] miserum clamitans, quod ei furorem sui pectoris minime ostendisset. Statimque reum[i] revocari fecit, iurans et contestans, quod filius mortis est[k], nec fas sit eum vivere super terram. Qui ut eum vidit, continuo eum salutavit et omnem animi ferocitatem abiecit. Mirantur omnes, mirabatur et ipse, quod sic contra Pilatum, dum abesset, excandesceret, et dum presens esset, nil ei aspere loqui posset. Tandem divino nutu vel forte alicuius Christiani suasu ipsum illa tunica expoliari fecit et continuo[l] eum pristinam ferocitatem animi mox resumpsit. Cumque de hoc plurimum admiraretur, dictum est sibi, quod illa tunica fuisset domini Iesu. Tunc imperator ipsum in carcerem recipi iussit, donec ad[m] sapientum consilio deliberaret, quid de eo fieri oporteret. Data est igitur sententia in Pilatum, ut morte turpissima dampnaretur. Audiens hoc Pilatus cultello[n] proprio se necavit et tali morte vitam finivit. Cognita Cesar morte Pilati dixit: 'Vere mortuus est morte turpissima, cui manus propria non pepercit'. Mole[o] igitur ingenti alligatur et in Tyberim fluvium inmergitur. Spiritus vero maligni et sordidi corpori maligno et sordido congaudentes et nunc[p] in aquis mare[q] raptantes mirabiles inundationes in aquis movebant et fulgura et tempestates, tonitrua, grandines in aere terribiliter generabant, ita ut cuncti timore horribili tenerentur. Quapropter Romani ipsum a Tyberi[r] fluvio extrahentes derisionis causa ipsum Vigenna[s] *deportaverunt et Rodano fluvio inmerserunt. Vigenna enim dicitur quasi via gehenne, quia[t] locus maledictionis. Sed ibi nequam spiritus affuerunt, ibidem eadem operantes. Homines ergo illi tantam infestationem demonum non ferentes vas illud maledictionis a se removerunt et illud sepelliendum Losannie civitati[u] territorio commiserunt. Qui cum nimis infestationibus gravarentur, ipsum a se removerunt et in quodam puteo montibus circumscepto[v] inmerserunt, ubi adhuc relactione[w] quorundam quedam diabolice machinationes ebulire videntur. Nota cum[x], quia in Hystoriis scolasticis legitur, quod Pilatus a Iudeis accusatus est apud Tyberium de violenta innocentum interfectione, et quia Iudeis reclamantibus ymagines gentilium in templo ponebat, et quia peccuniam repositam in corbonam[y] in suos redigeret usus, inde faciens aqueductum in domum suam, et pro hiis omnibus deportatus est in exilium Lugdunum, unde oriundus fuerat, ut[z] ibi in obprobrium gentis sue moreretur. Potuit esse, quia primo iam edictum declarat[a], ut Lugdunum in exilium deportaretur, et ante reversionem Volusiani ad imperatorem ibi fuerit deportatus[b], postmodum Tyberius audiens, qualiter Christum occidisset, ipsum de exilio educi et ad se Romam adduci fecit. Eusebius autem et Beda in suis cronicis non dicunt ipsum in exilio relegatum, sed tantum, quod in multas calamitates incidens propria se manu peremit.

*f. 97b. (at line "ratum Pilatus …"); *f. 97c. (at line "derisionis causa …")

XIIII. De Tito, Vespasiani filio, imperatore.

Sic. Anno ab incarnatione Domini LXXXII. Titus Vespasiani filius regnavit apud Romanos an. II et men. II. Qui fuit Greca et Latina lingua dissertissimus[s], facundus, pius, largus, dicens nullum debere tristem ab imperatore discedere; unde cum quadam die recordatus fuisset in cena se nil illo die cuiquam prestitisse, ait: 'Amici, hunc diem perdidi'. Huius temporibus Cletus, et[c] quem[d] Petrus presbyterum fecit[e], successit post Petrum papam.

a) pictori *c.* b) deferrem *Iac.* c) me *c.* d) Hymaginis *c.* e) crucis *Iac.* f) eum *c.* g) *supple* dure *ex Iac.* h) ſʒ (sed) *c.* i) eum *Iac.* k) esset *Iac.* l) contra illum *Iac.* m) ad *delendum.* n) cutello *c.* o) Moli *Iac.* p) ninc *c.* q) aquis nunc in aere rapientes *Iac.* r) tyberi fluuiū *c.* s) *sic c.* t) erat tunc *supple ex Iac.* u) ciuitatis *Iac.* v) circumscepto *c.* w) *sic c. pro* relatione. x) tamen *Iac.;* tn̄ *corruptum est in* cū. y) corbona *post corr.* corbonā *c.* z) nō *c.*
a) dederat *Iac.* b) deportat(ur) *c.* c) et *delendum.* d) quam *c.* e) *seq.* ⁊ (?) *eras. c.*

XV. De Domiciano imperatore, filio[a] Vespasiani.

Anno Domini ab incarnatione LXXXIIII. Domicianus filius Vespasiani et frater *Sic. Beda.* Titi iunior regnavit[b] apud Romanos an. XV. Hic superbissimus fuit, ut se deum et dominum iussit *Sic.* appellari et aureas et argenteas statuas in Capitolio sibi erigi, mensem Octubrem Domicianum suo nomine dici, augustum[c] vocari; verumtamen Rome multa opera fecit: Capitolium, *forum, porticus **f. 97a.* divorum, Ysium et Serapium, horrea piperatoria et Pantheon et Stadium et multa alia; de Dacis et Germanis triumphavit; eunuchos fieri prohibuit; phylosofos[d] et mathematicos de Urbe eiecit. Christianos persecutus est et Iohannem apostolum in ferventis olei dolio posuit, et cum inde illesus exisset, in Pathmos insula delegavit, ubi Apochalipsim[e] scripsit. Eodem tempore Domiciani Iosephus a Vespasiano captus Romam venit et multa conscripsit, presertim XXIIII Antiquitatum libros ab exordio mundi usque ad XIIII. annum huius Domiciani, unde statue[f] Rome donatus est. Et eodem tempore Quintilianus Romam[f] scolam habuit, salarium de fisco primum accepit. Eodem tempore omne genus et regnum Hebreorum et precipue regis David omnino deletum fuit a Domi- *Sp. regum II, 12.* ciano imperatore[1], exceptis quibusdam, qui dicebant non deberi sibi terrenum imperium, sed celeste; *Sic.* quos ad vilitatem eorum liberos abire permisit; demum, cum multos nobiles de senatu occidisset, suorum coniuratione occisus est.

XVI. De Nerva imperatore.

Anno ab incarnatione Domini XCVIIII. Nerva apud Romanos regnavit[g] an. I et men. *ib.* IIII. Vir fuit strenuus et modestus, qui missos in exilium per Domicianum solvit. Idem creditur de Iohanne apostolo, qui reversus est Ephesim[f]; ista est metropolis Asiana. Audi fabulam non[h] de Iohanne, sed rem gestam: cuidam episcopo quendam iuvenem conmisit; episcopus abusus[i] est eo, iuvenis princeps latronum effectus est; cum repeteret eum Iohannes, ait episcopus: 'Domino mortuus est'; cui Iohannes: 'Bonum te custodem fratris[k] anime dereliqui'; demum per Iohannem ad penitenciam revocatus est.

XVII. De Traiano imperatore.

Anno ab incarnatione Domini C. Traianus regnavit apud Romanos an. XIX et men. VI, *ib.* di. XV[2]. Hic fuit tante civilitatis et fortitudinis, ut omnibus precedentibus principibus merito pre- *Beda. Sic.* feratur[l]. Nam cum alii post Augustum imperium[m] defendissent, iste nobiliter ampliavit. Nam Asia et Babilonia capta usque ad Indie fines accessit. De Dacis et Sythis triumphavit; Hymbrios[n], Sauromatas, Arabas et Bosforanos[o] in fidem accepit. In mari Rubro classem[p] instituit, ut fines Indie subiugaret; Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam subiugavit et provincias fecit. Nil elegit iniustum ad augendum fiscum. Sed persecutor fuit Christianorum. Nam cum Plinius cuiusdam *provincie pro- **f. 98a.* curator eum consuluisset, si Christianos occideret, cum[q] nil mali in eis reperiret preter obstinationem non sacrificandi et antelucanos cetos[f] ad canendum cuidam Christo ut deo, respondit, quod nullus *Eus.-Ruf. III, 33.* Christianus inquireretur; si quis tamen incideret, puniretur, puniri oporteret[3]. Demum Traianus *Sic.* apud Seleuciam Ysaurie, ut dicitur, mortuus est; cuius ossa in urna aurea in foro delata super columpnam sunt; solus omnium intra Urbem in foro sepultus est; in his diebus Anacletus papa Rome sedit; post eum successit Euaristus papa Rome. [Et[r] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt tempore Traiani, recurre ad cronicas Anacleti pape primi et Euaristi pape primi[4], et omnia invenies].

a) dicti *add. in indice cap.* b) Reḡ *c.* c) augustam *Sic.* d) phylosos *c.* e) scripsi *add. c.* f) *sic c.* g) Reg. *c., ubi iterum add.* apud romanos. h) non *manu Alberti superscr. c.; supple* fabulam *e Sic.* i) abseus est. co iuuenis. princeps *c.* k) frēs *c.* l) p̄ferat̄ *c.* m) post augurium defendisset *c.* n) Hyberos *Sic.* o) bosfotanos *c., ut videtur.* p) clāsem *c.* q) cum — reperiret *bis scr. c., priore loco* repriret. r) Et — invenies *in inferiore marg. columnae* 97d. *ab Alberto post add., lineis rubris inclusa ut omnia similia additamenta sequentium capitum.*

1) *Iterum locus adnotatus in margine cod.* 1 *Speculi regum, SS. XXII, p.* 73, *etiam supra p.* 380, *l.* 8. 9. *exscriptus, ab Alberto coniunctus est cum loco Sicardi.* 2) *Solum* di. XV *ex Bedae vel aliis Chronicis ad Sicardi p.* 107. *textum additum est.* 3) *Apparet hoc loco verba Sicardi p.* 108. *et fratris Salimbene, qui Hist. ecclesiasticam exscripserat, ineptissimo modo Alberti coniuncta esse.* 4) *Scil. Libri de temp. cap. VI. VII, supra p.* 381.

XVIII. De Adriano imperatore.

Sic. Anno ab incarnatione Domini CXX. Adrianus regnavit apud Romanos an. XXI. Hic cognominatus est Helyus; facundissimus fuit et diligentissimus circa errarium et militum disciplinam. In utraque lingua peritus, pater patrie dictus, tributa Urbis relaxavit. Alexandriam a Romanis subversam publicis instauravit expensis et ad instaurationem civitatum[a] Nichomedie, que in terremotu corruerant, de publico dedit expensas. Atheniensibus sibi[b] petentibus de libri[c] Draconis et Scolonis[d] iura conposuit. Sed contra Sarmatas bellum gessit; Iudeos secundo Romano imperio debellantes[e] anno secundo imperii sui cepit. Sixtus papa Rome sedit, Syxto[f] successit Thelosforus[e]. [Et[g] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt tempore Elio[h] Adriani, recure ad cronicam Alexandri pape primi, et omnia invenies. Et[i] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, ad cronicam Sixti pape primi[1]].

XIX. De Tito Antonio[k] imperatore.

ib. Anno ab incarnatione Domini CXLII. Titus Antoninus regnavit apud Romanos an. XXII et men. III; qui Pius propter clementiam dictus est, pater patrie, quia accusationibus incensis debita relaxavit; erarium opulentum[l] servavit, regibus amicis non minus venerabilis. Eodem tempore Galienus medicus claruit, qui Pergami natus claruit. Eodem tempore sedit Rome Yginus
Ioh. de Deo. papa. Post eum successit Annicius[2]. Post eum successit Pius in episcopatu. His
Sic. temporibus Ygini pape Valentinianus et Cerdo et Marcion heretici Romam venerunt. Valentinianus dicebat duo esse principia, profundum et silentium, et ex his XXX secula. Cerdo et Marcion duo principia, bonum et malum; ambo resurrectionem carnis negabant, anime tantum salutem promittebant. In Alexandria vero Basilides suam doctrinam evomuit, dicens CCCLXV celos secundum numerum dierum anni. Hoc autem nomen 'Abrasas' conmendabat, quia numerum istum contineat; cuius
**f. 98b.* *discipulos se Gnosticos[m] nominabat[n] ad presumptionem excellentioris scientie, sed ab aliis dicebantur Bothornite[o], id est cenosi, a turpitudine, quam in misteriis exercebant; contra que scripsit doctus Agrippa[3]. [Et[p] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recure ad cronicam].

XX. De Marco Antonio Vero cum fratre Lucio Aurelio et Comodo imperatore.

Sic. Beda. Anno ab incarnatione Domini CLXV. Marcus Antonius Verus cum fratre Lucio Aurelio
Sic. Comodo regnavit apud Romanos an. XVIIII, men. I. Usque ad hoc tempus singulares fuerunt augusti, hic primum bini. Hii Seuluciam[e] ceperunt, de Parthis triumphaverunt; contra Germanos et Sarmatas, Marcomanos, Squados, Dacos, Vandallos, Suevos, Pannonios[q] dimicarunt; et cum sui[r] exercitus exstuaret, quibusdam militibus Christianis, qui sub eo militabant, orantibus contra spem largissimus imber effusus est in exercitu, sed in hostes fulgur et ignis. Marcus defuncto fratre filium suum Comodum factus[s] regni consortem fecit et multis multa largitus est, ita quod erarium exhausit; peccuniam, que fisco debebatur, tabulis incensis remisit; et ne quid bonitati[t] deesset, seniores[u] leges novis constitutionibus temperavit[v]; adeo magnificus fuit, ut C simul leones exhibuerit. Cumque Simirna[e] civitas Asie corruerit terremotu, per decennium ad[w] ipsius instaurationem tributa transit[x] octavo anno

a) ciuitate *corr.* ciuitatu (?) *c.* b) *supple* legem *e Sic.* c) *sic c. ut Sicardi cod.* 1. d) *sic c.; cf. supra p.* 109, *n.* 1. e) *sic c.* f) syto *h. l. c.* g) Et — invenies *in superiore marg. columnae* 98a. *ab Alberto post add.* h) elio *(sic!) superscr. c.* i) Et — primi *in marg. huius cap. ab Alberto post add.* k) *sic h. l. c. et in indice cap.* l) opulentium *c.* m) discipulos segnosticos *c. ut Sicardi codd.* 2. n) *sic c. ut Sicardi codd.* 1. 2. o) botho'nite *c.;* Borborite *Sic.* p) Et — cronicam *in marg. ab Alberto post add.* q) pan||nios *c.* r) siti *Sic.* s) *dele* factus. t) *sequitur* deberet *expunct. c.* u) severiores *Sic.* v) tpāuit *c.* w) ad *post suppl.* x) remisit *Sic.; hoc loco non distinctum est in c., sed punctum falso post* Antonii *positum, ut scripsi.*

1) *Scil. ad Libri de temp. cap. VIII. IX, supra p.* 381. 2) *Hoc loco Albertus sequitur Iohannem de Deo, supra p.* 306, *qui hanc formam corruptam habet. Sicardus p.* 110. *Anicetum post Pium recte positum habet.* 3) *E sequente loco Sicardi quaedam ad cap. X. Libri de temp. adscripta sunt supra p.* 381.

Marcii[a] Antonii[a]. Sother Rome fit papa[1]. [Et[b] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recure ad cronicam Ygni[a] pape primi[2], et omnia invenies]. *Sic.*

XXI. De Comodo, Marci[c] filio, imperatore.

Anno ab incarnatione Domini CLXXXIIII. Comodus Marci filius regnavit apud Romanos an. XIII; nichil[d] paternum habuit, nisi quod contra Germanos dimicavit. Septembrem a suo nomine Commodus nominari voluit; termas Rome fecit; uxoris poculo est occisus; adeo nequam fuit, quod etiam mortuus humani generis diceretur inimicus, quia multos nobiles interfecit[3]. Victor Eleutherio in apostolica sede successit. Hisque temporibus fuerunt Catafrige, a Frigia dicti heretici, qui secundas nuptias condempnabant; quorum auctor fuit Montanus, qui se Paraclitum[e] nominabat, habens secum duas mulieres, Priscam et Maximillam, insani spiritus, que se prophetissas esse iactabant. [Et[f] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicas Pii pape primi et Sother pape I[4]]. *ib.*

XXII. De Helio[g] Pertinace imperatore.

Anno ab incarnatione Domini CXCVII. Helius Pertinax regnavit apud Romanos men. VI. Hic septuagenario ator[h], cum prefecturam Urbis ageret, ex senatus consulto imperare iusus[i] est, et quia pertinaciter resistebat, Pertinax dictus est; quem[k] cum senatus rogaret, quod uxorem suam vocaret augustam, respondit, quod sufficeret, quod regnaret invitus. Pertinax scelere Iuliani occiditur. *ib.*

XXIII. De Iuliano imperatore.

Anno ab incarnatione Domini CXCVII. Iulianus *apud Romanos regnavit men. VII, quem apud pontem Milvium Severus occidit; post dictum Helium Pertinacem fuit. *ib.* *f. 98c.

XXIIII. De Severo imperatore.

Anno ab incarnatione Domini CXCVIII. Severus[l] regnavit apud Romanos an. XVII[m]. Hic fuit ex Affrica oriundus, phylosofus civilibus studiis clarus, sed parcus; multa bella feliciter gessit. Nam Parthos, Arabas, Britanos superavit, et quendam Claudium Albinum, qui fuerat in morte Pertinacis et se cesarem in Gallia fecit, apud Lugdunum occidit; ut receptas provincias[n] — vallum fecit a mari[o] ad mare per CXXII[p] milia passuum; termas Rome fecit; Christianos persecutus est; demum Eboraci moritur in Britania[5]. *ib.*

XXV. De Antonino, Severi filio, imperatore.

Anno ab incarnatione Domini CCXVII. Antoninus Severi filius, proprio nomine Bassanus[q], regnavit apud Romanos an. VII, men. VI, dictus cognomento Caracalla a genere vestis, qua utebatur. Et eius nomine vocata est; termas Rome fecit, que dicte sunt Antoniane. Inpaciens libidini[q] fuit usque adeo, quod novercam[r] duxit uxorem; nichil memoriale preter que diximus fecit. Huius[6] temporibus fuit Çefirinus papa, cui successit Calixtus papa. Et Antonii[q] Severi filii huius[s] quinta edictio[q] inventa est Ierosolimis, cuius auctor non apparuit. Amonius Alexandrinus canones evangeliorum composuit. Ierosolimis Alexander adhuc vivente Narcisco[q] episcopo ordinatur propter etatem *ib.*

a) *sic h. l. c.* b) Et — invenies *in marg. col.* 98[b]. *ab Alberto post add.* c) ma::o *index cap., duabus litteris macula tectis.* d) nichū *c.* e) qui semp aclditū *c.* f) Et — pape I. *in marg. col.* 98[b]. *ab Alberto post add.* g) *sic in indice cap.;* helio *h. l. c.* h) *sic c.;* aior *Sicardi codex* 1. i) *sic c. cum Sicardi cod.* 1. k) q (qui) *c.* l) Sev. — an. XVII *in marg. Alberti manu suppl., rubris lineis cincta, signo falso posito post* Hic fuit. m) XVIII *Sic.* n) *supple* securitate muniret *e Sic.* o) fecit armari, r *expuncto corr.* a mari *c.* p) CXXXII *Sic.* q) *sic c.* r) nouerā *c.* s) *supple* tempore.

1) *Multa Sicardi p.* 110 *sq. hoc loco omissa vide supra p.* 382. *ad cap. XIIII. Libri de temp. adnotata.* 2) *Scil. ad cap. XI. Libri de temp.* 3) *Sequentia Sicardi p.* 111. *hoc loco omissa vide supra p.* 382. *ad cap. XV. Libri de temp. adscripta.* 4) *Ad cap. XIII. et XIV. Libri de temp., supra p.* 382. 5) *E sequente loco Sicardi p.* 111 *sq. multa supra p.* 382. *ad cap. XVII. Libri de temp. adscripta sunt.* 6) *Sicardus p.* 111. *Zephirinum iam sub Sept. Severo habet, Calixtum p.* 112. *sub Heliogabalo.*

S. — habebat CXVI an. —, cum eo pariter ecclesiam rexit. Sed Tertulianus sanctam repugnavit[a] ecclesiam; et persecutio magna fuit Christianorum. [Et[b] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicas Çefirini pape I. et Calixti pape I[1]].

XXVI. De Macrino imperatore.

ib. Anno ab incarnatione Domini CCXXIII. quidam imperator nomine Macrinus regnavit apud Romanos an. I, men. II, nichil dignum memoria fecit.

XXVII. De Marco Aurelio Antonio imperatore.

ib. Anno ab incarnatione Domini CCXXIIII. Marcus Aurelius Antonii[a] regnavit apud Romanos an. IIII. Hic extitit inpudicus, quod nullum genus obscenitatis obmisit.

XXVIII. De Alexandro Aurelio imperatore.

ib. Anno Domini CCXXVIII. Alexander Aurelius[2] regnavit apud Romanos an. XIII. Hic Xersem regem Persarum vicit et discipline militaris tam severus corrector fuit, ut quasdam legiones tumultuantes exauctoriçaverit[c]. Ulpianum, Paulum, Papinianum iuris peritis[a] assessores habuit; termas edificavit; eunuchos reprobavit, dicens esse tercium genus hominum nec videndum nec in usu habendum. Et demum apud Magunciam decollatus est. Eodem tempore Rome sedit Urbanus papa[3]. [Et[d] si vis[e] aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam Urbani pape I[4]].

XXIX. De Maximo imperatore.

ib. Anno Domini CCXLI. Maximus[f] regnavit apud Romanos an. III. Hic ex corpore militari
**f. 98d.* primus et[g] ab exercitu *sine senatus auctoritate imperator electus est; qui fuit persecutor ecclesiarum; sub quo Pontianus Romanus pontifex in Sardiniam deportatus martyrio coronatur. Not.[h] Maximum imperatorem militem fuisse cohortis, qui per sedictionem[a] militum factus est imperator[5].
Hier. Hic a Pompeio[6] occiditur, qui et ipse[i] regnum usurpans occiditur. Pontiano successit
Ioh. de Deo. Sic. Anterius papa[7]. Tempore Pontiani pape et Maximi Berillus hereticus ecclesiam inpugnavit. Sabellus hereticus disposuit[k], cuius discipuli Sabelliani et Patripassiani dicti sunt, quia identitatem et trinitatem dogmatiçantes patri etiam passionem ascribebant.

XXX. De Gordiano imperatore.

ib. Anno Domini CCXLIIII. Gordianus regnavit apud Romanos an. VII[l], quo Romam ingresso Parpienum[a] et Albinum, qui imperium arripuerant, interfecit. Hic Parthos, Persas et Medos
Sp. regum II, 26. superavit. Fraude Phylipi occisus est. Not.[h], quod tempore Gordiani imperatoris spiritus sanctus venit in specie columbe super eum[8].

Post[m] Gordianum Phylipus cum filio suo, qui imperavit an. XII. Hic Phylipus
Ioh. de Deo. Christianus per Originem efficitur; ambos Decius occidit[9]. Et eodem tempore Rome

a) *sic c.* b) Et — pape I. *post ab Alberto in marg. add.* c) exauctomauerit *c.* d) Et — pape I. *post in marg. ab Alberto add.* e) ui9 (vius) *c.* f) Maximianus *Sic.* g) et *delendum.* h) Not *c.* i) q ʒpe *c.* k) *sic c. ut Sicardi codd.* l) VI *Sic.* m) *non intervallum hoc loco distinctum est in c.*

1) *Ad cap. XVII. et XVIII. Libri de temp., supra p.* 382. 2) *Aurelii agnomen, quod Sicardus p.* 112. *non habet, aliunde additum est, fortasse ex Bedae Chronicis* 356. 3) *E sequente loco Sicardi p.* 112. *quaedam ad cap. XIX. Libri de temp. adscripta sunt supra p.* 382. 4) *Ad Libri de temp. cap. XIX.* 5) *Repetita sunt hoc loco quae ad Libri de temp. cap. XXII. f.* 16[a], *supra p.* 385, *e Speculo regum II, c.* 25. *in margine adscripta sunt.* 6) Pupieno *Hieronymus et Orosius VII,* 19, 2. 7) *Hunc Sicardus supra p.* 113. *habet sub Gordiano, sequentia p.* 112. *sub Alexandro.* 8) *Scil. Fabianum papam. Vide infra p.* 601, *l.* 1. *Repetita sunt hoc loco quae Albertus ex Spec. regum II, c.* 26. *male intellecto ad Libri de temp. cap. XXII. f.* 16[a], *supra p.* 385, *adscripsit.* 9) *Haec ex Cronica fratris Salimbene assumpta esse conicere potes, cum infra e Cronica Sicardi p.* 113. *iterum de Philippis relatum sit. Sed nescio an ex* alia cronica, *ab Alberto in Libro de temp. cap. CXXVII, supra p.* 419, *citata, haec provenerint.*

sedit Fabianus papa, qui per columbam spiritus sancti electus est; qui statuit singulis annis crisma *Ioh. de Deo.* renovari et vetus conburi. Con. d. III: *Inter cetera;* martyrio coronatur. Eodem tempore supervenit *L. pont.* 21. Novatus ex Affrica et separavit de ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est, qui fuit ibi menses XI, et sic multi fugerunt. His temporibus fuerunt heretici *Sic.* dicentes animas cum corporibus interrire[a] simul et cum corporibus iterum suscitandas. Item et alii nomine Elchesecte[b], qui licet de novo et veteri Testamento quibus voluerat[c] testimoniis uterentur, tamen multa refutabant, ut apostolum, et dicebant se habere librum de celo[d] lapsum, et tempore imperatoris Phylipi.

XXXI. De Phylipo imperatore.

Anno Domini CCL. Phylipus apud Romanos regnavit an. XII[e]. Qui filium suum sibi equivocum regni consortem effecit et urbem sui nominis in Trachia[f] constituit et primum[b] omnium de Romanis imperatoribus in Christum credidit et, ut dicitur, Christianus effectus est; cui, cum vellet in paschali sollempnitate comunicare, rogavit[g] episcopus, donec peccata confessus esset, staret inter penitentes; quod pacienter fecit. Hic thesauros beato Syxto donavit. Phylipus adeo severus fuit[1], — *ib.* et a Decio ambo occisi sunt. [Et[h] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem *Oros. VII, 20, 4.* tempore, recurre ad cronicam beati Syxti pape I[2], et invenies in margine, et incipit: *Quicumque voluerit predicare passiones sanctorum Abdon et Senem*[b] *et sancti Syxti, Laurencii*[3] et cet.]

XXXII. De Decio imperatore.

Anno Domini CCLVII. Decius apud Romanos regnavit an. I, men. III. Hic de Pannonia *Sic.* natus fuit, civile bellum oppressit. Filium cesarem fecit; et cum Phylipos, patrem[i] et filium, occidisset, in odium eorum Christianos persecutus est *et beatos Laurentium et Ypolitum interfecit[4]. **f. 99a.* Decius a diabolo et ab hostibus occiditur[5]. [Et[k] si vis aliud invenire, quas[b] fecit Decius et fuerunt eo tempore, recurre ad cronicas Cornelii pape I[6], et in margine invenies de septem dormientibus[7]].

XXXIII. De Gallo cum filio suo Volusiano.

Anno ab incarnatione Domini CCLVIII. Gallus cum filio suo Volusiano regnavit apud *Sic.* Romanos an. II, men. IIII. His temporibus fuit pestis, que pene genus humanum[l] extinxit; ab Eiula[8] occiditur. His temporibus fuit[m] Novatus Romanus presbyter hereticus extitit, a quo Noviciani[b] dicti sunt, sed se ipsos non Novicianos, Catharis[b] appellabant, id est mundos, propter mundiciam, quam sibi negabant[n]; secundas nuptias non admittebant, reconciliationem penitentibus denegabant[o]. Huius tempore Lucius papa Rome sedit.

XXXIIII. De Emiliano imperatore.

Anno Domini CCLVIII. Emilianus, natione Maurus, regnavit apud Romanos men. II, tercio *ib.* namque mense luit penam tyrranidis[p] occupate.

a) intrire *c.* b) *sic c.* c) voluerint *Sic.;* voluerit *Sicardi codex* 1. — testimōis *c.* d) celo lapsum *in loco raso.* e) VII *Sic.; cf. supra p.* 600, *l.* 32. f) erachia *c.* g) negavit *Sic.* h) Et — et cet. *in inferiore marg. columnae* 98[d]. *ab Alberto post add.* i) partē *c.* k) Et — dormientibus *in superiore marg. columnae* 99[a]. *ab Alberto post add.* l) *sequitur* defecit *expunct. c.* m) fuit *delendum.* n) arrogabant *Sic.* o) ega *in loco raso.* p) tyrrādis *c.*

1) *Perperam omissa sunt sequentia Sicardi p.* 113, *l.* 17. 18. 2) *Sixti II. potius, cuius est cap. XXVI. Libri de temp., supra p.* 387. 3) *Quae in margine folii* 15[d]. *codicis Estensis exstant, supra p.* 384 *sq.* 4) *Sequentem locum Sicardi p.* 113. *vide supra p.* 387. *ad cap. XXIII. Libri de temp. adscriptum.* 5) *Salimbene haec scripsisse videtur, qui in Iacobi Legendae aureae c.* 118, *ed. Grässe p.* 502 *sq., legerit Decium a daemone, alibi vero (ut Oros. VII,* 21, 3*) eum a barbaris interfectum esse.* 6) *Ad cap. XXIII. Libri de temp., supra p.* 385. 7) *Scil. f.* 16[b], *supra p.* 386. 8) Eiula *ex* Emiliano *corruptum videtur esse. Quod ex Orosii Hist. VII,* 21, 6. *in alio chronico, quod Albertus vel Salimbene exscripserit, excerptum fuisse potest.*

XXXV. De Valeriano et Galieno[a].

Sic. Anno Domini CCLVIII.[b] Valerianus et Galienus Valeriani filius regnaverunt[c] apud Romanos an. XV. Valerianus in Retia electus est ab exercitu, Galienus Rome a senatu. Valerianus persecutus est Christianos, sed non diu, quia, dum bellum gereret in Mesopotamia, captus est a Sopore[d] rege Persarum et apud Parthos ignobili servitute consenuit. Nam Sopor equum ascensurus pedem eius cervicibus imponebat. Galienus vero prius feliciter, demum perniciose gessit imperium. Nam eo in omnem lasciviam dissoluto Germanni venerunt usque ad Ravennam, Alamanni vastatis Galliis transierunt Ytaliam, Datia perditur, Grecia, Macedonia, Pontus et Asia per Gothos depopulantur, Pannonias occupature.[1], Parthi Mesopotamiam et Asyariam[f], Germanni optinuerunt Yspanias ceperuntque Cetetonem[g] civitatem. Horum igitur imperium Romano fuit nomini pernitiosum illorum ignavia seu infelicitate. Galie demum per Postumum, qui in Gallia purpuram accepit, recepti[e] sunt. Demum Galienus Mediolani moritur[2]. Dionisius papa parochias divisit et in singulis[h] propter penitentes singulos instituit *Ioh. de Deo.* sacerdotes; et post eum Felix papa. Sub hoc Galieno VII tyranni regnaverunt: *Oros. VII, 22.* Primus Genuus[i] apud Mirsam[k], secundus Postumus X annis in Gallia regnans occiditur. Tercius Emilianus Magoncie occiditur. Quartus Marius ibidem interficitur. Quintus Victorinus Gallis[l] creatur et occiditur. Sextus Tericus[e] a militibus occiditur. Septimus Maurus in Syria ab uxore occiditur[3]. [Et[m] si vis invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore Galieni et Valeriani, require[n] cronicam Dionisii pape[4], et invenies].

XXXVI. De Claudio imperatore.

**f. 99b. Sic.* *Anno Domini CCLXXIIII. Claudius[o] regnavit apud Romanos an. I, men. VIIII. Hic parcus fuit, inmodestus[p], iustus et regende rei publice ydoneus. Qui Gothos Ylyricum et Macedoniam vastantes prelio vicit, Alamannos apud lacum Benacum superavit; ob que clipeus aureus et aurea statua fuit ei in Capitolio collocata, et post mortem divus appellatus est. Eodem tempore Dionisii pape, Claudii et Valeriani et Galieni eius filii fuit[5] Paulus Samosactenus[q] hereticus extitit, qui Christum solum hominem confitebatur; et Mamos[r], a quo Manichei, qui fuit de Perside, qui nunc *Oros. VII. 23, 1.* dicebat se Christum, nunc Paraclitum, et fecit XII discipulos ad instar Christi. Et predictus *Sic.* Claudius morbo obiit. Post fuit Quintilius frater Claudii, imperator eligitur. [Et[s] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore Claudii, recurre[t] ad cronica[u] Euticiani pape I[6], et invenies].

XXXVII. De Quintilio fratre Claudii[v].

ib. Anno Domini CCLXXVI. Quintilius frater Claudii a senatu imperator eligitur, sed XVI. die sui imperii apud Aquilegiam occiditur.

XXXVIII. De Aureliano imperatore.

ib. Anno Domini CCLXXVI. Aurelianus regnavit apud Romanos an. V, men. VI, vir in bello potens, aut[w] dissimilis Alexandro, qui tribus preliis in Ytalia, scilicet apud Placentiam et Ticinum, victor extitit, Tetricum, qui adhuc Galliam tenebat, superavit et Aurelianis civitatem edificavit et Çenobiam uxorem condam Odenati, que mortuo viro adhuc Orientis tenebat imperium, superavit apud

a) imperatore *add. in indice cap.* b) CCLVIIII. *Sic.* c) ℞ *c. ut Sicardi codex* 1. d) sorore *corr.* sopore *c.* e) *sic c.* f) Syriam *Sic.* g) Tereconem *Sic.* h) singłos *corr.* singłis *c.* i) geminus *c.* (?) k) nursam *c.* (?); Myrsam *Oros.* l) gall *c.*: a Gallis *Oros.* m) Et — invenies *in marg. inferiore col.* 99[a] *post ab Alberto add.* n) ℞ *c., quod in sequentibus cap. semper scriptum est pro* recurre (*vel* recure). o) Claudus *corr.* Claudius *c.* p) *sic et codex* 1 *Sicardi.* q) samos actenus *c.*; *cf. cod.* 1 *Sicardi supra p.* 114, *n.* i. r) Manes *Sic.* s) Et — invenies *in marg. ab Alberto post add.* t) ℞ *saepe abhinc pro* recurre *c.* u) *sic h. l. c.* v) imperatore *add. in indice cap.* w) haud *Sic.*

1) *Sicard. p.* 114: Quadi, Sarmate Panonias occuparunt. 2) *Reliqua Sicardi p.* 114. *hoc loco omissa vide supra p.* 388. *adscripta ad Libri de temp. cap. XXVII.* 3) *Nescio, unde haec falsa* (Septimus — occiditur) *profecta sint.* 4) *Cap. XXVII. Libri de temp., supra p.* 388. 5) *Sequentia Sicardus p.* 114. *sub Valeriano et Galieno habet. Quae idem hoc loco habet vide adscripta supra p.* 388. *ad cap. XXIX. Libri de temp.* 6) *Cap. XXIX. Libri de temp., supra p.* 388.

Inmas, non longe ab Antiochia; cum itaque triennio Romanum orbem ab invasoribus liberasset, ingrediens Romam triumphum habuit quasi receptor Orientis, precedentibus eum Dethro[a] et Çenobia, a qua Rome Zenobia familia nuncupatur. Hic primus apud Romanos diadema capiti suo imposuit et aurata in[b] veste usus est. Hic Romam firmioribus muris cinxit, templum soli edificavit, populo usum porcine carnis instituit; demum, cum Greciam introisset, inter Constantinopolim et Herachiam fulmen iuxta ipsum cecidit, et non multo post occisus est et inter deos annumeratus est. *Sic.*

XXXIX. De Floriano[c, 1].

Anno Domini CCLXXXII. Florianus regnavit apud Romanos men. II, di. XXIII; nil egit memoria[d] dignum. in Tarso occiditur. *Sic. Oros. VII. 21. 1.*

XL. De Tacito imperatore.

Anno Domini CCLXXXII. Tacitus regnavit apud Romanos men. VI, vir egregius, sed nichil potuit morte preventus. *Sic.*

XLI. De Probo[e].

Anno Domini CCLXXXIII. Probus regnavit apud Romanos an. VI, men. III, vir militaris et civilis, qui Gallias a barbaris occupatas recepit, et cum bella *innumera peregisset, pacem orbi recuperavit, dicens milites in brevi neccessarios non futuros. Iste Probus a militibus occiditur; ipse tyrannos occidit Saturnum, Proculum et Bonosium. Cuius temporibus Felix Rome sedit episcopus, cui successit[2] Euticianus Rome episcopus. Et his temporibus invaluit heresis Manicheorum, dogmatiçans duo principia, bonum et malum, purgationem per sua sacramenta permittens[f]; non recipiebant vetus Testamentum et novum corrumpebant; que usque in hodiernum diem venenum effudit. *ib.* *f. 99c. *Oros. VII. 24. 3.* *Sic.*

XLII. De Caro cum filiis suis Numeriano et Carino.

Anno Domini CCLXXXIX. Carus apud Romanos regnavit an. II cum filiis Numeriano et Carino, quos cessares instituit. Carus vero cum Parthos et Persas vicisset, super Tygridem fulmine hictus[g] interiit. Numerianus per insidias, Carinus in prelio brevi tempore occiduntur. Quorum tempore Gaius Rome sedit episcopus, qui fuit de genere Dioclitiani imperatoris[3]. *ib.* *L. pont. 29.*

XLIII. De Diocliciano.

Anno Domini CCXC. Dioclitianus regnavit apud Romanos an. XX. Hic Herculianum Maximianum cessarem fecit, qui pacem Gallie reformavit. Ideoque ex cesare[h] fecit augustum, assumens eum consortem imperii, et regnavit an. XVI. Et quia Britania, Affrica et Egyptus et Oriens occupabantur, Constantium quoque et[i] Galerium cesares fecit; Constancio privignam Herculii dedit uxorem nomine Theodoram, Galerio suam[k] dedit uxorem nomine Valeriam. Cum his igitur et per hos Britaniam recepit et Galliam et Affricam et Egyptum. Cum itaque Dioclitianus[l] victis hostibus tam gloriose regnaret, primus se ut deum adorari precepit et gemmas in vestibus inseri[m] fecit et iussit et in calciamentis; prius enim imperatores salutabantur ut iudices et sola purpura privatum habitum exercebant; termas Rome fecerunt. Dioclitianus et Maximianus Rome triumphum habuerunt, precedentibus victis hostibus et preda virorum[n]. Demum Dioclitianus Nicomedie, Maximianus Mediolani purpuram disposuerunt[o] et privatim[p] vitam elegerunt. Dicentes se propter etatem minus ydoneos regimini rei publice. Quod tempore[q] fuit auditum. His temporibus Marcellinus Rome fit episcopus. Cui successit Marcellus. Cui, cum venisset[r] per XXX dies corpus martyris inhumatum, beatus Petrus apparuit in visione dicens: 'Marcelle, sepelli corpus fratris mei Marcellini iuxta me, ut quos non separavit martyrium[s], quosque *iustificavit Dei gratia, non separet sepultura'; quod et factum *Sic.* *f. 99d.

a) Tetrico *Sic.* b) in *delendum.* c) imperatore *add. in indice cap.* d) mem. — Tarso *in loco raso.* e) imperatore *add. in indice cap.* f) *sic c. cum cod. Sicardi* 1. g) hultus *c.* h) cesarē *c.* i) et *Alberti manu superscr.* k) *supple* filiam *e Sic.* l) dioclitianis *c.* m) iniseri *c.* n) victorum *Sic.* o) deposuerunt *Sic.* p) privatam *Sic.* q) *sic* (tpr) *c.;* de nullo *Sic.* r) iacuisset *Sic.* s) martyrii *corr.* martyriū (?) *c.*

1) *Sicardus p.* 115. *Tacitum ante Florianum habet.* 2) *Hoc loco recte praetermissus est Marcus pontifex, quem Sicardus p.* 115. *falso post Felicem interposuit.* 3) *Cf. Liber de temp. cap. XXX, supra p.* 389.

Sic. est, quia secus pedes apostoli sepultus est. [Et[a] si vis invenire de gestis, quas[b] fecit et que facte[b] fuerunt tempore Dioclitiani, recurre ad cronicam Marcelli et Marcelliani pape I[1]].

XLIIII. De Constancio et Galerio.

ib. Anno Domini CCCX. Constantius et Galerius, qui prius cessares erant, creantur augusti et diviserunt orbem, et Constantius Ytaliam, Gallias et Affricam, Galerius vero Yliricum, Orientem et Asiam optineret[c]. Sed Constantius, vir egregius et civilis, fisco divicias non accumulans, dicens publicas opes melius a privatis haberi quam inter[d] unum claustrum servari, soli[b] Gallis voluit esse contemptus; amicus fuit Christianorum, quos in sua religione[e] concessit; obiit autem Eboraci et inter divos relatus est. Reliquid vero tres notandos filios, scilicet Constantinum de Helena concubina[f] et Constantium de Theodora uxore legittima. Dalmatius genuit alium Dalmatium, Constantinus[g] vero Gallum et Iulianum, et Constantinus concubine filius successit ei, rex in Britania factus. Galerius, vir militaris, Yllirico moratus duos cessares fecit, Maximinum, quem prefecit Orienti, et Severum, cui dedit Ytaliam. Sed interim Maxencius filius Herculii Maximiani Rome a pretorianis[h] augustus appellatur. Veniens ergo Severius[b] in Ytaliam a Galieno[i] missus Urbem obsedit, sed a militibus desertus est et fugiens Ravennam interfectus est. Respiravit Herculius Maximianus ad resumendum fastigium, intendens nudare filium, profectus est ad Constantinum, cui Faustam filiam suam dederat in uxorem. Sed et cum eum interficere vellet, detectis insidiis per filiam, que viro detexit, fugit Herculius Massiliam, ubi et mortuus est. Per idem tempus Galerius fecit Licinium imperatorem, imperii sui consortem. Sicque Galerio defuncto res publica a quatuor imperatoribus regebatur, Constantino, Maxentio, Licinio et Maximino. Maximinus persecutione[k] in Christianos moritur apud Tharsum, sicque Licinius solus optinuit Orientem. Constantinus autem cum iam regnasset V an., affectavit tocius orbis imperium; et cum sollicitus esset, quem deum haberet, in VI° anno regni sui congregata multitudine barbarorum super Danubium contra eum, vidit in sompno[l] crucis figuram in celo splendorem[m] et audivit dici sibi Grece 'troton oi[n]', quod Latine sonat: 'In hoc vince'. Iussit igitur hoc signum hoc[o] ex auro et preciosis lapidibus fabricari in vexillo et armis suis; [p]igitur hoc signo et sacerdotum consilio, qui dicebant, quod Christus in hoc signo vincit[q] mortem[r], diabolum et infernum et victoriosus celos ascendit, audacter ingressus est **f. 100a.* bellum *et optinuit; veniensque Romam movit bellum adversus Maxentium et vicit eum et occidit apud pontem Molvium[s]; et ita Constantinus Rome positus est in solio ut illio[t]. Adhuc Dioclitianus vivebat, et in villa sua moritur et solus omnium privatorum[u] inter eos[v] refertur. Licinius Orientis imperator Christianos persequitur; sub quo Basilius Pontinus episcopus martyrio coronatur; sed demum Thesalonice privatus[w] occiditur. Constantinus ergo monarchus effectus est, qui tres filios habebat, scilicet Constantinum, Constantium et Constantem, et cesares instituit, qui preessent Gallie, Orienti et Ytalie; de Gothis, Cypris et multis aliis triumphavit; multas leges conposuit, sed uxorem Faustam occidit. Constantini temporibus Eusebius Rome sedit episcopus, sub quo, ut quidam aiunt, inventa *Iac. de Var. c. 68.* est crux domini nostri Iesu Christi, et baptiçatus est Iudas frater beati Stephani[2] et Quiriacus voca- *Sic.* batur. Eusebius Constantinum catheticavit[b]; Eusebio successit Melciades. Tymotheus Rome pro Christo patitur, cuius martyrium sanctus papa Melciades dedicavit. Sed et hic Melciades martyrio coronatus est; omnes pontifices preter Marchum hucusque martyrio coronati[x] extiterunt; post hunc Rome Silvester fit episcopus, qui prius[y] persecutionem in monte Syptae[z] latebat. Quo latente Constantinus, qui variis curis implicitus distulerat baptiçari, lepra percussus est. Qui, cum ei consultum fuisset, ut in puerorum sanguine lavaretur, audiens maternos fletus ait: 'Dignitas Romani imperii de fonte nascitur pietatis'; et sic pietas imperatoris pii iussit matribus filios reddi; propter quam pietatem proxima nocte misit dominus Iesus apostolos suos Petrum et Paulum ad eum, qui suaserunt, ut per Silvestrum baptismum acciperet et per orbem ecclesias restauraret; citatus ergo Silvester ad eum veniens monuit, ut per ebdomadam ieiunaret, templa ydolorum clauderet, incarceratos relaxaret, elimosinas faceret. Quibus

a) Et — pape I. *in marg. ab Alberto post suppl.* b) *sic c.* c) optinēt *c.* d) *sic* (int) *c.* e) *supple* consistere *e Sic.* f) *supple* et Dalmatium *e Sic.* g) Constancius *Sic.* h) rome ap̄ rōanis *c.* i) *lege* Galerio. k) *supple* facta *e Sic.* l) sopno *c.* m) splendere *Sic.* n) *sic c.;* toitoninica *Sic.* o) *sic iterum c.* p) *supple* Fretus. q) *sic* (uıcit) *c.* r) *sequitur* ʒ (et) *expunct. c.* s) moliuum *c.* t) *sic c.;* Const. Roma potitus est et Italia *Sic.* u) solus quīpiratorum *c.* v) deos *Sic.* w) priuans *c.* x) coronat *c.* y) *supple* propter. z) *sic c.;* Syrapte *Sic.*

1) *Scil. ad cap. XXXI. XXXII. Libri de temp., supra p.* 389 *sq.* 2) frater b. Stephani *Salimbene ex Iacobi de Varagine Legenda Aurea c.* 68, *ed. Grässe p.* 308, *vel ex historia inventionis s. crucis, ed. A. Holder p.* 6, *addidisse videtur.*

peractis baptiçavit eum; coram quo et Cratone phylosopho, Çenone phylosofo[a] et illustris[b] iudicibus *Sic.* superavit XI Iudeos de fidei nostre articulis disputantes, probans, quod tres sunt persone et unus deus, et quod Christus deus est, et quod ipse sit, qui a prophetis pronuntiatus est; XII[m] vero Iudeum[c] superavit vivificando tauro, quem verbo Iudei occiderunt[d]. Ad hec igitur Helena mater augusti, que iudaiçare inceperat, ad fidem conversa est, et ad maiorem nostre fidei affectationem[e] cuiusdam draconis ora conclusit; proinde Christiana religio brevi tempore multiplicata est et per orbem *usque- *f. 100b.* quaque diffusa est, et que hactenus in latebris convenit, ex nunc auctoritate principum rei[f] publice Christus[g] et ecclesie sacramentum. Nam edicto Constantini templa gentilium subvertuntur, ecclesie constituuntur; nam et ipse ecclesiam sancti Petri, terram, ut est cernere, ipse met fodiens, et alias patriarchales et alias Rome construxit. Refugientibus ad ecclesiam inpunitatem promisit. Decimas ad hedificationem ecclesiarum censuit offerendas et per iudices exigendas; dominice diei vacationem indixit, crucis patibulum prohibuit; signum crucis in numismate figurari precepit; possessiones ecclesiis concessit. Nam et regalia Silvestro dedit et statuit, ut omnes episcopi subsint Romano pontifici. Et ut ecclesia in tranquilitate maneret, Bizantium secessit, quam fabricis et honoribus ad tantum fastigium provehere molitus est, ut Rome faceret emulam, et secunda Roma diceretur; que a Constantino Constantinopolis appellatur.

Silvester itaque Rome sedens auctoritate pontificali publice usus est, qui statuit, ne Romanus presul ab aliquo iudicetur, et ne presbyter nisi XL testibus condempnetur, et ne maior a minore accusetur, et ne clericus ante laycum iudicetur. Preterrea[h] nomina dierum in ferias conmutavit et in quarta et VI[a] feria et sabbato ieiunium diffinivit propter dominicam sepulturam. In dominica vero die sollempniçatum[i] propter resurrectionem et in V[a] feria propter ascensionem; qui quoque statuit, quod presbyter crismate liniat baptiçatum in vertice, et precepit in ecclesia uti dalmatica semiplena, que pocius collobii nomine est[k] appellanda. His temporibus Arcius[l] presbyter Alexandrinus multos sue associavit impietati, dogmatiçans pater et filius et spiritus sanctus non esse unius essentie; contra quam[m] Nicena fuit synodus congregata CCCXVIII episcoporum; ubi cum de fide tractaretur, imperator ait ad sacerdotes: 'Deus dedit vobis potestatem de nobis iudicandi, vos autem non potestis ab hominibus iudicari'. Idem[n]: 'Vos estis dii, non est conveniens, ut homo iudicet deos, sed ille solus, de quo dicitur: *Deus stetit in synagoga deorum*'. Ubi simbolum apostolorum fidei est exaratum, et multa preterrea[o] per episcopos constituta. Donatus quoque impie dogmatiçavit, baptiçatos rebaptiçans et filium minorem[p] patre et spiritum minorem filio docens. Aiunt quidam, ut in Tripertita ystoria legitur, quod Constantinus ultimo sue etatis anno baptiçatus sit ab Eusebio Nicomediensi *episcopo, *f. 100c.* distulerat enim tanto tempore baptiçari, desiderans[q] hoc in Iordane fluvio promereri; alii, quod baptiçatus a Silvestro, rebaptiçatus ab isto Arriano, eo quod in dogma declinaverit[r] Arrianum. Quod si verum est, usus bono principio, malo concluditur fine, sed aborret a vero, ut catholica indubitanter credit ecclesia; demum cum Constantinus bellum pararet in Persas, iusta Nicomediam mortuus est anno etatis sue LVI[s], regni XXXI[o], cuius mortem crinita stela[t] prenuntiavit. Cuius temporibus Alexander Alexandrie fit episcopus, fortissimus euuangelii predicator. Pannucius confessor et Egyptius episcopus; Quirinus episcopus Sysianus martyrio coronatur[1]. Metoidius[u] episcopus, qui fuit Tyri episcopus, multa conposuit, qui ad extremum temporibus Constantini vel, ut quidam aiunt, Decii et Valeriani martyrio coronatus est. Iuventus[v] presbyter Yspanus euuangelia versibus dictavit heroicis[w]. Spiridum Cyprorum fuit episcopus, ad caulibus[x], cum adhuc[y] esset, fures accedentes nullo[z] ligante subito ligabantur; cui filia defuncta de quodam deposito interroganti respondit. Cuius horreum, cum fideliter in victualibus[a] occurreret plenum, cuidam fraudatori exinnanitum apparuit. Qui quoque [cibis[b]] aliis deficientibus cuidam peregrino defecto carnes porcinas obtulit in quadragesima comedendas, et ne peregrinus comedere vereretur, ipse prius comedit[2]. Helena Constantini mater pergens Ieru-

a) *Alb. habet mendum cod.* 1 *Sicardi; vide supra p.* 118, *n.* q. b) illustri *Sic.* c) indm̅ *c.* d) occiderant *Sic.* e) assertionem *Sic.* f) predicavit *Sic.* g) *sic* (χps) *c.*; Christi *Sic.* h) Pretrea *c.* i) sollempnizandum *Sic.* k) ē *Alberti manu superscr.* l) ārcius *c.*; Arrius *Sic.*; *cf. supra p.* 119, *n.* e. m) quem *Sic.* n) Item *Sic.* o) pretrea *c.* p) īnoie (in nomine) *c.* q) Desiderans *cum magna littera initiali* D *c.* r) dedicauit, *Alberti manu superscr.* clinauerit *c.* s) LXVI. *Sic.* t) stola *c.* u) Metoidus *corr.* Metoidius *c.* v) *sic c.*; Iuvencus *Sic.* w) heronicis *c.* x) ad cuius caulas *Sic.* y) *supple* laycus *e Sic.* z) Nul.| *c., puncto ante hoc verbum posito.* a) fid. mutuantibus *Sic.*; inuitirantibus *Sicardi codex* 1. b) a multis ab, a multis *expunct. c.*; cibis *om. c.*

1) *Haec vide iam supra p.* 393. *ad cap. XXXV. Libri de temp. adnotata.* 2) *Quae apud Sicardum p.* 120. *hoc loco sequuntur vide supra p.* 392. *ad cap. XXXV. Libri de temp. adscripta.*

Sic. salem locum dominice passionis, ubi erectum erat simulacrum Veneris, expurgavit; ubi tres cruces invenit, quarum una fuit dominica, que orante Machario episcopo sic discernitur, quia tactu eius mortuus suscitatur, mulier ab egritudine liberatur; preterrea[a] clavos invenit, partem quorum in gallea filii, partem in freno posuit. Sicque adimpletum est illud Zacharie: *Erit quod in freno est equi*[b] *sancto*[c] *Domino*[1]; ligni quoque pars est in theca[d] sacerdotali, pars dicitur in statua Constantini[2]. [Et[e] si vis invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam beati Silvestri pape I[3]].

XLV. De Constantino, Constancio et Constante.

Sic. *cf. Oros. VII, 28. 22. 29. 1.* Anno Domini CCCXLI. Constantinus et Constantius et Constans filii Constancii[f], quos predictus pater eius cesares instituit, supradicti filii Constantini regnaverunt[g] apud Romanos an. XXIIII. *Sic.* Iusserat autem Constantinus pater supradictorum, quod Dalmatianus nepos, Dalmacii fratris filius, cum filiis imperaret, sed factione[h] interemptus est. Constantinus apud **f. 100d.* Aquilegiam *occisus est. Constans aliquando consulte regnavit, qui Francos domuit. Sed Arrianus effectus est, militibus intollerabilis, factione Magnecii tyrranni[i] non longe ab Inspanie[k] partibus interfectus est. Constancius[l] fuit diversa forma[k]. Nam a Persis multa perpessus est, Sapore rege Persarum Mesopotamiam vastante et Nisibi[k] civitatem obsidente. Magnecium tyrranum[k], qui Gallias, Yspanias, Affricam et Ytaliam optinuerat, vicit[m], apud Lugdunum se propria[n] occidit, et Decentius frater eius, quem[o] ad tuendas Gallias cesarem miserat, audita morte fratris Senonis laqueo se suspendit. Quidam[p] quoque Vetranioni[q] circa Illiricum[r] electo regium insigne detraxit. Ad hec Gallum filium patrui cesarem fecit et Orienti prefecit. Gallus autem Iudeos oppressit et multos nobiles Antiochie interfecit. Sed demum a Constantio propter invidia[k] occisus est. Silvanus et, qui res novas in Gallias[k] moliebatur, extinctus est. Solus ergo Constantius princeps et augustus in Romano fuit imperio. Qui Iulianum Galli fratrem cesarem fecit et Constanciam sororem sibi dedit in uxorem, eumque ad Gallias missit, ubi multa per ipsum egregia facta sunt. Demum Iulianus barbaris suffugatis[s] a militibus augustus appellatus est. Cumque adversus Constancium arma levaret vel moveret, Constancius nimia cogitatione inter Asiam et Capadociam mortuus est. Eisdem temporibus Marchus *Ioh. de Deo.* Silvestro successit, Iulius et post Iulium Liberius Rome sedit episcopus[4]; successit Felix papa.

XLVI. De Iuliano monacho et apostata.

Sic. Anno Domini CCCLXIIII. Iulianus monachus et apostata regnavit apud Romanos an. II, men. VIII. Hic liberalibus disciplinis extitit eruditus et utraque lingua peritus. Hic cocos[t], tonsores, et eunuchos exosos habuit, cocos, quia cibis simplicibus utebatur ut phylosophus utebatur[u], tonsentes[v], quia unus multitudini sufficiebat, eunuchos, quia uxor eius obierat. Scriptores vero antique[w] fortune restituit eisque salarium instituit. Et ut sine contradictione optineret imperium, simulata religione iussit episcopos de vinculis[x] Constancii penitus relaxare. [Et[y] si vis invenire de gestis tempore Iuliani, recurre ad cronicam Liberii pape I, et in margine[5] multa mala *ib.* invenies de eo]. Sed cum fuerit ab inicio Christianus et, ut dicitur, monachus, electus[z], factus imperator, ad ydolorum rursus[a] reversus, factus est Christianorum proditor et persecutor. Qui **f. 101a.* Galileos, *id est Christianos — sic enim prius nominabantur —, poetarum et phylosoforum prohibuit legere disciplinas, dicens[b]: 'Nostris telis vulneramur. Quia Christiani scriptis nostris armati contra nos bella suscipiunt'. Qui dum in odium Christi Iudeis templum in Ierosolimis reparandi licentiam tribuisset, eis repurgium[c] facientibus terra de valle crescebat. Eisque recuperantibus subito fit terremotus, saxa discutiuntur, et igneo globo ab interiori templo egresso hedificatores prosternuntur incendio. Sed ne

a) pretrea *c.* b) super frenum equi est *Vulg., Zach.* 14, 20; equi *om. Sic.* c) sanctum *Sic.* d) thecara *c.* e) Et — pape I. *in marg. ab Alberto post suppl.* f) *lege* Constantini. g) ℞ *c. ut Sicardi codex* 1. h) *supple* Constantii. i) ali *add. c.* k) *sic c.* l) Constantii *Sic.* m) et sic — victus *Sicardi p.* 120, *l.* 27. 28. *omissa sunt.* n) *supple* manu *e Sic.* o) quam *c.* p) Cuidam *Sic.* q) uetmoni *c.* r) illicum *c.* s) uga *in loco raso c.;* subiugatis *Sic.* t) cecos *h. l. c.* u) *sic bis c.* v) *sic h. l. c.* w) antiqua *c.* x) uiculis *c.* y) Et — de eo *in inferiore marg. columnae* 100[d]. *ab Alberto post add., littera* n *ad hanc notam spectante hoc loco posita.* z) *sic codd.* 2 *Sicardi.* a) cultum *Sic.* b) Dicens *cum magna littera initiali* D *c.* c) repurgauit *c.*

1) *Voce* equi *addita haec ex fratris Salimbene Cronica exscripta esse videntur.* 2) *Sequentem locum brevem Sicardi p.* 120. *vide supra p.* 392. *ad cap. XXXV. Libri de temp. adscriptum.* 3) *Ad cap. XXXV. Libri de temp., supra p.* 392. 4) *Multa Sicardiana p.* 121. *hoc loco omissa vide supra p.* 394. *ad cap. XXXVIII. Libri de temp. adscripta.* 5) *F.* 18[v], *supra p.* 393 *sq.*

crederetur occasu[a] factum, in vestibus cunctorum crucis apparuit signum. Qui quoque signum de publicis ymaginibus iussit auferri et Iovis[b] et Martis et similium formas imprimi; ubicumque[c] ritus paganorum et sacrificia devocius servarentur, precepit, ut sacerdos paganismi ritus imitarentur[d] Christianorum et sanctimoniam sacerdotum. Denique Iulianus de Partis victor remeans, in Persas profectus, conto ylia perfosus[e] interiit, et a paganis inter divos relatus est; utrum vero ab homine vel ab angelo sit occisus, penitus ignoratur; cuius mortem presens spiritu, sed absens corpore quidam religiosus Iulianus agnovit[1]; post dictum Iulianum successit Iovinianus[f] imperator. *Sic.*

XLVII. De Ioviano[g] imperatore.

Anno Domini CCCLXVII. Iovinianus regnavit apud Romanos men. VIII[2]. Hic cum ab exercitu fuit electus, ait se Christianum non posse preesse paganis; cui exercitus: 'Et nos per Iulianum Christi nomen abiecimus, Christiani tecum esse volumus'; quibus auditis imperii sceptra suscepit. Qui cum Sapore rege Persarum rerum neccessitate conpulsus[h] pacem fecit, sed ignobilem, quia Nisiboni[e] et magnam partem Mesopotamie sub certis finibus ei tradidit; quod ab Urbe condita numquam accidit, ut, licet legiones Romane sub iugo imitterentur[e], sicut accidit in Numidia et Numancia et Yspania —: nichil tamen finium tradiderunt; demum repente mortuus est et ob qualitatem intendensi[i] relatus est. Cuius tempore synodus Antiochie celebratur qua[k] Macedonianos; et quidem res ecclesiastica sub eo disposita bene fuisset, nisi mors talem principem hominibus abstulisset. [Et[l] si vis scire de gestis, que fuerunt eodem tempore Ioviniani et Iuliani, recurre ad cronicam Liberii pape I[3]]. Eodem tempore predicti Ioviniani fuit beatus Geminianus episcopus Muttinensis; et eodem tempore fuit Liberius papa et beatus Severus *archiepiscopus Ravenne, qui electus fuit per columbam spiritus sancti[4]. *ib.* *f. 101b.

XLVIII. De imperatoribus Valentiniano et[m] Valente.

Anno Domini CCCLXVIII. Valentinianus et Valens frater eius regnavit[n] apud Romanos an. XIIII et men. V. Pater horum fuit quidam Gracianus, genere Pannonius, officio funarius[o]. Cuius venalitium funem portanti filio Valentiniano V nequiverunt milites extorquere. Quo merito adlectus est ad miliciam et inde ad prefecturam millenariam. Cum sub Iuliano militaret[p] et Christianam fidem gereret, iussus ab imperatore, aut ydolis immolaret[e] aut a milicia discedat, discessit. Nec[q] mortuus[r] Iulianus et Ioviniano, qui in Christo millenarium perdiderat tribunarium[s], in locum persecutoris accepit imperium. Qui fratrem Valentem in regni[t] assumpsit, sed et filium Germannum[u] de uxore Severa genitum necdum puberem fecit augustum. Valentinianus Saxones oppressit et Burgondionum plusquam LXXX[a] milia, qui non multo post tempore Christiani effecti sunt. Demum cum bellum contra Sarmatas pararet, apud Burguionem[v] appoplexia mortuus est. Anno secundo Valentiniani Damasus et paulo post Ursinus diaconus Rome fuerunt episcopi, sed prevaluit[w] [5]. [Et[x] si vis scire et invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore Valeriani[e] et Valentiniani, recurre ad cronicam Damasi pape I[6]]. Valens[7] imperator, fautor Arrianorum, ecclesiam *Sic.* *Iac. de Var. c. 26, 3.*

a) hoc casu *Sic.* b) iouis *in loco raso.* c) utque *Sic.* d) *sic codex* 1 *Sicardi;* imutarentur *c.* e) *sic c.* f) Iouianus *corr.* Iouinianus *c.* g) *sic h. l. et in indice cap.* h) ꝯposulsus *c.* i) ob civilitatem inter deos *Sic.* k) contra *Sic.* l) Et — pape I. *in inferiore marg. columnae* 101a. *ab Alberto post add., littera* o *ad hanc notam spectante hoc loco posita.* m) et *Alberti manu superscr.* n) *sic c.;* ℞ *codex Sicardi* 1. o) firnarius *c.* p) militaret *c.* q) *supple* mora *e Sic.* r) mortuis Iuliano *Sic.* s) tribunatum *Sic.* t) *supple* consortem. u) Gratianum *Sic.* v) Brigicionem *Sic.* w) *supple* Damasus *e Sic.* x) Et — pape I. *in inferiore marg. columnae* 101b. *ab Alberto post suppl., signo ad hanc notam spectante hoc loco posito* o *in textu pro* p *in marg.*

1) *Sequentia Sicardi p.* 123. *vide iam supra p.* 393. *ad cap. XXXVIII. Libri de temp. adscripta et p.* 394, *l.* 32 *sq.* 2) *Eadem vide supra p.* 394, *l.* 34. *in margine folii* 19a. *adscripta.* 3) *Scil. ad cap. XXXVIII. Libri de temp., supra p.* 393. 4) *Eadem vide supra p.* 394, *l.* 35 *sqq. in margine folii* 19a. *addita.* 5) *Quae in Sicardi Cronica p.* 125. *sequuntur vide iam supra p.* 395 *sq. ad cap. XXXIX. Libri de temp. adscripta, ubi et extrema huius loci iam exscripta sunt.* 6) *Cap. XLI. Libri de temp., supra p.* 396. 7) *Sequentia ex Iacobi de Varagine Legenda Aurea Salimbene procul dubio exscripserat, qui perspexit a Iacobo eadem copiosius narrata esse, quae Sicardus supra p.* 125, *l.* 33 *sq. retulerat, quae Albertus ex Sicardi Cronica supra p.* 395, *l.* 37 *sq. exscripsit.*

Iac. de Var. c. 26, 3. quandam a catholicis abstulit et Arrianis dedit; ad quam[a] accedens Basilius ait: 'Imperator, scriptum est: *Honor regis iudicium diligit,* et iterum: *Iudicium regis iusticia;* et cur cor tuum imperavit, ut catholici de ecclesia eicerentur, et Arrianis daretur?' Cui imperator: 'Iterum ad contumelias reverteris, o Basili? Non decet te'. Et ille: 'Decet me pro iusticia etiam mori'. Tunc Demostenes prefectus epularum imperatoris, fautor Arrianorum et loquens pro eis, fecit barbarismum. Cui ait Basilius: 'Tuum est de pulmentariis regis cogitare, non dogma[b] divina decoquere'. Qui mox confusus tacuit. Dicit imperator Basilio: 'Vade et iudica inter eos, sed non secundum inmoderatum amorem populi'. Abiens ergo dixit coram catholicis et Arrianis, ut fores ecclesie clauderentur et utriusque partis sigillo munirentur, et ad quorum orationes aperirentur, sua esset; quod cum omnibus placuisset, orantibus[c] **f. 101c.* Arrianis tribus diebus et noctibus et venientibus ad fores ecclesie, *si[d] sunt aperte. Tunc Basilius processione ordinata venit ad ecclesiam et, facta oratione, levi ictu de baculo pastorali fores tetigit dicens: *Tollite portas, principes, vestras, et elevamini porte eternales, et introibit rex glorie.* Et con- *ib. c. 26, 4.* tinuo sunt aperte. Et intrantes Deo gratias reddiderunt, et reddita est ecclesia catholicis. Fecit autem imperator promitti multa Basilio, si sibi consentiret[e]. 'Pueris ista conveniunt, nam qui divinis saginantur eloquiis, corrumpere de divinis dogmatibus nec unam sillabam paciuntur'. Tunc imperator indignatus, dum de eius exilio sententiam vellet scribere, primus secundus, tercius calamus fractus est[f], unde indignatus cartam fregit.

XLVIIII. De imperatore Iohanne Christiano.

Sp. regum II, 39. Anno Domini CCCLXVIII. Iohannes[1] imperator Christianus regnavit apud Romanos men. VIIII post Iulianum apostatam et Iovinianum. Qui Iohannes Christianus princeps cum[2] ad imperium eligeretur et vocaretur mortuo predicto Iuliano et Ioviniano, dixit Romanis: 'Non decet Christianum esse regem paganorum'. *Ioh. de Deo.* Unde illi statim pro eo baptismum catholice receperunt[2]. Tunc temporis Rome sedebat Felix papa; post eum successit Liberius papa secundus[3].

L. De Graciano imperatore.

Sic. Anno Domini CCCLXXXII. Gracianus post mortem Valentis regnavit apud Romanos an. VI. Hic fuit litteris mediocriter instructus[h], parcus[i] libidini[k], cibi et sompni imperii sui[l], qui in tria[m] Domino dedicavit, quia, ut orthodosios[n] pastores exulati[o] ad ovilia redirent, procuravit. Hic Valentinianum fratrem parvulum socium cessavit[p] imperii, quem pater de Iustina genuerat. Nam Severam[q] uxore legittima Valentinianum[r], mater[s] Graciani, lauiniet[t] pulcritudinem cuiusdam Iustine virginis, Valentinianus eam duxit uxorem, de qua genuit Valentinianum genuit[u], Iustam et Gallam. Gracianus preterrea[v] Theodoxium filium precedentis Theodoxii in consortem assumpsit imperii, sibique tenens transiens[w] Yspaniam[x], Theodosio regnum tradidit Orientis. Vidit in sompnis, quod Molestius[y] Antiochenis episcopus se clamidem vestiret episcopalem, coronam[z] capud ornaret; veniens Constantinopolim[a], congregarentur episcopi, Meletium ex precedenti visione cognovit. Gra- **f. 101d.* cianus cum videret sibi hostes in Galiis inminere, fretus Christi patibula[b] inpari numero *se in hostem dedit, quos incredibili felicitate conferat[c]. Sed quidam Maximus in Britania imperator efficitur, contra quem, cum ad Gallias venisset, Gracianus accessit, sed fugiens Lugduni captus et occisus est. Maximus ultra procedens Valentinianum augustum de Ytalia expulit et Victorem filium suum regni consortem effecit. Valentinianus igitur in orientem ad Theodosium fugit. Interim Theodosius, omnem suam fiduciam ad opem Christi conferens, Alanos, Hunnos, Gothos incunctanter aggressus vicit et cum

a) quem *Iac.* b) dogmata *Iac.* c) Orantibus *cum magna littera initiali c.* d) non *Iac.* e) *supple* Et ille. f) ēet (esset) *c.* g) cum *Alberti manu superscr.* h) *sic codd.* 2 *Sicardi.* i) partus *c.* k) *sic c.* l) *sic distinctum in c.* m) Hic initia *Sic.* n) os *post expunct. c.* o) exulantes *Sic.* p) creavit *Sic.* q) *sic* (seuera) *c.;* Severa *Sic.* r) Valentiniani *Sic.* s) *sic* (mat) *c.;* matre *Sic.* t) laudante *Sic.* u) *sic iterum c.;* Gratam *Sic.* v) pretrea *c.* w) sibique retinens *Sic.* x) *sic codd.* 2 *Sicardi.* y) Meletius (Moletius *Sicardi codex* 1) Anthyocenus *Sic.* z) corona *Sic.* a) *supple* cum *e Sic.* b) potentia *Sic.* c) confecit *Sic.*

1) *E Speculo regum Gotifredi Viterb. II,* 39. *Albertus in Libro de temp. cap. XXXIX, supra p.* 395, *Iohannem pro Ioviniano posuit, quem hoc loco eundem librum secutus repetivit, sed contra sua verba post Valentinianum et Valentem inseruit.* 2) *Albertus repetivit hoc loco notam ad Spec. regum II,* 39. *supra p.* 395. *adscriptam. Quae hoc loco addiderit vel mutaverit, litteris latius positis indicavi.* 3) *Hi repetiti ex Libri de temp. cap. XXXIX. XL.*

Athanarico rege Gothorum fedus innuit[a]. Athanaricus ergo Constantinopolim veniens et videns *Sic.* magnalia imperatoris et urbis ait: 'Imperator est deus terrenus'. Cumque apud Constantinopolim nature concesserit, Theodosius condigne[b] tradidit sepulture. Unde Gothi benignitatem Theodosii considerantes se Romano dederunt imperio. Parthi quoque cetereque barbare nationes prius Romanis inimice ultro legatos ad Theodosium miserunt et cum eo fedus inierunt[1]. His temporibus Damasus papa et post Damasum Syricius papa. [Et[c] si vis scire et invenire de gestis, que fuerunt tempore Graciani, recurre ad cronicam Damasci[d] pape I[2], et invenies].

LI. De Theodosio et Valentiniano.

Anno Domini CCCLXXXVIII. Theodosius et Valentinianus regnaverunt[e] apud Romanos an. VII *Sic.* et post solus an. III. Theodosius igitur cum Trachias liberasset ab hoste, Archadium filium suum, quem fecit augustum, Constantinopolim derelinquens, contra Maximum se armavit, eumque maior fide, sed longe minor bellico apparatu apud Aquilegiam cepit et occidit; filium quoque Victorem interfecit. Theodosius Romam veniens Valentinianum restituit et Constantinopolim remeavit. Valentinianus itaque restitutus Ytalie potitur imperio. Sed cum in Galliam transisset, dolo Arbogastis comitis et Eugenii gramatici elloquentissimi apud Viciniam[f] strangolatus[d] est. Arbogastes igitur Eugenium elegit imperatorem[g] nomine, ipse acturus imperium. Theodosius hec audiens, fultus prophetia cuiusdam Iohannis monaci, immo auxilio Dei, contra[h] Arbogasten et Eugenium — qui cum Mediolanum exirent, dixerunt, quod, si victores redderent[d], in ecclesia stabularent et clericos sub armis ponerent — bellum intulit, sed a suis quasi destitutus signo crucis et oratione optinuit; ventus enim flavit ex parte Theodosii, qui spicula *hostium repellebat et sua fisius[d] infigebat. Captus est igitur Eugenius et occisus. *f. 102a. Arbogastes se ipsum occidit.

O nimium dilecte Dei, tibi militat ether,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Cum itaque Theodosius in pace regnaret solus, templa gentilium omnino destruxit, leges instituit, lascivias[i] in conmessationibus prohibuit, consobrinarum nuptias interdixit. Huius quanta fuit apud Deum et homines devocio, presenti patet exemplo. Nam cum apud Mediolanum ecclesiam vellet intrare, prohibitus est ab Ambrosio, nisi publice peniteret, quia multa milia hominum Thesalonice fecit occidi. Qui prohibitionem humiliter pertulit, satisfactione[d] non erubuit. Rursus cum inter cancellos post oblationem moram faceret, ait Ambrosius: 'Egredere, quia purpura imperatores[k] efficit, non sacerdotes'. Imperator paciens obedivit. Huius uxor fuit Placidia[l], que curam habebat pauperum, visitans xenodochia, ollas eorum propriis manibus tergens, ius degustans et offerrens[d] et similia faciens, que mos est famulis operari. Que marito dicebat: 'Cogita, quid fuisti et quid sis, et creatori non eris ingratus'. Que precibus optinuit, ne imperator cum Eunomio sermonem haberet. Timebat enim, ne calliditate ipsius in eius errorem incurreret. De hac genuit Theodoxius Archadium et Honorium; qua defuncta Gallam filiam Valentiniani senioris et Iustine duxit uxorem, de qua genuit Placidam[d], cui postea matris cognomen accessit. Mortuus est Theodosius apud Mediolanum, cuius corpus Constantinopolim translatum est. Utramque rem publicam filiis Archadio et Honorio quietam reliquid. Regnavit autem Theodoxius partim cum Valentiniano, partim solus cum filiis an. XVII[3].

LII. De Archadio et Honorio.

Anno Domini CCCXCVIII. Archadius, cum iam cum patre regnavit[m] an. XII, post mortem *Sic.* patris regnavit cum fratre Honorio an. XIII, Archadius in Oriente, Honorius in Occidente. Interrea[n] Gildo comes Affrice Affricam usurpavit, cuius frater Maselçer perfidiam perorescens in Ytaliam venit. Gildo filios duos occidit; Maselcer sciêns per Theodosium, quantum valeat oratio pro fide Christi, dies aliquot cum sanctis in ieiuniis continuavit; vidit itaque noctu beatum Ambrosium paulo ante defunctum sibi victoriam et modum, diem et locum indicantem. Pergens ergo cum V milibus LXXX° hostium

a) inivit *Sic.* b) eum digne *Sicardi codd.* 2. c) Et — invenies *in inferiore marg. columnae* 101[c]. *ab Alberto post add.* d) *sic c.* e) ℞ *c. ut Sicardi codex* 1. f) Viennam *Sic.* g) imperatorem . noie ipe̅ *distinctum in c.* h) h' *c., ut l.* 16. hec *scriptum est.* i) lasciuas *c.* k) imperatore *c.* l) Placilla *Sic.* m) ℞ *c.* n) Intrea *c.* o) milia *omissum est ut et in cod.* 1 *Sicardi.*

1) *Haec iam supra p.* 396, *l.* 36 *sq. ad cap. XLII. Libri de temp. adscripta sunt.* 2) *Scil. ad cap. XLI. Libri de temp., supra p.* 396. 3) *Quaedam ex his quae in Cronica Sicardi p.* 128. *sequuntur vide supra p.* 396. *ad cap. XLII. Libri de temp. adscripta et pauca verba ad cap. XLI. ibidem.*

Sic. *f. 102b. sine bello in *dedicionem accepit. Gildo in Affricam rediens strangulatus interiit. Maselçer superbia tumens ecclesiam Dei temerarie[a] ausus est; nam quosdam inde extraxit, de quo sacrificio[b] punitus est. Radagaysus rex Gothorum cum CC milibus Gothis repentino inundavit impetu. Invadit ilico Romam, clamatur a cunctis se hec ideo perpeti, quod neglexerint sacra deorum, blasphematur Christus. Sed non sinit Deus suam potenciam minorem infidelium virtute videri. Capitur Radagaysus et tanta Gothorum multitudo in monte Fesulano, quod singuli singulis aureis venderentur. Archadius autem cum ab oratione[c] rediret, Theodosium filium relinquens, Constantinopolim moritur. Cuius temporibus
Ioh. de Deo. Anastasius papa, post Anastasium Innocencius papa. Anastasius Achatium hereticum voluit occulte revocare, et percussus ab angelo interiit[1]. [Et[d] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicas Syricii pape I. et Anastasii pape I[2], et invenies].

LIII. De Honorio cum Theodosio filio fratris[e] sui Archadii.

Sic. Anno Domini CCCCX. Honorius cum Theodosio filio fratris sui Archadii regnavit[f] an. XV. Honorius circa inicia imperii sui Romanis bellum gladiatorum interdixit. Contra quem Gothi armantur et Alarico duce an[no] ab urbe Roma condita MCLXIIII. Romam invadunt, ex parte incendunt, et a sexto die, quo ingressus fuerat, depredata Urbe fuit egressus. Ecce igitur altera Babilon. Sicut enim Babilon post MCLXIIII anno[g] a sui conditione vastata est a Medis et ab Arbace rege ipsorum, sic post totidem an. a sui conditione Roma guastatur a Gothis et ab Alarico rege ipsorum, precepto prius dato, ut quantum possent a sanguine temperarent[h]; et si quis in sacra loca, presertim sanctorum Petri et Pauli basilicas intraret, securus maneret. Tunc Alarico defuncto Athaulphum regem constituentes Gothi Romam redeunt, ut, si qui[g] residui fuerat, more locustarum erodant, auferentes inde Placidiam, quam sibi Athaulphus duxit uxorem. Interrea[i] Stilico, qui fuerat tutor Honorii, ut filium substitueret in imperio, Suevos, Alanos, Guandalos, Burgundiones ad arma commovit. Quo cognito pater et filius occiduntur. Constantinus etiam tyrrannus, in Britania imperator electus, misit in Yspaniam[k] filium Constantem nomine. Contra quem Honorius Constancium comitem strenuum et bellicosum misit ad Gallias, qui Constantinum apud Arelatem occidit; filius etiam Constans apud Viennam
*f. 102c. peremptus est. Athaulphus preterrea[l] Gothorum imperator effectus a Constantio[m] capitur. *Hos et multos alios tyrrannos Honorius industria Constancii superavit. Itaque Gualia rex Gothorum effectus Placidiam honeste servatam fratri restituit et pacem cum eo fecit. Quam Honorius Constancio dedit uxorem, de qua genuit Valentinianum; preterrea[l] in consortem suscepit imperii. Sed evolutis VI mensibus mortuus est. Post hec Honorius exercitum in Britaniam misit ad defendendum eam a Scotis et Pictis. Similiter et in Yspanias ad defendendum eos[g] a Guandalis et Alanis. Placida[g] vero vidua a fratre Honorio repulsa ivit[n] in Orientem cum filiis Honorio et Valentiniano, que a Theodosio Archadii[o] filio honeste recepta est. Honorius autem, cum regnasset cum patre an. II et cum fratre an. XIII et cum nepote XV, pacatam relinquens Urbem, apud Romam moritur et iuxta martyrium Petri apostoli sepellitur; cui soboles nulla remansit. Licet enim duas Stilliconis filias, unam post alteram, habuisset, Dei tamen iudicio virgines decesserunt. Quo mortuo quidam Iohannes invasit imperium, fultus auxilio Casticii[p] magistri milicie et Actii[q]. [Et[r] si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicas Çosimi pape I. et Innocencii pape I[3]]. Cuius tempore sedit Rome Çosimus, post eum successit Bonifacius papa, post Bonifacium Celestinus papa.

LIIII. De Theodosio imperatore.

Sic. Anno Domini CCCCXXVI. Theodosius apud Romanos regnavit an. XXV. Hic usque áde0 fuit sapiens, quod inter confabulantes experimentum omnium videretur habere causarum, usque adeo paciens et clemens, ut nullum se ledentium morti subiceret, dicens: 'Utinam ad vitam possem mortuos revo-

a) temerare *Sic.* b) sacrifacio *Alberti manu corr.* sacrificio *c.*; sacrilegio *Sic.* c) rome *c.* d) Et — invenies *in marg. ab Alberto post add.* e) filii *index cap.* f) *sequitur* apud romanos *expunct. c.* g) *sic c.* h) teparet *c.* i) Intrea *c.* k) *cf. supra p.* 130, *l.* 48 *sq.*, *n* o. l) pretrea *c.* m) ɔstanti *corr.* ɔstantio *c.* n) iuit in or. *bis scr.*, *alterum expunct. c.* o) archadio *Alberti manu corr.* archadii *c.* p) *sic c. pro* Castini. q) *sic c. semper pro* Aetio. r) Et — pape I. *post in marg. ab Alberto add.*

1) *Cf. supra p.* 310, *n.* 11. 2) *Scil. ad cap. XLII. XLIII. Libri de temp., supra p.* 396. 3) *Scil. ad cap. XLV. XLVI. Libri de temp.*

care'; quarta et VI[a] feria christianitatis studio ieiunabat. Sacris litteris eruditus, prophetam[a] operibus *Sic.* exercebat. Regalia sicut[b] cuius monasterium eruntc[c]. Iram, tristiciam et libidinem sicut inimicos orationibus superabat. Cuius uxor Eudochia christianissima, plurimum litterata. Theodosius itaque Valentinianum filium amitte sue, scilicet auguste Placidie, cesarem facit et cum militibus et matre mittit eum contra Iohannem ad recipiendum imperium. Venientes igitur mira felicitate Iohannem opprimunt et regnum victores accipiunt. Et quia Ravennates Iohannem[d] faverunt, eos depopulati sunt. Quibus, sicut mare Rubrum patuit Moysi, sic terra palutosa[e] et invia adibilis et pervia facta est. Castiniem[e] exilio dampnaverunt, Actio venia[f] data, quia eius studio Hymnis[g] ad propria remearunt. Ad hec Valentinianus de cesare fit augustus; post hec[h] Bonifacius intra Affricam rebellis efficitur, quia ad auxilium suum *Guandalos et Alanos intromisit Affricam rapinis et ferro flamaque *f. 102[d]. vastantes; sed pace[i] venit Bonifacius ad Ytaliam, ubi morbo extinctus est. In pace illa data est Guandalis in Affricam[e] porcio ad inhabitandum, ubi Gensericus rex eorum, volens catholicam fidem Arriana impietate subvertere, quosdam[k] episcopos de civitatibus suis eiecit sueque heresi constituit[l] nolentes diversis suppliciis afflictos occidit. Postea dolo pacis Cartaginem cepit et loca divini[m] cultus in habitacula privata convertit. Est autem Cartago a Guandalis capta anno Domini LXXXV, postquam cepit Romane dictioni[e] parere. Item Gensericus Syciliam graviter affligit. Theodosius imperator contra Guandalos exercitum cum magna classe direxit, sed magis fuere Sycilie honeri quam presidio. Genserico Cartaginem reverso, Hymnis Illiricum et Trachias devastantibus, exercitus devastantibus, exercitus Theodosii ad defensionem orientalium revertitur provinciarum; post modum inter Valentinianum et Gensericum pax firmata est, et Affrica inter eos certis spaciis divisa est. Interim Actius patricius effectus est. Gundicarium Burgundionum regem bello contrivit. Interim Gothi quoque Narbonenses infestant, contra quos Hunnis auxiliantibus bellum geritur; cum quibus etiam pax facta est humilius, quam ante prelium poposcissent. Guandalis[n] et Gothis ita furentibus Theodosium[o] ad Valentinianum Constantinopolim vadit et filiam eius nomine Eudoxiam in uxorem accepit. Rursus Britania incursionibus Scotorum et Pictorum premitur; pirate[p] parte[e] insule invaserunt, quibus Angli societatem promittunt, sed[q] adiutoribus impugnatores fiunt; pyrate queque[r] Syciliam vastaverunt. Demum Theodosius Constantinopolim moritur et sepellitur. Qui dicitur habuisse cursorem nomine Palladium, qui terminos Romani pertransibat imperii; unde quidam ait de ipso: 'Iste vir, cum lata[s] Romani[e] res publica, eam parvulam sua velocitate demonstrat[1]'. Eodem tempore Rome sedit supradictus Celestinus et post eum Syxtus papa, et post eum successit Leo papa. [Et[t] si vis invenire et scire de gestis, que fuerunt eodem tempore Theodosii, recurre ad cronicam Syxti pape tercii[2], et invenies].

LV. De Marciano imperatore.

Anno Domini CCCCLII. Marcianus regnavit aput Romanos an. VII, Valentinianus[u] adhuc in *Sic.* Occidente regnante. Fuit autem Marcianus vir gravissimus, non solum rei publice, sed et ecclesie neccessarius. Contra quem et Valentinianum gravissimum oritur bellum; nam Attilla rex Hunnorum, qui Blenda[v] fratrem suum, regni consortem, occiderat, Trachias *et Macedoniam, Pannonias et Daciam, *f. 103[a]. Turgos et Nigos[w] et ceteras barbaras nationes aquilonis in finibus conmanentes cum suis regulis sibi parere coegit, ad demoliendum etiam occidentale imperium aspiravit[x]. Igitur non minori[y] fultus sagacitate quam armorum fortitudine amicitiam petebat Gothorum contra Romanos et Romanorum contra Gothos, ut, si hos divideret, utrosque facilius subiugaret. Cuius astucias Actius previdens cum Theodorico rege Gothorum federa fecit. Occurrit igitur Actius Attile, fueruntque Actio in auxilio Gundicarius rex Burgundionum et Theodoricus rex Gothorum, Franci, Saxones et Alani et alii multi. Convenere ex utraque parte in campos Cathalaunicos, congrediuntur, et CCLXXX[a z] milia hominum occiduntur. Ibi rex Gothorum occubuit; utrique parti fuit lacrimabilis pugna; neuter cessit exercitus, sed tamen Attila superatur. Lorismundus Theodorici filius de paterno funere dolens statuit Attilam

a) philosophiam *Sic.* b) cuius sicut *Sic.* c) erant *Sic.* d) Iohanni *Sic.* e) *sic c.* f) uesa *c., ut videtur, pro* ueia. g) *sic c. et Sicardi codex* 1. h) h' *c.* i) *supple* facta. k) Quosdam *cum littera initiali* Q *maiuscula c.* l) consentire *Sic.* m) *sequitur* celitus *expunct. c.* n) guandalis *cum* g *minuscula c.* o) thedosium *h. l. c.;* Valentinianus ad Theodosium *Sic.* p) Picti *Sic.* q) *supple* pro. r) q̄que (queque) *c. cum codd.* 1. 2[a. c] *Sicardi.* s) *supple* sit. t) Et — invenies *in marg. ab Alberto post add.* u) *sic c. pro* Valentiniano. v) Bledam *Sic.* w) *sic c.;* Rugos *Sic.* x) aspiavit *c.* y) m *in loco raso.* z) CCLXXX[a] *c.;* CLXXX *Sic.*

1) *Quae in Cronica Sicardi p. 132 sq. sequuntur vide supra p. 397. ad Libri de temp. cap. XLVII. adscripta.* 2) *Scil. ad cap. XLVIII. Libri de temp.*

Sic. obsidione coartare usque ad internitionem, sed Actius timens, si Attila occideretur, ne Romani a Gothis opprimerentur, suasit Lorismundo redire domum, ut susciperet regnum. Quo reverso Attila reintegrans[a] viribus et maior[b] collecto exercitu Ytaliam furibundus per Pannonias introivit, Aquilegiam aggressus, quam obsedit triennio; demum, cum ciconie uno impetu ex urbe volarent et pullos[c] rostris forinsecus exportarent, hoc augurio fultus Attila urbem expugnavit et cepit[1]. [Et[d] si vis scire et invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore Marciani, recurre ad cronicam Leonis pape primi[2]].

LVI. De Leone imperatore.

Sic. Anno Domini CCCCLVIIII. Leo maior regnavit apud Constantinopolim an. XV, apud Romam vero quidam Anitus[e] imperator efficitur. Quo defuncto Maioranus apud Ravennam invadit imperium. Quo iuxta Terraconam occiso quidam Severus apud Ravennam eligitur. Cuius tempore Sogor[f] rex Alanorum in Ytaliam venit. Sed a Ricimere preside Ligurie superatus et iuxta Pergamum occisus est; Severo successit Antemius. Cuius temporibus Genserícus rediens in Ytaliam navali certamine superatus est. Servandus prefectus Galliarum et Romanus patricius aspirantes ad imperium capti sunt. Ricimer, qui Mediolani morabatur, insidias paravit Antemio; et licet sanctitate pollens Epyphanius episcopus Ticinensis pacem conposuisset, Ricimer tamen fedus violans Urbem invadit. Roma dividitur, pars *f. 103[b].* illum, pars sequitur istum. Bilimer rector Galliarum veniens in auxilium Antemii a Ricimere *superatur et occiditur[3]. At post mensem tercium langoribus cruciatus interiit. Quidam quoque Olibrius regiam dignitatem adeptus est[g] septem menses, occubuit[4].

LVII. De Çenone imperatore.

Sic. Anno Domini CCCCLXIIII.[h] Çeno apud Constantinopolim regnavit an. XVIII. Mater autem pueri Leonis, timens impetum Çenonis, puerum occulte clericum fecit, qui in clericatu permansit usque ad tempora[i] Iustiniani. Çenone puerum exigente mater alium similem obtulit. Apud Romam quidam Augustulus in Ytaliam veniens, fugato Nepote patricio, qui regnum invaserat, imperium invasit et obtinuit. Mox Odovacer cum multitudine Herulorum et Turringorum ab extremis Pannonie finibus in Ytaliam venire contendit. Qui transiens per rura Noricorum, audita fame Severini servi Dei, ad eum petiturus benedictionem accessit; cui benedictione data Severinus ait: 'Vade nunc ad Ytaliam, Odovacer, villissimis pellibus inductus[k], multis cito plura largiturus'. Ingresso Ytaliam patricius Orestes occurrit, sed intra Ticinum recepit se. Odovacer vero civitatem fortiter expugnatam ingreditur; gladius sevit, omnia ignis assumit; Horestis capitur et apud Placentiam detruncatur. Ad hec Odovacer multas civitates solo equavit, totam Ytaliam sibi subiecit, regiam dignitatem arripuit. Adimpleta est Severini prophetia. Augustulus videns universam Ytaliam subdi viribus Odovacri, cum rem publicam vix undecim mensibus tenuisset, imperialem deposuit maiestatem; et ita venerabile Romanorum imperium et augustalis illa sublimitas, que ab Augusto scilicet Octaviano incepit apud Romam, cum hoc Augustulo periit.

Anno ab incarnatione Domini CCCCLXXV. Odovacer Romam ingressus per XIIII an[nos] quiete possedit regnum Ytalie. Sed post Theodoricus filius Theodemir regis, rex et ipse Ostrogothorum, qui gratiam Çenonis imperatoris habebat, in tantum quod eum consularibus apud Constantinopolim fascibus sublimasset eique statuam eream equestrem ante palacium erexisset, conquerentibus Ostrogothis, quod imperialia sibi stipendia non sufficerent, ad imperatorem accedens suorumque penuriam exponens, Ytaliam sibi peciit; annuit imperator et plurimam Ytaliam ei concessit populumque Romanum conmendavit; proficiscens primo Gepidorum[k] regem et regem Burgarorum regem[l] prostravit, *f. 103[c].* demum iusta *Sonnum[m] flumen Aquilegie castrametatus est, ubi Odovacer sibi occurrens fugatus est; exinde cum Theodoricus Veronam accederet, Rome[n] Odovacer occurrit. Cuius exercitus in fugam conversus ex magna parte in Adethesim[o] mergitur. Theodoricus Veronam invadit. Odovacer Romam

a) *sic c.;* reintegratis *Sicardi codd.* 2. b) maiori *Sic.* c) pullas *corr.* pullos *c.* d) *uncis inclusa in infer. marg. col.* 103[a]. *ab Alberto alio atram. scripta.* e) Avitus *Sic.* f) *cf. supra p.* 135, *n. z.* g) post *Sic.* h) *sic codd.* 2 *Sicardi.* i) tp̄ra *c. saepe pro* tp̄a. k) *sic c.* l) *sic iterum c.* m) iuxta Sontium *Sic.* n) iterum *Sic.* o) ade thesim *c.;* Adesim *Sic.*

1) *Quae in Sicardi Cronica p.* 134. *sequuntur Albertus iam supra p.* 397 *sq. ad cap. XLIX. Libri de temp. adscripsit.* 2) *Scil. ad cap. XLIX. Libri de temp., supra p.* 397. 3) Denique — trucidavit *Sicardi p.* 135, *l.* 29. 30. *omisit Albertus.* 4) *Quae in Sicardi Cronica p.* 136. *sequuntur supra p.* 399. *ad cap. L. Libri de temp. adscripta sunt, ubi etiam extrema verba huius loci eodem modo corrupta leguntur.*

rediit, sed obseratis portis exclusus Ravennam reversus est; cuius munitionum obstacula fecit. Theo- *Sic.* doricus vero pertransiens Mediolanum accessit, ubi multitudo militum ad eum pervenit. Sed Odovacri exercitus crevit. Ideoque Theodoricus se apud Ticinum munivit. Interim Gundubaldus rex Burgundionum Liguriam ingressus multa diripuit et captivos abduxit. Theodoricus Ravennam accessit et pene per triennium obsedit; tandem Odovacrem in fide susceptum occidit; post beatissimum Epyphanium ad Gundubaldum pro redimendis captivis nuncium misit. Cui, exceptis illis pro quibus precium dedit, sex milia captivorum concessa sunt. Igitur Theodoricus Romam profectus a Romanis magno gaudio suscipitur; quibus singulis annis ad subsidium concessit CXX milia tritici modiorum; et sic tercio anno sui ingressus in Ytaliam tocius Ytalie adeptus est ditionem, nisi quod Gothis Ticinum ingressis mox Rugi civitatem invadunt tandem[a] et per biennium depopulantur. Theodoricus iste, licet illiteratus, fuit tamen sapientissimus, qui dicebat, quod qui habet aurum et demonem, celare non potest. Hic cuidam sponse metu sponsi filium proprium deneganti[b] ait: 'Non habebis virum nisi hunc, quem tu negas filium'; quo audito statim confessa est suum esse filium: et ecce alius Salomon. Hic Verone, Ravenne[c], Ticini palacia fecit. Cuius tempore felicitas maxima fuit, pax et habundantia magna. Hic, ut sui regni vires stabiliret, Lodoici regis Francorum filiam accepit uxorem, sorores suas et neptes tradidit, unam regi Guandalorum, aliam regi Turringorum, alii[d] regi Guisegothorum, alias aliis ita, ut gens non pretermitteretur, que Theodorico vel pactionis federe vel affinitate non fuerit sociata. Dum hec apud Ytaliam aguntur, apud Britaniam Saxones et Britones hinc inde confligunt, et nunc hii, nunc illi palmam habuerunt; sed tandem Saxones potiores totum[e] per longum insula potiuntur. Apud Affricam Hunirieus successit[f] Genserici Arrianus CCC et ultra capit episcopos catholicos, multas[g] manus vel linguas *abscidit, nec tamen catholice confessionis loquelam eripuit; ecclesias clausit, **f.* 103d. sed Çenone imperatore supplicante reserantur, et episcopi reconciliantur. Apud Orientem Tracia a Bulgaris devastatur, Constantinopolis[h] incenditur. Et multa alia his temporibus facta in hoc loco tacentur; quorum copiam si habere volueris, recurre ad ystorias que locuntur de papa Felice tercio et Çenone imperatore. Cuius temporibus Simplicio[i] pape sedit; post eum successit Felix papa, et post eum successit Gelasius papa.

LVIII. De Anastasio imperatore.

Anno Domini CCCCXCII. Anastasius regnavit apud Constantinopolim an. XXVI. Qui Euticianam *Sic.* sapuit heresim, dicens in Christo duas naturas, deitatis et humanitatis. Huius temporibus sedit Anastasius papa Rome, ad[k] cuius comunione multi clerici discesserunt, eo quod comunicasset Ferino, qui comunicaverat Acatio; post quem duo pape fuerunt electi, Symachus et Laurentius; unde post multa facta homicidia Symachus optinuit; et firmavit in festis cantari *Gloria in excelsis Deo* et cet. et habitacula pauperibus instituit. Et si vis aliud invenire his temporibus, require in ystoria pontificis Gelasii pape primi.

LVIIII. De Iustino imperatore seniore.

Anno Domini DXIX. Iustinus senior[1] regnavit apud Constantinopolim an. VIIII. Ad hunc *ib.* quoque misit Hormisda papa virum sanctitate precipuum Germanum Capuanum episcopum pro fidei reitegratione[l], qui digne susceptus est et fidem consolidavit[m]. Hoc tempore apud Affricam catholica reformatur ecclesia; nam defuncto Transimundo Arriano successit Hildericus filius eius ex captiva filia Valentiniani principis ortus, quem pater moriens[n] voluit astringere, ne catholice faveret ecclesie; at ipse priusquam regni iura susciperet, universos episcopos in exilium missos restituit et catholicam ecclesiam in Affricam[o] reformavit, que LXXIIII an. fuerat destituta. Iustinus similiter apud Orientem cepit sevire[p], ut hereticorum nomen extingueretur. Quod cum Theodoricus rex adhuc in Ytalia vivus, Arriana labe pollutus, audivit, Iohannem papam, qui Hormisde successerat, ad Iustinum dirigit intimans[q], quod, nisi hereticis suas redderet[r] ecclesias, universos Ytalie populos occideret. Iohannes Constantinopolim ingrediens, turbis occurrentibus ei, in conspectu populi ceco lumen reddit supplicanti.

a) eandem *Sic.* b) *sic Sic.;* denegati *c.* c) ne *in loco raso.* d) aliam *Sic.* e) tota *Sic.* f) successor *Sic.* g) multis *Sic.* h) Constantinolis *c.* i) *sic c.;* Simplicio Rome Felix succ. *Sic.* k) a *Sic.* l) *sic c.;* reintegratione *codd.* 2 *Sicardi.* m) *sic codd.* 2 *Sicardi.* n) ıoriens *c.* o) afflicā *c.* p) satagere *Sic.* q) interminans *Sic.* r) reddiret, i *expuncto corr.* redd'ret *c.*

1) senior, *quod Sicardus p.* 138. *non habet, dicitur hic Iustinus in Speculo regum Gotifredi II,* 51, *v.* 1304, *unde Albertus hanc vocem addidit.*

Sic. *f. 104ᵃ.* Hic itaque de sua *suorumque salute sollicitus magnis fletibus Iustino supplicat, ut sue legationis seriem, licet iniuste[a], accipiat, ut Ytalie periture consulat; annuit imperator et imperator[b] sibi reliquid. Si vis aliquid invenire eodem tempore, require in hystoriis pontificum Romanorum, scilicet Hormisde et Iohannis pape primus[c, 1], et multa ibi invenies.

LX. De Iustiniano imperatore.

Sic. Anno Domini DXXVII[d], alibi dicitur an. XXVII, Iustinianus apud Constantinopolim regnavit *Panth. 22, 22.* an. XXXVIII. Iustinianus ab Augusto LI. sumpsit imperium, regnantibus in Francia adhuc filiis Clo- *Sic. et Ioh. de Deo.* doicie[e, 2]. His quoque temporibus sedit beatus Agapitus papa, et post eum Sylverius papa, et post Sylverium Vigilius papa; cui successit Pelagius papa, et post eum Iohannes papa; extractis[f] de cronicis Bede[3]. Et si vis aliquis[c] invenire eisdem temporibus, require ad hystorias supradictorum pontificum[4], et invenies quod quesieris de aliis gestis, que[g] fuerunt his quoque temporibus, et de Longobardis et aliis gestis et de regibus eorum.

LXI. De regibus Longobardorum et gestis eorum, que fecerunt et fuerunt suis temporibus.

H. Lang. I, 14. et Ioh. Cod. Ist. Long. Sic. Primus rex Longobardorum vocabatur Agelmundus filius Agionis et regnavit an. XXXIII, et gubernavit et rexit Longobardos per predictum tempus et adoptavit in suum filium, qui postea fuit secundus rex Longobardorum.

Secundus[h] rex. Secundus rex Longobardorum fuit Lamissio post Agelmundum, et regnavit XL an. predictus Lamissio[5].

Ioh. Cod. et Sic. III. rex. Gildeoth[6] filius Lethech regnavit XXIIII ann., qui tercius rex fuit Longobardorum.

IIII. rex. Gildeothot[i] quartus rex Longobardorum regnavit et rexit XXI ann.[7].

Sic. V. rex. Gedeus, sub quo in Reglanda provincia Rugorum temporibus Odovacri, de quo prediximus, habitabant, in quam multis bellis et laboribus venerant fatigati[8]; quintus rex fuit.

Ioh. Cod. et Sic. VI. Classo[c] filius Gedeonis[9] regnavit XXVIII ann., qui fuit sextus rex Longobardorum.

VII. rex. Walterus regnavit ann. VII, septimus rex.

Sic. VIII. rex. Varro[k] dux super aliquantis Longobardice gentis principatus est, et ex filia filium suscipiens, eum Walterium nominavit[8], qui fuit octavus rex Longobardorum.

a) iniustam *Sic.* b) Arrianos *Sic.* c) *sic c.* d) *sic c.;* DXXXVII. *Sicardi codex* 1. e) *quae apud Muratorium VII, col. 566 sq. hoc loco sequuntur, ex Libro de temp. f. 24 supra p. 400 sq. sumpta sunt, in Cron. imp. non leguntur. Ipsius Muratorii, ut videtur, manu hoc loco in margine adscriptum est:* Vedi sopra la Vita di Giustiniano e mettila qua. f) *sic h. l. c.;* Extractus *supra p.* 401, *l.* 22. g) q (qui) *c.* h) *minio haec litteris latius positis expressa scripta sunt in c.* i) ildeoth *in loco raso.* k) *sic et supra p.* 405, *l.* 4. *et p.* 406, *l.* 37; Waco *Sic.*

1) *Scil. in cap. LVI. LVII. Libri de temp., supra p.* 400. 2) *Haec ex libro Pantheon Gotifredi exscripta hoc loco repetita sunt ex Libri de temp. cap. LXII, supra p.* 400. 3) *Cf. supra p.* 401, *n.* 1. 4) *Cap. LXIIII—LXVII. Libri de temp., supra* 401 *sqq.* 5) *Paulus I, 18. Lethu tertium regem quadraginta annis regnavisse dicit, Ioh. Codagnellus Lamissionem XXII annis regnasse scribit, sed XL annos regni ei tribuit etiam Catal. regum Langobard. cod. S. Faustini, SS. Lang. p.* 503, *et sic habet Albertus etiam supra p.* 404. *in Libri de temp. cap. LXVI.* 6) *Tertium regem Leth Sicardi, Lecheth Iohannis Codagnelli, quem* Lethech *Albertus vocavit supra p.* 405 *sq., Albertus (vel Salimbene) hoc loco omisit, receptis hoc et sequente ex Codagnelli catalogo, fortasse ut cum Sicardo Gedeonem quintum regem poneret.* 7) *Ioh. Codagn., SS. Lang. p.* 196, *ad hunc vocatum* Geldeoth: sedecim annis, *sed etiam supra p.* 405. *huic vocato* Geldeohch *Albertus* XXI ann. *tribuit.* 8) *Haec iam supra p.* 406. *in margine folii* 27. *adscripta sunt.* 9) *Albertus (vel Salimbene) hunc regum catalogum ex Sicardi Cronica et Iohannis Codagnelli Istoria Long. componens modo huius, modo illius nominum formas recepit. Tadonem Sicardi omisit, quia hic in serie Codagnelli non reperitur.*

IX. rex. Andolin[a], qui Longobardos in Pannoniam duxit, et fuit pater Alboin, de quo[b] premiseramus[c], Longobardorum rex. Rodolindam in matrimonium habuit, que ei Alboin, *virum bellis aptum et per omnia strenuum, peperit. Mortuus est itaque Andolin, et regnavit ann. XXI, nonus rex Longobardorum. Ac deinde in regnum iam decimus Alboin ad regendam patriam cunctorum votis[d] accessit[1].

*Sic. H. Lang. I, 27. — *f. 104b. — Ioh. Cod. et Sic. — H. Lang. I, 27.*

X. rex. Alboin decimus rex Longobardorum sedes proprias, hoc est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuit, eo scilicet ordine, ut, si quo tempore Longobardis ut si[e] neccesse esset reverti, sui[f] cursus arva repeterent. Igitur Longobardi relicta Pannonia cum uxoribus et natis omnique suppellectile[g] Ytaliam properant possesuri[h]. Habitaverunt autem in Pannonia annis XLII, de qua egressi mense Aprilis, per indictionem primam, alio die post sanctum pascha, cuius festivitas omni[i] anno iuxta calculi rationem ipsis Kalendis Aprilis fuit, cum iam anni a Domini incarnatione quingenti LXVIII essent evoluti. De gestis Alboini et Narsetis et aliorum potest[k] invenire in alio libro[2], in hystoriis pontificum Romanorum. Post Alboinum elegerunt Longobardi alium regem.

Sic. H. Lang. II, 7. — Ioh. Cod.

XI. rex. Clepus XI. rex; nobilissimum virum Ligurie provincie regem statuerunt et fecerunt, et regnavit II ann. et mensibus VI. Post eum, post mortem ipsius regis sub iudicibus fuerunt per decem annos. Postea elegerunt alium regem.

Sic. Ioh. Cod.

LXII. De Iustino minore imperatore, nepote Iustiniani.

Anno Domini DLXVII. Iustinus minor[3] apud Constantinopolim regnavit an XII. Hic fuit nepos Iustiniani, vir in omni avaricia deditus, contemptor pauperum, senatorum spoliator, cui tanta fuit cupiditas[l], rabies, ut archas videret[m] ferreas fieri. In quibus ea[n] que rapiebat auri talenta congereret; quem etiam ferunt in heresim Pelagianam dilapsum. Hic cum a divinis mandatis aurem cordis averteret, iusto Dei iudicio amisso rationis intellectu amens effectus est. Hic Tyberium cesarem adscivit, qui eius palacium vel singulas provincias gubernaret.

Sic. — H. Lang. III, 11.

LXIII. De Tyberio imperatore.

Anno Domini DLXXVIII. Tyberius Constantinus regnavit apud Romanos an. VII. Huic Sophya augusta paravit insidias, volens Iustinianum filium suum sublimare, sed spe sua cassata est. Hic Persas debellavit et vicit et magnam predam cum XX pariter elephantis adduxit. Demum Mauricium, virum strenuum, una cum filio Sophye elegit in imperium, filiamque suam sibi tradidit dicens: 'Sit tibi imperium cum hac puella *concessum. Utere eo felix, memor semper, ut equitate et iusticia delecteris!' Iste Tyberius fuit homo iustus, utilis et strenuus, elimosinarius, in iudiciis equus, in victoriis clarus et, quod his omnibus superavit[o], verissimus Christianus. Et si vis invenire aliquis[h] de eo et de gestis suis et aliorum, que facte[h] fuerunt eodem tempore, require in ystoriis pontificum Romanorum et Iustini imperatoris minoris in illo tempore in illo libro, et multa invenies. Eodem tempore fuit Benedictus papa primus, et post eum Pelagius papa secundus.

*Sic. — *f. 104c. — H. Lang. III, 15. — ib. III, 11. — Ioh. de Deo.*

LXIIII. De Mauricio imperatore.

Anno Domini DLXXXV. Mauricius Capadox, primus ex Grecorum genere, in imperium confirmatus, regnavit an. XX. Hic L milia soldorum misit Oldeberto[p] regi Francorum, ut Longobardos impugnaret et de Ytalia exterminaret.

Sic.

XII. rex. Atharum filius[h] Delfonis[q] Longobardi elegerunt eum in regem, et fuit duodecimus rex Longobardorum, qui regnavit an. VII, et destruxit civitatem Birsilie positam

Sic. et Ioh. Cod.

a) Audohin *Sic.* b) quō *radendo corr.* quo, *ut videtur, c.* c) premis. — rodol *in loco raso.* d) uocis *c.* e) *sic iterum c.* f) sua rursus *Paulus.* g) suppelle|| *c.* h) *sic c.* i) eo *Paulus.* k) *lege* potes. l) cupiditatis *Paulus.* m) *sic c.;* iuberet *Paulus.* n) eā *c.* o) supereminet *Paulus.* p) *sic c. pro* Childeberto. q) *sic c.; cf. supra p.* 143, *l.* 45 *sq., n. g.*

1) *Quae hoc loco ex Pauli Hist. Lang. I,* 27. *exscripta sunt, iam supra p.* 406 *sq. in margine folii* 27. *adscripta sunt. Quae ex Codagnelli Istoria Long. huic loco inserta sunt vide p.* 405. 2) *Scil. in Libri de temp. cap. LXVI, supra p.* 401 *sqq.* 3) minor *dicitur hic Iustinus a Paulo, Hist. Lang. III,* 11. *et in Speculo regum Gotifredi II,* 53, *v.* 1313. *et loco Iacobi de Varagine supra p.* 403, *l.* 8. *exscripto.*

H. Lang. III, 18. super ripam fluminis Paudi, et modo dicitur Bersellus. Et si vis aliquid videre et audire de gestis et tribulationibus, que fuerunt eodem tempore, require in hystoriis pontificum Romanorum et specialiter in ystoria beati Pellagii pape secundi et beati Gregorii pape primi in illo libro[1], et multa reperies.

Sic. XIII. rex. Agiluf tercius decimus rex Longobardorum, qui, sicut eius assumpsit regiam dignitatem, sic et in matrimonium Theodolingam eius uxorem; cuius supplicatione rex fidem catholicam tenuit et possessiones ecclesie ampliavit. Cui regine Gregorii[a] pape primi multa eidem regine scripsit. Et si vis audire de eo et de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad librum ystoriarum pontificum Romanorum, scilicet beati Gregorii pape primi, et ibi multa reperies.

LXV. De Foca imperatore.

ib. Anno Domini DCVI. Focas regnum invasit apud Constantinopolim. Qui regnavit an. VIII. Cuius anno secundo beatus Gregorius, cum sedisset an. XIII et men. VI, di. X, migravit ad Christum. Eodem tempore Pisani[b] et Veneti per Orientem et Egyptum bella moverunt. Agiluf pacem cum[c] Focate pacem[d] conposuit annualem. Perse Romanis Ierosolimam et multas provincias abstulerunt et sancta prophanantes, etiam vexillum dominice crucis abducunt. Contra Focatem Eraclianus, **f. 104d.* qui tunc Affricam regebat, bellum movit cumque[e] regnum et vita privavit, tradens regnum Eraclii[f] *Sic. et Ioh. de Deo. Iac. de Var.* filii sui. Eodem *tempore sedebat Rome beatus Gregorius papa primus; et post eum successit Sabinianus papa primus; et post eum successit Bonifacius papa tercius; cui suc- *L. pont. 69. et Mir. Romae 41.* cessit Bonifacius papa quartus, qui impetravit a Focate imperatore templum quod Pantheon[g] vocabatur, quod idem imperator eidem Bonifacio dedit et concessit; et ibi dictus papa fecit ecclesiam in honorem beate Marie et omnium sanctorum in Kalendis Novembris[2]. Et *Iac. de Var.* tempore predicti Bonifacii pape fuit Macumeth. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore[h], recure[i] ad librum ystoriarum supra dictorum pontificum, omnia per ordinem ibi et[k] per seriem invenies.

LXVI. De Eraclio Eracliani filio.

Sic. Anno Domini DCXIIII. Eraclius Eracliani filius apud Constantinopolim regnavit an. XXXII, alii dicunt an. XLVIII. Hic fuit christianissimus, qui crucem Domini Ierosolimis reportavit. Hic duos filios habuit, Eraclonem et Constantinum. Agiluf cum Eraclio et cum Francis pacem conposuit. Sed Avares Forum-Iulii capiunt ad prodictionem[i] Romilde uxoris Gisulfi ducis Forum-Iuliani, qui[l] rex Avarum promisit accipere in matrimonium. Sed Longobardis peremptis et captis[m], rex una nocte habuit eam in matrimonio, alia nocte tradidit XII Avaribus, qui sibi succedentes eam libidine saciarent; novissime iussit eam ligari ad palum, inquiens: 'Talem te dignum est habere virum in maritum, que pocius libidini quam civium et consanguineorum saluti prospicere voluisti'. Huius ducisse due filie, ne[n] Avaribus contaminarentur, carnes pullorum crudorum mamillis fasciis alligaverunt, ut putrefacte feterent. Cum igitur Avares eas contingerent, putantes eas naturaliter fetere, dicebant omnes Lombardas fetidas; quarum postea nupsit una regi Alamanorum, alia principi Baioriorum. Ad hec cum regnasset Agiluf XXV an., diem clausit extremum; cuius[i] filius eius[i] est Adaloald rex[3].

XIIII. rex. Adaloald, filius Agiluf, quartus decimus rex Longobardorum cum Theolingda[i] matre sua successit; et tunc fuerunt ecclesie restitute. Cumque regnasset Adaloald an. X et mente insaniret, a Longobardis eiectus est.

XV. rex. Arioald substitutus est rex quintus decimus Longobardorum rex[d] et regnavit ann. XII.

a) Gregorius papa *Sic.* b) *sic c. pro* Prasini; Presini *Sic.* c) 9 *c.* d) *sic iterum c.* e) eumque regno *Sic.* f) Eraclio filio suo *Sic.* g) patheon *c.* h) tpre *c.* i) *sic c.* k) et *ab Alb. superscr. c.* l) *sic* (q) *c.;* quam *Sic.* m) capitis *c.* n) *supple* ab; *cf. supra p.* 145, *n.* p.

1) *Scil. in cap. LXIX. LXX. Libri de temp.* 2) *Cf. addit. ad Libri de temp. cap. LXXIII, supra p.* 412. 3) *Vide quae Albertus supra p.* 405 *sq. de regibus Langobardorum scripsit.*

XVI. rex. Rotharus sextusdecimus rex Longobardorum, qui fuit fortis et iustus, sed Arrianus; et tunc fere in qualibet *civitate Longobardorum erant duo episcopi, unus catholicus et alius Arrianus. In civitate Ticinensi apud basilicam sancti Eusebii[a] Anastasius Arrianus[1] episcopus resedit[b], sed postea ad fidem catholicam est conversus[2], et tunc alter episcopus catholicus[c]. Codicem conposuit Rotharus legum, qui Longobarda vocatur. Anno LXVII. ab introitu Longobardorum in Ytaliam multa subiugavit; et cum regnasset an. XVI, regnum Longobardorum Rodoaldo filio suo reliquid. *Sic.* *f. 105a. *Ioh. Cod. Ist. Long.* *Sic.*

XVII. rex. Rodoaldus decimus septimus rex Longobardorum regnavit an. V. Cuius uxor Godiperga ecclesiam[d] apud Ticinum sancti Iohannis construxit. Interim[e] Simsebinus princeps Gothorum multas in Yspania urbes sibi subiecit et Iudeos sui regni ad fidem convertit. Eraclio successit Eraclonus filius, qui regnavit an. II, deinde frater eius Constantinus, qui regnavit men. VI. Cui successit filius equivocus, Constans etiam nominatus. Hisque temporibus fuit Rome papa Deusdedit; cui successit Bonifacius papa Vus; post eum successit Honorius papa primus; post quem successit Severinus papa; et post eum Iohannes papa quartus; et post eum Theodorus papa primus. *Ioh. de Deo et Sic. p. 146.* Et si vis aliquid scire vel invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad librum hystoriarum supradictorum pontificum Romanorum, et omnia ibi reperies quod[f] queris.

LXVII. De Constantino qui[g] et Constante[f].

Anno Domini DCXLVIIII. Constantinus, qui et Constans, apud Constantinopolim regnavit an. XXVIII, qui fuit hereticus. *Sic.* Cuius temporibus Martinus papa fuit primus, quem, quando missarum sollempnia celebrabath[h], spatarius quidam occidere voluit, sed percussus aorisia eum vidit[i] non horruit. Demum Constantinus eum misit in exilium, ubi migravit ad Dominum et miraculis corruscavit; cui successit Eugenius papa primus, canonum scientia plurimum eruditus. Et post eum Vitalianus, qui cantum conposuit, quo hodie Romani utuntur. Huius Constantini temporibus regina Persarum nomine Cesara privato habitu Constantinopolim venit et baptismum, quem desiderabat, accepit; quam augusta de fonte levavit. Quod audiens rex Persarum legatos ad augustum pro uxore direxit; legati reginam petunt. Imperator se reginam ignorare fatetur, sed mulierem noviter baptiçatam ostendit. Quem[f] legati cognoscentes venerantur; supplicant, ut revertatur. Que respondit: 'Nuntiate regi vestro, nisi crediderit in Christum, me ulterius consortem habere non poterit'. Quid plura? Rex cum LX milibus hominum Constantinopolim venit et *cum omnibus baptiçatur, ab augusto de fonte levatus; cum uxore remittitur honoratus. *f. 105b.

XVIII. rex. Aripertus decimus octavus rex Longobardorum, qui successit Rodoaldo, et condidit oraculum sancti Salvatoris apud Ticinum; et cum regnasset an. IX, regnum duobus filiis Bertarith et Gondiperto reliquid. Gondipertus Ticini, Bertarith sedit Mediolani. Sed Grimoald dux Beneventanus Gondipertum fraudulenter occidit; quo audito fugit Bertarith Mediolanensis, et stetit

XVIIII. rex. Grimoaldus XVIIIIus rex Longobardorum regnavit, qui Francos in Ytaliam venientes multa cede prostravit iuxta civitatem Astensem. Constantinus igitur, ut Ytaliam a Longobardorum manibus eriperet, Athenas venit et mare transiens Tarentum applicuit, et quendam heremitam consuluit, si gentem Longobardorum posset viriliter superare. Qui respondit, quod gens Longobardorum modo superari non[k] posset, quia beatus Iohannes Baptista pro eis continue intercedit, eo quod regina basilicam eius in Moedicia construxit. Progrediens inde Luceriam civitatem destruxit, Ageruncіam civitatem sane capere nequivit. Beneventum obsedit, ubi Romoald Grimoaldi regis filius ducatum habebat. Romoaldus itaque Grimoaldo patri suo nuncium direxit, auxilium peciit; rex festinavit. Imperator Neapolim se recepit et inde, bello cum suo dampno peracto, Romam perrexit. Cui papa Vitalianus cum clero devote occurrit et populo. Imperator beato Petro pallium obtulit auro contextum; et cum mansisset Rome diebus XII, orna-

a) basilicam scie||tibȝ *c.* b) sedit *Ist. Long. Iohannis Codagn. l. l., sed ibi etiam* resedit *scriptum fuisse videtur, cum Paulus IV, 42. habeat* resideret. c) levatus fuit *adde ex Ist. Long., quae duo verba etiam supra p.* 406, *l.* 3. *omissa sunt.* d) eccl'ia *c.* e) Iterim *c.* f) *sic c.* g) qui *om. in indice cap.* h) celebrabat̃(ur) *radendo corr.* celebrabat *c.* i) videre non potuit *Sic.* k) nō ||n̄ *(bis scr.) c.*

1) *Haec vox deest in Ist. Longob., SS. Lang. p.* 197, *sed in illo tantum codice, ex quo ibi edita est, eam excidisse patet, cum in Pauli Hist. Lang. IV,* 42. *legatur.* 2) *Eadem Albertus supra p.* 405 *sq. ex Pauli Hist. Langob. IV,* 42. *exscripsit, sequentia verba etiam ibidem ex Codagnelli Ist. Longob.*

Sic. menta civitatis et ecclesiarum, etiam Sancte Marie, ubi fuerat Pantheon, et tecta enea deposuit[a] et civitatem auro expoliavit. In Syciliam regressus est et ibi per quinquenium mansit, et tales Calabrie, Scicilie, Affrice, Sardinie afflictiones indixit, quod nulli spes vite remaneret; sed in balneo apud Syracusanas occiditur.

LXVIII. De Constantino Constantini vel Constantis augusti filius[b].

Sic. Anno Domini DCLXXVII. Constantinus Constantini vel Constantis augusti filius apud Constantinopolim regnavit an. XVII. Cuius tempore Theodorus archiepiscopus et Adrianus abbas a Vitaliano papa missi sunt ad informationem ecclesiarum; ad quod Theodorus iste, ut quidam aiunt, librum peni- *f. 105c. tencialem conposuit. Vitaliano successit Adeodatus papa. Post quem Domnus papa, *qui paradisum ante basilicam beati Petri candidis marmoreis[c] mirifice statuit[d]. Post Domno pape successit Agatho papa, qui causa conponende pacis inter imperatorem et Longobardos Constantinopolim ivit, et[e] osculum in porta civitatis cuidam leproso dedisset, illico sanatus est. Apud Longobardos quoque Grimoald, cum regnavit[f] an. VIIII, in basilica sancti Ambrosii mortuus et sepultus est, quam apud Ticinum construxit.

XX. rex. Bertarith XX[us] rex Longobardorum vero profugus, ut redeat in Ytaliam, voce divina moritur[g]; reversus in regem sublimatur; cuius uxor Rodolisda basilicam sancte Marie ad Perticas edificavit; [h]vero ecclesiam sancte Agathe et portam Palatinam apud Ticinum construxit et martyrum Primi et Feliciani corpora condidit. Cumque regnasset XV an., Cuniperto filio suo regnum dereliquid; quem Alachis dux Tridentinus contra fidelitatem, adnitentibus[i] ei Aldone et Agrasone, Brixianis civibus, regno et palacio Ticinensi privavit. Hic Alachis clericos odio habuit, quod[k] quodam Thoma diacono ad se veniente ait: 'Veniat, si habet femoralia munda'; ad quem diaconus ait: 'Dicite illi, quia Deus potest in meis causis reprehensionem invenit[l], ipse non potest'. Sed per Dei gratiam[m] — misit in auxilium regis, rex de Alachis et exercitu eius victoriam habuit. Hic Cunipertus, uxore sua Theodorem[n] puellam de pulcritudine conmendare[o], et eam cognovit et in monasterio, quod eius nomine appellatur, apud Ticinum collocavit. Franci ante venerabile corpus beati Benedicti pernotare[n] simulantes in castro Cassini ossa beati Benedicti et sancte Scolastice furati sunt et in suam patriam portaverunt. Et si vis scire et invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recure[n] ad ystorias pontificum et specialiter Agathonis pape primi[1], et ibi quod *Sic. et Ioh. de Deo.* volueris reperies. Agathon successit Leo papa secundus; et post eum successit Benedictus papa secundus; et post eum successit Iohannes papa quintus, qui conposuit librum de palii dignitate, tempore infrascripti Iustiniani minoris, filii Constantini.

LXVIIII. De Iustiniano minore, Constantini filio.

Sic. *f. 105d. Anno Domini DCXCVII. Iustinianus Constantini filius *apud Constantinopolim regnavit an. X. *L. pont. 84.* Hic Affricam a Saracenis recuperavit et cum eis pacem fecit terra marique; simul[p] provincia Affrica *Ioh. de Deo.* redacta est sub Romano imperio. Huius tempore supradictus Iohannes papa, et *Sic.* cui successit Canon[n] papa, et post successit Sergius papa, misso Çacharia spatario suo, misit[q] Constantino imperatori deportari, quia synodo, quam Constantinopolim fecerat, subscribere nolebat; sed milicia Ravenne vicinarumque parcium Çachariam contumeliose repulit. Hunc Iustinianum Leo regno privavit et in Ponto in exilio reposuit; et regnavit Tyberius an. VII. His diebus facta est synodus Aquilegie. Iustinianus post imperium recuperatum Leonem et Tyberium occidit, et quomodo[r] reuma de naso tergebat, unum de Leonis fauctoribus[n] iugulari precipiebat. Gallicinium[n] quoque patriarcham Constantinopolitanum, qui ei contrarius fuerat, erutis oculis Romam misit; Cyrum abbatem, qui eum in Ponto aluerat, patriarcham fecit.

XXI. rex. Cunipertus XXI[us] rex Longobardorum, cum regnasset an. XII, regnum Luiperto filio suo dereliquid eique tutorem Asprandum instituit. Sed Ariperth puerum occidit, tutorem fugavit, regnum invasit, Laudum et Pergamum cepit. Hic Ariperth hac illac pergens, quid de se diceretur, et qualem iusticiam iudices facerent, privato habitu explorabat. Hic Ariperth Alpes Cocias ecclesie Romane donavit vel restituit. Sed Gisulfus dux Beneventi Campaniam invasit. His tem-

a) eneade posuit *c.* b) *sic c. h. l. et in indice cap.* c) marmoribus *Sic.* d) stravit *Sic.* e) *supple* cum *e Sic.* f) ℞ *c. et Sicardi codex* 1; regnasset *Sicardi codd.* 2. g) *sic c.;* monetur *Sic.* h) *supple* ipse *e Sic.* i) adnientibus *c.* k) qui de *Sic.* l) invenire *Sic.* m) qui beatum archangelum *Sicardi omissa.* n) *sic c.* o) commendante *Sic.* p) fil' *c.* q) iussit Constantinopolim *Sic.* r) quociens *Sic.*

1) *Libri de temp. cap. LXXXV, supra p.* 412.

poribus Benedictus Mediolanensis archiepiscopus Rome causam habuit pro ecclesia Ticinensi, sed victus *Sic.* est. Iohanni pape successit Sinsinius, et Sinsinio Constantinus; quem Constantinum papam Iustinianus augustus ad se Constantinopolim venire fecit, et in platea civitatis eius pedibus advolutus veniam impetravit, cumque[a] honorifice suscepit et remisit et privilegia renovavit. Cuius Constantini temporibus duo Saxonum reges Romam orationis causa venere et ambo mortui sunt. Demum Iustinianus exercitum in Pontum contra Phylipicum[b] —, fecit imperatorem, qui Constantinopolim veniens Iustinianum occidit. Cuius temporibus in urbe Roma fames facta est magna per annos tres; post quos tanta fuit ubertas, *L. pont.* 90. ut fertilitas inoptata oblivioni memineret[c].

LXX. De Phylipo imperatore.

Anno Domini DCCXVII. Phylipus[d] apud Constantinopolim regnavit an. I et men. VI; qui *Sic.* Cyrum *ad monasterium suum remisit, Constantino pape litteras pravi dogmatis direxit, quas papa *f. 106a. respuit; et huius rei causa gesta VI synodorum in porticu Sancti Petri fecit pingi; statuitque populus Romanus, ne carta vel effigies aut nomen imperatoris reciperetur heretici, nec pro eo ad missarum sollempnia oratio fieret specialis. Hunc Phylipum Anastasius, qui Anthemius dictus, oculis et regno privavit.

LXXI. De Anastasio imperatore.

Anno Domini DCCXVIII. Anastasius apud Constantinopolim regnavit an. III. Constantino *Sic.* pape litteras direxit, quibus se factorem[e] catholice fidei declaravit. Hic classem contra Saracenos in Alexandriam misit, sed Urbem reversus exercitus Theodoxium imperatorem elegit et coactum imperio confirmavit.

XXII. rex. Aripertus XXII^{us} rex Longobardorum cum regnasset an. XII et fugeret a facie hostium suorum, in Ticino flumine suffocato, regnavit Asprandus men. III. XXII^{us}[f] rex Longobardorum; cui successit Luprandus filius eius. His temporibus claruit beatus Leonardus monachus.

LXXII. De Theodosio imperatore.

Anno Domini DCCXXI. Theodosius apud Constantinopolim regnavit an. V [1]; qui Anastasium[g] *ib.* fecit ordinari presbyterum. Et si vis invenire de pestilenciis et gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam Gregorii pape secundi, et invenies quod quesieris. His temporibus conversi sunt Germani ad Christum per Bonifacium episcopum.

LXXIII. De Leone imperatore.

Anno Domini DCCXXII. Leo apud Constantinopolim regnavit an. XXV. Hic apud Constan- *ib.* tinopolim ymagines sanctorum incendit et mandavit Gregorio tercio, ut idem Rome faceret; sed pontifex hoc contempsit et imperatorem excomunicavit. Exercitus quoque Ravenne Veneciarumque unanimiter restiterunt; elegissent alium imperatorem, nisi pontifex restitisset. Augustus ad peiora progreditur, quia salvatoris et genitricis eius et[h] ymagines concremari fecit; et quia plerique Constantinopolim[i] resistebant, aliqui sunt capud[k] truncati, alii aliter mutilati. Et tunc passa est sancta Theodosia. Patriarcha sceleri non consentiens propria sede expulsus est. His quoque temporibus Saraceni Constantinopolim per continuum triennium obsederunt, sed fame et pestilencia confusi[l] sunt, et revertentes subita tempestate contritis navibus perierunt. Inter Constantinopolim CCC milia pestilentia interrierunt[k].

XXIII. rex. *Luithprandus XXIII^{us} rex Longobardorum, qui fuit tante audatie, quia, *f. 106b. cum iurassent aliqui eum occidere, cum eis silvam ingrediens evaginato gladio dicebat: 'Facite quod cogitastis!' et tante fuit pietatis, quod eis cuncta confessis protinus dimittebat; et cum [2] Luithprandus *Ioh. Cod. Ist. Long.* regnum obtineret Longobardorum. Qui cum equitaret per districtum Mediolani, homines illarum

a) eumque *Sic.* b) misit, exercitus autem Philippicum *supple e Sic.* c) fertilitatis copia praeteritae sterelitatis inopiam oblivioni mandaret *Liber pont.* d) Philippicus *Sic.* e) *sic c.;* fautorem *Sic.* f) *sic h. l. iterum c.* g) anastasius *corr.* anastasiu̅ *c.* h) et *delendum.* i) Constantinopolitani *Sic.* k) *sic c.* l) conf. *bis scr. c.*

1) an. I *Sicard. p.* 149. 2) *Sequentia exscripta sunt ex Iohannis Codagnelli Epitoma Historiae Langob., SS. Lang. p.* 197. *Eadem vide in Libri de temp. cap. LXVI, supra p.* 406, *unde haec Salimbene exscripserat.*

Ioh. Cod. Ist. Long. parcium ad eius presentiam accedentes conquerebantur ei, quod non habebant mensuram, et quod unus alterum in mensura decipiebat[a]. Qui posuit pedem super quendam lapidem magnum et spaciosum, volens in eo signum fieri ad modum pedis sui, ad quod emere et vendere deberent. Sed Dei potencia signum pedis eius in ipso lapide fuit sculptum signum[b] et signatum, quod usque in presentem diem ibi apparet, et dicitur pes Luithprandus[c]; ad cuius mensuram usque in hodiernum[d] diem vendunt et *Sic.* emunt. Tante fuit potencie, quod Bononiam, Auximum, Subtriam, Spoletum et alia plurima subiugavit, Ravennam obsedit et Classem destruxit; sed et contra Romanos multa prelia gessit; cum Romam obsideret, misit Gregorius III. Karolo Martello claves confessionis sancti Petri rogans[e], ut Urbem liberaret et ecclesiam[f] defenderet a Longobardis; sed tante fuit devotionis, quod Alpes Cocias Romane confirmavit ecclesie. Ossa beati Augustini, cum Saraceni fuissent Sardiniam depopulati, transtulit in Ticinum et collocavit ea in ecclesia sancti Petri ad Celum-Aureum, quam ipse construxit. Edificavit preterrea[g] in montem Bardonis ecclesiam Briceti, in Columpna[h] ecclesiam sancti Anastasii, in palatio ecclesiam sancti Salvatoris, ubi clerum instituit, et sic per singula queque loca, in quibus degere volebat[i]; tante fuit sapiencie, quod magis confidebat in orationibus quam in armis; pacis fuit amator, qui Francorum pacem et Avarum custodivit; castus, largus, sed litterarum ignarus; qui cum regnasset an. XXXI et mensibus VII, mortuus est.

XXIIII. rex. Hyldeprandus XXIIII^us rex Longobardorum successit Luithprando; regnavit Hyldeprandus regnavit[k] men. VI.

XXV. rex. Rathchius XXV^us rex Longobardorum regnavit an. IIII, men. VIIII. His temporibus Gregorio successit Çacharias in apostolica sede, Greca Latinaque lingua peritus; qui pacem cum Longobardis fecit et filios conpatrum in matrimonio copulari prohibuit. Bonifacius **f. 106c.* Maguntinus archiepiscopus, qui Werdensem[l] ecclesiam fecit, et Beda presbyter Venerabilis, *qui multa conscripsit, et Petrus episcopus Ticinensis claruerunt. Leonis anno primo mortuus est Karolus Martellus, qui apud Francos maior in regia domo erat. Hic regni Francorum[m] a longis retro temporibus intueamur.

Post Troie destructionem multa milia Troianorum sub Priamo et Antenore Ravennam applicuerunt et Paduam edificaverunt, ubi sepultus est Antenor. Postea vero in Sithia regione civitatem Sicambriam constituerunt, deinde occupavere Germaniam et dicti sunt Germanni. Sed quia tempore Valentini imperatoris eius mandato vicerunt Alanos, vocavit eos Francos, id est feroces. Post transierunt in Turringiam sub principibus Marcomete[n] et Symone. Sed Symone defuncta[n] Marcomedis filium Faramundum regem fecerunt, et leges per quendam sapientem nomine Salagustum habere ceperunt; a quo lex Salica dicta est, qua Franci utuntur. Hinc Roma decrevit, et Francia crevit. Nam transito Reno ceperunt et fugare Romanos, qui habitabant ibi, et cepere Aggrippam[n], que nunc Collonia dicitur et[o] novo incollatu eorum, et Tornatum[n] et Cameratum[n] et Renus[p] et Treverim et Suesonam, Aurelianis et pene totam Galliam et Germaniam ab Equitania usque Bagueram vendicaverunt. Inter reges Francorum fuerunt Miroveus, a quo postea reges nominati sunt Mirovei, et Clodoveus, qui Glodosindam filiam regis Burgondionum Christianam accepit uxorem. Ad cuius orationes et exortationes baptiçatus est a sancto Remigio, angelo de celis oleum ministrante, quo adhuc Franci reges unguntur. Iste Clodoveus vovit equum suum se beato Martino daturum, si triumpharet in Gothos. Triumphavit, solvit votum, sed redimere volens C solidos transmissit[n], sed equus stetit inmobilis. Ideoque misit alios C solidos, et sic equus secutus est. Unde Clodoveus ait: 'Sanctus Martinus est bonus auxiliator, sed carus negociator'. Huius Clodovei filii, nepotes et pronepotes postea regnaverunt, ut Lotharius filius eius et filii eius Lotharii, qui regnum diviserunt: Aribertus Parisius, Guntramus Aurelianis, Hylpericus Senonis, Sichipertus Metis optinuit. Sed ad tantam inbecilitatem reges devenere Francorum, qui[q] regibus adhuc nomine solo manentibus qui maior enim[r] in domo regia, regni erat aministrator, ut **f. 106d.* venerabilis Arnulfus Metensis episcopus, vite sanctitate perspicuus, *et post Anchisus filius eius, ab Anchise Troiano denominatus; post quem Pipinus Grossus, cuius suum[s] Gethrudis[n]; post hunc Karolus Martellus, Pipini Grossi filius ex concubinatu Alpheide ducisse. Qui Bagueram, Sueviam, Guasconum, Saxonum, Frigiam vicit, CCCLXXXV milia Saracenorum in Yspania interfecit eosque bellum Narbone conmittens maxima cede prostravit. Et post, cum Saraceni Arelate cepissent, legatos cum muneribus mittens ad Luithprandum regem Longobardorum contra Saracenos auxilium postulavit. Quo in ad-

a) *sic etiam legendum SS. Lang. p.* 197, *l.* 22. *pro* concupiebat *codicis Paris.* b) *idem verbum male repetitum et supra p.* 406, *l.* 20. c) *sic c. h. l. procul dubio, cum p.* 619, *l.* 41. 43. *dubitari posset, num* Luith. *an* Liuth. *scriptum sit.* d) diernum *c.* e) rogans *bis scr. c.* f) ecctia *c.* g) pretrea *c.* h) Olumpna *Sic.* i) solebat *Sic.* k) *sic iterum c.* l) *sic* (uuerdensem) *c.;* Vuldensem *Sic.* m) originem *supple e Sic.* n) *sic c.* o) a *Sic.* p) Remis *Sic.* q) quod *Sic.* r) erat *Sic.* s) fuit *Sic.*

iutorium properante Saraceni fugerunt. Illam quoque provinciam subiugavit, in qua est Parisius, que *Sic.* tunc Gaudiana vocabatur, et vocavit eam Franciam lingua Latina, Theothonice Karlinguiam. Terra vero que Franconia dicitur a quodam Francone duce, ut quidam asserunt, appellavit[a]. Ytaliam quoque a Gothis liberavit. Primus consensu decimas Çacharie pape militibus dedit in feudum pro ecclesiarum neccessitate. Cum itaque regnum Francorum tam feliciter per XXVII an. administrasset, sicut premissimus[b], anno primo Leonis diem clausit extremum, tribus relictis filiis, Karlomanno, Pipino Nano, Graffone[b], qui regni diviserunt administrationem. Sed Graffo iniquus a fratribus eiectus apud Averniam[b] in quodam castello permansit. Karlomannus habuit Theothoniam, Pipinus Franciam. Sed post annos quatuor Karlomannus per Çachariam papam factus est monachus in monte Syrach[b], postea transivit ad Montem Cassinum, ubi etiam porcos aliquando custodivit. Pipinus itaque Nanus solus extitit regni aministrator, Hyldrico rege nomine solo manentes[c]. Sed quia rex erat ignavus et inutilis, auctoritate Çacharie pape Pipinus in regem a Bonifatio Maguntino aliisque principibus electus est, et Ildrico in Monte Cassino monacho facto, auctoritate Stephani pape, qui Çacharie successit, a fidelitate Ildrici cum omnibus principibus est absolutus et in regem inunctus, ubi regnum inimicorum[d] finem accepit, et regnum Karolorum incepit. Et si vis aliquid scire vel invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam Çacharie pape[1], et ibi invenies quod quesieris.

LXXIIII. De Constantino Leonis filio.

Anno Domini DCCXLII°. Constantinus Leonis filius apud Constantinopolim regnavit an. XXXV, *Sic.* qui fuit patre peior, quia sacrificiis demonibus immolavit.

XXVI. rex. Astulfus XXVI^us rex Longobardorum regnavit an. VIII[e], qui Dei *ecclesiam **f. 107a.* molestavit et civitates ad ius beati Petri pertinentes invasit. Unde Pipinus Nanus rex Francorum rogatu Stephani pape in Ytaliam venit et Astulfum iurare coegit, quod ecclesiam Romanam ulterius non molestaret. Deinde Pipinus Romam veniens honorifice susceptus est; et eo in Franciam reverso Astulfus nichil promissorum[f] servavit; unde Pipinus rediens Ravennam et quasdam alias civitates numero XX cepit et ecclesie Romane donavit et Astulfum arcius obligavit. Mortuus est anno XIIII. regni sui, duos derelinquens filios, scilicet Karolum Magnum et Karlomannum, qui regnum diviserunt. Stephano pape successit Paulus, qui sepe monuit Constantinum pro ymaginibus restaurandis; post quem Constantinus adhuc laycus sedem invasit apostolicam; post alius Stephanus, et postmodum Adrianus. Post Astulfum regem Longobardorum successit Desiderius rex Longobardorum. Iste Desiderius ecclesiam Romanam impugnans primo cepit Faventiam, Ferariam seu Comachium de Ravennate abstulerit exarchatu. Et si vis aliud scire et invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, et quas[b] fecit eodem tempore contra ecclesiam Romanam, de persecutionibus[g] suis, quas fecit contra pontifices Romanos, scilicet Stephanum et Adrianum papam primum, predictus Desiderius, et quomodo Karulus[h] Magnus, qui cum[b] obsedit in civitatem Papiam et cepit eum, uxorem et filios et conduxit eos in carceribus in Franciam, Aquisgrani deduxit, et mortui fuerunt ibi; et iste Desiderius ultimus rex fuit Longobardorum, et liberavit ecclesiam Romanam dictus rex Karolus a dicta persecutione et bona dedit et donavit eidem Romane ecclesie — recurre[i] ad cronicas supradictorum pontificum, et ibi invenies. Anno Domini *Sic.* DCCLV, tempore Astulfi regis et VIII° anno domni et Silvestri pape primi[2] translatum est corpus beati Silvestri Nonantulam[3]. Anno Domini DCCLXXIII, apud quos regnatum fuerat, postquam Ytaliam intraverant, et[k] an. CCVI. Deinde Karolus reversus in Franciam subiugavit Saxoniam.

XXVII. rex. Reperitur in legenda beate Iulie virginis et martyris[l, 4] de Desiderio rege Longobardorum: *Postea autem tempore procedente quidam nobilis vir*

a) appellatur *Sic.* b) *sic c.* c) manente *Sic.* d) Miroveorum *Sic.* e) *sic codd.* 2 *Sicardi.* f) promissuꝝ *c.* g) persecutoribus *c.* h) Karulo Magno *corr.* Karul9 Magn9 *c.* i) recū *c.* k) *cf. supra p.* 153, *n.* i. l) mar̄ *c.*

1) *Libri de temp. cap. CXVI, supra p.* 413 *sq.* 2) *Mira Albertus alucinatus est.* 3) *Omissis iis, quae in Sicardi Cronica, supra p.* 152 *sq., sequuntur, Albertus insipienter sequentia exscripsit.* 4) *Haec translationis narratio hucusque non in lucem prodiit, sed Acta SS. Maii V, p.* 171. *ex Breviario monachorum Brixiensium brevissima tantum relatio edita est, qua eius mentio fit. Albertum eam ex Cronica fratris Salimbene descripsisse apud me constat.*

civitatis Brixie[1]*, fidelis et devotus, Desiderius nomine, cum quodam tempore apud Ticinum barones et potentiores Longobardorum [regem*[a]*] crearent, Desiderius aloquitur Ansam uxorem suam dicens: 'Proficiscar*[b] *Ticinum, ubi*[c] *principes Longobardorum con-* *f. 107b. *venerant, ut *faciant sibi regem'. Uxor vero eius subridens ait: 'Vade! forte eligent [te*[d]*] in suum regem'. Proficiscens devenit igitur prima die in quendam locum, qui usque in hodiernum diem appellatur Lenum. Et ponens ibi se ad quiescendum sub quadam arbore, cum obdormisset, ecce quidam serpens consurrexit*[e] *subito et venit ad capud eius et astringens caudam cum capite fecit in modum serti coronam in capite eius. Serviens autem suus hec videns noluit eum excitare, timens, ne serpens lederet eum. Et dum hec agerentur, in sompniis videbatur Desiderio, quod diadema regni*[f] *Longobardorum poneretur super capud eius. Excitatus autem et serpente recedente, nulla molestia illata sibi, dixit servienti suo: 'Surge! Eamus, quia vidi sompnium, per quod puto me regem futurum'. Et dum essent in via, famulus suus confessus est ei*[g]*, quid sibi acciderat de serpente. Intrans*[h] *autem aulam, in qua erat multitudo expectans, scire volens, quem electores eligerent in regem. Et cum pluribus*[i] *diebus instassent*[k] *electioni et nulla ratione convenire possent in unum, qui in aula expectabant Desiderio dixerunt: 'Vade, Desiderii*[l]*, intra ad eos et dic ad eos, quia omnes tedio afficimur expectantes tanto electionem eorum'. Qui ingressus secure ad eos narravit murmurationem omnium expectantium*[m] *regis electionem. Illi autem videntes Desiderium, de quo nulla mentio apud eos facta fuerat, dixit unus ex eis coram omnibus: 'Ecce Desiderius vir nobilis est, quamvis non multum in rebus dives, strenuus in armis, elegamus*[k] *ipsum in regem'. Breviter Dei nutu omnes concordant in eum.* — Et adimpletum est in eo Eccli. 11, 5. quod dictum est: *Insuspicabilis portabit diadema*[2]. — *Et vocato eo in conclavi, insignia regalia imposuerunt super eum. Quod cum divulgatum esset in aula, omnes letari ceperunt. Ipse autem non inmemor de loco illo, ubi serpens cinserat*[n] *capud, et ubi etiam fixerat signum, ad honorem domini nostri Iesu Christi et sancti Benedicti confessoris construxit monasterium ingens et nobile, ubi*[o] *copiosa monachorum multitudo in sancta religione Domino devotissime deservivit; quod etiam privilegiis, villis et terris plurimis dotavit. Ansa vero uxor eius, devotissima regina, vestigia sequens mariti, intra civitatem monasterium eque nobile*[p] *[et] locuplex*[k] *de suo pecculio fecit fieri, quod dotavit magnifice villis, terris, pratis, molendinis, fontibus, servis, mancipiis, tam in episcopatu* *f. 107c. *[Brixie*[q] *quam] Cremone et Placentie et *Regii et pluribus aliis locis. Dona etiam largissima contulit ecclesie dicti monasterii, aurum, argentum, lapides preciosos, turribula, phyalas, cruces, testa*[r] *euuangelia*[3] *et alia palia, samita et sericas vestes, sicut decebat reginam Longobardorum, et tanto plus, quanto*[s] *ex magno affectu et pia devotione hoc agebat. Et constituit, ut de hiis que donaverat monasterio conventus magnus haberetur*[t]

a) regem *om. c., sed plura omissa esse videntur, scilicet fere* congregati essent, ut regem. b) proficisse *corr.* proficisset *c.; corr. Murat.* c) ut princeps *c.; corr. Murat.* d) te *om. c.; suppl. Murat.* e) cum surrexit *c.;* qui surrexit *Murat.* f) regi *c.;* regis *Murat.* g) sibi *expunct., et superscr.* ei *c.* h) Intravit *emendandum videtur.* i) plurimis *Alberti manu corr.* pluribus *c.* k) *sic c.* l) *sic c. pro* Desideri. m) *seq. iterum* omnium *expunct. c.* n) *sic c., i. e.* cinxerat. o) ut, t *expuncto corr.* ù *c.* p) nobili *c., ubi* et *om.* q) Brixie quam *supplevit Murat., om. c.* r) *sic c.; i. e.* texta; textus *Murat.* s) quato *c.* t) heretur *c.*

1) *Minime Brixiensis fuit Desiderius. Cf. quae Odorici, Hist. patr. Mon. XIII, Codex dipl. Langob. col.* 59 *sq., n.* *, *de hoc loco disseruit. Nemo non perspicit totam hanc narrationem prorsus fabulosam esse.* 2) *Haec* (Et — diadema) *a Salimbene inserta esse puto.* 3) *Cf. Gloss. mediae et inf. Latin.* testaevangelium *s. v.* textus 1.

sanctimonialium et virginum, que die ac nocte devotum obsequium Domino exiberent[1]. *Post hec misit devota regina gentis Longobardorum nuncios sollempnes et fide dignos ac devotos in insulam Corsicam et mandavit, ut corpus beatissime martyris Iulie cum omni sollicitudine deferrent ad monasterium, quod ipsa construxerat. Qui fideliter et devote mandata conplentes corpus dicte virginis ad civitatem Brixie detulerunt et in predicti monasterii ecclesia honorabiliter locaverunt; ubi per eius*[a] *merita et orationes multas*[b] *multa beneficia conferuntur*[c], *prestante domino nostro Iesu Christo. Qui cum patre et filio et spiritu*[d] *sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.* Iste rex *Sic.* Desiderius fuit ultimus Longobardorum rex et XXVII[us].

LXXV. De Leone imperatore.

Anno Domini DCCLXXVII. Leo apud Constantinopolim regnavit ann. VI; post venit imperium *ib.* in manus uxoris Leonis nomine Yrene.

LXXVI. De Yrene uxoris[e] Leonis.

Anno Domini DCCLXXXIII. Yrene regnavit apud Constantinopolim cum filio suo Constantino *ib.* an. X. Cuius temporibus, scilicet anno Domini DCCLXXXVI, crucis signum repente in vestibus apparuit, et sanguis de celo profluxit. Hanc Yrenem, quia Karulo nubere voluit, Greci monasterio instruxerunt[f] et Nicophorum elegerunt.

LXXVII. De Nicophoro imperatore[g] et filio eius Staurario[e].

Anno Domini DCCXCIII. Nicophorus apud Constantinopolim regnavit an. VIII. Post quem *ib. et* Staurarius[e] filius eius regnavit men. IIII apud[h] Romam. His temporibus Adrianus papa *Ioh. de Deo.* primus, Leo papa tercius successit. Hic Leo papa synodum celebravit, in qua dampnavit hereticos *Sic.* dicentes Christum Dei filium adoptivum. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam pontificis Leonis pape[2], et ibi omnia per ordinem invenies.

LXXVIII. De Karlo Magno imperatore[i], Uliverio et Rolando[k].

*Anno Domini DCCC, anno ab Urbe condita MCLII[l]. Karolus, cum regnasset in Francia an. *ib.* **f. 107d.* XXXIII, a Leone papa tercio unctus est in Romanum imperatorem et imperavit an. XIIII, men. I, di. VIII[m]. Hic confirmavit ecclesie Romane que donaverat Pipinus pater suus, et iunxit ei ducatum Spoletanum et Beneventum et alias etiam[n] ecclesias possessionibus ampliavit. Hic cum Michaele, qui post Staurarium apud Constantinopolim regnavit an. II, et post cum Leone successore pacem perpetuam hoc modo firmavit, ut alter alterius super[o] nominetur et alter ab altero semper iuvetur; Grecus imperator habet[p] Orientem et Constantinopolim, et Karolus et successores habent[q] Romam et Occidentem. Abhinc gesta orientalium Grecis cyrographis[r] his relinquentes, que apud nos gesta sunt orientalia[s] prosequamur. His in pace conpositis Karolus Ierosolimam causa orationis per Constantinopolim ivit et per Syciliam et Calabriam et Apuliam Romam rediit; et Aquisgrani reversus, ubi sedem regni constituit, et[t] finem vite suscepit. Anno[u] Domini DCCCXIIII°, anno regni sui imperii XLVI, sub-

a) cuius *c.* b) multis *Murat.* c) conferūt *c.* d) spūi *c.* e) *sic c. h. l. et in indice cap.* f) intruserunt *Sic.* g) imp. *om. in indice cap.* h) *sic falso distinctum in c.* i) et *add. index cap.* k) *in marg. folii* 107c. *lineariter picta est magna imago regis stantis cum mantello et corona et gladio et super ea scriptum:* Karolus Magnus. l) cū .D. LII. c. m) XIII *Sic.* n) Beneventum et alias. etiam *distinctum in c.* o) *sic* (sup̄) *c., Albertus legit* fr̄ (super) *pro* fr̄ (frater). p) h̄t *c.;* habeat *Sic.* q) *sic* (hn̄t) *c.;* habeant *Sic.* r) *sic etiam codd.* 2 *Sicardi.* s) occidentalia *Sic.* t) et *delendum.* u) *sic distinctum falso in c.*

1) *Cf. quae supra p.* 153, *n.* 1. 2. *de monasteriis de Leno et S. Iuliae Brixiensis fundatis adnotavi. Praeterea diploma Desiderii et Adelchis regum et Ansae reginae datum a.* 760. *Oct.* 4, *Hist. patr. Mon. XIII, p.* 40, *nr.* 20; *Adelchis regis datum a.* 766. *Mart.* 3, *ibid. col.* 59 *sq., nr.* 31; *Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 2350. 2) *Libri de temp. cap. CXXII, supra p.* 415 *sqq.*

Sic. iecit[a] Ytalie XLIIII, etatis sue LXXIII[b]. Cuius XII fuerunt precipui pugnatores: Rolandus, Uliverius et Turpinus archiepiscopus[1] cum[c] sociis suis. Duos reliquid filios, Lodoycum regem Equitanie et Pipinum regem Ytalie[2].

LXXIX. De Lodoyco filio Karoli cum Lothario filio suo.

ib. Anno Domini DCCCXIIII. Lodoycus Karoli filius apud Romanos cum Lothario filio suo regnavit an. XXV. Audita namque morte patris de Equitania veniens Aquisgrani per asensum[d] principum adeptus est imperii principatum. Apud quam[e] Leo papa de impositis criminibus per nuncios se purgavit. Apud Constantinopolim vero Leoni, cum regnasset an. VIII, men. VI, successit alius Michael, qui regnavit an. VIII et men. VIIII. Cui substitutus est Theophylus filius eius, qui post mortem patris regnavit an. XIIII, men. III. Huic Lodoico Ytaliam ingresso beatus Iohannes Baptista in visione apparuit in territorio Sabinensi precepitque, ut edificaret ei ecclesiam; quod et fecit in loco ubi dicitur Argentella. Hic regna potenter obtinuit usque ad Farum. Hic tres filios habuit, Lotharium, quem consortem fecit imperii, Karolum, quem ducem fecit Equitanie, Lodoicum, quem **f. 108a.* ducem instituit Baguarie. Hic Lodoicus augustus, ut nobiles aliceret[d] ad clericatum, *clericis licentiam dedit vestibus preciosis utendi et divisas domos habendi[3]. Et si vis aliud scire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam Stephani pape quarti[4], et invenies *Sic. et Ioh. de Deo.* quod quesieris. His temporibus Stephano pape successit Pascalis papa primus; post Pascalem Eugenium[d] papa secundus; post Eugenium Valentinus papa primus, post quem Gregorius papa quartus.

LXXX. De Helena imperatrice et[f] Nicero, Lothario, Michaele Curipale[g].

Hisque temporibus Constantinopolim Helena sola imperavit an V; Nicerus[h] imperavit an. VIIII. Rome Lotharius an. X. Constantinopolim Michael Curialis[i] imperavit an. II[5].

LXXXI. De Lothario Lodoici filio.

Sic. Anno Domini DCCCXL. Lotharius Lodoici filius regnavit apud Romanos an. XV. Ad hunc Theophylus imperator Constantinopolitanus legatos misit promittens dare filiam suam Lodoico filio suo. Sed dum ista geruntur, nature Theophylus iste concessit. Cui successit[6]. Lotharius autem ab imperiali benedictione Romam misit[k], a fratribus, scilicet Karulo Aquitanie et Lodoico Baguarie duce, regnare volentibus impugnatus est. Divisit igitur cum eis imperium; Karolo cessit Francia et Britania, Lodoico Bagueria et Alamania, Lothario vero Ytalia, Provincia et Lothoringia; a quo etiam sic denominata est. Ecce magnus defectus imperii! Cum enim Karolus quasi per medium cum Greco divisisset[l] imperium, hic Lotharius, nepos Karoli, terciam dumtaxat partem habuit medietatis imperii. Qui quoque tres filios habuit, Lodoicum, Lotharium et Karolum, quibus regnum, quod cessit ei, divisit: Lodoico Ytaliam cum nomine imperatoris, Lothario Lotheringiam, Karolo Provinciam. Et ecce maior defectus imperii, quia devenit ad terciam partem dumtaxat in[m] tercie partis medietatis. *Sic. et Ioh. de Deo.* Demum Lotharius imperator factus est monachus. His temporibus Gregorio papa[n] quarto successit Sergius papa secundus.

LXXXII. De Lodoico[o] Lotharii filio.

Sic. Anno Domini DCCCLV. Lodoicus Lotharii filius regnavit apud Romanos an. XVIII. Hunc *Ioh. de Deo.* coronavit papa Sergius secundus, natione Romanus, sub quo Ytalia a Saracenis vastata est. Et si vis scire et invenire de gestis, quas[d] fuerunt his temporibus, require cronicas

a) subacte *Sic.* b) LXXII. *Sic.* c) ꝯ *c.* d) *sic c.* e) quem *Sic.* f) et *om. in indice cap.* g) Curiale *index cap.* h) *lege* Niceforus. i) curipał *supra p.* 419, *l.* 13. k) Roma reversus *Sic.; cf. supra p.* 155, *n.* e. l) diuisset *c.* m) *sic c., quod delendum est.* n) *sic* (p̊p) *c.* o) Lodoyco *h. l. index cap.*

1) *Cf. supra p.* 416, *l.* 16. 2) *Ex iis quae apud Sicardum p.* 154. *sequuntur quaedam ad cap. CXXII. adscripta sunt supra p.* 416. 3) *Sequentia Sicardi vide supra p.* 418. *ad cap. CXXIII sq.* 4) *Libri de temp. cap. CXXIII, supra p.* 418. 5) *Eadem ex chronico ignoto brevissimo in Libri de temp. cap. CXXVII, supra p.* 419, *descripta sunt.* 6) *Haec duo verba perperam Sicardi textui inserta sunt.*

supradictorum pontificum, scilicet Sergii pape, Gregorii pape et Benedicti pape tercii et[a] Leonis IIII[1], omnia per ordinem invenies quod queris. Hisque temporibus post Benedictum *successit Paulus papa secundus, post Paulum Stephanus papa V; cui successit Nicholaus papa primus, post eum Adrianus papa secundus, post eum Iohannes papa VIII. *Ioh. de Deo.* *f. 108b.

LXXXIII. De Karulo Lodoici senioris filio et patruo iunioris, agnomine[b] Calvus[c].

Anno Domini DCCCLXXIIII. Karulus Lodoici senioris filius et patruus iunioris, agnomine Calvus, regnavit an. unum et men. VIIII. Hic enim, cum esset[d] Francie, Romam venit et imperium per Iohannem papam inunctus obtinuit; de[e], ut diximus[f, 2], aiunt quidam, quod prepucium Domini transtulit de Aquisgrani in pagum Putaviensem[g] apud Carosiam[h]. His diebus eius fuit[i] Lodoicus rex Baguarie et[k] Alamanie apud Francheferth[l] mortuus tres filios dereliquid, Karolomannum, Lodoicum et Karolum. Qui diviserunt inter se regnum Theothonicum. Karlomannus filium habuit Arnulfum nomine de nobili femina, sed non legittimum. *Sic.* *Petr. Com. Ev. 6.* *Sic.*

LXXXIIII. De Karulo minore, Lodoici filio.

Anno Domini DCCCLXXV. Karolus minor, Lotharii filius, apud Romanos regnavit an. VII. Hic cum esset rex Provincie, Romam venit et a Iohanne papa VIII. coronatus est. Coronatus igitur privilegium fecit de libertate clericorum et ecclesiarum[3]. Apud Constantinopolim successit eius[4] uxor Odochia, que regnavit an. XXVI. Michael autem mortuus est in Crisopoli, translatus est in urbem regiam et in templo Apostolorum sepultus. His quoque temporibus post Iohannem papam VIII. successit Martinus papa secundus, post Martinum Adrianus papa secundus. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam Iohannis pape VIII[5], et omnia ibi invenies. *ib.* *Chr. Ven. 13.* *Sic. et Ioh. de Deo.*

LXXXV. De Arnulfo[m] Karolomanni filio.

Arnulfus Karolomanni filio[l] non legittimus, cum esset rex tercie partis, regnavit apud Romanos an. XII[6]. His temporibus Adrianus Arnulfum[7] legittimavit; cui Stephanus papa VI. successit; postea Formosus papa primus. Et si vis scire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam Formosi pape[8]. Tunc temporis Formoso pape successerunt sequentes ordine[n] disposito: Bonifacius papa VI, Stephanus papa VII, Romanus primus, Theodorus papa secundus, Iohannes papa IX, Benedictus papa IIII, Leo papa V[us], Christoforus papa primus. *ib.* *Ioh. de Deo et Sic.* *Sic. et Ioh. de Deo et Cat. Est.*

a) et L. IIII. *Alberti manu in marg. suppl.* b) aconomine *index cap.* c) *sic h. l. et in indice cap.* d) *supple* rex *e Sic.* e) *supple* quo. f) dixi9 *c.* g) *sic c. pro* Pictaviensem. h) *sic c. pro* Carofium, *sed etiam Sicard. et Petrus Comestor habent* Carosium. i) frater eius *Sic.* k) et Al. *manu Alberti superscr.* l) *sic c.* m) *sic index cap.;* arnufo *c. h. l.* n) hordine, h *expunct. c.*

1) *Libri de temp. cap. CXXVII — CXXX, supra p.* 419 *sqq., quae hoc loco perverso ordine recensita sunt.* 2) *Nihil hac de re supra legitur, sed Sicardus supra p.* 84. *eadem fere, quae hoc loco leguntur, ex Petri Comestoris Hist. scolastica, Evang. c.* 6. *exscripsit. Quae Salimbene in historia Octaviani Augusti procul dubio descripserat, ex cuius Cronica quin haec petita sint, non dubito.* 3) *Quae in Cronica Sicardi sequuntur ab Alberto exscripta sunt ad Libri de temp. cap. CXXX, supra p.* 421. 4) *Theophili, ut habet Chron. Venet., SS. XIV, p.* 66, *ubi:* Michail imperator . . . Mulier ipsius Efdokya. Cum matre sua regn. ann. XXVI. 5) *Libri de temp. addit. ad cap. CXXX, supra p.* 421. 6) *Quae in Cronica Sicardi sequuntur vide supra p.* 421. *exscripta ad Libri de temp. cap. CXXXI.* 7) *Nota hoc loco e Cronica Iohannis de Deo exscripto sanius* Arnulfum *legi, cum in codice eius supra p.* 318. Carulum *scriptum sit.* 8) *Libri de temp. cap. CXXXI, supra p.* 421.

LXXXVI. De Lodoico filio Arnulfi.

Sic. Anno Domini DCCCCII. Lodoicus filius Arnulfi[1] regnavit an. IIII. Apud Theothonicos regnavit Henricus an. XIIII, sed diadema capiti non imposuit. His[2] temporibus Ungari depopu- **f. 108c.* lantur *Ytaliam, sed[a] anno Domini DCCCCVII[b], octavo Kal. Octubris; posteaque de anno in annum *Ch. Ven. 10.* sepe reversi sunt[c] depredati. Lodoico successit Conradus, nequissimus fortunator et ecclesiarum devastator, ideoque substulit eum Deus; cui successit Henricus Saxonie dux, ad regnum vocatus.

LXXXVII. De Berengario primo imperatore.

Sic. Anno Domini DCCCCVII. Berengarius primus regnavit apud Romanos an. VI. Cuius tempore sedit Sergius papa tercius, qui Christoforo fuerat substitutus et in papa[d] electus.

LXXXVIII. De Berengario secundo.

ib. Anno Domini DCCCCXIII. Berengarius imperator secundus regnavit apud Romanos an. III[3]. Cuius tempore sedit Anastasius papa tercius in papatu; cui successit Lando primus; post eum successit Iohannes papa, qui filius fuit Sergii pape. Apud Theothonicos regnavit primus Conradus. Iste Berengarius an. III.

LXXXIX. De Ugone.

ib. Anno Domini DCCCCXXIII.[4] Ugo regnavit apud Theothonicos[5] an. VI tempore *cf. Ioh. de Deo.* supradicti Iohannis pape. Et si vis aliud invenire et scire, recurre ad ystorias antecessorum comittisse Matildis[6], et ibi omnia invenies.

LXXXX. De Berengario tercio.

Sic. Anno Domini DCCCCXXXI. Berengarius tercius regnavit an. VIII. His diebus successit Leo, Stephanus et Iohannes, Marinus et Agapitus.

LXXXXI. De Lothario.

ib. Anno Domini DCCCCXLIIII. Lotharius regnavit an. II; cuius tempore erat Marinus papa.

LXXXXII. De Berengario quarto.

ib. Anno Domini DCCCCXLVII. Berengarius quartus regnavit an. XI, qui regnum Ytalie cum imperio adeptus est et regnavit cum Alberto filio suo. Apud Theothonicos regnavit primus Otto, Henrici filius. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam Iohannis pape XII. et Agapiti pape secundi[e, 7], et omnia per ordinem invenies.

LXXXXIII. De primo Ottone imperatore.

ib. Anno Domini DCCCCLXI. primus Otto regnavit apud Romanos an. VI; qui Iohanni pape Leonem substituit, eo quod cum Adelberto convenit; sed eiecto Leone Iohannes a Romanis restituitur; cui defuncto Benedictus papa substituitur; sed imperator Benedictum deposuit et Leonem restituit, et filium suum sibi equivocum ab eo coronari obtinuit. Hic Leo papa donationes factas a Iustiniano imperatore, Ariperto rege, Pipino et Karolo ecclesie Romane in regno Ytalie de consensu cardinalium

a) *sic et supra p.* 422, *l.* 39. b) DCCC. VII *c.:* DCCCCVI. *Sic.* c) *sic et supra p.* 422, *l.* 40; et *supple e Sic.* d) *sic* (pp.) *c.* e) scd's *c.*

1) filius Arnulfi *a Sicardo vel a Salimbene ex Chron. Veneto c.* 10, *SS. XIV, p.* 57 *(cf. Sigeberti Chron. a.* 902*) insertum esse videtur, cum Sicardus supra p.* 157. *de Ludowico rege Burgundiae et imperatore dixerit. Cf. supra p.* 422, *n.* 5. 2) *Sequentia* (— vocatus) *iam supra p.* 422 *sq. ad Libri de temp. cap. CXXXV. adscripta sunt.* 3) annis VI *Sicard.; cf. l.* 15. 4) DCCCCXX. *vel* DCCCCXIX. *Sicard.* 5) *Hoc perperam Sicardi verbis additum est.* 6) *Cap. CLVI — CLXIIII. Libri de temp., supra p.* 431 *sqq.* 7) *Libri de temp. cap. CXXXIIII. CXXXV, supra p.* 422.

et episcoporum et presbyterorum, diaconorum et tocius cleri et populi Romani, sicut dicitur[1], im- *Sic.*
peratori Ottoni remisit *et sibi suisque successoribus concessit et largitus est, ut regnum Ytalicum **f. 108d.*
ab inimicis liberaret in perpetuo veneremur[a]. Et de gestis, que fuerunt eodem
tempore, recurre ad cronicam Benedicti pape V[2], et omnia invenies.

LXXXXIIII. De Ottone secundo imperatore.

Anno Domini DCCCCLXVI. secundus Otto regnavit apud Romanos an. XXVIII. Cuius tem- *Sic.*
poribus Leoni pape successit Iohannes, qui deprehensus et captus a Rofredo et Petro prefecto *et Cat. Est.*
et cet., ut in cronica Iohannis pape XIII.[3] invenies.

LXXXXV. De imperatore[b] Ottone tercio.

Anno Domini DCCCCLXXXXIIII. Otto tercius regnavit apud Romanos an. VI. Cuius tem- *Sic.*
poribus terremotus per X dies totam Ytaliam agitavit. Et si vis aliud scire, require cro-
nicam Iohannis pape XIIII[4], et ibi omnia invenies.

LXXXXVI. De Henrico Claudo duce Noricorum.

Anno Domini MI. defunctis Ottonibus absque heredibus Henricus Claudus dux Noricorum, id *ib.*
est Baguariorum, eligitur a principibus; qui regnavit an. XXIII[c], imperavit an. X[d]; qui anno
MXIIII. imperator factus est, qui multa prelia vicit[5], qui aput Bavenpergam cathologo[e]
sanctorum anumeratus est. Cuius temporibus Silvester papa secundus; cui successit Io- *Ioh. de Deo.*
hannes papa XVIII[us], et post eum successit alius Iohannes papa XIX, et postea Sergius
papa quartus, et postea Benedictus papa substituitur VIII. Quo rursus eiecto Gregorius substi- *Sic.*
tutus est, quem imperator Henricus deposuit et ultra montes transportavit, et Clementem substituit.
Huius Henrici capellanus fuit nomine Landulfus Cremonensis episcopus, qui monasterii sancti Laurencii
et Cremonensis populi fuit accerimus[e] persecutor. Quocirca populus eum de civitate eiecit et palacium
turibus et dupplici muro muratum destruxit. Proinde, licet episcopio multa cunquisierit[f], tamen
multa per superbiam et inerciam perdidit[6].

LXXXXVII. De Henrico secundo.

Anno Domini MXIII. Henricus secundus[7], qui imperavit an. X; sub huius tempore *Ioh. de Deo. Sic.*
fuit fames valida et periculosa.

LXXXXVIII. De Conrado, qui successit Henrico secundo.

Anno Domini MXXVI. Conradus quidam dux Francorum successit Henrico secundo, qui *ib.*
neptem sancti Henrici duxit uxorem[8] et regnavit apud Romanos an. XIII[9]; qui eodem anno *Iac. de Var. Sic.*
intravit Ytaliam. Cuius temporibus Clementi secundo successit Damasus secundus. Anno 1026.
Domini MXXXIII.[10] apud Constantinopolim Michael successit[g] imperium regnavitque IX *Chr. Ven.* 1034.
an.; et successit Michael nepos eius et regnavit an.[h] IIII; nam evulsis oculis de regno a Theo-
dora imperatrice eiectus est; successitque Constantinus, Monarchus[11] factus est, regnavit an. III[i].

a) liberarent et perp. tuerentur *Sic.* b) Ott. imp. *index cap.* c) XXIIII *Sic.* d) XI *Sic.* e) *sic c.* f) *sic* (cūquisierit) *c.* g) suscepit *Chron. Ven. cod.* 1[a]. h) mens. *Chron. Ven. cod.* 1[a]. i) XIII *Chron. Ven. cod.* 1[a].

1) sicut dicitur *sane non Albertus Milioli, sed aut Sicardus aut Salimbene addidit.* 2) *Libri de temp. cap. CXXXVII, supra p.* 423. 3) *Scil. cap. CXXXVIII. Libri de temp.* 4) *Libri de temp. cap. CXLII, supra p.* 424. 5) *Eadem vide in additam. ad Libri de temp. cap. CXXXVIIII, supra p.* 424, *n.* *. 6) *Eorum quae hoc loco in Sicardi Cronica sequuntur vide quaedam ad cap. CXXXVIIII. Libri de temp. adscripta supra p.* 424. 7) *Duos Heinricos inter Ottonem III. et Conradum perperam posuit etiam Iohannes de Deo supra p.* 320. *Albertus non vidit Heinricum praecedentem a.* 1014. *imperatorem factum esse se scripsisse supra l.* 15. 16. 8) *Eadem vide supra p.* 425, *l.* 23 *sq. Quae hoc loco e Cronica fratris Salimbene procul dubio exscripta sunt.* 9) annis XVI *Sicard.* 10) millesimo trigesimo quarto *Chron. Venet., SS. XIV, p.* 66. 11) Monachus *(i. e. Monomachus) Chron. Venet., quo cognomine male intellecto falso additum est* factus est.

*f. 109a. 1039. *Anno Domini MXXXVIIII.[a] Conradus moritur, et Henricus filius substituitur[1]. Et si vis scire vel invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam Benedicti pape VIII, et omnia que volueris invenies.

LXXXXIX. De Henrico Conradi filio.

1046. Anno Domini MXLVII. Henricus III, Conradi filius, apud Romanos coronatus est
Sic. et Ioh. de Deo. et regnavit an. XI[2]. Cuius temporibus sederunt in papatu Damasus papa secundus, Leo IXus, Victor secundus, Stephanus IXus; post quem Benedictus Xus; cui successit Nicholaus secundus. Eiusque temporibus, anno Domini MLIIII.[b] edificata est Ierosolimis ecclesia sancte
1054. Resurrectionis. Anno Domini MLII[c], eiusdem temporibus, scilicet anno Domini MLIIII[c], Luprandus[3] apostolice sedis legatus Michaelem Constantinopolitanum patriarcham Constantinopolim excommunicaverat, ecclesiam Latinos açunitas[4]. His
Chr. Ven. 13. temporibus, anno Domini MLVI. defuncto Constantino Monarcho Theodora imperatrix per biennium Constantinopolim rexit imperium. Cui successit Michael Onricas[5], qui regnavit an. II, et eiectus ab Ysachio factus est monachus; successitque Ysachius, qui regnavit an. II.
1056. Anno Domini MLVI. Henricus moritur[6]; cuius[7] corpus ultra montes translatum est; et permansit vacuum regnum XXVI an. Et si vis aliud invenire de gestis[d], que fuerunt eodem tempore, recurre[e] ad cronicam Leonis pape IX. et hystoriam comittisse Matildis[8], et omnia invenies.

C. De Henrico quarto.

Anno Domini MLXXXVIII. Henricus quartus regnavit apud Romanos an.
Sic. XXVI; quem filius eius adeo persecutus est, quod ei regalia resignavit. Hisque temporibus Nicolao secundo successerunt Alexander papa secundus, qui cum Candalo Parmensi episcopo contemptione fuit electus, sed obtime[f] Alexander, et Gregorius papa VIIus, qui captus est a quibusdam Romanis apud sanctum altare nocte natalis Domini, sed eadem die dimissus in suo statu receptus est. Sed fugiens imperatoris insidias, quem de electionibus arguebat episcoporum, in Apuliam pervenit; ubi a Roberto Guiscardo honorifice susceptus est,
1085. sed apud Salernum sepultus est. Anno Domini MLXXXVIII. imperante Henrico,
Sic. his temporibus Robertus Guiscardus invasit Apuliam et etiam Romam impugnare presumpsit. Ierusalem a paganis et Turcis capitur. Quidam et Turcomanni orientalia regna ceperunt, qui sic dicti sunt a Turcho duce ipsorum. Homines agrestes sunt, non habentes

a) M.C.XXXVIIII. *c.* b) MXLIIII, X *expunct. c.* c) *sic h. l. c.* d) de *iterum add. c.* e) recū *c.* f) optinuit *Sic.*

1) *Sigeb. ad a.* 1039: *(Conradus)* imperator obiit. Post quem Heinricus filius eius imperavit. 2) Henricus imperavit ann. XI *habuit catalogus pontificum et imperatorum a multis exscriptus ad a.* 1049. *vel* 1048. *Anno* 1047. *Heinricum imperatorem coronatum esse dicit Gotifr. Viterb., Pantheon XXIII,* 37, *quem librum Sicardus in Cronica exscripsit.* 3) *Potius Humbertus cardinalis episcopus, quocum Petrus episcopus Amalphitanus et Fridericus archidiaconus Constantinopolim missi erant.* 4) *Hoc fere modo locum mutilum et corruptum restituere potes:* qui clauserat Latinorum ecclesias, Latinos açimitas vocans, *ut legitur in Humberti cardinalis Legatione:* prius Latinorum ecclesias clauserat et eos azymitas *(i. e. qui de pane azymo eucharistiam conficiunt)* vocans verbis et factis ubique persecutus fuerat. *Qui Humberti locus ab eo, qui ea quae Albertus praebet composuit, lectus esse videtur. Sed etiam Sigebertus ad a.* 1054. *habet:* Latinos vocabant azimitas et eos nimis persequentes eorum aecclesias claudebant. *Potest igitur hoc provenisse ex chronico brevi, in quo Sigeberti Chronicon exscriptum fuerit, quod a Sicardo in altera Cronicae recensione vel a Salimbene adhibitum esse conieci.* 5) Bruicas *Chron. Venet., SS. XIV, p.* 57. 6) *Sigeb. ad a.* 1056: . . . imperator Heinricus moritur. 7) *Clementis II, non Heinrici imperatoris. Cf. Lib. de temp. cap. CXLVIII, supra p.* 426, *ex quo Salimbene* cuius — XXVI an. *hoc loco repetitum descripsisse videtur.* 8) *Cap. CXLIX. et CLXIII sq. Libri de temp., supra p.* 426 *sq.* 437 *sq.*

manentem civitatem[1], migrantes, omnia sua bona secum portantes, de loco ad locum. Anno Domini MLXX. civitas Astensis capta *fuit ab Adleida. Constantinopolim vero Constantinus Ducas contemporaneus[a] regnavit an. VIII, et post obitum eius Esidechia[b] uxor eius VI menses rexit imperium et nupsit Diegeni[c] Romano, qui regnavit ann. IIII, men. III, et captus est a Turchis in prelio in oriente. Cuius postmodum oculis evulsis a Grecis, per consensum Michaelis imperatoris et Ducas, predicti filii Constantini[2], regnavit Michael per an. VI; quem Nicoforus nominatus[3] a Greco deiecit imperatore, et eo monacho facto, sponsam eius duxit uxorem et regnavit an. III. Sed et hunc Alexius regno privavit et monachicum[d] habitum induere fecit. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, require cronicam pontificis pape noni Stephani[4], et omnia invenies. *Sic.* *f. 109b. *Chron. Ven.* 13.

CI. De predicto Henrico et Alexio et obsidione Nonantule[e].

Anno Domini MLXXXIII, eodem tempore Gregorii pape VII, predictus Henricus regnabat apud Romanos; apud Constantinopolim regnavit[f] Alexius tum solus, tum cum filio suo Kaloiano an. XXXVII, men. V[5]. Eodem anno obsessa fuit Nonantula a comittissa Matildi. *Sic.*

CII. De fame maxima per Ytaliam[6].

Anno Domini MLXXXIIII. valida[g] fames Ytaliam occupavit. His temporibus sancta civitate Ierusalem tamdiu a gentibus possessa, cum mercatores Christiani venirent ad eam et aurum pro tributo in porta persolverunt[h], sed non haberent nisi cum gentilibus ubi capud reclinarent, mercatores Amelphitani plateam vacuam ante portam ecclesie dicti Sepulcri[i] a civitatis principe impetrantes, asylum de suo comuni edificatur iuxta monasterium eorundem, quod usque hodie Sancta Maria de Latina vocatur, in quo possent Christiani manere, cum contingeret[k] eos accedere[l]. Posueruntque custodes, qui deberent Christianos[m] recipere. Venientibus[n] itaque multis peregrinis causa devotionis, venit quidam sacerdos Francigena nomine Petrus, officio heremita[7]. Qui videns sancta prophanari, festinus rediens, Christianis suasit, ut ad liberandam[o] sanctam civitatem ab infidelibus festinarent. Concurrunt[p] itaque peregrini. Sed plusquam C milia Christianorum peregrinorum per Constantinopolim[q] transeuntium, quia in Dominum peccaverunt, a Turcomannis miserabiliter occiduntur. Rediens itaque Petrus heremita, nichilominus viriliter agens, ad[r] papam accessit Urbanum secundum[8]. *ib.* *cf. Math.* 8, 20. 1096.

CIII. De obsidione civitatis Antiocene.

Anno Domini MXCVIII. Franci Anthiochiam mense Octobris obsessam in Iunio feliciter obtinuerunt, Francis per cordarum scalas super muri apicem intromissis, *Fulcher. I,* 15—17. 1097. *Oct.* (21). 1098. *Iun.* (3).

a) 9tp̄aueus *c.* b) Efdokya *Chron. Ven.* c) Diogeni *Chron. Ven.* d) monachum *c.* e) *sic index cap.;* nonatule *c. h. l.* f) ℞ *c.* g) fames val. *L.* h) *sic h. l. c. et L.* i) sepulchri *L.* k) contigeret *L.* l) *sic L;* acedere *h. l. c.* m) cristianos *L.* n) venient. *bis scr., alterum expunct. L.* o) *sic L;* liberandum *h. l. c.* p) cū currunt *L.* q) per Const. *om. L.* r) acc. ad. papam *L.*

1) *Cf. Sicard. supra p.* 170, *l.* 11. 12. 2) *Chron. Venet., SS. XIV, p.* 67: Michael . . . filio Constanti imperator o Ducas. 3) *Ibid.:* eiectus est a Nichyforo Vutaniati. 4) *Cap. CL. Libri de temp., supra p.* 427. 5) *Eadem vide iam supra p.* 428. *ad cap. CLII. Libri de temp. adscripta.* 6) *Hoc caput integrum ad Libri de temp. cap. CLII. f.* 52^v^. *in margine inferiore adscriptum est, supra p.* 428, *cuius loci variam lectionem littera* L *signatam adnotavi, bonam recepi.* 7) *H. Hagenmeyer, 'Peter der Eremite' (Leipzig* 1879*) p.* 53 *sqq.* 314 *sqq. negavit Petrum Hierosolymam adiisse. Vide ibid. p.* 110. *de hoc loco.* 8) *Alia ex Cronica Sicardi maiore vel fratris Salimbene a.* 1095. 1097. *supra p.* 429. *ad Libri de temp. cap. CLIII, f.* 52^c^. *in margine descripta sunt, hoc loco non repetita.*

*f. 109'. Fulch. I, 16. 17. 1098. operante *quodam Turcho, cui per sompnium imperavit Christus dicens: 'Qui[a] dormis[b], et redde Antiochiam Christianis![1]' Et apparente eis sancto Georgio milite super equum album sedente, albis vestibus induto, totaque nocte clamante: 'Venite post me! Intremus civitatem!' obsederunt eam, tanta inopia famis confecti, quod equos, asinos et camelos, canes et mures et grana in stercoribus reperta comederent[2]. De hac victoria dictum est:

ib. I, 23.
Cum fuit urbs capta tam nobilis Antiochena,
Undecies centum, si subtrahis inde bis unum,
Tunc tot erunt anni Domini de virgine nati.

ib. I, 19–24. Deinde[2] soldanus[3] de Perside cum ingenti exercitu civitatem obsedit et usque adeo[c] Francos artavit, quod multi fugerent. Sed cuidam clerico fugienti Dominus ait: 'Revertere et dic populo, ut peniteant, et salvi fient'. Commiscuerunt enim[d] cum mulieribus (Iun. 28). Turcorum. Cum itaque penitenciam egissent, civitatem in Iulio[4] exierunt et timore Domini misso in hostes eos viriliter fugaverunt. Fugit ipse soldanus cum XXX principibus[5], fugit et Corbagath[6] nimis ferus et nimium tediosus. Antiochiam itaque

a) *sic* (q) *c.;* quid *Murat.* b) *supple* expergiscere. c) *emend. Murat.;* ad eos *c.* d) *supple* se.

1) *Maior pars huius capitis excerpta est ex Fulcheri Carnotensis Historia Hierosylimitana ('Recueil des historiens des croisades, Hist. occidentaux' III), ubi I, c.* 15: Mense quidem Octobri pervenerunt Franci Antiochiam Syriae; *I, c.* 16: Anno autem Domini millesimo nonagesimo octavo, postquam regio illa Antiochena circumquaque a multitudine gentis nostrae prorsus devastata fuisset, magis magisque tam maiores quam minores fame nimia vexati sunt. Tunc famelici comedebant . . . equos asinos camelosque, canes etiam et mures. Pauperiores etiam bestiarum coria et annonae grana in stercoribus reperta comedebant; *I, c.* 17: Apparuit enim Dominus noster cuidam Turco . . . et dixit ei: 'Expergiscere qui dormis! Impero tibi, ut reddas civitatem Christianis'. . . . Iterum autem apparuit ei Dominus: 'Redde urbem Christianis', inquit. . . . *(Dominus illius Turci Antiochenus)* nocte quadam per scalas de cordis compactas viginti de clientibus nostris per muri summum intromisit. 2) *Sequentia quoque ex libro Fulcheri excerpta sunt: I, c.* 19: Et cum Antiochia . . . capta fuisset, die sequenti multitudo innumera Turcorum circa eamdem urbem obsidionem apposuerunt. Nam soltanus, rex scilicet Persarum, . . . statim gente multa congregata contra Francos exercitum suum misit. . . . Nam cum *(Franci)* civitatem ingressi fuissent, confestim cum feminis exlegibus commiscuerunt se ex eis plures. Tunc insuper ingressi sunt urbem sexaginta fere milia Turcorum per castrum sublime a parte rupis excelsae, qui nostros vehementissime crebris invasionibus coarctaverunt; *I, c.* 20: Tunc cuidam clerico pro timore mortis aufugienti apparuit Dominus inquiens: 'Quo, frater, protendis iter?' 'Fugio', respondit, 'ne infortunatus peream.

Sic fugiunt plurimi, pereant ne morte maligna'.

Cui Dominus ait: 'Ne fugias, sed vade retro et dic ceteris, quod in praelio cum illis adero. . . . Poeniteant, et salvi fient'. . . .; constituerunt invicem ieiunium . . ., ut illis poenitentibus et Deo supplicantibus eis propitiaretur; *I, c.* 22: exierunt de civitate summo mane, quod IIII. Kal. Iulii evenit; *I, c.* 23: Sed immisso timore caelitus in eos . . . fugam omnes immoderatam egerunt. . . Fugit Corbagat cervo velocius, qui tam feris dictis et minis Francos iam persaepe occiderat; *I, c.* 24: Boamundus Antiochiam remeavit. . . . Quam urbem postea cum tota provincia possedit. Aiebat enim per prolocutionem suam et machinamentum eam adquisitam fuisse. 3) *Soldanus ipse non adfuit in hoc exercitu.* 4) *Potius die Iun.* 28. 5) *Hoc procul dubio ideo scriptum est, quod in codicibus multis Fulcheri I, c.* 21. *triginta fere principes Aegypti recensiti sint.* 6) *Kerbogha princeps Mosulensis.*

Boamundus, cuius machinatione[a] civitas fuerat acquisita, princeps optinuit. Eodem *Sic.* anno fuit prima guerra de Crema, que est usque in hodiernum diem non solum Cremonensium, sed etiam aliorum frixorium Longobardorum[1].

CIIII. De captione per Fenicem, Sydonem et[b] Tyrum, Anchon[c], Caypham et Cesaream et Ierusalem.

Anno Domini MLXXXXIX. Franci progressi per Fenicem, Sydonem et Tyrum, Anchon[c], 1099. *Fulch. I, 25.* Caypham et Cesaream et[d] Ierusalem pervenerunt, et circum eam cotidie processionem nudis *Sigeb.* pedibus facientes[2], eam virtute magna ceperunt[3]. 1099.

Anno milleno [centeno[e]] quo minus uno *Fulch. I, 30.*
Virginis a partu, Domini[f] qui claruit ortu,
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti,
Quindecies Iulio iam Phebi lumine tacto,
Quippe Godefredo patrie mox principe facto.

Est recuperata post CCCCXX[g] circiter annos, ex quo sub Eraclio secunda vice a Saracenis *Sigeb.* 1099. capta fuit et deinde possessa[4]. Capta quidem urbe quandam crucis particulam in secreto *Fulch. I, 30.* loco repositam invenerunt, quam ad sepulchrum Domini retulerunt. Audiens hec rex Babi- *ib. I, 31.* lonis[5], ut Francos in Ierusalem caperet[h], accelleravit. Sed Franci usque ad Ascalonam[i] viriliter obviantes et eum viriliter impugnantes; de quorum diviciis his Franci ditati gloriose Ierusalem *rediere. Sed Robertus Normanie[k] comes et Robertus Frandie comes per **f. 109d. ib. I, 32.* Constantinopolim ad propria remearunt. Raymundus comes Lauditiam[l] accessit. Dux autem Godefredus, Tancredo secum retento, Ierosolimitanum obtinuit principatum. Audientes Boamundus *ib. I, 33. 34.* princeps Antiochie et Balduinus frater Godefridi predicti, princeps[m] Edisse, victoriam sociorum maximo cum labore Ierusalem pervenerunt, et Daiberto Pisano archiepiscopo[n] in patriarcha constituto, ad suos principatus perfecto peregrinationis itinere feliciter redierunt; et fuit tempore Urbani pape secundi.

CV. De Boamundo.

Anno Domini MC. Boamundus a Turchis captus est, et Godefredus Balduini[6] 1100. *Fulch. I, 35.* frater electus est. Qui Edissam Balduino comitti[7], cognato suo, conmittens et[d] Ierusalem *ib. II, 1. ib. II, 4.* per multos labores pervenit, et modico tempore terram ultra Ascaloniam[o] et partes Arabie, ut sue dictioni[p] subiceret, perlustravit. Eodem anno papa Pascalis creatur, quem *Sic.* quidam ex Romano clero adeo persecuti sunt, quod tres prelatos[q] insignia induentes eos in summos pontifices erigere presumpserunt; sed demum ab eodem Pascali confusi prostrati sunt.

CVI. De Balduino.

Anno Domini MCI. Balduinus in Bethleem coronatus[r] in regem, quod frater omnimodis 1100. *Fulch. II, 6.* recusaverat, dicens neminem debere coronari in regno vel de regno regis Christi; sed consulcius sapientibus visum est, ut, quod [Iudei[s]] Christo fecerunt ad igno-

a) machinationem *c.* b) et *om. in indice cap.* c) *sic c. h. l. et in indice cap.; lege* Achon. d) et *delendum.* e) cent. *supplevi ex Fulcher. I, c.* 30; *om. c.* f) deum *c.* g) CCCCLX *Sigeb.* h) caperent *c.* i) scalonam *c.* k) romani *c.* l) laudiam *c.* m) principis *c.* n) arcepo *c.* o) *sic c. h. l.* p) *sic c. pro* ditioni. q) papalia *Sic.* r) *supple* est, *ut Fulcher. II, c.* 6. *habet.* s) *supplevi, om. c.*

1) *Sicard. p.* 162. *tantum:* frixorium Cremonensium. *Sed eadem fere verba leguntur in Ann. Cremon., supra p.* 7, *sive Sicardus in altera recensione Cronicae haec ex Annalibus, sive annalista ex Cronicae Sicardi altera recensione assumpserit.* 2) *Haec mutata e verbis Sigeberti* 1099: tandem perveniunt Hierusalem . . . omnes ex communi decreto nudis pedibus cotidie orando circuibant urbem. 3) *Cf. tertium sequentium versuum.* 4) *Locum Sigeberti corruptum esse nota.* 5) *Non ipse chalifa Aegypti, sed Malik el-Afdal, rector rei publicae ('vezier').* 6) *Potius Balduinus Godefredi frater.* 7) *Filio Hugonis comitis Retestensis.*

miniam, Christiani faciant[a] ad honorem et gloriam[b, 1]. Simile est de rasura Petri
Fulch. II, 6. et nostra[2]. Nondum[c] Christiani plusquam CCC milites habebant et tot[d] de peditibus[e], qui
Ierusalem, Iopem, Ramulam et castrum Cayphe custodirent, nullumque portum preter Iopem;
ib. II, 8. 1101. cetera Saraceni. Tunc temporis Ianuensium stolus[f] advenit; convenitque inter regem
ib. II, 8–11. et eos, ut quicumque[g] Saracenorum civitatem caperent, terciam partem haberent[3]. Primo
itaque ceperunt oppidum Assur, deinde urbem Cesaream Palestinam[h], ubi archiepiscopum[4]
constituerunt[i]. Tempore procedente rex cum paucis contra ducem Babiloniensis milicie
prope Ascalonam dimicavit eumque et inmensum illius exercitum[k] superavit.

CVII. De captione Tortose et obsidione Ferarie.

1102. *ib. II, 18–21.* Anno Domini MCII. Alius Francorum exercitus superveniens labores multos et
dampna perpessus est, sed postmodum Tortosam ceperunt; inter quos fuit comes Picta-
**f. 110a.* viensis[5] et comes Burgondie[6] et comes Blesensis[7]; cum quibus et vix CC militibus *rex
viginti Saracenorum milia cum suorum infortunio expugnavit infra Ramulam; aliaque
Sic. vice Iopem, quam prendiderunt[l, 8], gratia salvatoris adiutus obtinuit. Eodem anno in
Ytalia Ferariam civitatem obsedit comitissa Matildis.

CVIII. De Boamundo, qui liberatus fuit a carcere.

1103. Anno Domini MCIII. Boamundus a Turcorum carcere liberatus est et sicut princeps
Fulch. II, 23. Antiochie receptus est; qui et Lauditiam a Tancredo, qui eam Constantinopolitani[m] imperatoris
hominibus abstulerat, acquisivit.

CVIIII. De obsidione[n] Acon.

1104. *Fulch. II, 25–27.* Anno Domini MCIIII. Rex obsedit Acon et auxilio Ianuensium impugnavit eamque
per deditionem optinuit. Eodem anno Boamundus iuxta Charcam[o], que est prope
Eufratem, contra Turchos pugnavit magna strage suorum. Dein Franciam properans
1106. filiam regis Phylipi Constanciam accepit uxorem[9], principatu Tancredo relicto.

CX. De Tancredo principe Antiochie; de[p] expugnatione quam fecit contra Saracenos.

1105. *Fulch. II, 30–34.* Anno Domini MCV. pugnavit Tancredus Antiochie princeps contra Saracenos eosque
viriliter expugnavit. Rex quoque Balduinus inter Iopem et Ramulam cum quingentis
militibus et duobus milibus peditum XV milia Turchorum, Ethiopum et Arabum superavit.
Dec. 24. Eodem anno in vigilia nativitatis Domini Ierosolimis magnus extitit terremotus.

a) faciunt *c.* b) *supple* eius *vel* Christi. c) Numdum *c.;* Non enim tunc *Fulcher. l. l.* d) tantum *Fulcher. l. l.* e) *sic Fulcher.;* pedibus *c.* f) *sic Fulcher. II, c.* 8, *ut Murat. corr.;* scelus *c.* g) *lege* quamcumque; *iam h. l. add.* ciuitate *c.* h) *lege* Palestine. — ubique *c.* i) constituitur *c.* k) exercitus *c.* l) *sic c.* m) ꝯstantinopolim *c.* n) obsione *corr.* obsidione *c.* o) *sic vel* Chartam *c.;* Charram *Fulcher.* p) et de *index cap.*

1) *Similia Fulcher. Carnot. II, c.* 6. *habet.* 2) Simile — nostra *a Salimbene verbis Sicardi inserta esse conicio, quem de hac re plura scripsisse reor. Ut enim Petrus ad ludibrium tonsus esse dicitur, exemplo et in memoriam eius ut clerici tonderentur, mos exortus esse credebatur, ut inter alios exponit Honorius Augustodun., Gemma animae I, c.* 195. 3) *Scilicet Ianuenses. Sed Fulcher. Carnot. II, c.* 8, *p.* 388: si *[Ianuenses]* . . . de civitatibus Sarracenorum aliquam comprehendere cum eodem rege possent, tertiam pecuniae partem hostibus internis ablatam, nulla iniuria Ianuensibus facta, communiter haberent, rex autem primam et secundam *etc.* 4) *Balduinum.* 5) *Wilhelmus.* 6) *Odo I.* 7) *Stephanus.* 8) *Fulcher. Carnot. II, c.* 21: cum Arabitis . . . qui Ioppen machinabantur comprehendere . . .; ut indilate Ioppen obsiderent et coartatam comprehenderent. 9) *Tempore paschali anni* 1106; *Fulcher. Carnot. II, c.* 26: Boamundus . . . transfretavit in Apuliam, terra sua tota Tancredo commissa.

CXI. De cometa et duobus solis[a] et stellis.

Anno Domini MCVI. Cometa magnus, rutila[b] et niveus incipiens in Februario 1106. *Febr.* quinquaginta diebus apparuit mundo; et duo quoque soles apparuerunt, et stelle de celo *Fulch. II,* 35. 36. pluries[c] vise sunt. Ugo Magnus, qui Tyberiadem possidebat, Damascenos superavit, sed in alia expedicione interiit.

CXII. De militibus Iopite[a] et Boamundo.

Anno Domini MCVII. Milites Ioppite quingentos milites et mille pedites inter 1107. *ib. II,* 38. 39. Ioppem et Ierusalem latitantes in latibulis superarunt. Eodem anno Boamundus, qui de Francia in Apuliam venerat, cum V milibus militum et LX milibus peditum Duratium obsedit, eo quod Alexius Constantinopolitanus peregrinis erat infestus.

CXIII. De pace Boamundi cum Alexio.

Anno Domini MCVIII. Boamundus pacem cum Alexio fecit et rediit in Apuliam. 1108. *ib. II.* 39.

CXIIII. De rege Tripolitano, qui cepit Bertramem[a] comitem[d, 1].

Anno Domini MCIX. Rex Tripolim auxilio Ianuensium cum Bertramo comite cepit 1109. *ib. II.* 40. 41. et Bertramum inde comitem investivit[2].

*CXV. De captione civitatis Beriti et obsidione a Balduino rege. *f. 110b.

Anno Domini MCX. Rex Balduinus Beritum civitatem obsedit et cepit, et Edissenis, 1110. *ib. II.* 42—44. qui a Saracenis obsidebantur, cum Tancredo principe Antiocheno illuc adiens annone auxilium dedit. Deinde Ierusalem reversus auxilio Germani[3] regis Norensium, qui cum LV navibus venerat peregrinus, Sydonem civitatem obsedit et cepit.

CXVI. De destructione Novarie.

Eodem anno civitas Novarie[4] destructa est. *Sic.*

CXVII. De obsidione Tyri et destructione civitatis Laude.

Anno Domini MCXI. Rex Balduinus adivit principatum Antiochenum et Tancredo 1111. *Fulch. II,* 45. 46. contra Persos[e] tulit auxilium, deinde regressus Tyrum obsedit, sed non cepit. Eodem *Sic.* anno civitas Laudensis in Ytalia capta et destructa fuit a Mediolanensibus.

CXVIII. De morte Tancredi.

Anno Domini MCXII. Tancredus moritur, successitque Rogerius cognatus ipsius. 1112. *Fulch. II.* 47.

CXIX. De eclipsis[f] solis et terremotu et comitisse[g] Sycilie et de concilio.

Anno Domini MCXIII. Sol passus est eclipsin, et terremotus in Ierosolimitano 1113. *ib. II.* 48—51. regno in illo bis extitit anno. In quo Saraceni Christianos suo proposito penitus de-

a) *sic h. l. et in indice cap. c.* b) *sic c.; fortasse* rutilans *Sicardus scripserat;* rutilare incipiens *Fulcher.* c) *lege* pluere *cum Fulchero.* d) comittem *index cap.* e) *sic c.* f) *sic h. l. c. et in indice cap.* g) *sic c. h. l.;* comittisse *index cap.*

1) *Inepte Albertus capitis argumentum hoc loco et in indice capitum indicavit.* 2) *Fulcher. Carnot. II, c.* 41: Remansit Bertrandus *(Raimundi comitis filius)* regis Balduini homo fidelis effectus, *qui iam II, c.* 42. *a Fulchero* comes Tripolitanus *dicitur. Unde Sicardus hoc ex libro Fulcheri addidicisse, non aliunde cognovisse videtur.* 3) *Hoc nomen in Fulcheri libro non legitur. Fuit potius Sigurdus.* 4) *Codex* 1 *Sicardi, supra p.* 162, *hoc loco perperam habet* Laudensis *e sequente loco huc tractum. In codicibus* 2 *Sicardi haec omissa sunt.*

1113. *Fulch. II, 49—51.* structuri in insula que est inter Ior et Dan congregati sunt; contra quos rex Balduinus cum suo dampno pugnavit; et interim Ascalonite circa Ierusalem segetes dissipant[a]. Eodem anno comittissa[b] Sycilie Adalaida[1], uxor comittis Roberti fratris Viscardi[2], *Sic.* Acon causa peregrinationis applicuit. Eodem anno concilium apostolicus in Lateranensi basilica celebravit. In quo cassatum est illud privilegium, pocius pravilegium appellandum, a patribus per violentiam extinctum[c].

CXX. De conbustione civitatis Cremone.

ib. Eodem anno civitas Cremone crematur incendio.

CXXI. De multitudine locustarum.

1114. *Fulch. II. 52.* Anno Domini MCXIIII. Multitudo locustarum ab Arabie partibus advolans Ierosolimitanas segetes dissipaverunt; maximus terremotus in Antiochenis partibus fuit, domos et munimina multa subvertit; ante quam[d] musce non introibant[3].

CXXII. De castrametatione[e], quam fecerunt Turcli[f] inter Antiochiam et Damaschum[g], et de subversione civitatis a terremotu, et de obitu comittisse[h] Matildis.

1115. *ib. II, 53—55.* Anno Domini MCXV. Castrametati sunt Turchi inter Antiochiam et Damascum. Doldequinus **f. 110c.* *itaque rex Damascenorum pacem cum rege Balduino et principe Rogerio conposuit. Conveneruntque simul adversus eos[4]. Interim Ascalonite Ioppem obsederunt. Regibus igitur ad sua reversis soli Antiocheni Turchos animositate valida superarunt. Eodem anno subversa est Mamistria terremotu. Eodem anno rex Balduinus in quodam monte Arabie, qui est inter montem Abarim, in quo Dominus Moysen[i] seppellivit[5], Ior et Synai[6], *Sic.* castrum edificavit et [Regalem[k]]-Montem nominari precepit. Et eodem anno comittissa Matildis obiit. Et si vis scire de obitu et gestis, quas[l] fecit, recurre ad ystoriam suam[7].

CXXIII. De rege Balduino et comittisse[m] Adalaide[n].

1116. *Fulch. II, 59.* Anno Domini MCXVI. Rex Balduinus dimisit Adalaidam comittissam condam Sycilie, quam sua vivente apud Edissam iniuste duxerat in uxorem.

CXXIIII. De multitudine locustarum.

1117. *ib. II. 60—62.* Anno Domini MCXVII. In Ierosolimitanis partibus multitudo locustarum segetes et arbores devoravit. Et luna prius rubore, postmodum tota nigredine perfusa est. Eodem anno rex Balduinus castrum edificavit iuxta Tyrum, quod Scandileon, id est Campum-Leonis, constituit nominandum.

a) dissipauit *c.* b) ɔmittissa *c.* c) viol. regis extortum *Sicard.* d) *sic* (an̄ quā) *c.* e) *sic index cap.;* castramatione *h. l. c.* f) Turchi *index cap.* g) Damascum *index cap.* h) comitisse *index cap.* i) moysē *c.;* dns *iterum add. c.* k) Reg. *supplevi ex Fulcher. II, c.* 55; *om. c.* l) *sic c.* m) *sic h. l. et in indice cap. c.* n) Alaide *index cap.*

1) *Nomen eius Fulcher. Carnot. II, c.* 51. *non habet, infra II, c.* 59. Adelaidem *eam dicit. Cf. infra cap. CXXIII.* 2) *Fulcher. Carnot. II, c.* 51: quae coniunx fuerat Rogeri comitis, Roberti Guiscardi fratris. 3) *Nihil legitur in libro Fulcheri, ex quo hoc effici potuisset. Nescio, quomodo hoc insulsum corrigendum sit.* 4) *Scilicet contra Turcos.* 5) *Cf. Iohannis Wirziburg. Descriptio Terrae Sanctae c.* 22, *T. Tobler, Descriptiones Terrae Sanctae p.* 180: In Arabia mons Abarim, in quo Dominus Moisen sepelivit; *Deuter.* 32, 48. 49. 34, 5. 6; *Petrus Com., Hist. scolast., Deuter. c.* 20. 6) *Haec Sicardus addidisse videtur. Nescio, quid sit Ior hoc loco dictum. Non est enim Ior rivus, qui credebatur alter fontium Iordanis fluminis, supra cap. CXIX. dictus. Fortasse corruptum est ex* Phogor; *vide Deuter.* 34, 6. 7) *Libri de temp. cap. CLXV, supra p.* 438 *sqq.*

CXXV. De morte regis Balduini et Alexii.

Anno Domini MCXVIII. Rex Balduinus universe carnis debitum solvit, cum 1118. *Fulch. II, 64.* regnasset an. XVIII [1]; cui tributa dederunt Cedar et Egyptus, Dan et homicida [a] *ib. III, 1. 2.* Damascus [2]; et sepultus in Golgota iuxta fratrem suum ducem Gotefredum. Cui sobole nulla relicta successit alius Balduinus comes Edisenus [b], cognatus [c] ipsius; qui multitudini Turcorum iuxta Ascalonem viriliter restitit, sed neutra pars alteram asillivit [b]. Eodem anno Alexius Constantinopolitanus viam universe carnis ingressus est. Regnavit pro eo Kaloioanes filius eius.

CXXVI. De Gelasio papa secundo, et de pestilentia principis et de milicia et exordio militum Templi [3].

Anno Domini MCXIX. Gelasius papa secundus, qui Pascali pape successit, cum in Urbe 1119. *Sic.* concorditer fuisset electus et in sede locatus, fugiens imperatoris Henrici festinum adventum apud Capuam consecrationis benedictionem accepit. Imperator autem Mauricium Bracharum archiepiscopum [d] inmisit [e], quem populus Romanus Burdinum vocavit. *Gelasius vero per Pisas et Ianuam transiens **f. 110c.* apud Sanctum Egidium applicuit et Cluniacum usque perveniens ibi viam universe carnis ingressus est et sepultus. Eodem anno Antiochenorum contra Turchos prope Artesium oppidum, *Fulch. III, 3—5.* quod est prope Antiochiam [4], dimicantium VII milia occiderunt [5] propter luxuriam principis et magnatum suorum. Sed post, cum rex Balduinus accessisset ibidem prope, iuxta [f] oppidum Sardonis vel Sardarium [6] est dimicatum. In qua pugna, licet sanguinolenta [g], Christiani consecuti sunt victoriam. Eodem anno milicia Templi sumpsit exordium.

CXXVII. De Calixto papa secundo et aliis gestis, que suo tempore fuerunt, et maxime in Lombardia et ultra mare et Antiochiam [h].

Anno Domini MCXX. Calixtus papa secundus creatur, apud Cluniacum electus. Qui cum *Sic.* esset ex patre Burgundie comitte natus, sicut inter seculares clarissimus, sic inter ecclesiasticos [i] fuit eximius. Qui cum ad Urbem [k] sedem apostolicam festinaret [l], ecclesiam Pisanam consecravit, Sutriumque accedens Burdinum cepit intrusum. Qui cum [m] palafredo camelo insidens in traverso [n] et pro freno caudam manibus tenens et pro pallio rubeo pilosa pelle vestitus, Urbem rediens in comitatu [o] pontificis precedebat, et sic multipliciter illusus, in Cavensi monasterio intrusus vitam finivit. Eodem [7] 1120. *Fulch. III, 8. 9.* anno rex Ierusalem ivit [p] Antiochiam et Turchis viriliter obstitit [q] prope Caliptum [r], et remisit omnem exactionem omnibus in [s] Saracenis Ierusalem causa vendendi triticum et ordeum et legumina ingressuris [t]. Eodem anno fuit in Ytalia inter Cremonenses et *Sic.* Parmenses clades bellica, qua Cremonenses cum Parmensibus in Parmensi glarea conflixerunt [u].

a) *punctum h. l. interpositum in c.* b) *sic c.* c) *seq.* suus *expunct. c.* d) arc̓ep̄um *c.* e) intrusit *Sicard.* f) iusta *supra f.* 53. g) sanǵnoletā *c.* h) *sic h. l. et in indice cap. c.* i) eccl'iastos *c.* k) *supple* et *e Sic.* l) festinarēt *radendo corr.* festinaret *c.* m) pro *Sic.* n) transverso *Sic.* o) cometatu *corr.* comitatu *c.* p) *sic L, ubi* Ant. ivit; ⁊ (et) *h. l. c.* q) ꝯstitit *corr.* obstitit *c.* r) *sic habet classis I. codicum Fulcheri, reliqui* Halapiam. s) *sic h. l. c. et L, quod* in *abundat.* t) ingressurus *h. l. c. et L.* u) *sic L;* confrixerunt *h. l. c.*

1) cum — XVIII *ex epithaphio Balduini, quod Fulcher. Carnot. II, c.* 64. *habet.* 2) *E versibus in gloriam Balduini scriptis Sicardus haec addidisse videtur.* 3) *Quae hoc capitulo continentur iam supra f.* 53[r]. *in inferiore margine adscripta erant (cf. supra p.* 432, *n. c), sed ibi erasa sunt, ut paucissima eorum legere potuerim.* 4) *Nota additamentum Sicardi e Terra Sancta reversi.* 5) *Scilicet Turci.* 6) Sardanaium, Sardanium *Fulcheri codices.* 7) *Sequentia iam ad Libri de temp. (L) cap. CLXVI, supra p.* 445, *ab Alberto adscripta sunt.*

CXXVIII. De rege Balduino, qui destruxit castrum Iaret[a].

1121. *Fulch. III, 10.* Anno Domini MCXXI. Rex Balduinus castrum, quod Tuldequinus rex Damasci XVI. miliario iuxta Iordanem construxerat, obsedit et obtinuit et ad solum usque destruxit. Cuius nomen Iartam[b] incole nominabant; fuit olim civitas Gerasa in Arabia sita.

CXXIX. De rege Ierusalem.

1122. *ib. III, 11.* Anno Domini MCXXII. Rex Ierusalem Antiochiam ivit et gentem Parthicam ab infestatione conpescuit.

CXXX. De rege Henrico.

Sic. Anno Domini MCXXIII.[1] videns imperator Henricus, quia non est scientia, non est potencia contra Dominum, rediit ad pacem *ecclesie, remittens omnem investituram et quicquid spiritualium **f. 111a.* privilegio violenti[c] extorserat, et concedens canonica[d] fieri electione[e] et consecrationem sic ait: *In nomine sancte et individue. Ego Henricus* et cet.

CXXXI. De captione Balduini a Turchis.

1123. *Fulch. III, 16—24.* Eodem anno Turchi Balduinum ceperunt; pro quo Eustachius, qui Cesaream possidebat, terre custos preficitur. Ad[f] hec Ioppem obsederunt, sed demum iuxta Açotum gens perfida[g] fugatur et trucidatur et vincitur et Dei potencia superatur. Ad[f] hec Venetica potentissima classis, que iter ad[h] Terre Sancte subventionem arripuerat, inde propiciante Domino accelleravit et inmensam Turchorum classem, que ad obsidionem[2] venerat, apprehendit. Ad hec Gonselinus[i] comes Edissenus, qui diu inibi fuerat, de carcere liberatur; quod etsi callide factum fuerit, nec calliditatem scribimus nec ascribimus calliditati, sed misericordie et potencie Dei.

CXXXII. De Cristicolis Veneticis, qui Tyrum obsiderunt[a].

1124. *Fulch. III, 27—36.* Anno Domini MCXXIIII. Cristicole Ierosolimitani Tyrum cum Veneticis obsederunt, sed iterum Ascalonite cum sua iactura Ierusalem infestant. Et Balach cum innumerabili exercitu Antiochenos invadit, quem Gonselinus Edissenus comes viriliter expugnavit eique caput abscidit; et sic adimpletum est sompnium eius, quod[k] viderat, quod sibi *(Iul. 7).* oculos[l] Gonselinus erueret. Igitur in mense Iunio[3] Tyrus capitur et a Christianis in Dei nomine possidetur. Ubi ut condam archiflamen, sic et nunc instructus[m] est archiepiscopus[4], qui[e] patriarche Ierosolimitano constat de facto subesse, quamvis submurmuret Antiochenus antiquo iure Grecorum munimine fultus. Ad hec tercia pars Tyri Venetis hereditario iure conceditur, duabus sub regia potestate relictis. Eodem anno fuit *Ioh. de Deo.* Honorius papa II. et sedit an. VI, men. I, di. XXVIII.

CXXXIII. De liberatione Balduini de carceribus.

1125. *Fulch. III. 40. 41.* Anno Domini MCXXV.[5] Rex Balduinus, cum fere duobus annis vinculis conpeditus fuisset, de carcere liberatus Ierosolimam venit et festinanter Antiochiam rediit. Veneti redeuntes

a) *sic h. l. et in indice cap. c.* b) Iarras *Fulcher.* c) *sic c. et omnes codices Sicardi.* d) canica *c.* e) *sic c.* f) ad *c. cum littera minuscula* a. g) ꝑfida *c.* h) que ē a terre *c.; Quo tempore iter arripuerunt* *est inscriptio cap. III,* 15. *Fulcheri.* i) gonselimus *h. l. c.; vide infra l.* 25. 27. k) quoque *c.* l) ćculos (circulos) *c.* m) *lege* institutus.

1) *Annum Sicardus in Cronica maiore deperdita inseruit ex libro Fulcheri III, c.* 13, *qui a.* 1123. *imperatorem et Calixtum papam pacificatos esse dixit.* 2) *Ioppensis videlicet civitatis.* 3) *Potius* Nonas Iulii *dicit Fulcher. Carnot. III, c.* 34. *in versibus insertis.* 4) *Sicardus hoc falso ex verbis Fulcheri Carnot. III, c.* 34. *conclusit. Odone archiepiscopo Tyrensi iam ante urbem captam defuncto Wilhelmus I. demum a.* 1128. *archiepiscopus creatus est.* 5) *Sicardus neglexit Fulcheri Carnot. III, c.* 38, *in quo Balduinus die Sept.* 28. *anni* 1124. *liberatus esse dicitur, et excerpsit III, c.* 40, *quo de rege Hierosolymam a.* 1125. *regresso refertur.*

Tondum[a] et Mothonem et Samum et Chium, imperatoris Greci insulas, invadentes pro velle menia 1125. destruxerunt, personas captivarunt, res omnimodas abstulerunt. Rex autem Bal- Fulch. III, 41—46. duinus habens milites mille et duo milia peditum quindecim[b] milia militum *Borsequini *f. 111b. et regis Damasci[c, 1] fugavit iuxta castrum Hasar et occidit, apprehendit et sauciavit; post hec edificavit castrum iuxta Berritum in monte Graviano[d], sic dicto quasi a gladiando, quia ibi rei gladiabantur, id est dampnandi iudicabantur. Deinde versus Damascum duxit exercitum, ubi predam maximam conquisivit, postmodum contra Ascalonem, ubi hostes impulit et intrusit[e].

CXXXIIII. De Lothario imperatore et de gestis, que fuerunt suo tempore.

Anno Domini MCXXVI. Lotharius regnavit apud Romanos an. XII. Qui quia progeniem Sic. Henricorum[f] nimis acriter persequebatur, contra eum Conradus electus est. Sed eo per conpositionem cessante Lotharius confirmatur. Hoc anno MCXXVI. Rex Balduinus versus Damascum 1126. Fulch. III. 50—61. direxit expeditionem, et pervenerunt Tyberiadem, deinde Iordano transito pervenerunt Caveam-Roob et ultra Meddam turrim quandam precipitaverunt; deinde ad castrum Solome[g] et inde ad prataria Sophar — ubi Paulus apostolus colaphum accepit a Domino, per tres dies visione privatus — audaci fortitudine processerunt; post cum filio Tudelquini[h] regis pugnantes victoriam adepti sunt et Ierusalem cum triumpho reversi, duabus turribus in reversione destructis; postea invitatus a comite Tripolitano[2] Raphaneam[i] civitatem obsedit[3], ubi Sabbaticus fluvius VI diebus siccum exibet alveum et septimo fluit habundanter. Cumque cepisset eam, comitti tradidit possidendam. Ad hec cum contra Turchos Antiochiam[k] properasset, Babilonii portus nostros navali certamine temptaverunt, sed nichil proficientes dampna perpessi sunt. Et ecce post multos labores multaque pericula Boamundus adolescens, filius condam Boamundi maioris, de Apulia venit in Antiochiam, ubi rex eum honorifice recepit et unam[4] ei de filiabus suis tradidit in uxorem et cum filia [terram[l]] sibi hereditario iure tradendam. Eodem anno visus est in partibus orientis inter orientem et septentrionem cometa, qui[m] nascens antelucanum versus nonam[n] radium emittebat. Eodem anno in Ytalia civitas Cumana capta est a Mediolanensibus in Augusto. Eodem anno gelavit Sic. Eridanus, id est Padus, ut super glaciem eius curus[o] et equi discurerent[5].

CXXXV. De multitudine soricorum[p].

Anno Domini MCXXVII. In regione Palestinorum multitudo soricum *ebullivit, qui[o] 1127. Fulch. III, 62. *f. 111c. boves et alia animalia devorabat et sata[6] penitus devastabat; quibus in valestribus Tyriorum cataclismo[q] depulsis regio illa putore corrupta est.

CXXXVI. De Boamundo et de gestis, que fuerunt suo tempore.

Eodem anno Boamundus Antiochenus oppidum Caphardam, quod est prope 1127. Apalmiam vel Eufemiam, obsedit et habitatores, licet se multo redimere volentes, occidit[7]. Sed orta est inter eum et Goselinum[r] comitem Edissenum inmensa discordia, ut usque ad Antiochie muros dirriperet[o] universa[8].

a) *lege* Rhodum *cum Fulchero II, c.* 41. b) Quindecim *nova sententia male incepta c.* c) damasi *c.* d) Hunc montem Glavianum vocant *Fulcher. III, c.* 45. e) intruserit *c.* f) henricorum *c.* g) Salome (Solone?) *Fulcher.* h) *sic h. l. c.* i) Raphaniam *Fulcher.* k) antiochia *c.* l) terram *suppleri ex Fulchero III, c.* 61; *om. c.* m) q' (quis) *c.* n) *supple* horam. o) *sic c.* p) *sic c. h. l. et in indice cap.* q) catalismo *c.* r) goselmum *c.*

1) *Tuldequini (Tughdekin).* 2) *Pontio.* 3) *Balduinus rex.* 4) *Aalidem.* 5) *Haec mutata iam ad Libri de temp. cap. CLXVII, supra p.* 445, *Albertus adscripsit.* 6) *Editio Fulcheri III,* 62. *habet* satis *male, ut videtur.* 7) *Cf. Willerm. Tyr. XIII, c.* 21, *'Recueil des historiens des croisades, Hist. occid.' I, p.* 589. *Conicio Sicardum et Willermum eandem brevem continuationem Historiae Hierosolymitanae Fulcheri Carnotensis legisse, cum non modo haec, sed et sequentia miro modo apud utrumque conveniant.* 8) *Cf. Willerm. Tyr. XIII, c.* 22, *l. l. p.* 590.

CXXXVII. De destructione Syracuse.

1127. Eodem anno barbari Syracusam civitatem invadunt, conburrunt et cuncta diripiunt [1].

CXXXVIII. De rege Balduino et de celebratione concillii et confirmatione milicie ordinis et regule Templi et de gestis, que fuerunt eodem tempore.

1128. Anno Domini MCXXVIII. Rex Balduinus oppidum Blahasam [2], quod a Sydone quatuor miliariis in arduis edificatum fuerat, obsedit et cepit. Eodem anno apud Trecas archiepiscoporum et episcoporum et abbatum — inter quos sanctus Bernardus affuit Clarevariensis [a] — concilium est celebratum. In quo fuit
Sic. Templi milicia corroborata et regula sancti militaris ordinis instituta. Lotharii temporibus sedit Honorius in papatu. Qui cum fuisset electus sub contemptione Teobaldi cardinalis et presbyteri, humiliter mantum deposuit. Fratres itaque videntes humilitatem ipsius unanimiter ei obedientiam prestiterunt. Hic cum descenderet in Apuliam, ut cum Rogerio dimicaret, investigans fraudem baronum, seniori [b] consilio Rogerium de ducatu Apulie investivit. Hic per P[etrum] cardinalem patriarchas Aquilegensem et Venetum deposuit. Huic Innocentius papa secundus successit. Qui quoque sub contemptione cum Petro Petri-Leonis presbytero cardinali, cui Anacletus nomen imponitur, fuit electus, Innocentius electus [c], sed Anacleto preter Francigenos [d] Romanum vulgus adhesit. Anacletus crucifixum aureum, aureas coronas et ecclesiarum thesauros accipiens in Apuliam se recepit et regnum et Rogerium regem esse concessit. Innocentius vero navigio Pisas pervenit et inter Pisanos et Ianuenses treguas conposuit. Indeque proficiscens apud Sanctum Egidium concilium
*f. 111d. celebravit. Transiens in Franciam a Lodoico rege Francorum et Henrico rege Anglorum *honorifice receptus est. Progrediens in Lothoringiam a rege Lothario promissionem accepit, quod cum [e] ad beati Petri sedem reduceret. Rediens itaque Remis sedem [f] et apud Placentiam tercium concilium celebravit. Reversus Pisas inter Pisanos et Ianuenses pacem conposuit, et recolens beneficia sibi a Pisanis et Ianuensibus collata Pisane concessit ecclesie primatum Sardinie et tres episcopatus in provincia Corsice. Ianuensem vero exemit a [g] subiectione ecclesie [h] eamque metropolim faciens subiecit et [i] Bobiensem et quosdam Corsicanos episcopos. Dum hec [k] agerentur, ecce rex Lotharius festinus promissor advenit. Rex igitur et pontifex Urbem pariter adierunt, ubi pontifex sedem in Lateranensi ecclesia, et rex imperiale obtinuit diadema. Post hec imperator in Alamaniam, et pontifex revertitur ad civitatem Pisanam, ubi quartum celebravit concilium. Et quoniam Rogerius Petrum heresiarcam anomine [l] Anacletum adhuc in errore fovebat, christianissimus imperator, ecclesie catholicus advocatus, de Alamania rediens, cum summo pontifice Apulie fines invasit et totam potenter in fortitudinis brachio subiugavit. Rogerius autem in Syciliam fugit; pontifex igitur et imperator comittem Ramonem [m] ducem fecerunt Apulie. Sicque pontifex ad Urbem, et imperator in Teuthoniam remearet [n]. Petrus vero heresiarca in errore suo conputruit et defunctus est. Cuius sectatores alium elegerunt, quem Romani Carnicorvium [o] nominabant. Demum ad pedes summi pontificis misericordiam postulantes misericorditer recepti sunt. Auctoritate autem summi pontificis Compostelana ecclesia facta est metropolis. Lotharii
1131. quoque temporibus regi Balduino successit Fulco Andagavensis [o] comes. Iste Fulco filiam regis Anglie habuerat in uxorem [3]; qua defuncta, filiis ex ea susceptis, arcesitus [o] est, ut Melisendam primogenitam Balduini duceret in uxorem. Balduinus enim filium non relinquerat [o], sed quatuor filias. Accessit itaque Fulco
1128. et reginam accepit et regnum; ex qua genuit Balduinum et Aimericum, qui

a) *sic c.* b) saniori *Sic.* c) Innocentio clerus *Sic.* d) Frangepanos *Sic.* e) eum *Sic.* f) secundum *Sic.* g) a *Sic.* h) *supple* Mediolanensis *e Sic.* i) ei *Sic.* k) hec *superscr. c.* l) *i. e.* agnomine. m) Rainonem *Sic.* n) remearunt *Sic.* o) *sic c.*

1) *Cf. ib. XIII, c.* 22, *p.* 591. 2) *Castrum Belhasem (*Belhasan *versio Francogall.) a Gormundo patriarcha Hierosolymitano obsessum esse tradit Willermus Tyr. XIII, c.* 25, *p.* 594. 3) *Error. Non Fulco, sed filius eius Gaufridus Plantagenest uxorem habebat Mathildem filiam Heinrici I. regis Angliae, viduam Heinrici V. imperatoris. Prior uxor Fulconis fuit Eremberga filia Heliae comitis Cenomannensis.*

fuerunt fratres regis Anglie[1]; alia sororum[2] principi nupsit Antiocheno[3], tercia[4] comitti Tripolitanò[5], quarta[6] Deo, in Bethania abbatissae[a] functa officio. Et si vis aliud scire vel invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam Innocentii pape secundi[7], et invenies.

CXXXIX. De Conrado et de gestis, que fuerunt suo tempore[b].

*Anno Domini MCXXXIX. Conradus regnavit apud Romanos an. XII. Hic est Conradus, qui *f. 112a. Sic.
Lothario cessit elatus[c]. Cuius soror marchioni Guilielmo de Monte-ferato nomine Iulitta fuit matrimonio copulata, ex qua V^{que} filios genuit eximiis meritis hac serie rescribendis[a], scilicet Guilielmum, Conradum, Bonifacium, Fredericum et Raynerium, quorum diversa fuere dona fortune[8], sicut inferius[9] calamus declarabit[d]. Conradi
temporibus in papatu sederunt Celestinus papa secundus et Lucius papa secundus — qui ar- ib.
mata manu Capitolium ascendit, sed Romani vi deiecerunt eum —, Eugenius, qui cum esset abbas Sancti Anastasii, ex insperato[e] concorditer electus est. Qui propter metum civium fugit in arcem Monticelli et inde ad monasterium Farfense, ubi gloria[f] consecrationis accepit. Verum quamvis fuissent ei cives infesti, tamen auctoritate[g] Deo, qui *spirat ubi vult,* quia *potens* erat *in opere et sermone,* conversi sunt ad pastorem et episcopum animarum suarum et eum cum gaudio magno et sollempni processione receperunt in Urbe. Conradi[h] regis temporibus, anno Domini MCXXXIX. magna pars Cremonensium a Mediolanensibus apud Cremam capta carceralibus est vinculis mancipata.

CXL. De obsidione Tyburti[i] et captione.

Anno Domini MCXLII. Innocentius cum Romanis Tyburtum obsedit, de quibus multi capti ib.
sunt et occisi. Sed demum reversi Romani victoria triumpharunt[10].

CXLI. De pestilentia erucarum et fame et de peregrinatione Conradi ad Terram Sanctam.

Anno Domini MCXLVI. pestis erucarum invaluit super terram et bona terre consumpsit; unde ib.
sequenti anno fames nonnullos maceravit egentes; et tamen eodem anno MCXLVII. rex Conradus, çelo Dei accensus, insignitus crucis munimine transmeavit, et cum eo pariter Lodoicus rex Galliarum
et comes Provincialis[11]. Et tunc Manuel, qui Calloiani[k] patri successerat, [post- 1147.
quam[l]] apud Constantinopolim pertransierunt, licet Conradi[m] neptem[12] haberet uxorem, eos tamen prodidit, faciens per loca deserta et inaquosa deduci; ubi maxima parte fame gladioque perempta, Satelliam vix reliquie pervenerunt; que
cum navigio Ptolomaide[n] applicuissent, sanctuariis salutatis, una cum rege Bal- 1148.
duino, Fulconis primogenito, qui patri successerat in regno, Templiotis pariter et
Hospitaliotis contra Damascum animantur, *acies et dirigunt et proficiscuntur. *f. 112b.
Rege itaque Balduino cum Templariis et Hospitalariis in iardinis[o] Damasci castra-
metato, adveniens magnanimis[p] et fortis Conradus[q], cognita fontibus obturatis (Iul. 24).
aquarum penuria, videns[r] in multitudinem, que civitatem exierat[s], Saracenorum invehitur. Cumque pedestri in propria persona duos ferocissimos singulari certa-

a) *sic c.* b) tp̄re *c.* c) electus *Sic.* d) *in marg. super. col.* 112a. *pictum est scutum generis, cuius pars superior coccini coloris, inferior candidi. A latere manu saec. XV. adscriptum:* Marchio de Montisferrat. e) inasperato *c.* f) gratiam *Sic.* g) auctore *Sic.* h) Conrad *c.* i) *sic index cap.;* Tybuti *c. h. l.* k) *correxi;* colloniam *c.* l) *supplevi; om. c.* m) *correxi;* conradus *c.* n) ptolomade *c.* o) *emendavi;* iordanis *c.* p) magna nimis *c.* q) *emendavi;* ꝯdarus *c.* r) *nescio an* vehemens *legendum sit.* s) exierit *c.*

1) *Non fratres, sed patrui Heinrici II. regis Angliae, ut ex nota* 3. *p.* 638. *patet.* 2) *Elisa.* 3) *Boemundo II.* 4) *Hodierna.* 5) *Raimundo II.* 6) *Iuta; cf. Willerm. Tyr. XV, c.* 26, *p.* 699 *sq.* 7) *Ad Libri de temp. cap. CLXVIII, supra p.* 446. 8) *Haec prior pars est narrationis Montis-ferratinae prioris Sicardi, quam hic in Cronica sub a.* 1189, *supra p.* 172 *sq., habet.* 9) *Cap. CLVIII.CLX.* 10) *Duo loci Sicardi p.* 164. *et p.* 165. *de obsidione Tiburis coniuncti sunt.* 11) *Raimundus Berengarius II. comes Provinciae non adfuit in hoc itinere sacro.* 12) *Non neptem, sed sororem uxoris Conradi Manuel uxorem habebat, Bertham de Sulzbach, a Graecis Irenen vocatam.*

mine occidisset[1], ceteris terga vertentibus, ante portam Damasci, fluminis[2] in ripa castrametatus est. Potuit ea tempestate civitas illa facillime capi, si venatores suis laqueis non illaqueasset iniquitas. Nam rex Balduinus et predicti college aut invidia stimulati aut peccunia corrupti, socios falsos defraudantes, reddierunt[a],
Sic. merito et ipsi falsa peccunia defraudati[3]. In hoc exercitu Fredericus Frederici ducis Suevorum, fratris regis, filius pre cunctis extitit strenuus et gloriosus; quod fuit demum regni[b] occasio adipiscendi.

CXLII. De imperatore Frederico primo, et de captione Medexane.

ib. Anno Domini MCLII. Fredericus imperator primus regnavit apud Romanos an. XXXVII. Qui fuit miles strenuus et magnanimis, mittis et affabilis, illiteratus, sed morali experigentia[a] doctus, quia

mores hominum multorum vidit et urbes.

Cuius temporibus multa et varia sequentia pervenerunt. Nam eodem anno, scilicet MCLII, Medexana capta fuit a Cremonensibus et Placentinis et penitus destructa.

CXLIII. De captione Ascalone a Cristianis[c].

ib. Anno Domini MCLIII. Ascalona capta est a Christianis, eam Balduino rege, qui quasi alter extitit Machabeus, viriliter expugnante. Cui tempore procedente, pro dolor!
1162. viam universe carnis ingresso[4] et sobolem non relinquenti cum frater Aimericus succedere debuisset, dilatum est, eo quod propter incestas nuptias excomunicatum non decebat inungi. Igitur afine[a] uxore[5] dimissa, ex qua tamen genuit filium et
1167. filiam, Balduinum videlicet et Sibillam, coronatur in regem, et aliam ducens uxorem[6], genuit ex ea filiam nomine Ysabellam. Hic Aimericus Egyptios sub-
1174. iugavit, Damascenos sepe contrivit. Cui[7] demum Balduinus successit[d] in regnum. Qui licet ab infancia lepra percussus, fines tamen regni Ierosolimitani[e] viriliter
1178. conservavit et Saladinum Christi fidei inimicum apud montem Giçardum mira-
*f. 112c. biliter contrivit[8], et dum vixit, magnifice *triumphavit. Sed dum hec felicia in Ierosolimitano regno per multorum sequentium[f] curricula fiunt, et[g] multa infelicia, odibilia Deo et ab hominibus improbanda in Ytalico imperio conmittuntur.

CXLIIII.[h] De imperatore Frederico primo, qui in Ytaliam venit.

Sic. Anno Domini MCLIIII. rex Fredericus primo in Ytaliam venit, qui civitatem cepit Astensem,
cf. L. temp. c. 172. turres et muros destruens civitatis. Eodem anno fuit domnus Piçus de Manfredis potestas Regii.

CXLV.[i] De destructione[k] Terdone et Spoleti.

Sic. Joh. de Deo. Anno Domini MCLV. Anastasius papa quartus creatur[l] imperante Frederico primo.
Sic. Arnaldus hereticus auctoritate imperatoris Frederici conburitur. Iste Fredericus Terdonam et Spoletum[9] funditus destruxit et cepit; deinde Romam festinans multos subiugavit heriles. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam predicti pontificis[10], et omnia invenies.

a) *sic c.* b) regni *bis scr. c.* c) xpianis *index cap.* d) *emendavi;* suscepit *c.* e) ierosolitami *c.* f) annorum *supplevit Murat.* g) et *delendum.* h) IIII *in loco raso h. l.* i) CXLV: : *numeris erasis h. l. c.* k) *sic index cap.;* destrucione *c. h. l.* l) creatur *superscr. c.*

1) *De uno tantum occiso referunt Willerm. Tyr. XVII, c.* 4, *l. l. p.* 764; *Regni. Ierosol. Hist., SS. XVIII, p.* 5. 2) *Baradae.* 3) *Cf. quae W. Bernhardi, 'Jahrb. Konrad III.' p.* 675 *sqq., n.* 37. *attulit, qui hunc locum neglexit.* 4) *Balduinus III. rex obiit a.* 1162. *Febr.* 10. 5) *Agnete de Cortiniaco, filia Ioscellini II. comitis Edesseni.* 6) *Mariam filiam Iohannis Comneni.* 7) *A.* 1174. *Iul.* 11. *defuncto.* 8) *Quod proelium a.* 1178. *Nov.* 25. *commissum est. Mons Gisardi in narratione huius proelii commemoratur a Willermo Tyr. XXI, c.* 23, *p.* 1043. 9) et Spol. *Salimbene aut Albertus ex cap. CLXXIII. Libri de temp., supra p.* 447, *addidit.* 10) *Libri de temp. cap. CLXXI, supra p.* 447.

CXLVI. De unctione imperatoris Frederici.

Anno Domini MCLVI.[a] Adrianus papa creatur quartus, qui regem Fredericum iniunxit et *Sic.* imperiali diademate coronavit. Igitur prius fuerunt reges, postea fiebant imperatores. Imperator autem Fredericus Romanos impugnavit nolentes ei fidelitatem facere et vix[b] debitum exhibere. In quorum acrimoniam et imperialem ultionem[c] Tyburtinum censuit municipium restaurari. Post hec in Alamaniam cum triumpho rediit imperiali; et incoronatus fuit a papa predicto *cf. L. temp. c. 173.* Adriano, et hospitatus est super flumen Reni. Et si vis aliud invenire de[d] gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam predicti pape[1].

CXLVII.[e] De destructione castri Papiensium et de rehedificatione Terdone.

Anno Domini MCLVII. Mediolanenses castrum Papiensium nomine Vegevalum destruxerunt, *Sic.* Terdonam civitatem rehedificaverunt.

CXLVIII.[f] De obsidione Brixie et Mediolani et de fundatione civitatis Laudi.

Anno Domini MCLVIII. Imperator Fredericus in Ytaliam rediens Brixienses et Mediolanenses *ib.* impugnavit, Laudum civitatem fundavit, Mediolanum obsedit; sed federe facto discessit et sibi a Longobardis regalibus designatis[g] pacem cum Lonbardis conposuit et leges in Roncalibus condidit.

CXLVIIII.[h] De destructione turrium Placentinorum et de obsidione[i] Cremone[k].

Anno Domini MCLVIIII. Turres Placentinorum et *munimina iusum[l] destruxit. Eodem *ib.* **f. 112a.* anno Cremam cum Cremonensibus obsedit et VI. Kal. Febr. dissipavit. His temporibus Alexander papa tercius creatur; qui sub contemptione fuit electus cum Octaviano, qui cognominatus est Victor; quo scismatis in errore defuncto Guido de Crema, Pascalis agnominatus, accessit; cui similiter in errore defuncto et Iohannes de Struma, Calixtus agnominatus, in scismate fuit similiter substitutus. Hos tres heresiarchas imperator manutenuit, per XVIII[2] an. in ecclesia scismate[m] stetit; et quia dignum est, ut *qui in sordibus est sordescat aduc*[n], medio tempore multa mala intulit, multa queque[o] perpessus est. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recure ad cronicam dicti pontificis[3], et omnia invenies.

CL.[p] De obsidione castri Carcani.

Nam anno Domini MCLX. cum Mediolanensibus apud Carcanum pugnavit, et utrisque fuit *ib.* adversa fortuna.

CLI.[q] De obsidione et destructione civitatis Mediolani et de quatuor burgis et de potestatibus civitatum.

Anno Domini MCLXI. Imperator Fredericus Mediolanum cepit et destruxit[r, 4] in quatuor *ib.* burgis[s] hinc[t] paciens incolatum; deinde in civitatibus pro sua voluntate in omnibus civitatibus Lombardie[5] constituit potestates. His ita victoriose peractis in Alamaniam rediit imperator victoriis gloriosus; tempore procedente Romanis Tusculanum impugnantibus, et cancellariis eum[u] *in fortitudinis*

a) MCLVI: : *numeris erasis c.* b) ius *Sic.* c) unctionem *corr.* ultionem *c.* d) de gestis *bis scr., alterum expunct. c.* e) CXLVII: *eraso numero c.* f) XLVIII *e corr. c.* g) resignatis *Sic.* h) CXL *e corr.* i) *sic index cap.;* obsidion *c. h. l.* k) *sic c. h. l. et index cap.* l) iussu *Sic.* m) scisma per X et VII a. in eccl. fovit *Sic.* n) aducet. *c.* o) *sic* (qqȝ) *c.;* quoque *Sic.* (*cf. p.* 166, *n. y*). p) CL: (*eraso numero* I?) *c.* q) CLII, *radendo corr.* CLI, *ut videtur, c.* r) *supple* inquilinos *e Sic.* s) *hoc loco falso punctum in c.* t) hic *c.;* habere (hr̃ *cod.* 1) *Sic.* u) *sic c.*

1) *Cap. CLXXIII. Libri de temp., supra p.* 447. 2) *Numerus* XVIII *pro XVII Sicardi ideo scriptum videtur, quia Iac. de Varagine habet:* Duravit hoc scisma annis XVIII, *qui locus in Libro de temp. cap. CLXXVIII, supra p.* 448, *descriptus est.* 3) *Cap. CLXXV. Libri de temp.* 4) et destruxit *ex cap. CLXXVI. vel CLXXI. Libri de temp., supra p.* 447 *sq., Salimbene vel Albertus supplevit.* 5) *Haec male Sal. addidit, oblitus se iam supra* in civitatibus *scripsisse.*

Iac. de Var. *brachio* defendentibus, cum Romanorum multa milia occidissent[a]. Infra[1] quod tempus Theothonici, qui apud Tusculanum pro imperatore morabantur, Rome[b] apud Montem Portum invadunt, et tot a nona usque ad vesperas occiderunt, ut numquam ex Romanis tot milia sint occisi, licet tempore Anibalis tot occisi sint, ut tres cophinos anullorum, quos de digittis procerum occisorum idem[c], id est Anibalis, extrahi fecit, et Cartaginem destinavit. Quorum multi apud Sanctum Stephanum sepulti sunt, et habent hoc epithafium:

Mille decem decies et sex decies quoque seni.

CLII.[d] De adventu imperatoris.

Sic. Anno Domini M. centum LXIIII.[e] Festinus imperator venit ad Urbem et Pascalem heresiarcham apud Sanctum Petrum in sedem apostolicam introniçavit. Etiamne[f] cum Romani sancti Petri ecclesiam incastellassent, non perferens pacienter, atrivit[g], prophanando cunversit[h]; propterrea **f. 113a.* nutu Dei, qui nullum malum preteriit impunitum, omnes penes[i] suos mortis[k] pestilentia *perdidit; sed contra eum

CLIII. De rehedificatione[l] civitatis Mediolani.

Anno Domini[m] MCLXIIII.[n] civitates Ytalie conspiraverunt Mediolanum rehedificantes; pro dolor! etiam illa non fuit huius ex eis[o] coniurationis, quam in archisummo[p] constituerunt[q] aliarum. In se vertit manum, cum pestiferum sibi malleum proprio malle[r] reincludit. Sed ultione divina plamatus[s] malleus adversus plastem iam[t] iam improvisus hostis ferit, quem venerandum involucris pictor plurimum lactabat[2] amicam[u]. Redeuntem igitur imperatorem, itinere per planiciem intercluso, per aruta[v] et ima montium transire oportuit, quo usque ad Alamanica regna pervenit.

CLIIII.[w] De Manuele imperatore.

Sal. f. 208a. Eodem anno imperator Manuel Constantinopolitanus[3] maximam Venetorum multitudinem per totam Greciam dispersorum in unius diei spacia[x] cepit, si[y] aves ab asconso[z] venatorio laqueo capiuntur, eo quod inter ceteros Latinos in imperatoris gratiam[a] constitutos insultum çelo invidie fecerunt, et plagis affectos reliquerat[a] semivivos. Quocirca Veneti cum multitudine magna vivorum[a] et centum galeis Romanie insulas intrantes quasdam ceperunt. Sed apud Chio yrmantes[b] peste fere omnes mortui sunt. Qui autem superstites redierunt, ducem proprium occiderunt.

CLV.[c] De edificatione civitatis Alexandrie.

ib. Anno Domini MCLXVIII[d], ut adimpleretur quod in proverbiis dicitur: 'Non erit illa[e], cui casibus accidit una', Lombardi contra imperatorem coloniam, id est novam colonorum habitationem, facientes eam ab Alexandro papa Alexandriam vocaverunt; alii Civitatem-novam, Papienses vero Paleam usque in hodiernum diem appellant. Eodem quoque anno Romani vires resumentes Albanum expugnaverunt et expoliantes bonis[f] omnibus incenderunt.

CLVI.[g] De obsidione Anchone.

ib. Anno Domini MCLXXII. Christianus archicancelarius, qui erat archiepiscopus Magontinus, Anchonam cum Venetis obsedit et in tantum obsessos artavit, ut inmundas carnes et coria condita

a) cecid. *Sic.* b) Romanos *Iac.* c) *sic etiam nonnulli codd. Iacobi pro* ibidem; *cf. supra p.* 448, *n.* 1. d) CLIII. *radendo corr.* CLII, *ut videtur.* e) MCLXVII. *Sic.* (*cod.* 1; MCLXII. *codd.* 2). f) Etiamve *Sic.* g) atrium *Sic.* (atriū *in cod. scriptum male legit Albertus*). h) cuuersit *c.*; conbussit *Sic.* — ꝓptrea *c.* i) *sic c. et codex* 1 *Sicardi pro* pene. k) mortalitatis *Sic.* l) hedif. *corr.* rehedif. *c.* m) d]ni *in loco raso.* n) MCLXVII. *Sic.* o) expers *Sic.* p) quam marchi summo *c.* q) constituerat *Sic.* r) malleo reincudit *Sic.* s) *corrige* plasmatus. t) plastemiam *c.* u) amicum *Sic.* v) abrupta et invia *Sic.* w) IIII *e corr. c.* x) *sic c.*; spatia *Sal.* y) *sic c.*; sicut *Sal.* z) *sic Sal. scripserat, postea correxit in* absconso. a) *sic c. et Sal.* b) *sic c.*; yemantes *Sal.* c) CLV: *eraso numero c.* d) VIII *in loco raso c.* e) sola, *quod Sic. addit, omisit et Sal.* f) s *et* o *sequentis verbi e corr. c.* g) CLVII. *radendo corr.* CLVI. (?) *c.*

1) *Eadem ex Iacobi de Varagine Cronica descripta vide supra in Libro de temp. cap. CLXXVIII, p.* 448. 2) *Versum quendam, quem ignoro, verbis Sicardi prioribus admixtum esse apparet.* 3) *Incipit pars Cronicae fratris Salimbene quae superest.*

Sal. f. 208a.b.

ceteraque illicita vel inmunda comederent, et capud asini centum quadraginta denarios[a] venderent; tamen et tam[b] invicti[c] viriliter restiterunt, et refocilatos a Manuele Constantinopolitano peccunie thesauris de manibus persecutoris liberavit eos Dominus.

CLVII.[d] De imperatore Frederico et introitu, quam[e] fecit in Ytaliam.

ib. f. 208b. **f. 113b.* *cf. L. temp. c. 181.* 1175.

Anno Domini MCLXXIIII. rediens imperator in Ytaliam *Secusiam destruxit, Paleam obsedit, nec messuit nec quicquam utile in ocrea[f] reportavit. Eodem tempore predicti pape et predicti imperatoris milites Lombardie equitaverunt in servicio predicti imperatoris Frederici primi Placenciam et Tortonam. Et hoc fuit in MCLXIIII.[g]

CLVIII.[h] De victoria, quam habuit imperator Fredericus in Ytaliam[e].

Sal. f. 208b.

Anno Domini MCLXXV. Cum Lombardi contra imperatorem apud Casteçium congregati fuissent, eos redditis gladiis subiugavit et in dedictione[a] imperio digna recepit. Circa hec tempora victoriis gloriosis magnificus, quamvis leprosus, Balduinus rex Ierosolimitanus Guilielmo primogenito marchionis Guilielmi de Monte-ferato filio[i] sororem suam[k] tradidit in uxorem. Erat enim specie decorus, vir militaris, miles strenuus, virtutibus[l] armatus, viribus approbatus. Cui cum rex infirmus et elefanciosus coronam vellet imponere, Guilielmus renuit, Iopensem tenens iure successorio comitatum. Sed in custodia regnum tenuit universum, et filium genuit elegantem nomine Balduinum. Qui avunculo rege patreque defunctis in regem postmodum coronatus est, licet etate minor; qui[m] in tutela fuit Templariorum, ad regni tutelam Raymundus comes Tripolitanus a baronibus vocatus est.

CVLIIII.[n] De victoria Longobardorum[o] de exercitu imperatoris.

ib.

Anno Domini MCLXXVI. Apud Lagnianum dimicans exercitus imperatoris a Lombardis vincitur. O rota fortune, que nunc humiliat, nunc exaltat! Imo non fortuna, sed Dominus est, qui *mortificat et vivificat* et *deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem facit et ditat* et *humiliat et sublimat.*

CLX.[p] De humiliatione imperatoris Frederici.

ib. f. 208b.c. *Sic.* **f. 113c.* *Sal. f. 208c.* *Sic.* *Sal.*

Anno Domini MCLXXVII. videns imperator, *quia non in fortitudine sua roborabitur vir,* videns, quia Deus exaltat humiles et deponit potentes, considerans, quod ecclesiam suam fundavit supra firmam *petram, et porte inferni*[q] *non prevalebunt adversus eam,* humiliavit se sub potenti manu Dei et pacem conposuit apud Venecias cum Alexandro pontifice; et cum segregatus fuisset a gremio matris ecclesie, reconciliatus est ecclesie universalis[r]. Ubi[s] cum Lombardis ad sex annos et cum rege Syculo ad XV annos treuguam fecit. Et tunc fames in Ytalia fuit; quo anno Christiani cum Saracenis ultra mare pugnaverunt et obtinuerunt, quia septem milia Christianorum triginta duo milia disconfecerunt Saracenorum[1]. *Imperator igitur in Alamaniam[t] rediit, et apostolicus Romam adiit. Circa tempora ista Constantinopolitanus imperator marchioni Guilielmo de Monte-ferato mandavit, ut unum de filiis suis Constantinopolim mitteret[u]. Cui filiam in matrimonio copularet; tunc temporis Conradus et Bonifacius uxores habebant, Fredericus clericali cingulo militabat, quem[v] postmodum fuit Galbensis[w] episcopus[x], magnanimiorem effecit pro sapientia[y] generis, quem[z] ordo exigeret episcopalis; misit ergo Constantinopolim etate minorem, adholescentem specie decorum et aspectu venustum; cui Manuel filiam suam Kyramariam in uxorem tradidit, eumque regem Thesalonice[a] diademate coronatur[b].

a) *sic c. et Sal.* b) Et tamen invicti *Sal.* c) uicti *Alberti manu superscr.* i *corr.* ivicti *c.* d) CLVIII. *radendo corr.* CLVII. *c.* e) *sic c. h. l. et in indice cap.* f) horrea *Sic. et Sal.* g) *sic h. l. c.* h) CLVIIII. *radendo corr.* CLVIII. *c.* i) *hoc loco in marg. cod. hoc insigne* ₩ *ut supra p.* 639, *n.* d, *cuius superior pars coccina, inferior alba est, et corona tricuspis picta sunt.* k) Sybillam, *quod Sal. habet, om. c.* l) virtutibusque *Sal.* m) quamdiu, *quod Sal. habet, om. c.* n) CLX. *corr.* CLVIIII. *c.* o) et *add. index cap.* p) CLXI. *radendo corr.* CLX. *c.* q) inferi *Sic. et Sal.* r) *sic c.;* universali *Sic. et Sal.* s) et, *quod Sic. et Sal. habent, om. c.* t) *sic c. et Sic.;* Alamania *Sal.* u) *manus in marg. cod. picta est.* v) *sic c.;* qui *Sal.* w) *sic c. et Sic.;* Albensis *Sal.* x) quem, *quod Sic. habet, omisit et Sal.* y) *sic c.;* eff. prosapia *Sic. et Sal.* z) *sic c.;* quam *Sic. et Sal.* a) in r. Thessalonie *Sal.* b) *sic* (coronat̃) *c.;* coronavit *Sal.*

1) *Nota lectionem Sicardi p.* 168, *l.* 6, *quae in fratris Salimbene Cronica mutata legitur. Cf. 'N. Archiv' XXIX, p.* 193 *sq.*

CLXI. De Manuele et Alexio.

Sal. f. 208d. *et Sic.* Anno Domini MCLXXXI. Lucius papa tercius creatur; qui[a] pro Tusculano Romanos acriter inpugnavit; successit Manueli Constantinopolitano puer Alexius, filius eius, quem[b] post Almaton de principis filia genuit Anocheni[c]. Hinc[d], cum duobus regnaverit annis, occidit Andronicus et regnavit tribus annis; qui quoque iniciata iniquitate et imperatricem, matrem pueri, et Rainerium imperatoris generum cum uxore occidit. Denique multos Grecos nobiles interfecit, sed et plurimos excecavit.

CLXII. De rehedificatione[e] Creme et de[f] terremotu.

ib. Anno Domini MCLXXXV.[g] Imperator in Ytaliam veniens Cremam in odium Cremonensium rehedificavit. Et eodem anno Urbanus papa tercius creatur. Eodem anno terremotus non modicus fuit in Ytalia; et exercitus Guilielmi regis Syculi contra nequiciam Andronici se armavit et Duratium et Thesalonicum[h] cepit. Sed recepti[i] capti sunt vel redierunt confusi. Et eodem anno nuptie regis Henrici et Constantie Rogeri[k] condam Siculi regis filie Mediolani celebrate fuerunt. Et si vis aliud invenire, recure ad cronicam predicti pontificis[1], et omnia invenies.

CLXIII. De edificatione ecclesie sancti Nicholai[l] et aliis gestis.

1186. *Oct.* Anno Domini M. centum LXXXVI. de mense Octubris edificata fuit ecclesia sancti Nicholai de Regio per abbatissam Felicitatem de monasterio de Fontanellis; et dedit et tradidit casamentum dicte ecclesie domnus Petrus Montonum et designavit medietatem dicti casamenti pro ecclesia facienda pro anima sua et suorum defunctorum, et aliam medietatem habuit per contracambium a dicta abbatissa,
**f.* 113d. *Sal. f.* 208d. 209a. et presente domno Albrico episcopo[2]. *Eodem anno imperator Fredericus quoddam castrum Cremonensium, quod Manfredi nomine vocabatur, omnino destruxit. Eodem anno Andronicum ignominiosa morte Ysachius interfecit. Qui regni obtinuit principatum et sororem suam Herinem[m] Conrado sepedicti marchionis filio in matrimonio copulavit[n]. Qui imperatoris et imperialis urbis Vrana[o] impugnatori capitur[p] monomachus amputavit et ab hoste illo Greciam liberavit. Sed tamen invidiam et odium multorum incurrit; quocirca, ut Grecorum versucias evitaret, navem ascendens[q] sepulchrum Domini visitare proposuit.

CLXIIII. De captione Ierusalem a Saladino.

ib. f. 209a. b. Anno Domini MCLXXXVII. Ierusalem a Saladino in mense Iulio capta est, et terra Domini ab infidelibus occupata. Causa huius invasionis fuit iniquitas Christianorum. Cum enim inter Saladinum et Ierosolimitanum regem pax firmata fuisset, eam Christiani iussu Rainaldi principis Montis-regalis et domini vallis Hebron camuanus[r] Saracenorum capientes nequiter violarunt. Alia causa discordies[s] fuit regis Guidonis et Raimundi comittis Tripolitanus[t]. Causa vero discordie fuit invidia vel indignatio, quia Sibilla regina defuncto marito Guidoni Pictaviensi nupserat et defuncto filio coronam dederat peregrino preter ipsius comittis assensum et aliorum baronum; modus occupationis hic fuit: Saladinus terram ingrediens primo Tabariam vel Tyberiadem obsedit. Rex Guido in Marscalia castrametatur. Audi presagium vicine cladis indicativum: cum ea nocte Eraclio patriarchae[u] sub temptorio in matutinis lectio legeretur, locus occurrit de archa federis, que olim capta fuit a Phylisteis[v]; mane facto pugnavit[w]. Comes Tripolitanus aufugit. Rex et sancta crux et sepe dictus marchio Guilielmus senior de Monte-ferato[x], qui causa peregrinationis et pro nepotis[y] custodia Terram Sanctam adierat, ceterique barones unanimiter et populus capiuntur. Christianorum acies superantur; deinde Tabaria capitur.

a) qui, *quod Sic. habet, omisit Sal.* b) qui *Sal.!* c) *sic c.;* Antiocheni *Sal.* d) *sic c.;* Hunc *Sal.* e) *sic index cap.;* rehedificatio *c.* f) de *om. in indice cap.* g) *sic c. et Sic.;* M°CLXXXIII° *Sal.* h) *sic c.;* Thessalonicam *Sal.* i) *sic c. et Sal.* k) Rogerii *Sal.* l) Nicolai *index cap.* m) *nescio an* hermem *Albertus in cod. scripserit ut Sal.* n) *manus in marg. cod. hoc loco picta.* o) urana *c. et Sal.* p) *sic* (capit.) *sequente puncto c.;* caput *Sal.* q) ascedens *Sal.* r) *sic c.;* camuannas *Sal.* s) discordia *Sal.* t) Tripolitani *Sal.* u) *sic* (patriarchæ) *c. Albertus procul dubio* patriarcha, *quod scripserat, in* patriarche *corrigere voluit, sed* a *non expunxit.* v) physte is *c.* w) pugnant *Sal.* x) *manus hoc loco in marg. cod. picta.* y) supradicti, *quod Sal. habet, om. c.*

1) *Cf. supra p.* 641, *n.* 3. 2) *Eadem Albertus ad cap. CLXXXVIII. Libri de temp. in margine adscripsit, supra p.* 450, *sed hoc loco melius scripsit.*

Raynaldus predictus, actor[a] sceleris, Saladini[b] decollatur. Sed et multi alii capite detruncantur. Ad *Sal. f.* 209^b—210^a. hec et Achon, Sydon et Beritus et Biblium capiuntur. Interrea[c] nutu Dei marchio de Monte-ferato Conradus a Constantinopolitani[d] sepulcrum Domini visitaturus advenit, et cognoscens *Achon ab in- **f.* 114^a. fidelibus occupatum secundo vento apud Tyrum applicuit; quem cives velut acephali gratanter excipiunt, se et civitatem eius moderamini supponentes. Saladinus itaque de Berito Tyrum accedens marchionem Guilielmum, Conradi patrem, quem bello ceperat, secum adduxit, ut pro redemptione patris redditionem filii patrem[e] haberet et urbis; et per patrem filio significavit, ut pro ipsius et aliorum quorundam liberatione redderet civitatem. Cui Conradus respondit, quod nec unum lapidem civitatis; apropians[f] Saladinus minatus est patrem spiculis transfigendum, et Conradus se primum sagitam in patrem missurum[g]. O felix impietas, que pro Christianorum salute patrem telis barbarorum expositum, filiali obmissa[h] reverencia, se iaculat transfigendum[i]! Sed o memora[k] pia impietas, que amorem[l] patris amorem Dei iudicat preferendum! sed[m] eiusdem patris hortatu patrem reputat contemptibilem et quasi senem nullo precio redimendum. Tyro itaque septem diebus obsessa rediit Saladinus Achonem. Indeque subiugatis Neapolim[k] et Nazareth, Caypha, Cesarea[n] Palestina, Iopem[o] et Açoto, Gaçam[p] simul et Ascalonem[q] aliisque locis[n] Ierusalem agregatas[r], eam dedictione[k] tributaria subiugavit; templum Domini, prius a Christianis irreverenter prophanatum, suo mores[s] sanctificans et sanctificatum custodiens, sepulchrum autem Domini et in Bethleem preceptum[t] custodie Surrianorum conmisit; ad hec plus centum Christianorum milia subiugata a[u] Tyrensibus ante portas conscendit[v] fecitque illos per vim[w] usque Tripolim perduci. Sed a Tripolitanis et Antiochenis expoliati penis[x] et abiecti Armeniam intraverunt et usque ad Yconium dispersi fame, frigore et nuditate iusto Dei iudicio ad nichilum redacti sunt, luentes penas propter eam, quam[y] polluerunt, Deum[z] hereditatem. Et vide, quod per Erachium[a] imperatorem crux fuit recuperata, sed sub Eraclio eodem fuit postea Ierusalem a Machumetinis invasa, et tunc sub patriarcha Eraclio rursus amissa; preterrea[b] sub Urbano papa recuperata, nunc sub Urbano per eosdem barbaros est subiugata. Interrea[c] magnanimus de Monte-ferato Conradus[d], Tyrensis dominus, navali bello bis victoriam optinuerat, et galleas et naves nonnullas *etiam de Anchonensi[e] portu Pisanorum auxilio viriliter eductas et virilius optentas et victualia suffi- **f.* 114^b. cienter civibus conquisierat. Sed et barbacanum[f] forcius construxerat, expectans victoriosi impetus inimici. Igitur in mense in[g] Novembrio Saladinus ad Tyri obsidionem secundam accessit. Sed nocte prevenienti murorum barbacane XL cubiti corruere; memores atque[h] Tyrii Iericho plurimum timuerunt. Sed marchio non dormitans, viris ac mulieribus harenam et lapides in gremiis etiam asportantibus, die proxima per cementarios restauravit. Saladinus archatores premisit. Marchio Pisanos Achonem direxit, faciens mulieres in specie virorum muros ascendere, ut civitas populo videretur plena. Redierunt Pisani cum victoria, duas naves deducentes honustas. Inpugnavit itaque Saladinus urbem terra marique, presertim, cum crederet marchionem velle pariter et Pisanos aufugere, custodiam galleis indixit; ex quibus quinque captis, viris nobilibus et piratis, armis et victualibus honustis, Saladinus dolore conmotus terrestri bello barbacannam[i] invadit, inpugnans eam petrariis et manganis, gatis[k], spiculis, sagittis et telis; cumque nimium marchio gravaretur, suis a navali victoria revocatis, terrestri prelio dimicavit, afficiens Saracenos multiplici dampno sine detrimento suorum. Videns itaque Saladinus, quod navali bello nequaquam proficeret, iussit VIIII galleas deduci Berithum; quas Christiani viriliter prosequentes usque adeo coartarent[l], quod octo ex illis igne proprio Saladinus conburi fecit agresti, nona littore Sydoniensi confracta. Ergo stolio Saladini destructo cernerem[m], quod in obsidione proficere non valeret, machinis universis conbustis, pridie Kal. Ianuarii ab osidione[n] recessit, et in signum meroris caudam equo proprio, quem equitabat, fecit abscidi, ut sic suos ad iudicandum[o] iniuriam incitaret. Eodem anno Gregorius papa VIII. apud Ferariam creatur. Hic fuit vir religiosissimus, cuius *mundus in maligno positus* sed[p] fuit presentia dignus; et ideo, cum sedisset vix duobus mensibus, substulit eum Deus. Hic ortabatur plurimum Christianos crucis signum assumere et ad recuperandum civitatem

a) *sic c. et Sal.* b) gladio, *quod Sal. habet, om. c.;* iussu *falso supplevit Murat.* c) Intrea *c.* d) *sic c.;* Constantinopolim *Sal.* e) pariter *Sal.* f) igitur, *quod Sal. habet, om. c.* g) respondet, *quod Sal. habet, om. c.* h) omissa *Sal.* i) *sic c. (cf. l. 9);* iactitat transfixurum *Sal.* k) *sic c. et Sal.* l) amori *Sal.* m) et, *quod Sal. habet, om. c.* n) *punctum h. l. falso interpositum in c.* o) *sic c.;* Iopen *Sal.* p) Gaza *Sal.* q) Ascalone *Sal.* r) *sic c.;* agregatis *Sal.* s) more *Sal.* t) presepium *Sal.* u) a *delendum.* v) ostendit *Sal.* w) *sic Sal.;* illos piūs *c.* x) penitus *Sal.* y) quam quā *(bis scr.) c.* z) dei *Sal.* a) *sic h. l. c.;* Eraclium *Sal.* b) p̄trea *c.* c) Intrea *c.* d) *manus hoc loco in marg. cod. picta.* e) Achonensi *Sal.* f) *sic c. et Sal. hoc loco.* g) *hoc* in *delendum.* h) *sic c. et Sal.* i) *sic h. l. c.* k) *sic c.;* gattis *Sal.* l) coartarunt *Sal.* m) *sic* (cernē) *c.;* cernens *Sal.* n) *sic c.* o) vindicandum *Sal.* p) *sic c.;* non *Sic. et Sal.*

Sal. f. 210a *et Sic.* Ierusalem, crucem[1] sanctam, Ierusalem et sepulchrum Domini festinare; et obiit Pisis[2]. Imperator igitur victoriosus Ytaliam sibi et inter se pacatam relinquens in Alamaniam rediit, et çelo Dei accensus **f.* 114c. cruci[a] se et suos, ut *Domino militaret, signaculo conmunivit; tunc temporis Gregorio defuncto Clemens in papatu successit; obiit Rome.

CLXV. De obsidione Açoti.

Sal. f. 210a. b. Anno Domini MCLXXXVIII. cum Tyrenses lignatum vel herbulatum exire Saracenis occursantibus non auderent[b], fame valida coartari[c], iussu marchionis stolio navali, cui preerat Ugo Tyberiadis, Açotum invadunt; ubi admirandum, qui regem Guidonem ceperat, capiunt, Christianos XL de carcere liberantes et quingentos captivos milites et sergentes cum inmensa peccunia Tyrum et copiam victualium adducentes; per huius admirandi conmutationem recuperavit marchio patrem; ad hec navis[d] peregrinorum adventare ceperunt. Sed et Margaritus regis Syculorum admiratus Tyro applicuit cum stolio suo. Cuius cum Tyrios pyrate male tractarent, Tyrum exire compulsi Tripolim applicuerunt, ubi fame pereuntes penas pro meritis receperunt. Eodem anno Saladinus Tripolim accedens vidensque se nil proficere posse in Antiocenum principatum[e] vertit habenas, subiciens Gabulum et Laudiciam, Saonam et Guardiam, Trapessacum et Guasconum et alia plura. Postea reversus in Galileam Belvedere castrum munitissimum, quod fines Iordanis custodiebat, vias Tyberiadis, Neapolim et Naçareth angustabat, per mediam[f] conpulit ad dedictionem[g]; ad hec duo comittis[h] Guilielmi Syculi regis cum quingentis militibus et quinquaginta galeis Tyrum applicuerunt; advenerunt et alii multi siquidem[g] peregrini cum venerabili G[erardo] archipresule Ravennate, Romane sedis legato. Cum his[i] itaque marchio Saracenorum Sydonis multitudinem[k] forti manu prostravit. Eodem anno comittem Henricum de Deti magnanimus imperator consuetudine imperiali ad Saladinum direxit, monens et monitans, ut terram desereret, quam invaserat, Iesu Christi; mos enim est imperii, ut inimicis bellum indicat, quia nullum occulte bello consuevit invadere; nos autem rogatu civium nostrorum in Theothonicam vivimus[l], ut ab imperatore castrum Manfredi rehedificandi licentiam impetraremus. Sed spe cassata redeuntes illo anno Castrum-Leonis inchoavimus.

CLXVI. De peregrinatione Ubaldi archiepiscopi[m] cum aliis peregrinis ultra mare.

ib. f. 210b. c. Anno Domini MCLXXXIX. Ubaldus Pisanus archiepiscopus[n], similiter apostolice sedis legatus, **f.* 114d. et de omni[o] occidentali provincia *peregrini Tyrum applicuerunt; et cum eos Tyrus capere non valeret, inter diversos diversa[p] fuere, usque adeo quod de introitu regis Guidonis a Tripoli venientis in urbem et prohibitione marchionis sedicio peperit scandalum in[q] civile bellum. Inter peregrinorum multiplicia vota[r] Achon eligitur obsidenda. Invadunt igitur eam in mense Augusti et obsident. Sed et ipsi a Saladino similiter obsidentur[s], adeo impugnantur, quod nulla erat eis spes evadendi. Sed ex insperato XL exnacte[t] applicuerunt et preter eos[g] innumeri milites et barones. Saladinus itaque Christianos die noctuque sine intermissione affligebat; propterrea[u] marchio et archiepiscopus[n] Ravenas, qui nec ad obsidionem venerant nec adveniendum approbaverant, ab obsessis suppliciter per Nenorensem[g] episcopum et Torringe[v] langravium, ut ad eorum succursum veniant, invitantur. Venerunt, sed invito marchione, qui Turchorum versucias cognoscebat. Francigene de se presumentes ad pugnam approbant exeundum; pugnatur, et Templarii et peregrinorum circiter VII milia prosternuntur; sequenti die Saladinus fecit corpora eviscerari et in fluvium ad dolem[w] exagerandum et ad corruptionem aeris et aque demergi. Post hec Lombardi marchiones et comittes et plures quingentis milites applicuerunt. Inter quos buça Cremonensis, que Cremone fuit fabricata et ultra mare pro Terre Sancte subventione personis et rebus missa honerata; ad hec peregrini consilia inierunt, ut Saracenis prohiberent civitatis ingressum pariter et egressum, qui libere a monte Muscardo patebat; et cum non invenirentur qui

a) *sic c. et Sal.* b) *manus in marg. cod. picta.* c) coartati *Sal.* d) naves *Sal.* e) pricipatum *c.* f) *sic c. et Sal. pro* inediam. g) *sic c. et Sal.* h) comites *Sal.* i) his *om. Sal.* k) multit *e corr. c.* l) ivimus *Sic. et Sal.* m) arcepi *c.;* Pisani *add. in indice cap.* n) arceps *c.* o) fere, *quod Sal. habet, om. c.* p) *verbum quoddam omissum* (vota?) *hoc loco etiam a Sal.* q) et *Sal.* r) *punctum hoc loco positum in c.* s) et *add. Sal.* t) exuacte *Sal.* u) ꝓptrea *c.* v) Turingie *Sal.* w) *sic* (dolē) *c.;* dolum *Sal.;* dolorem *Sicardus scripsisse videtur.*

1) *Hoc etiam loco Albertus Sicardi codicem inspexit,* crucem *enim non legitur in fratris Salimbene Cronica. Unde* Ierusalem *bis scripsit, post* sanctam *punctum ponens.* 2) et obiit Pisis *Albertus ex Libri de temp. cap. CXC, supra p.* 451, *supplevit.*

vellent illic castramectari[a], marchio ad omnia promptus et audax ibi castrametatus est. Ideoque et a Saladino acrius impugnatus. Scopulos itaque iussit incidi marinos, ut portus ibi fieret vassa[b] Tyrensia recepturus, qui usque in hodiernum diem portus dicitur Marchionis[c]; muniunt se peregrini fossatis ab intus in circuitu et foris effossis, ut in medio constituti se ab ulterutrus[d] facilius tuerentur incursibus. Duces etiam sive rectores, ut omnis amoveretur controversia, prefecerunt, ut Francigene suis et qui de imperio imperialibus obedirent. Et ecce XLV galee, que veniunt ex Egypto, in festo sancti Stephani in portu applicant Achonensi; stupefacti ergo peregrini terra marive conclusi elegerunt pocius pugnando mori quam sine certamine subiugari[c]. Quos marchio *ad prelia doctus* *exanimose[e] factos sermonibus animat, universis[f] asserens, quod galeas Saracenorum penitus conculcaret; adiit itaque Tyrum in modico galeone, quamvis illa nocte centies ad mortem cruciatu ventorum afflictus. Cum itaque Tyrus[g] neccessitates exercitus aperuisset et eos ad armandum galeas animasset, dixerunt: 'Parati sumus tecum vivere et in mortem ire'. Et ecce marchio in exitu Februarii cum stolio viriliter in portu extitit Achonensi, exonerans Saracenorum vasa victualibus onusta pacifice[h] eorundem; ad hec, cum civitas castellis capienda proculdubio speraretur, econtrario castella igne a Saracenis conburuntur agresti. Sed et due Saracenorum galee navali certamine capiuntur.

Sal. f. 210c-d. — **f. 115a.*

CLXVII. De imperatore Frederico primo et ordinatione imperii et de divisione hereditatis, quam fecit inter filios, et de transitu peregrinationis, quam fecit ultramarinis partibus[i].

Eodem anno felix imperator quinque habens filios, Henricum inter ceteros primogenitum, quem fecit cesarem, Fredericum Suevorum ducem, Ottonem[k] comitem, Conradum et Phylipum, ducem atheletam[l] Christo, sed ceteris[m] cum regno et regalibus cesari conmendavit, et occidentale relinquens imperium paccatissimum et ordinatum, partes his comittibus et hoc ordine et hoc, ut scribimus, omine adiit orientis. In festo sancti Georgii arripuit iter; et exiens de Alamania, a Ratispona descendit navigio ad partes Austrie, exercitu per terram cum equis et curribus comittante; deinde per Pannoniam, hospitali pro pauperibus infirmis instituto, et hospitalariis et neccessariis assignatis, introivit Ungariam, ubi dicitur habuisse nonaginta milia pugnatorum[n], in quibus erant XII milia militum. Et a Bella Ungaro apud Strigonium[o] honorifice receptus, Ungariam pertransiit; premisitque ad imperatorem Ysachium Constantinopolitanum episcopum Monasteriensem et comitem Robertum de Nashu; qui eos detinuit, et eos[p] exercitus[q] ad introitum Bulgarie, ut transitum impedirent, premisit. Erat autem ibi nemus itineris quatuor dierum, cuius viam artissimam preses Burgarie dissipavit, et in exitu nemoris munitionem faciens preparavit se cum exercitibus cesarem impugnare. Sed nemore magno cum labore et difficultate pertransito dux Suevorum, qui exercitu[r] precedebat, munitionem destruxit et magnam *illorum multitudinem interfecit; cum Nisam civitatem apropinquaret, comites Servie gratanter subici affectarem[s], sed serenissimus imperator pacem affectans eos suscipere recusavit. Deinde nono Kal. Septemb. civitatem que Phylippis dicitur inpugnantes eam ceperunt; est autem hec civitas metropolis Macedone[t]; alius[d] nobis innotuit, quod non Phylippus[u], sed Phylippolim[d] adierunt. Ibi certificatus est imperator de nuntiorum captione suorum. Ibique misit litteras imperator Ysachius imperatori fastu et arogantia plenas, dicens: *Ysachius a Deo constitutus imperator sanctissimus, excellentissimus, potentissimus, sublimis[v], Romanorum moderator augustus, heres corone Magni Constantini, dilecto fratri, imperii sui maximo principi Alamanie gratiam suam et fraternam et puram dilectionem;* tunc erat continentia litterarum indignatio de presumptuoso imperatoris adventu in Greciam; deinde Grecus imperator maximam[w] Grecorum et Turclorum exercitum contra Romanum imperatorem direxit; contra quos Suevorum dux, filius eius, acriter dimicans, eos superavit[x] et fugavit et intra quedam menia se recipientes maxima vi cepit et omnes occidit; duodecim vero Turchos in quadam munitione, ubi se receperunt[y], viriliter resistentes igne cremavit. Postmodum Andrinopolim venientes, que civitas a virilitate vel a fundatore nomen accepit, eam optinuerunt; sicque factum est, quod quedam oppida manu forti ceperunt[z] et quasdam civitates in redictione[a] receperunt, ut Remothicon[b], Archadiopolin et

ib. f. 210d-211b. et Sic. — **f. 115b.*

a) *sic h. l. c. — Manus in marg. hoc loco picta.* b) *sic c.* c) *manus hoc loco in marg. picta.* d) *sic c. et Sal.* e) exanimes *Sal.* f) universos *Sal.* g) Tyriis *Sal.* h) *supple* in facie *e Sal.* i) fecit ultra mare *index cap.* k) Octonem *Sal.* l) *sic c., ubi distinctum:* phylipum ducem. atheletam *ut Sal. et in cod.* 1 *Sicardi.* m) *sic, ut videtur, c., sed* i *non satis certo legitur;* cetera *Sal.;* ceteros *Sic.* n) *manus hoc loco picta est in marg. cod.* o) *sic Alb. recte, quem hoc loco codicem Sicardi inspexisse patet, Sal. enim habet* Frigonium. p) tres *Sic. et Sal.* q) *seq.* bulgarie *expunct. c.* r) exercitum *Sic. et Sal.* s) *sic* (affectarē) *c.;* affectarent *Sal.* t) *sic c.;* Macedonie *Sal.* u) Phylippis *Sal.* v) *sic distinctum in c.* w) *sic c.;* maximum *Sic. et Sal.* x) ꝑa *in loco raso.* y) receperant *Sic. et Sal.* z) cepiūt (ceperiunt) *c.* a) *sic c.;* redditione *Sal.* b) *sic c.;* Temóthicon *Sal.*

Sal. f. 211b-d et Sic. confines. Interrea[a] Kalopetrus dominus Blacorum ab imperatore nostro sibi diadema rogavit inponi. Cui serenissimus imperator amicabile dedit responsum. Ad hec Grecis[b] imperator ad Romanum imperatorem misit honorabiles nuncios, cancellarios[c] et alios numero sedecim, promittens secum[d] transitum et indempnem. Ad hec magnanimus imperator presentibus nunciis Grecum redarguit[e], quod tam arroganter scripserat ei, asserens se suosque predecessores a quadrigentis[f] annis Romanum tenuisse imperium; unde non se Romanorum, sed Romani eorum[g] appellare debuit[h] imperatorem. Soldani quoque nuncii et Melich filii eius Andrinopolin advenerunt, verba quidem pacifica, sed dolo plena portantes; licet igitur invictissimus imperator in vindictam predictorum, que nequiter Grecus miserat[i] imperator, vellet Constantinopolin impugnare, victus tamen consilio suadentium principum, ut ad Terram Sanctam ad Christianorum festinaret auxilium, obsides[k] peciit et obtinuit; qui eum Galipolim[l] *perducentes transitum navigio procuraverunt. Transivit igitur exercitus quinque diebus, dux prior, pater posterior; cumque pertransissent, post multos labores et ardua multa urbem Tyachitum[m] et urbem Licie, scilicet Egeam, ubi Comas[n] et Damianus fuere martyrio coronati, deinde Sardis pervenerunt. Venerunt et postea Phyladelphym[o]. Dux autem Phyladelfie forum negans se ad pugnandum armavit. Sed demum videns non posse resistere, promisit forum et imperatori cum paucis concessit civitatis introitum; postmodum[p], dum propter caristiam contemptio[q] fit inter Grecos et Theotonicos, bellum initur, et absque imperatoris voluntate per duos dies et noctes continuo decertatur; demum victi Greci se in civitatis munitionibus[r] recipientes pactum inierunt et forum tollerabile concesserunt, commercia cum funibus in sportis porrigentes et eodem modo precios[s] recipientes. Ad hec vero[t] imperator Phyladelfiniam[u] civitatem exiret, dux ei nuncium pro ducatu concessit, qui exercitum per devia et invia, montana et nemorosa deduxit, ubi victualia per duos dies nullatenus invenerunt; pertransitur quoque[v] Ierapolim civitatem, ubi passus est beatus Phylipus; in exitu vero nemoris quidam Greci et Armeni forum eis pro posse pacifice tribuerunt. Ad hec Turchomanni de Becia, qui et Debeduini[m] vocantur, homines agrestes, qui nullius domantur imperio, qui non in menibus vel[w] municipiis, sed morantur[x] agris, infinitum et innumerabilem exercitum, plus quam centum milia, congregantes exercitum Christianum die noctuque per quatuor ebdomadas impugnarunt, ita quod Christianus exercitus semper incedebat armatus. Sed tamen eorum multitudinem interfecit cum quodam amirado[y], milicie sue magistro. Restanus[m] vero dominus illorum cum magno exercitu in strictura moncium transitum prohibebat[z] dicens, quod non transiret, nisi daret ei centum somarios auro et argento honeratos. Imperator autem respondit se libenter dare, sed non nisi menolatum unum. Interim nuncii soldani, qui fraudulenter ducebant eum, aiebant, quod cito intraret terram soldani, in qua gens illa ulterius sibi non noceret; tunc, quia Deus non dimittit sperantes in se, quidam admiratus celesti gratia inspiratus, aut quia forte in nostrorum manus inciderat, metu mortis imperatorem adiit, fraudem detexit et prelium mane futurum predixit; eumque[a] planiciem, *in qua tradi ceperat, devitare, eum per montana deduxit. Occurritur in montanis, hinc inde pugnatur. Sed cum relictis sarcinis et alimentis dux[b] viriliter descendisset, descendit[c] imperator; victoriose hostes impugnant et Dei superant inimicos. In qua pugna dux petra percussus duos dentes amisit; abhinc ductores a soldano delegati fugerent[d] timentes, ne detecte fraudis imperator faceret ultionem. Christianus vero exercitus confixus[e] in Domino, qui deduxit[f] Israel per desertum, XV diebus per quandam planiciem progressus carnes comedebat[g] equinas. Agrestes vero Turchi, de quibus prediximus, eos fame defecisse penitus existimantes, rursus ad bellum insurgunt prope civitatem Phylomenam magna manu militum peditumve caterva, quos invictissimus imperator devicit. Et cum maxima multitudo se in quadam clausura coacta recepisset, conbuserunt[h] Theotonici[i] universos; et extunc agrestes illi Turchomani non fuerunt exercitum ulterius persecuti. Sed defecerunt a facie imperatoris sicut *pulvis, quem proicit ventus a facie terre.*

*f. 115c. / *f. 115d.

a) Intrea *c.* b) Grecus *Sic. et Sal.* c) cancell. *Alberti manu post in loco vacuo relicto suppl.*, et alios *in marg. eadem manu suppl.* d) securum *Sic. et Sal.* e) *supple* imperatorem *e Sal.* f) *sic c.* g) *sic c. et Sal. pro* Romaniorum. h) debuerunt dicere *Sal.* i) commiserat *Sic. et Sal.* k) obsides — Galipol'i *in loco raso c.* l) galipol'i *c., quod* Galipolim *legendum est, ut Sic. habet;* Galiopolim *Sal.* m) *sic c. et Sal.* n) Cosmas *Sal.* o) *hoc nomen e codice Sicardi excriptum esse videtur, cf. supra p.* 170, *n.* a; Phyladélfiam *Sal.* p) post modum *c. saepe.* q) contentio *Sic. et Sal.* r) munitoib;, ib; *e corr. c.* s) pretium *Sal.;* pretia *Sic.* t) cum *Sic. et Sal.* u) Phyladelfinam *Sal.* v) *nota* per *deesse, quod Salimbene in cod. suo post supplevit.* w) *sic c. et Sic.;* in *add. Sal.* x) *supple* in *e Sic. et Sal.* y) *sic c.;* admirando *Sic. et Sal.* z) *sic Sic. et Sal.;* phibebat *c.* a) cumque *legi posset in c.;* faciens, *quod e Sic. supplendum est, omisit etiam Sal.* b) de monte *Sicardi omisit etiam Sal.* c) *supple* et *e Sic. et Sal.* d) fugerunt *Sic. et Sal.* e) confisus *Sic. et Sal.* f) duxit *corr.* deduxit *c.* g) comedit *Sal.;* comederunt *Sic.* h) *sic c.* i) theonici *c.*

CLXVIII. De Melichino soldani filio.

Anno Domini MCXC. Melichinus[a] soldani filius venit obviam cum exercitu quingentorum milium equorum et ad imperatorem misit nuncios dicens: 'Revertere! Quid enim facere putas, cum habeam plura vexilla quam tu milites?' Et cum pervenisset imperator ad quendam pontem, Turchi fuerunt ante et[b] retro. Sed dux anteriores devicit, et imperator posteriores in parte maxima interfecit; et sic pontem exercitus pertransiit universus; deinde maxima et infinita multitudo Turchorum exercitus[c] Christianorum ex omni parte circuivit, ita quod eundo per quatuor ebdomadas die noctuque acriter impugnabant, et Christianis preter carnes equinas victualia deficiebant; cumque non invenissent aquam per diem et noctem, Turcho quodam capto docente aquam salsam sitibundi et famelici repererunt. Altera vero die castrametati sunt in viridii[d] Yconii civitatis Ysaurie; unde soldanus[e] imperator[f] mandavit querens, si forum tribueret annon. Soldanus respondit se dacturum[g]. Sed[h] nimis carum offerrenti[i], Christiani se ad pugnandum armarunt. Et cum sexta feria quatuor temporum inmineret, Gothfredus Herbipolensis episcopus asseverans se vidisse beatum Georgium contra hostes pro Christianis[k] fortiter propugnantem, *inclita[l] penitencia et carnium edendarum data licentia, processerunt ad bellum. Et dux quidem civitatem expugnantem[m] eam viriliter obtinuit et ferro[n] omnes rebelles occidit. Imperator quoque in filium soldani post terga pugnantem victrices aquilas dirigens predicta milia Turchorum et Turchomannorum exterminavit et innumerabilem ex eis multitudinem interfecit. Urbem[o] capta potenter soldanus se in municionem fortissimam, que erat in urbe, recipiens misit ad imperatorem, dicens se velle forum dare et quicquid vellet recipere. Imperator obsides peciit et propter fetorem cadaverum — erant enim domus et vie cadaveribus plene — ab urbe descendens[p] in pomeriis castrametatus est. Dedit itaque soldanus obsides, dedit et forum victualium[q] equorum. Sed quorum[r] equos pernimium caros vendere satagebant, equum pro centum marchis videlicet offerrentes, a Theothonicis econtra dolum dolo conpensantibus pro marcha fertonem recipiebant; quod audiens soldanus misit ad imperatorem conquerens, quod sui precio deciperentur; cui respondit imperator: Si[s] bonum forum darent, bonam marcham acciperent. Constituti sunt igitur hinc inde iusticiarii taxatores. Ad hec procedens Christianus exercitus a quibusdam agrestibus Turchomannis, qui non sunt de potestate soldani, molestias multas pertulit, quousque ad Laurendam civitatem, que dividit Armeniam a Lychania[t], et ad Armenie montana pervenit. Ubi noctis conticinio auditus ex inproviso armorum strepitus et tumultus; qui cum nullus fuisset, inde[u] coniecturatum est vicini augurium infortunii. In montibus autem Armenie Grecos et Armenos invenit forum alacriter exibentes. Cum ad aures Saladini hec[v] victorie pervenissent, expavit, et die sancto pentecostes Saladinus cum tanta suorum multitudine, montes et colles et planiciem operiente, quanta nusquam simul[w] creditur apparuisse, Christianos potenter invasit, sperans omnia temptoria usurpare et Christianos miseros captivare; sed evanuit cogitacio eius, quia Christiani viriliter resistentes ei lesionem magnam per balistas non modicam intulerunt; cedens itaque Saladinus magnam exercitus partem ad resistendum imperatori transmisit. Sed heu! paucis diebus elapsis et mors imperatoris innotuit[x], *et rumor superveniens de morte Syculi regis exercitum Christianum plurimum conturbavit. De montibus imperator descendens Salephy flumen reperit, per cuius ripam duobus diebus progressus,

Sal. f. 212a–c. et Sic.

*f. 116a.

*f. 116b.

CLXVIIII. De morte imperatoris Frederici primi.

Tercia luce pausavit in locis amenis; et cum esset estus magnus valde, imperator descendit in flumen cum duobus militibus se cupiens balneare. Cumque natare cepisset, impingens in scopulum natandi vires amisit; a militibus igitur apprehensus ad ripam semivivus ducitur[y], accepta penitencia et corpore Domini, eo die mortuus est; pro dolor! humidum suffocat elementum, quem ignea bella vincere nequiverunt. Invitus divicia[z] ferri, fluidi mollicie vincitur elementi. Adimpleta est eo die prophetia in turri circa flumen constructa Caldaicis litteris exarata, scilicet: *Melior hominibus et potencior omnibus in aquis Saleficis suffocabitur;* propter quam Manuel imperator Constantinopolitanus inde transiturus fecit inibi pontem edificari. Portantes igitur eum ad civitatem Selaphym[a] aromatibus condierunt; et

Sal. f. 212c.

a) Melicrinus *Sal.; cf. supra p.* 170, *l.* 55, *n.* b. b) et *superscr. c.* c) *sic c. et Sal.;* exercitum *Sic.* d) viridiis *Sal.;* viridariis *Sic.* e) *sic Sic.;* soldan̄ *c.;* soldano *Sal.* f) *haec hoc loco eodem modo corrupta sunt ut a Sal.; vide Sicardi lectionem supra p.* 171, *l.* 5. 6. g) daturum *Sal.* h) cum *Sicardi omisit et Sal.* i) *sic c. et Sic.;* offerret *Sal.* k) χpian̄s *c.* l) indicta *Sic. et Sal.* m) expugnans *Sic. et Sal.* n) *sic c. et Sal.;* fere *Sic.* o) Urbe *Sic. et Sal.* p) *sic c. et codd.* 2 *Sicardi;* discedens *Sic. et Sal.* q) *supple* et *e Sic. et Sal.* r) quoniam *Sic.; om. Sal.* s) *sic et Sic.;* quod si *Sal.* t) *sic c. et Sal.* u) in re *Sal.* v) hec *Sal.* w) simul *deest Sal.* x) innotuit *f.* 116a. *et f.* 116b. *bis scr., alterum expunct. c.* y) Et *add. Sal.* z) Invictus duritia *Sic. et Sal.* a) *sic c.;* Salephym *Sal. (Sic.).*

Sal. f. 212c—213a. duce super exercitu domino constituto, pervenerunt Tharsum Cilicie civitatem. Ubi[a] imperatoris carnem condiderunt. Deinde Levoni de Montanis obviantes ab eo magnifice recepti et cum triumpho magno ad civitatem Mamistiam[b] sunt deducti, ubi fluvius defluit, qui Geon ab incollis appellatur; cuius fons aut pocius scaturigo[c] XL[d] dumtaxat[e] tanta per singulos annos repletur piscium multitudine, quod ea die religiosi sufficienter reficiantur Armeni, pisces ulterius in XL[d] non conmessuri. Ubi cum dux infirmaretur, visitavit eum karolicos[f] Arminiensis. Quo proinde Antiochiam navigio perveniente, Christianus exercitus per Portellam, ubi Darius dicitur esse sepultus, et thesaurus Alexandri absconsus, deinde per quandam porte stricturam pervenit ad castrum quod Guasconum ab incolis nominatur; quod cum a Saladino detineretur, Christianus exercitus a sagittariis impeditus est; demum patriarcha[g] et populus Antiochenus ducem et exercitum cum triumpho Antiochiam deduxerunt, et carnem imperatoris honorifice seppelierunt. Ubi de consilio principis et patriarche moram fecit, quousque marchionem de Monte-ferato ad se vocaret, qui tunc in Anchonensi[h] erat obsidione; qua vocatione[i], baronum
*f. 116c. comunicato consilio, Antiochiam se[k] festinus adivit. In *cuius absentia cum pedites exercitus Anchonensis[l] a nullo refrenarentur, in festo sancti Iacobi vagantium plusquam octo[m] Saracenorum impetu occiduntur; marchio vero transiens per Tyrum comitem Henricum de Campania tunc applicantem maximo suscepit honore; qui ad exercitum veniens dux est ab omnibus approbatus; transiens[n] marchio per Tripolim viduas[o], orphanos et nobiles auro et argento suffocavit[p] egenos; deinde applicuit ad portum Sancti Symeonis, qui quoque Soldinus ab incolis appellatur. Iuxta quem est montanea[q] Nigra, quam multitudo inhabitat heremitarum diversis linguis et moribus[r] Deum laudantium. Unde[s] patriarcha, principe et duce magno cum triumpho receptus, ad civitatem usque deductus, ingressus est. Cui se et exercitum dux[t] omnino conmisit, ei ut paternis asseverans se obedire velle preceptis. Audiens Saladinus hec missit[u] exercitum sub Rachahadino[v] fratre et Mrahalino[w] filio militantem, ut districtum occuparet Buriti[x]. Quod dux et marchio percipientes, cum ab Antiochia usque Tripolim pervenissent, a Saracenis Etaudocras[y] et aliis multipliciter infestari[z], a Trapoly[a] Tyrum navigio pervenerunt, ubi ossa imperatoris arche tumulo conmendarunt. Et in Septembrio mense in campo Achonis Theothonici castrametati sunt; tuncque archiepiscopus Cantuariensis applicuit; deinde Christiani castra exeuntes dimicare exposuerunt[b], et Saladinum more Lombardorum vexillum in carocia[c] deducentem usque Saphoream et Recortanam, ubi Achonis fluvius oritur, insecuti sunt, cum de loco ad eorum insecutionem castra mutaverit; postmodum ad campum illesi reversi sunt. Adveniente Novembrio mense valida fames Christianos invasit, ut carnes equinas carissimis emptas comerciis[d] artarentur. Sicque per totam yemem fame, frigore, gladio macerantur. Tuncque Ysabella condam regis Aymerici filia, regni hereditatem, sorore defuncta, iure successorio petens, a Sighifredo Turonensi[e], cui nupsit, episcoporum sentencia separata[f] est; quam barones marchioni matrimonio copulantes, eum in regem et dominum elegerunt. Hic igitur, ut largus et magnanimus, et galeas in mari tenuit et
*f. 116d. exercitum frumento de[g] ordeo refociliavit[h]; *adveniente XL[i] navibus[k] conmerciis applicantibus, modius una die a centum bisanciis ad octo descendit, et in contiguo declinavit usque[l] ad annum[m].

CLXX. De Phylipo comite Flandie et de rege Francorum et duce Burgondie[n] et comite de Niverte et comite de Baro et aliis gestis.

ib. f. 212a. b. Anno Domini MCXCI. Phylipus comes Flandie[o] et postea rex Francorum et[p] dux Burgundie, comes de Nivers et comes de Baro venerunt. Rex igitur ante turrim Maledictam castra regalia fixit et palacium lapideum fabricavit et[q] Malivicinum rationabiliter appellatum, ut Maledictatum[r] turris mala vicinitate palacii lapidum ictibus verum sui nominis sortiretur effectum. Mangana erigi, gattos et cletas apparari[s] et propter ignem agrestem lamineis[t] plumbeis operiri. Comitte vero Flandiarum[u]

a) et *add. Sal.* b) *sic recte c., non* manustiam *ut Sal.* c) in, *quod Sal. post superscripsit, deest c.* d) *i. e.* quadragesima; XL[a] *Sal.* e) duta taxat *c.* f) catolicus *Sal.* g) et princeps, *quod Sic. et Sal. habent, omisit Alb.* h) Achonensi *Sal.* i) audita marchio, *quod Sic. et Sal. habent, omisit Alb.* k) se *delendum.* l) Achonensis *Sal.* m) milia, *quod desideratur, omisit et Sal.* n) Transiensque *Sic. et Sal.* o) et, *quod Sic. et Sal. habent, omisit Alb.* p) *sic male c. et Sal.;* sustentavit *Sic.* q) montana *Sal.* r) et mor. *bis scr. c.* s) a, *quod Sic. habet, omisit et Sal.* t) x *et* om *in loco raso.* u) *sic c.* v) h *adrasum c.;* Tachahadino *Sal.* w) Mirahalmo *Sal.* x) Byriti *Sal.;* Barucci *Sic.* y) *sic* (Sar. ₇audocras) *c.;* Sar. laudocras *Sal.* z) infestati *Sal.* a) Tripoli *Sal.* b) proposuerunt *Sal.* c) carrocia *et Sal.* d) comedere, *quod Sal. omisit, omisit et Alb.* e) turonē *c.* f) seperata *c.* g) et *Sal.* h) *sic c.* i) *i. e.* quadragesima; XL[a] *Sal.* k) *suppl.* cum *c. Sal.* l) usque *bis scr., alterum expunct. c.* m) *sic c. et Sal. perperam.* n) Burgundie *index cap.* o) Flandrie *Sal.* p) et *om. Sal.* q) *sic c. et Sal.* r) Maledicta *Sal.* s) fecit, *quod desideratur, omiserunt Sal. et Alb.* t) *sic et Sal. primum scripserat, quod correxit in* laminis. u) Frandiarum *Sal.*

Sal. f. 213b—214a.

in brevi defuncto rex, a Frandensibus[a] fidelitate accepta, turri Maledicte frequencius manganis maledixit et civitatem Acriam acrius impugnavit; nam instrumentis eius conbustis omnibus ad iussum regis vehementer irati peregrini scalis appositis ascendunt muro[b], sed angustia caloris et fumi denique depelluntur. Albericus autem marescalcus regalis intra menia urbana descendens *sicut leo rugiens* seviebat et cum bipenni, que et acia nominatur, plurimos unius[c] plures[d] occidens et moriens occisus est. Cuius caput a Saracenis ad collegas mangano pro xaso[e] trahicitur[a]. Muro perforato duo Saraceni civitatem egressi postularunt in Christi nomine baptiçari; qui renati fideles in operibus inventi sunt[f]; mangana marchione preside reparantur; qui regi tradidit Tyrum, observans quod promiserat, se scilicet coronato primitus venienti de civitate[g] omni facie[h] redditurum. Rex autem suis hominibus communivit. Interrea[i] Ricardus rex Anglorum sibi Cyprum insulam subiugavit, Ysachium, qui se imperatorem nominabat, capiens et inmensas divicias et victualia et animalia deducens. Qui a Cypro pellago sulcans navem Saracenorum a Beritho proficiscentem et Achonem properantem invenit; in qua erant septenginti[k] viri ad bella fortissimi cum sufficientia stipendiorum et omni genere armorum et igne agresti et serpentibus et cocodrillis[a] et[l] interrentioni[m] nequiter deputatis. Hanc igitur cum viginti[n] quatuor galleis, cum quibus in retroguardia suarum navium accedebat, inpugnavit ter et quater cum magno detrimento suorum; *post hec regis improperii[o] et blamdimentis[p], minis et premiis promissis[q] ar- *f. 117a. mantur[a] et navem impugnando perforant et submergunt, duobus e naufragio tantum superstitibus reservatis; quorum unum, cum venisset in campum, ad Saladinum, alterum misit in urbem. Ad hec rex Francorum, licet rege Anglie dissentiente, pugnam indixit; pugnatur, et muri securi inciduntur, Saracenis Saladino amactantibus[a], ut in eorum succursum studeat accellerare[r]. Adveniente nocte marchioni custodia denegatur[s]; a quo Mostubus consensu regis Francie de colloquio data[a] securitatem[t] accepit; adveniente die coram regibus aliisque baronibus colloquium celebratur. In quo Mostubus civitatem reddere cum omnibus rebus, dummodo persone abire permitterentur illese, promisit. Christiani vero sanctam crucem, captivos omnes et regnum repetunt universum. Mostubus Saladinum asserit consulendum; obsidibus ergo datis consulitur; qui promisit crucem reddere pariter et Achonem, mille quingentos Christianos et centum milites et ducenta milia biçantiorum. Dum hec agerentur, rex Anglie murum aggreditur; per dedictionem[a] civitas obtinetur quarto Idus Iulii anno[u] Domini MCXCI; positisque a regibus in portis custodibus, solis Francigenis et Anglicis patebat ingressus, ceteris, sive[v] de Romano imperio sive[v] aliunde, licet per biennium laborassent, obprobriose reiectis. Nam intrare volentibus[a], colaphys[a] et verberibus cedebantur. Sed et tredecim ex Polinis pede truncati sunt. Cum igitur posse[w] quingenta milia hominum preter mulieres et parvulos et armorum multitudinem, que vix numerari poterant[a], et ampulas ignis agrestis et galeas cum salandris et galeonibus septuaginta et ceteras divicias, quarum non est numerus, reges in suis manibus habuissent, inter se[x] omnia diviserunt. Iudicet ecclesia et secutura posteritas, si, que sanguine ceterorum et yemalibus fuerant partita[y] laboribus, decuerit culmen regalis honoris ad suas manus omnino[z] devolvere, quas[a] non erubescebant vix tribus mensibus insudasse; non enim sibi victoriam, sed Domino ascribere debuerunt. Sed[b] cum sibi ascribere presumpsissent, reminisci debuerant aliorum, quorum ossa campus sanctus incinerat, vel presens vita libera tollerabat; nam archiepiscopus Ravennas, langravius Torringie[c], Fredericus dux Suevorum et multi de imperio comittes et barones in Domino mortui fuerunt, sed et[d] universitatis defunctorum numerus, *peste, fame, gladio pereuntium, est incertus; aut[e] tantum dubium est, quod in obsidione ferme *f. 117b. preter principes CC milia de hoc seculo migraverunt. Ad hec rex Francie conabatur marchionem in regem promovere, rex Anglie Guidonem restituere; demum interposita pactione Tyrus, Sydon et Baruth marchioni cum medietate Ascalonis et Ioppe[f] iure successorio provenerunt, preterrea[g] medietas Achonis et tocius regni acquisiti et aquirendi[h]; alia Guidonis; sic tamen in vita alterius, quod neuter diademate uteretur. Post hec rex Francie asoldatis[f] pro se quingentis militibus, et armis, que sibi obvenerant, Templo et Hospitali et marchioni distributis, repatriavit cum obprobrio tam[f] inmenso, ubique[i] in faciem aclamato[h]: 'Vah, qui fugis et terram Domini derelinquis!' Rex autem Anglie, cum peccunia promissa non solveretur, captivos omnes contra fas et licitum interfecit — qui debuerant pocius servari et in servitutem redigi — preter Monostobium et Carcosam[k] et quosdam alios milites, quos pro peccunia relaxavit. Verumtamen Saladinus Christianis captivis malum pro malo non reddidit.

a) *sic c. et Sal.* b) muros, sed ab ang. *Sal.* c) uuus *Sal.* d) *sic* (pl'es) *c. in loco raso et Sal.* e) saxo *Sal.* f) *manus hoc loco in marg. cod. picta.* g) de ultra mare *Sal.* h) omnifarie *Sal.* i) Intrea *c.* k) *sic* (septēginti) *c. et Sal.* l) et *delendum.* m) intrentioni *c.* n) uigiti *c.* o) improperiis *Sal.* p) *sic c.* q) *punctum h. l. positum in c.* r) acellerare *Sal.* s) *sic c. et Sal. pro* delegatur. t) securitate *post corr.* (?) securitatē *c.* u) Anno *c.* v) siū *c.* w) *sic c. et Sal. pro* plus (?). x) tantum *add. Sal.* y) parta *Sal.* z) omnino *Alberti manu superscr. c.* a) *sic c. et Sal.; lege* quasi *vel* qui. b) et *add. Sal.* c) toringie *h. l. Sal.* d) et *superscr. c.* e) *sic c. et Sal.; lege* haud tamen dubium. f) *sic c. et Sal.* g) pretrea *c.* h) *sic c.* i) *supple* sibi *e Sal.* k) Caracosam *Sal.*

Sal. f. 214a. Rex Anglie exinde terra marique recuperat Caypham et Cesaream; et cum accessisset Açotum, Iacobus de Avena occiditur; deinde Ioppem proficiscentes, in Rama, Lydda, Turone-militum et Berthenubilo[a] yemantes, Ascalonem accedunt; et videntes muros diruptos fleverunt super illam, muros et turres in brevi rehedificantes. Interim inter regem Anglie et ducem Burgundie ceterosque barones Francie discordia vehemens orta est, eo quod vilipendit eos. Redeunt ergo Tyrum, progredientes ad marchionem, et cum eis quingenti electi milites, cum quibus Saracenorum casalia cursitandos[b] plurimum proficiebat.

CLXXI. De incoronatione imperatoris Henrici.

ib. f. 214a. b. Eodem anno, videlicet anno Domini MCXCI. Henricus Frederici primi filius regnavit apud Romanos an. VIII. Hunc Celestinus papa, qui Clementi successerat, unxit et imperiali diademate coronavit; et tunc imperator apostolico dedit Tusculanum, et apostolicus Romanis. Romani vero civitatem destruxerunt et[c] Tusculanos excecantes et alias deformiter mutilantes. Indeque imperator cum augusta nomine Constancia, filia condam Rogerii Siculi regis et soror[d] Guilielmi regis, in Apuliam descendit, ut regnum, quod[e] iure successorio, fratre defuncto, debebatur, obtineret. Sed Tancredus iam substitutus apud Panormum fuerat consecratus. Cum itaque Salernum adierit imperatrix, eam Salernitani
f. 117c. cives nequiter capientes Messanam ad Tancredum regem miserunt; qui eam in Panormitano *palacio honestate augusta dignissima conservavit. Imperator vero Neapolim cum obsederit, pene suis omnibus pestilenti morte peremptis, spe sua propositove cassatus est.

CLXXII. De infortunio Cremonensium.

ib. f. 214b. Eodem anno fuit infortunium, quod malamortha[f] a Cremonensibus appellatur, eodem[g] apud Civitatem Pergamensium castrum contra Brixienses cum Pergamensibus congregata[h], divino iudicio in se ruentes aut in flumine Olei precipitantes, multi quidem capti, multique mortui sunt. Sed captos rediens de Apulia imperator e carcere liberavit; et eisdem Cremonensibus Cremam concessit et privilegio confirmavit. Ad hec in Alamaniam rediit. Cui Tancredus augustam remisit[1].

CLXXIII. De rege Anglie et aliis gestis, que fuerunt suo tempore.

ib. f. 214c. d. Anno Domini MCXCII. rex Anglie apud Ascalonem de reditu suo et regimine terre sollicitus ab universo quesivit exercitu, cui terram committeret conquisitam securius et conquerendam[i]; post vota diversa — quidam namque Guidonem inunctum, quidam marchionem invictum, quidam comitem Campanie preferebant — marchio[k] eligitur et in facie exercitus approbatur. Igitur a rege citatur, ut properet regales insulas[l] accepturus et sceptra. Quarto Kal. Maii littere presentantur. Eodem die ab Asaxinis[m] occiditur clamantibus: 'Non eris marchio, non eris rex!' quorum unus conbustus est, alius, cum decoriaretur, confessus est se a Sene domino suo transmissum hoc fecisse imperio regis Anglie; tercia die comitti Henrico illuc venienti uxor gravida copulavit[n] invita. Redit festinus Achon, civitatem obtinuit et ingressum Guidoni prohibuit. Itaque rex Guidoni Cypricum tradidit regnum, viginti biçantiorum milibus emptum. Post hec Iopem[o] obsedit Saladinus, in qua patriarcha Rodulfus electus treguas optinuit a Saladino, quod, si usque ad biduum non haberet succursum, redderet municipium; et cum alium non haberet, se ipsum pro ovibus obsidem[p] dedit; duobus diebus transactis rex navigio cum Pisanis applicuit et Saracenos castrum expugnantes viriliter[q] exterminavit; cui equus a casttilano[r] paratur. Hunc solum militem pedites conmutantur[s] et extra civitatem[t] in Turchorum faciem[m] castrametantem[u]; stupent Turchi unius militis incursione fugati[v]. Timuerunt plurimum Turchi, ne rex tam ferus invadere velit Egyptum. Quid igitur? utroque exercitu fugato, ad triennium tregue pro
f. 117d. desideriis[w] conponuntur, Ascalone destruenda et a parte *neutra possidenda. Sed in hoc rex peccavit, quia patriarcham obsidem conpeditum non liberavit; adeunt[x] igitur Christiani sepulchrum et inveniunt ibi Ethyopem nudum in Christianorum ignominiam oblationum libamina colligentem. Rex autem sub

a) Bethenubilo *Sal.* b) cursitando *Sal.* c) *supple* arcem *e Sic. et Sal.* d) *sic c. et Sal. pro* sorore. e) *supple* sibi *e Sic. et Sal.* f) malamorcha *Sal.*; malmorth *Sic.* g) *sic* (eod̄) *c. et Sal.*; eo quod *Sic.* h) congregati *Sic. et Sal.* i) conquirendam *Sal.* k) *supple* rex *e Sal.* l) infulas *Sal.* m) *sic c. et Sal.* n) copulatur *Sal.* o) *sic h. l. c.* p) obsidē|dē *c.* q) uirilit *c.* r) *sic c.*; castellano *Sal.* s) *sic c.*; ꝯmitantur *Sal.* t) ciuitate *c.*, *sed fortasse* ciuitatē *scriptum erat, linea super* e *detrita.* u) castrametantur *Sal.* v) *Albertus omisit quae Sal. hoc loco habet:* Adducti Christiani tentoria figunt. w) tregue ꝓ ꝯsideriis *c.* x) adeum *c.*

1) *Sequentia, quae Salimbene f.* 214b. c. *habet, Albertus in Libri de temp. cap. CXCIV. praebet, supra p.* 452.

manu perfidi constitutum sepulchrum accedere noluit adoratum, sed festinavit ad reditum. Cum[a] de *Sal. f.* 214d. morte marchionis suspectus haberetur, sub habitu ministri Templariorum et Hospitaliorum usque in Austriam, suis aliunde remissis, pervenit incolumis. Ubi dum gallinas assaret, deprehenditur, capitur et duci Austrie presentatur. Audiens igitur imperator regem Anglie servili[b] habitu redeunte[c] a duce Austrie captum, eum detinuit in custodia, eo quod contra eum presumpsisse quedam in regno Sycilie videretur et necem Conradi marchionis credebatur nequiter machinatus; denique ipsum pactione sibi placita relaxavit.

CLXXIIII. De Henrico imperatore et de adventu eius in Ytaliam.

Anno Domini MCXCIIII. Imperator Henricus in Ytaliam rediit et ad inferiora descendens *ib. f.* 214d. 215a. Apuliam et Calabriam et Syciliam subiugavit, et omnia potenter obtinens, bona terre in Alamaniam thesaurosque regni portavit, reginam et filium eius, qui patri successerat, et quos voluit captivavit. O quam digna retributio Dei, que nullum malum preterit impunitum! primates, qui sederunt[d] in insidiis cum divitibus in occultis, mensura qua mensi[e] fuerant metiuntur et iudicio quo iudicaverant iudicantur. Phylipus autem frater imperatoris filiam Ysachii imperatoris Constantinopolitani, que Rogerio Tancredi filio nupserat primogenito, viduam, viro defuncto, in Panormitano invenit palacio et inventam sibi coniugio copulavit legittimo. Sed eundem Ysachium imperatorem Alexius frater excecans et Alexium filium eiusdem incarcerans, imperium usurpavit.

CLXXV. De Henrico imperatore dicto redeunti[f] in Syciliam.

Anno Domini MCXCVII. Rursus imperator in Ytaliam rediens, in Syciliam[g] mortuus est et *ib. f.* 215a. sepultus. His temporibus quidam extitit Ioachym Apulus abbas, qui spiritum habuit prophetandi, et prophetavit de morte imperatoris Henrici et futura desolatione Syculi regni et de defectu Romani imperii; *quod manifestissime declaratum est. Nam regnum Sycilie multipliciter est perturbatum et **f.* 118a. imperium propter[h] scisma divisum.

CLXXVI. De obitu imperatoris Henrici et de electione imperatorum.

Anno Domini MCXCVIII. obiit imperator Henricus, filius condam Frederici[i] imperatoris, in *ib. f.* 215a. b. festivitate sancti Michaelis in regno Sycilie[1]; et facta est in regno de imperatoris electione sedicio. Nam imperator Henricus pupillum de augusta relinquens a principibus obtinuerat, quod pupillum eligerent, etiam ut[k] pupillo quidam fecere fidelitatem. Inter Phylipum quoque Frederici filium, Henrici fratrem patruumque pupilli, nec non et Ottonem[l] ducis condam Henrici Saxonie filium, ad imperium aspirantes in Theotonica regione creatur[m]; nam et uterque[n] principibus electus est. His temporibus Innocentius papa tercius creatur, qui, ut pupillo esset adiutor et ecclesie iura defenderet, adversus quendam Marchoardum[o], qui se quoque pupilli iura tueri, nescio quo spiritu, fatebatur, utroque gladio dimicans eum viribus declaravit[p]. Apulia, Calabria et Sycilia vario voto vacillarunt. In Alamania quoque varietas fuit votorum. Sed cumcertantium[q] nec equa iusticia nec equa potestas. Et eodem tempore fuit quidam Cremone vir simplex, fidelis plurimum et devotus, nomine Homobonus; *ib. f.* 216b. c. ad cuius obitum et ad cuius intercessionem et merita Dominus huic mundo multa declaravit miracula. Eapropter Romam peregre proficiscens eodem[r] anno, scilicet MCXCIX, presentia[s] summi pontificis adii, et ut in cathologo[t] sanctorum adnumeraretur auctoritate ecclesiastica, per divinam misericordiam feliciter impetravi. Et si vis aliud scire et invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad cronicam pape Innocentii tercii[2], et multa gesta ibi invenies.

a) Cumque *Sal.* b) sub vili *Sal.* c) redeuntem *Sic. et Sal.* d) sederant *Sal.* e) mesi *c.* f) *sic c. h. l.;* redeunte *index cap.* g) *sic* (sycilia *c.*) *Sic.;* Sicilia *Sal.* h) p||t *c.* i) *nota h. l. deesse* primi, *quod Sal. post in margine supplevit.* k) etiamve *Sic. et Sal.* l) Octonem *Sal.* m) certatur *Sal.* n) *supple* a *e Sic. et Sal.* o) *sic c. et Sic.;* Marcoaldum *Sal.* p) debilitavit *Sic. et Sal.* q) concertantium *Sic. et Sal.* r) Eodem *c.* s) presentiam *Sic. et Sal.* t) cathalogo *Sal.*

1) *Haec Albertus ex libro fratris Salimbene hoc loco repetiit, quae is ex Alberti Libro de temp. cap. CXCV, supra p.* 452, *descripserat.* 2) *Lib. de temp. cap. CXCVI, supra p.* 453, *ubi ea leguntur, quae Sal. f.* 215b. 216b. *de Innocentio et Ottone habet, et ad Libri de temp. cap. CXCVIII, supra p.* 454, *Albertus adscripsit ea, quae Sal. f.* 216c. *ad a.* 1200. 1201. *ex Cronica Sicardi excepit, quae Albertus eapropter hoc loco omisit.*

CLXXVII. De terremotu et aliis gestis, que fuerunt eodem tempore.

Sal. f. 216c. d. Anno Domini MCCII. Eo anno, quo quasi iubileo fere tota Lombardia tregue vinculatur[a] in lustro. Merito dixerim iubileo, quo et in remissione peccatorum maxima Ierusalem tendentium peregrinorum accingitur multitudo. Inter quos defuere[b] precipui Balduinus comes Francensis[c], Lodoicus comes Blesensis nec non et Bonifacius marchio Montis-ferati. Eodem anno fuit terremotus magnus in **f.* 118b. Syria, quo civitates et oppida nutaverunt; etiam ipsa Tyrus fere corruit universa; etiam stellarum *visa est in eadem provincia maxima dimicantium pugna, quarum septentrionales de orientalibus victoriam detinebant; quod non est ambiguum futuri excidii presagium extitisse. Nam predicti peregrini apud Venecias congregati, cum Venetis aripientes iter, primo Zadram, municipium Dalmacie munitissimum, in sinu Adriatico situm, Venetis nimis infestum, auctorante venerabili viro Henrico Dandalo duce et stolio Venetorum invadunt; quod non diu obsessum Veneti destruxerunt. Interrea[d] filius imperatoris Ysachii predictus[e] puer Alexius de carcere liberatus Phylipum cognatum suum abiit[f], Alamanie regem, supplicans, ut sibi auxilium impertiret.

CLXXVIII. De multitudine locustarum et de captione civitatis Constantinopolitane et aliis gestis, que fuerunt eodem tempore.

cf. L. temp. c. 201. *Sal. f.* 216d—217b. Anno Domini MCCIII, tempore domni Ysachi de Dovaria anno primo potestatis Regii, civis Cremone. Eo anno tanta fuit locustarum[g] multitudo, quod germinancia destruxerunt[h] universa. Eodem anno predictus dux ceterique barones adholescentem unanimiter assumentes, Adriatico mari decurso, ad Illiricum pervenerunt; et primo Duracium puero subiugatur. Ceterisque maritimis subiugatis Constantinopolim per Elepontiacum[i] pervenerunt. Interrea[d] in Venetos, ceteros[k] Latinos Constantinopolim conmorantes Grecorum et Guarangorum desevit atrocitas, eos impugnans, capiens et occidens. Cumque cives conmoniti legittimum dominum recipere et tyrrannum excludere recusarent, irruentes Latini viritim in urbem, catenas[l] fregerunt, naves submergerunt[m]; et cum Blacherne palacium obsiderunt[n], Oclighitria[o], id est beate virginis ycona ab evangelista Luca virgini conformata, ad confusionem hostium menibus superponitur, sed a Latinis reverencius adoratur; deinde Basilographia, id est regalis scriptura cuiusdam prophete Danielis Achivi, qui de imperatorum Constantinopolitanorum successionibus enigmata scripsit, producitur in medio; ubi cum legeretur, quod natio flava cesarie ventura esset urbis excidio urbemque gravi expugnatura prelio, tamen ad ultimum — quod in ipsos decidat! — peritura, hoc facto confisi Achivi repente irruunt in Latinos; demum urbe terra marique viriliter impugnata et ex magna parte conbusta, tyrrannus aufugit; ad hec Ysachius restituitur[p], et Alexius adholescens in mense Iulio in ecclesia sancte Sophye magnifice coronatur; **f.* 118c. postea eum[q] Greci Latinos publice in[r] iniuriis multis *afficerent et privatim occiderent, Latini arma sumentes rursus urbem conbusserunt et predam maximam exportarunt. Ad hec cum se[s] tyrrannus Andrinopoli[t] recepisset, imperator iuvenis eum collecto exercitu cum baronibus effugavit et sibi terram[u] subiugavit. Sed cum peregrini magnis remunerandi promisit[v] instarent, malo Grecorum consilio usus, benefitiorum ingratus, clam et palam beneficiis adversatur. Igitur inter eum et Latinos çiçaniis seminatis Greci, habentes eum exosum, quendam Constantinum imperatorem efficiunt, populus autem Alexium Murçuflium coronavit[w]. In qua contentione prepotens fuit Alexius ille Marçuflius[x]; adholescens vero Alexius, cum vix regnasset sex mensibus, suffocatur; pater Ysachus[y] moritur. Marçuflius[x] tyrrannus a peregrinis de solutione peccunie impetitus solvere diffitetur. Quocirca Veneti pariter et peregrini civitatem unanimiter adoriuntur et universam regionem in circuitu depopulantur et Murçuflium, dum die quadam in nemorosis lateret insidiis, effugarunt et fratrem eius et vexillum et yconam regiam capientes. Econtra de suis Greci viribus presumentes, lingue pocius contumeliis armati[z] vel audacia cordibus[a], rebellant. Eodem anno rex Armenie Antyochiam obsedit, et licet eam cum exercitu introierit, non tamen optinuit. Eodem anno magister Petrus cardinalis, apostolice sedis legatus, apud Syciliam[b] Cilicie municipium Armeno catholico, XIIII[c] episcopis mitras et baculum, me presente, in presentia regis Armeni tribuit pastoralem, recipiens ab eo debitam sancte Romane ecclesie fidelitatem.

a) *sic c. et Sal.;* in t. Lomb. tr. vinculantur *Sic.* b) fuere *Sic. et Sal.* c) Frandensis *Sal.;* Flandensis *Sic.* d) Intrea *c.* e) pdss *c.* f) adiit *Sic. et Sal.* g) *supple* in Syria *e Sal.* h) lederent *Sal.* i) Elespontiacum *Sal.* k) ceterosque *Sic. et Sal.* l) *supple* portus *e Sal.* m) *sic c.;* submersserunt *Sal.* n) obsiderent *Sal.* o) Odighitria *Sal.* p) *sic recte c. cum Sic. (!);* destituitur *Sal.* q) cum *Sic. et Sal.* r) in *delendum.* s) de (?), d *corr.* (?) *c.* t) *sic c. et Sal.;* Andrenopolim *Sic.* u) Traciam *Sic. et Sal.* v) promissis *Sic. et Sal.* w) u *e corr.* x) *sic h. l. c.* y) Ysachius *Sic. et Sal.* z) *supple* quam viribus corporis *e Sal.* a) *sic c. et Sal. pro* cordis. b) *fortasse* fyciliam *in cod. scriptum est;* Siciliam *Sal.* c) suis *add. Sal.*

CLXXIX. De captione eiusdem civitatis Constantinopolitane et de gestis, que fuerunt eodem anno[a].

Anno Domini MCCIIII. et tempore supradicti domni Ysachi potestatis Regii. *cf. L. temp. c. 202.* Eodem anno Grecorum verbis contumeliosis superbia increbescente[b] Veneti ad bellum cum baronibus *Sal. f.* 217c. d. accinguntur et urbem aggressi salo soloque viritim excertant. Machinis, telis et spiculis[c] a Grecis resistitur[d]. Sed fatiscentibus eis, a militibus impetuose itur in urbem. Murçuflius in fugam vertitur; alius ad imperium, scilicet Ascari, a civibus infatuatis eligitur. Sed adveniente luce a Latinis Blacherna et Bucca-leonum palacia occupantur. Quid plura? Grecorum strage data[e], gens illa spiritu consilii destituta, condam prudentie filia, nunc sine prudentia, sicut pulvis disperiit, sicut fumus evanuit, sicut fenum exaruit. Et Latinorum gens urbem Constantinopolitanam[f] in mense Aprili victoriose obtinuit. Ad hec barones Balduinum Frandie[g] *comittem in imperatorem diademate coronarunt, Venetis cum *f. 118d. Ianuensibus[1] votis conniventibus[h] imperium sortientes; nam quarta imperatorie maiestati, triumve[i] quartarum medietas cessit Venetis, et cetera peregrinis. Bonifacius vero marchio, qui Margaritam imperatricem condam Ysachii, sororem Aimerici regis Ungari, sibi in matrimonio copulavit, Thesalonicam vendicavit. Murçuflius autem Alexium tyrranum[k] adiens et intendens bellum[l] blandiciis et alicuius spei seducere verbis, lumine privatus est. Rediensque ad urbem a Latinis misericordiam impetravit. Sed cum rursus prodictionis[k] moliretur insidias, de columpna Tauri per sentenciam[m] precipitatus est, ut, sicut presumpserat *ascendens in altum,* sic de alto rueret in precipitium. Ascari quoque trans Elespontum fugato Latini victoriosi fere[n] monarchiam Grecorum obtinebant; adimpleta est[o] prophetia, quam mathematicus quidam predixit Achivus[p]: *Gaudete, septem montes, sed non mille annos;* nondum enim a Constantino millesimus advenerat annus, quando Septem-solium, id est Constantinopolis[q], a summo gaudio tristicie ruit in ymei[r]. Eodem anno cometa magnus Acriam illustravit. Eodem anno venerabiles[s] viri domnus Soffredus[t] et magister Petrus presbyteri cardinales, apostolice sedis legati, de Syria Constantinopolim adierunt, ubi ab imperatore civibusque Latinis et Grecis apud Sanctam Sophyam honorifice recepti fuerunt. Qui ibidem spiritualia negocia tam inter Grecos quam Latinos diffinierunt; et divina officia me assistente sollempniter celebrantur[u]. Nam et ego ad mandatum predicti cardinalis magistri Petri in sabbato quatuor temporum ante nativitatem Domini in templo sancte Sophye sollempniter ordines celebravit[v]. Qui[w] et ipse pro amore Domini crucifixi peregrinans in Syria sicut prius, ut ei assisterem in Armeniam[x], sic et post in Grecia fueram comitatus eundem. Eodem anno Greci excitati quasi se, Latini[y] expulsis, in Andrinopolim[z] receperunt. Et si vis aliud scire et invenire[a], ad tempus et annum eiusdem potestatis Ysachii[2], et omnia invenies de gestis, que fuerunt eodem tempore.

CLXXX. De obsidione, quam fecit Balduinus imperator Constantinopolitanus Adrinopolim[b] civitatem[b] contra Grecos, et de gestis aliis, que fuerunt eodem tempore.

Anno Domini MCCV. Tempore domni Gualperti de Liazaris, Atto, Raymundus *cf. L. temp. c. 203.* de Sesso et socii consules comunis Regii. Eodem anno Balduinus imperator Constantino- *Sal. f.* 217d. 218a. politanus Grecos in Andrinopoli *congregatos obsedit; sed a Blactis[c] forinsecus agregatis et Cumanis *f. 119a. cum quibusdam ex baronibus suis vel occisis vel captis pariter et captus est et consequenter occisus. Ideoque recedens ab osidione[d] confusus Latinorum exercitus, tamen rediit in urbem Constantinianam illesus; cui frater imperatoris, Henrico Venetorum duce defuncto, prefuit Henricus nomine, vir audax et exercitio militaris. Marchio quoque Bonifacius, qui Thesaulonie[e] regnum[f] circumquaque provinciis subiugaverat, Grecis et Blactis[c] adversantibus, multa perpessus est; fuit igitur hoc anno Grecis arridens et blanda, sed Latinis adversa fortuna. Qui[g] mathematici predixerunt Achivi. Verumtamen invictus

a) tempore *index cap.* b) increbrescente *Sal.* c) suspiculis *c.* d) resitntur *c.* e) *supple* multorum *e Sic. et Sal.* f) Constantinianam *Sic. et Sal.* g) Flandrie *Sic. et Sal.* h) *sic Sicardi codices;* communibus *Sal.* i) ue *minus perspicue scriptum in c.* k) *sic c.* l) eum *Sic. et Sal.* m) sentēcia *c.* n) totam *Sicardi om. c. et Sal.* o) *supple* itaque *e Sal.* p) Achivis *Sal.*? q) ꝯstantinopoł *c.* r) yma *Sal.* s) verabiles *c.* t) Sosfredus *Sal.* u) celebrarunt *Sal.* v) celebravi *Sal.* w) Q *c.* x) *sic* (armeniā) *c.;* Armenia *Sal.* y) Latinis *Sic. et Sal.* z) Andrinopoli *Sal.;* Andrenopolim *Sic.* a) *supple* recurre. b) *sic c. h. l. et in indice cap.* c) Blaccis *Sal.;* Blacis *Sic.* d) *sic c.* e) Thessalonie *Sal.* f) *supple* cum *e Sal.* g) Quod *Sal.*

1) *Haec verba falso, nescio unde, inserta sunt.* 2) *Videlicet ad cap. CCII. Libri de temp., supra p.* 455, *ubi ea leguntur, quae Sal. initio huius anni posuit.*

Sal. f. 218a. marchio vinctum, quem ceperat, Alexium condam imperatorem cum uxore misit in Lombardiam, ut in custodia servaretur et a tyrrannide, quam semper exercuerat, arceretur [1].

CLXXXI. De sopita seditio[a] de occidentis imperio et aliis gestis.

cf. L. temp. c. 206. *Sal. f.* 218a. b. Anno Domini MCCVIII, tempore consulum civitatis Reg.[b], scilicet domnus Guido de Regio, Arduinus de Sesso et socii. Et eo anno sopita est sedicio regum de occidentis imperio concertantium; nam Phylippo in thalamo nequiter occiso successit feliciter Otto quartus. De quo noctu quidam previderat visionem se esse Dei gratiam dicentem et futura hiis versibus prophetantem, scilicet:

Sufflo, da terre, rex[c] *Otto*[d] *xer*[e] *Errat Adolfus.*
Xer dolor Otto[d], *suspite*[f] *finit ibidem*[g].

Paranigmatis[h] hoc anno sentencia declaratur sic: *Sufflo:* inspiro; *da terre:* dic terrenis. Quod *rex Otto*[d], *xer* ratione[i] dolet, et quod *errat Adolfus* electus Coloniensis. *Xer dolor Otto*[d] *tibi* expositio est clausule precedentis. *Suspice finit ibi:* ostendit enim visio previsori[k] temporis determinatio[l]: hunc annum in pariete pictum, litteris annotatum. Et si vis aliud invenire de gestis, que fuerunt eodem tempore, recurre ad ystoriam supradictorum consulum [2], et invenies.

CLXXXII. De rege Sycilie et de gestis, que fuerunt in Yspania contra Saracenos, et qualiter devicti fuerunt et mortui a Christianis.

cf. L. temp. c. 210. Anno Domini MCCXII. Tempore consulum civitatis Reg., scilicet domnus Paganus de Saviola, Çufredus Taculorum et Thomax Taculorum et socii comunis Reg.
Sal. f. 218c. 219a. b. Eodem anno rex Sycilie predictus Romam veniens a summo pontifice et a Romanis magnifice receptus est. Deinde navigio Ianuam attingens per eorum manus et marchionis Guilielmi Montisferati usque Papiam deductus est et gloriose receptus[m], per eos ad Lambrum usque deducitur. Cui
**f.* 119b. Cremonenses ad Lambrum *alacriter occurrentes eum Cremonam cum tripudio et astiludio deduxerunt. Sed ex Papiensibus militibus, dum reverterentur, multi a Mediolanensibus capti sunt. Rex vero Mantuam et Veronam atque Tridentum felicissime transiens in singulis civitatibus extitit gloriosus. Exinde per Curiam introivit in Alamaniam, et a principibus de die in diem fidelitates accipiens, apud Magonciam[n] coronatur; postmodum[o] apud Ratisbonam sollempnem curiam celebrans a rege Boemie et ab aliis
(Sic.) multis principibus fidelitates accepit. Eodem[p, 3] anno Almiramomelin[q] rex Mauritanie veniens in Yspaniam cum infinita multitudine Saracenorum minitabatur[r] non solum Yspanias, sed et[s] Romam, immo Europam capere universam. Sed Innocentius papa tercius Christianorum signaculo[t] crucis insignitorum fecit contra illos multitudinem congregari; qui prima facie Malagon castrum ceperunt, deinde Colatravam[u], Alarcos, Benaventum, Petrabonam occupantes, ad Portum Muradal fixere temptoria; Portus autem artus erat, ut ducenti homines quasi toti mundo transitum prohiberent; nostris igitur hesitantibus, ecce duo Christicole sub specie[v] venatorum; quibus precedentibus ex alio montis latere contra spem[v] Saracenorum totus montem pertransiit Christianorum exercitus die sabbati, non longe a castris inimicorum Christi temptoria figens; die Lune diluculo dispositis aciebus in campo, XVII° Kal. Augusti congressi sunt Christiani et inimici Christi. Et per gratiam salvatoris christianissimis regibus Aragonum et Navarre et Castelle trucidantibus hostes terga verterunt; quorum infinita milia Christi-

a) *sic c. h. l.;* sedicio regum *index cap.* b) Reg *c. saepe, quod et* Regii *et* Regine *legi potest.* c) *sic c. et Sal. perperam;* rex *Sic.* d) Octo *Sal.* e) xer. *Sic. et Sal.* f) tibi. suspice *Sic. et Sal.* g) ibi *Sic. et Sal.* h) ibid' panimatis *(nullo puncto interposito) Alberti manu corr.* panigmatis; *lege* Huius paranigm. *cum Sal.* i) roe *Murat. falso* Rome *legit.* k) *punctum h. l. interpositum in c.* l) *sic c.;* determinationem *Sal.* m) *supple* et *e Sal.* n) Magentiam *Sal.* o) post modu *c.* p) *sic c. et Sic.;* Item eodem *Sal.* q) *sic Sic.;* almiramomeli *c.;* Almiramamolinius *Sal.* r) minirabatur *c.* s) *sic c. et Sic.;* etiam *Sal.* t) signaculum *Sal.* u) Colatronam *Sal.* v) spe *c.*

1) *Quae apud Sal. f.* 218a. *ex Cronica Sicardi exscripta sequuntur Albertus ad cap. CCIII—CCV. Libri de temp., supra p.* 456, *adscripsit ideoque hoc loco omisit.* 2) *Ad Libri de temp. cap. CCVI, ubi ea leguntur, quae Sal. post haec habet. Quae Sal. f.* 218b. c. d. *ad a.* 1209. 1210. 1211. *ex Cronica Sicardi exscripsit Albertus ad cap. CCVII—CCIX. Libri de temp. adscripsit ideoque hoc loco omisit.* 3) *Ad sequentia Albertum Sicardi codicem contulisse vel haec ex eo solo exscripsisse censeo, cum plures lectiones a Salimbene corruptas meliores praebeat.*

colarum gladius devoravit. Nam per quinque leugas[a] fugati sine numero corruerunt. De[b] nostri habita victoria procedentes Ubendam civitatem viriliter occuparunt; in qua sexaginta milia utriusque sexus gentilium ceciderunt[c]; demum Christianus exercitus ad propria remeavit, agens gratiam[d] salvatori, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Eodem anno alias dicitur[1], quod rex Francie cum comite Montis[e]-fortis et aliis hominibus cruceeignatis, et de[f] prelio et exercitu, quod[g] fuit in Yspania, quando apud Amuradal[h] imperator Saracenorum qui[i] devictus fuit, qui quinquaginta reges habebat, a tribus regibus Yspanis, scilicet Castelle, Navare, Aragonense[k], cum adiutorio Portugalensium; de quibus XI milia prima[l] acie mortui fuerunt, et cum adiutorio Portugalensium[2]. Eodem tempore et anno[3] in mense Novembris iste[m] papa Innocencius apud Lateranum celebravit concilium in anno MCCXV. *Sal. f. 219b. — ib. f. 219c. — Ioh. de Deo. — Sic. Cont. codd. 2.*

CLXXXIII. De multitudine puerorum Alamanie.

Eodem anno MCCXII. trium puerorum quasi duodecimum[n], qui se visionem vidisse dicebant, crucis signaculum assumentium in partibus Colonie persuasu *multitudo innumera pauperum utriusque sexus et puerorum Theothonie peregrinantium in Ytalia cruce signatorum accessit, unanimi corde et una voce dicentium se per sicum[o] maria transituros et terram sanctam Ierusalem in Dei potencia recuperaturos; sed demum quasi evanuit universa. Eodem anno fuit fames adeo[p] valida, precipue in Apulia et Sycilia, ut matres etiam pueros devorarent. *Sal. f. 219c d. — *f. 119c.*

CLXXXIIII. De disconfita Mediolanensium facta per Cremonenses apud Castrum-Leonis et de amissione carocii Mediolanensium.

Anno Domini MCCXIII. Domnus Thomax Caritatum, Gualbertus de Liazaris et socii consules comunis Reg.; die pascha sancto pentecostes, qui[q] fuit in festo sanctorum martyrum Marcellini et Petri, videlicet secundo die intrantis Iunii, Cremonenses in auxilio Papiensium, quorum multi, ut prediximus[r], a Mediolanensibus in transitu regis de Papia Cremonam capti fuerunt, apud Castrum-Leonis unanimiter cum carocio convenerunt, non habentes in auxilio nisi trecentos milites Brixienses. Et ecce factus est repente sonus, Mediolanensibus cum suo carocio sicut sagitte volantis[s] et sicut fulgura festinancium[t]. In quorum auxilio convenerant Placentini milites et arcarii, Laudenses et Cremonenses[u] milites et pedites, Novarienses et Cumani milites et de Brixiensibus totidem aut plures, quot in Cremonensium auxilium prediximus advenisse; hii omnes unanimiter uno clamore et furore, uno spiritu et impetu Cremonenses ceterosque milites forinsecos impetunt et impugnant, fugant, capiunt et expugnant. Sed Cremonenses habuerunt victoriam de dictis Mediolanensibus et de[v] exercitu et conduxerunt carocium supradictorum Mediolanensium per vim cum magna victoria et leticia in civitate[w] Cremone. Eodem anno die XIII. Iunii et[x] tempore domni Guilielmi de Pusterla potestatis Bononie[4] promiserunt comune Bononie et iuraverunt facere guerram Mutinensibus[y] pro comune[z] Regii et servire comune[z] Reg. — et fuit tempore domni Ysachi de Dovaria potestatis Reg. — nec facere pacem cum predictis Mutinensibus[y] sine voluntate comunis Regii, ut in registro comunis Reg. continetur. *cf. L. temp. c. 211. — Sal. f. 219d. — cf. L. temp. c. 211. — Sal.*

De Sybilla Tyburtina[5].

Decem autem Sibille fuerunt, que a doctis[a] auctoribus fuisse describitur[b]. Ista Sybilla in Greco nomen est in Hebreo vates, in Latino propheta, nobili genere orta, filia

a) leucas *Sal.* b) *sic* (o'i) *c.*; Deinde *Sal.* c) ceciderunt *bis scr. c.*, occiderunt *Sal.* d) gra *c.*, gratias *Sal.* e) motis *bis scr. c.* f) cruc pro *Sal.* g) *sic* q. *c.*; qui *Sal.* h) Muradal *Sal.* i) qui *delendum.* k) Aragonie *Sal.* l) pa *c.* m) Iste *c.* n) duodennium *Sal.* o) se psicum *c.* p) adeo *ab Alb. superscr. c.* q) *sic c. et Sic. Cont.*; quod *Sal.* r) pdixi9 *c.* s) volantibus *Sal.* t) *sic c. et Sicardi Cont. supra p.* 181. *l.* 9; festinantibus *Sal.* u) *sic perperam c. et Sal.*; Cremenses *Sic. Cont.* v) *supple* eorum *e Sal.* w) *sic c.*; civitatem *Sal.* x) Et *c.* y) mutin *c.* z) commum *Sal.* a) doctibus *c.* a) *sic c. pro* describuntur.

1) *Sequentia Albertus iam in Libro de temp. cap. CXCVI, supra p.* 453, *ex Cronica Iohannis de Deo exscripsit.* 2) et cum adiutorio regis Legionensium *Albertus scribere voluit, haec addens ex Libri de temp. cap. CXCVI.* 3) *Minime eodem anno, sed a.* 1215, *ut recte hoc loco legitur. Nota haec non e Sal., sed e Sicardi Cont. codicum* 2, *supra p.* 181, *descripta esse.* 4) *Haec partim e Sal. f.* 219[d], *partim ex cap. CCXI. Libri de temp., supra p.* 458, *exscripta sunt; quae ex hoc addita sunt, maioribus litteris exprimenda curavi.* 5) *Sequens prologus in hoc solo libro legitur.*

Manasses[1], de quinta etate David fuisse describitur. In Greco Tyburtina, in Latino *f. 119d. nomen[a] Habimnea[b], id est ipsa per angelum nuntiata fuit *nascendi, et ipsa virginitatem habuit et castitatem custodivit.

CLXXXV. Sybilla Tiburtina[2].

Cum autem circuisset Sybilla regina totum orbem terrarum, Asiam, Macedoniam, Perostatiam[c], Aggaguliram[d], Asiam[e], Ciciliam[f], Pontum, Pamphyliam, Galatiam: hec fuit una pars mundi. Deinde venit Egyptum, Ethyopiam, Bagada[g] et Babiloniam, Affricam provincias circuivit et prophetavit et predicavit per spiritum prophecie, a[h] bonis bonum, a[h] malis malum, nullam falsitatem. Scimus enim, quia omnia vera adnuntiavit et verum dixit. Tunc audierunt principes Romanorum et adnuntiaverunt ad Traianum. Tunc tantum deprecaverunt[i] eum, ut milites suos mandavit[k] ad Palatinum, et fecit eam cum grandi honore perduci Romam. Cum autem venisset Sybilla nomine[a] Habimnea[l] in Romam, tunc vocaverunt omnes iudices Romanorum, nobillissimi Romani intendentes et videntes[m] pulchrum et delicatum vultum eius; capilli eius sicut aurum fulgentes. Cilia super oculos nigra. Caro eius et[n] gula sicut lac candida[o]; intendentes in ea, ad-

a) nom c. b) *sic infra p. 659, l. 5*; habinene *c. h. l.*; Abulnea *S. M.* c) *sic* (po statiam) *c.*; Erostachiam *S.* d) li *certo legi nequit in c.*; Agaguldeam *S.* e) *sic iterum c.* f) Ciliciam *S.* g) Bagadam *S.* h) a *delendum est.* i) precauerunt *corr.* deprec. *c.* k) *sic c. pro* mandaret. l) habinea *h. l. c.* m) uedentes *corr.* uidentes *c.* n) *discerni nequit, num in cod. scriptum sit* egula *an* agula. o) (can-dida *certo legi nequit in c.*

1) *Manasses pater Sybillae Tiburtinae etiam dicitur in libello codicis Monacensis infra n. 2. dicti. Cf. Sackur p.* 129, *n.* 1. 2) *Sequens prophetia est nova recensio libelli de Sibylla Tiburtina, cuius multae exstant recensiones in permultis codicibus, quarum haud paucae iam editae sunt. De his videas iam nunc quae E. Sackur, 'Sibyllinische Texte und Forschungen' (Halle a. S.* 1898*) p.* 126—187, *diligenter collegit ac docte disseruit. Nam quae Fr. Kampers, 'Kaiserprophetieen und Kaisersagen im Mittelalter' (München* 1895*) de Sibylla Tiburtina collegit ac exposuit, cum vilis pretii fuerint, tum libello ab E. Sackur b. m. edito prorsus adnihilata sunt. Hic p.* 177—187. *textum antiquissimum multis libris manu scriptis usus edidit (minus bene), cuius variam lectionem nonnusquam littera* S *signatam adnotavi. Idem p.* 128, *n.* 4. *particulam libelli Sibyllini, qui in codice regio Monacensi Lat. nr.* 17742 *(S. Mang* 12*), saec. XII in., mutilus continetur, edidit (sed extrema pars, quam Sackur non vidit, ibi exstat, media pars magna periit). Nos ipsi hoc codice usi sumus, cum multa huius maxime libelli cum textu Miliolano convenire perspexissemus, cuius lectionem variam raro littera* M *signatam vel recepimus vel adnotavimus, ut gravia Alberti menda tolleremus aut lectionem dubiam esse moneremus. Cum magna pars huius libelli in codice Monacensi perierit, monemus nonnullos locos alterius partis textus Miliolani convenire cum libello ex codice Bernensi SS. XXII, p.* 375 *sq. edito, cuius pars posterior sola exstat. Nec tamen Alberti libellus ex libello codicis Monacensis profectus, neque in eo libellus codicis Bernensis exscriptus est, cum Albertus multa praebeat cum textu antiquo Sibyllae convenientia, quae in libellis Monacensi et Bernensi aut omissa aut mutata sunt. Periisse aut nondum editas esse apparet nonnullas recensiones intermedias, ac textum Miliolanum (et alios huic propiores, ut conicio) ortos esse compluribus libellis confusis commixtisque censeo. Libellus codicis Bernensis et Albertus quaedam praebent ex libello Pseudo-Methodii exscripta, Albertus vero plura. Atque in codice Monacensi supra dicto f.* 51. *postea demum manu saec. XIV. in marginibus inscripta est prophetia de Antichristo composita ex locis Pseudo-Methodii et ex altera prophetia excerptis, atque inter haec etiam quaedam cum Sibylla Tiburtina antiqua convenientia. Horum excerptorum loci nonnulli maxime cum libello Miliolano conveniunt, quos infra attuli. Sane adhuc non satis perspici potest, quomodo libelli editi et in codicibus servati inter se cohaereant. Sibyllam Tiburtinam quin Albertus a fratre Salimbene acceperit, non dubitabis.*

mirantes et dicentes: 'Magistra et domina, tam magnum et decorosum est corpus tuum et vultus tuus, quale numquam vidimus. Volumus te, domina, interrogare, ut interpretes[a] nobis sompnium, quod vidimus in una nocte. Centum iudices Romanorum sompnium vidimus in una nocte. Tantum vidimus[a*] famam et laudationem de te, ut interpretes nobis istud sompnium'. Et respondens regina Sybilla Habimnea nomine[b] et[c] dixit ad eos: 'Venite post me, et eamus foras de loco stercoris et de loco inmundo et exeamus in Adventinum montem, et predicabo et testificabor vos[d], populi Rome. Nunc vero centum seniores quod vidistis sompnium simul in una nocte narrate eum[d] michi'. Tunc respondentes dixerunt ad eam: 'Vidimus novem soles splendentes super omnem terram'. Et respondit Sybilla, dixit ad eos: 'Novem soles, quos vidistis, novem generationes huius seculi sunt'. Et dixerunt ad eam: 'Bene, domina, credimus, quia verum dicis. Primus sol erat fulgens et splendidus. Secundus sol splendidior nimis et eminens et elatus nimis. Tercius autem sol erat sanguineus. Quartus vero sol totus sanguineus. Quintus autem sol tenebrosus, *lampas[e] sicut tonitrua. Sextus autem sol nubilosus nimis, habens *f. 120a.
aculeos sicut scorpiones. Septimus autem sol terribilis, habens colorem sanguineum. Octavus autem sol fulvus et sanguineus totus. Nonus autem sol tenebrosus, unum radium tantum habens'. Tunc regina dixit: 'Isti novem soles, quos vidistis, omnes novem generationes sunt. Primus sol prima generatio est. Isti erunt homines simplices et clari et amantes libertatem veram, mansueti, benigni et amantes consolationem pauperum, sapientes etiam satis[f]. Secundus sol secunda generatio est. Erunt homines crescentes, splendide viventes, colentes Deum, sine[g] malicia conversantes in terra. Tercius sol tercia generatio est; exurget enim gens adversus gentem[1], et pugna multa interveniet inter Romanos. Quartus autem sol quarta generatio est; erunt homines abnegantes; exurget enim mulier ab oriente nomine Maria, de stirpe Hebreorum, per aurem concipiens, habens filium nomine Iesu, et deponet legem Hebreorum, suscitans legem suam propriam; permanebit regnum eius. Et aperientur ei celi, et[c] fiet enim vox de celo dicens: *Hic est* Matth. 3, 17.
filius meus dilectus, in quo michi bene *complacuit*[h], et exercitus angelorum ministrabunt ei; et eliget sibi viros piscatores de Galilea et legem suam dabit eis et dicet: "Intelligite quod accepistis a me, predicate omnes gentes per LXXII linguas[2]". Tunc dixerunt sacerdotes Iudeorum ad eam: 'Terribile est, ut istud fiat; de quibus te interrogavimus[i], domina, volumus scire'. Et respondit Sybilla, dixit ad eos: 'Quod[k] interrogare vultis dicite michi'. Et dixerunt ad eam: 'Audientes audivimus gentes dicentes, quod Deus patrum nostrorum generaturus sit filium. Numquid credendum est hoc?' Et respondit Sybilla, dixit sacerdotibus: 'Neccesse est istud fieri. Hoc a prophetis dictum est, sed vos non creditis in eum'. Et dixerunt ad eam sacerdotes Hebreorum: 'Nos non credimus. Qui enim verbum et testamentum dedit patribus nostris, et auferat[l] manus suas a nobis?[m]' Et respondit Sybilla, dixit ad eos: 'Si Dominus celi genuerit filium, similis erit patri suo. Et postea in similitudinem infantis resurget et insurget inter gentes; et qui[3] non possunt[n] salvum facere, quomodo facit persecutionem super terram Hebreorum, et auferet parentem cum filiis. Ita vero et cum filii vivunt sanguine insecuentur[o] anni[p] filii in- *f. 120b.

a) interpreteses *c.; cf. l.* 4. a*) *lege* audivimus. b) nom *c.* c) et *delendum.* d) *sic c.* e) *sic c.;* lampans *S;* velut lampas corruscans. et sicut tonitruum ad tenebras *M.* f) sap. esse factis *c.;* et satis sapientes *S;* satis sapientes *M.* g) deum sine malicia. conuersantes *distinctum in c.* h) mihi complacui *Matth.* 3, 17. i) interrogabimus *M.* k) Quid *M.* l) auferet *S.* m) *signum interrogationis deest in c.* n) *sic c.; an* possit? o) *sic c., nescio, quid emendandum sit. Cum haec et sequentia nimis corrupta in reliquis libellis Sibyllinis non leguntur, medelam iis afferre nequeo.* p) *fort.* agni *emendandum*

1) *Marc.* 13, 8: Exsurget enim gens contra gentem. 2) *Hoc non legitur in scriptura sacra. Cf. Marc.* 16, 15: praedicate evangelium omni creaturae. 3) *Haec* (et qui — *p.* 660, *l.* 2. in terra Hebreorum) *in libellis Sibyllinis non leguntur.*

venient. Et postea . . . . .[a] eos detinebit, phylosophyam et regnum suum et[b] predicans et sciens in terra Hebreorum. Exurgens[c] Cesar Augustus, nomen sempiternum, et subiciet omnem terram sibi. Et postea convenient omnes sacerdotes Hebreorum, et erit[1] civitas magna, et habitabunt in ipsa civitate populi multi, septuaginta[d] due lingue; nec gaudeas gaudio Bizantia sexaginta annos, sed non regnabit[2]. Et postea exurget [rex[e]] de propria tribu et vovet vota, holocausta faciet, et continuo occident[f] eum. Exurgent postea alii reges, et unus[g] ab inimicis igni conburetur[h], et non nocebit Romanis. Et postea exurget rex per C[3] nomen, fortis in prelio, iudicans iusta; et destruentur templa ydolorum et cultum[i] Libani; et erit in diebus illis: templa sancta in nomine Domini et altaria in nomine sancti adorabunt, et constituet amenitatem ecclesie in honorem Domini et apostolorum et martyrum. In octava autem generatione exurget rex per B[4], et de B procedit Audon[5], et de Audon procedit A[6], et de A procedit A[7], et de A procedit A[8], et de A procedit A[9], et de A procedit A[10]. Ipse secundus A erit bellicosus et nimis fortis in prelio; et de A procedit R[11], et post R procedit L[12]. Tunc exurget rex Salicus de Francia per K[13] nomen[k], et ipse erit pius, magnus, nobillissimus et potentissimus et misericordiosus[l] et faciens iusticiam pauperibus; tanta erit virtus et sanctitas in eo, ut etiam cacumen arboris unde vadet inclinet ei; ad aquas cum venerit, in occursum eius fingentur[l]; nec antea carnalis homo similis eius fuit nec postea erit, usque dum rex Romanorum venerit; et post K procedit B[14], et post B procedit XII. B[15], et de B procedit A. Et ipse A erit nimium bellicosus et fortis in prelio, et erit multum persecutus per aquas, et numquam condempnabitur in manus inimici et morietur extra regnum[16], et anima eius erit in manu Domini. Tunc exurget rex per V[17] nomen, de una parte Salicus, de alia Longobardus, et ipse habet potestatem contra paganos et Christianos et contra inimicos omnes ad expugnandos. Et erit in diebus illis rex per O[18] nomen, et erit potentissimus et fortis et bonus ad iusticiam faciendam, et sanguis ipsius complicabitur cum genere Grecorum[19]; et de ipsa muliere natus erit rex per O[20] nomen; erit bellicosus nimis, et cor eius in manu Domini, et non regnabit ultra VII annos; et de ipso procedit rex per O nomen; erit sanguinarius[21] et falciarius[m], sine fide et sine veritate,

a) moet c.; *fort.* viventes detin. *emendandum.* b) et *delendum esse videtur*, detinebit phyl. et regnum suum et pred. *distinctum in c.* c) exurget *M.* d) Septuaginta *cum magna littera initiali* S *c.* e) *sic M*; rex *om. c.* f) *sic M*; occidet *c.* g) *sic M*; unum *c.* h) conburentur *c.*; conburebitur *corr.* conburetur *M.* i) *sic c.* k) nom *c.* l) finguitur *c.*; se fingent *M.* m) falcinarius *cod. Bern., SS. XXII, p.* 375; facinorosus *alii.*

1) *Haec* (et erit — *l.* 7. nocebit Romanis) *in solo codice M, non in reliquis libris Sibyllinis leguntur.* 2) Ne gaudeas gaudio de Byzantio, inter LX annos non regnabunt *habet codex Monac. Cum haec etiam in codice saec. XI ex. — XII in. legantur, minime spectare possunt ad Constantinopolim ab imperatoribus Latinis a.* 1204—1261 *possessam.* 3) *Constantinus Magnus.* 4) *Nescio an* Baltari *pro* Waltari; *cf. Pauli Hist. Langob. I,* 22. 5) *Audoinus procul dubio.* 6) *Alboinus.* 7) *Authari, omisso Clephone rege, patre Authari.* 8) *Agilulfus, qui quidem non filius Authari fuit.* 9) *Adaloaldus. Duae tantum generationes* A de A *in reliquis libellis Sibyllinis, tres in M.* 10) *Arioaldus, qui non filius Adaloaldi fuit.* 11) *Rothari, non filius Arioaldi.* 12) *Liutprandus. Sequentes reges Langobardorum omissi.* 13) *Karolus Magnus.* 14) *Berengarius I.* 15) *Berengarius II. Iste duodecimus est a primo rege B, ut quidem auctor huius Sibyllae voluit. Alia in reliquis libellis leguntur, Sackur p.* 128, *n.* 4. 182. 16) *Adalbertus enim fugit per mare, patre Berengario ab Ottone I. imperatore capto.* 17) *Hugo (Ugo), qui quidem perperam post Berengarium II. et Adalbertum positus est.* 18) *Otto I.* 19) *Theophanu Graecam uxorem Ottonis I. fuisse perperam auctor opinatus est; quem errorem priores libelli Sibyllae Tiburtinae non habent.* 20) *Otto II.* 21) *Cf. Otto Frising., Chron. VI,* 26: Hii duo posteriores Ottones *(Otto II. et III)* . . . tam feroces, tam mirabiles fuere, ut unus Pallida mors Sarracenorum seu Sanguinarius, alter

et non *regnabit multum; et per ipsum erit multa malicia in terra et multa sanguinis [*f. 120c.] effusio. Et erunt destructe ecclesie per ipsius potestatem, in aliis regionibus[a] multe tribulationes et prelia erunt. Tunc exurget gens super gentem[1], Capadocia, Pamphylia[b], [Marc. 13, 8.] captivabunt in ipsius tempore. Ideo quia [non[c]] introivit per hostium in ovile[2]. Et postea exurget rex mansuetissimus per A[3] nomen. Et erunt sub eo multe pugne inter Agarenos et Grecos et inter paganos multa prelia et pugne multe; Syriam expugnabunt et Pentapolim captivabunt; ipse rex erit de genere Longobardorum. Et erit intencio et bella inter regem Salicum et Longobardorum. Ipse rex Salicus erit per E[4] nomen fortis et crudelis; et postea insurgent Agareni et captivabunt Tarantum[d] et Barym et multas civitates captivabunt et volunt venire Romam; *et non est qui resistat* eis nisi Deus deorum [Dan. 4, 32.] et dominus dominorum; et convenient Armeni et ipsos disperdent, et accurent[e] Persi et apponunt fossata iuxta orientem et expugnabunt Romam et obtinebunt pacem aliquantum; et intrabit belligerator rex Grecorum in Ieropolim, et destruet templa ydolorum Apocalibani[f, 5]; et veniet locusta et brucus et comedent omnes[g] labores eorum et fructus[6]. Capadocia[h] et Cilicia a fame cruciabuntur. Et postea erit amplius rex Salicus[7], et denegabunt filios parentes et parentes filii[8]. Et frater fratrem tradet in mortem; et frater cum sorore miscebitur, et pater cum filia, anicula cum iuniore sibi coniunguntur et senex cum virgine. Sacerdotes fornicabunt; episcopi malefactores erunt; et fiet multa effusio sanguinis, et templa sanctorum polluent et potenter regnabunt; et erunt fornicatores et inmundicie et Sodomite, et ut visio[i] eorum in contumelia appareat[k]. Et erunt homines raptores et[l] contumeliosi, odientes iusticiam et amantes falsitatem, et iudices Romanorum inmutabuntur. Cum uno loquentur et alium occident, et si hodie mittunt, alium mutabunt propter peccuniam accipiendam, et omnes iudices non iudicabunt rectum, sed falsum. Et erunt[m] in illis diebus rapaces, cupidos[n] et periuri et amabunt munera, falsitates[o] et destruent legem veritatis; et fient terremotus diversi, insule, civitates et regiones dimersione demergebunt[p]; et erunt per loca pestilencie hominum et bovum et mortalitas ovium, et terra ab inimicis desolabitur, *et non prevalent consolari primi. Et postea [*f. 120d.] exurget rex per B nomen, et erunt sub illo bella, et regnabit annis duobus. Et postea exurget rex alius per A nomen et veniet et obtinebit regnum aliquantum tempus. Et veniet[q] Romam et captivabit eam et [non[r]] mortificabit animam eius in manu[s] inimicorum eius, usque dum impleat tempus vite sue; et erit bonus et regnabit multa tempora. Et postea exurget rex per B nomen, et de ipso B procedit[t] XII. B[9], et regnabit multa

a) *sic S;* regna *c.* b) in Capadociam et Pamphiliam *S.* c) *sic S;* non *om. c.* d) *sic S;* turantum *c.* e) *sic c.* f) *sic c. cum cod. Bernensi, SS. XXII, p.* 376, *l.* 8. g) comedeit ome *c.* h) *post corr.* Cappadocia *c.* i) *sic S (sine* et*);* et aumussio *c.* k) *sic S;* apparent *c.* l) in *c.* m) *sic S;* erit *c.* n) *sic c.; lege* cupidi. o) mun. falsitatis *S.* p) *sic c.;* dimergentur *S.* q) *sic S;* tempus. Emintii e *c.* r) *sic S;* non *om. c.* s) *sic S;* eius omnium *c.* t) procedi(ur) *c.*

Mirabilia mundi diceretur. *Quae descripserunt Gotifred. Viterb., Pantheon XXIII,* 31, *SS. XXII, p.* 238, *et Cron. S. Barthol., supra p.* 215, *inde Gilbert., SS. XXIV, p.* 132. 1) *Cf. supra p.* 659, *n.* 1. 2) *Ioh.* 10, 1: Qui non intrat per ostium in ovile ovium. 3) *Arduinus.* 4) *Heinricus (Enricus) II.* 5) *Cf. de hoc et aliis locis praecedentibus, quibus de rebus saec. XI. non gestis refertur, Sackur p.* 157 *sqq.* 6) *Ps.* 104, 34. 35: venit locusta et bruchus . . . . et comedit omne foenum in terra eorum et comedit omnem fructum terrae eorum; *Ps.* 77, 46: Et dedit . . . . labores eorum locustae. 7) *Heinricus IV.* 8) *Quia filii Heinrici IV. Conradus et Heinricus contra patrem rebellaverunt.* Et denegabunt — filii *non legebatur in antiquissima, quam habemus, recensione Sibyllae, sed iam exstat in libello codicis Bernensis, SS. XXII, p.* 376. 9) *Repetita sunt quae iam supra p.* 660, *l.* 19. *leguntur.*

tempora de ipso genere Longobardorum usque ad annos C. Tunc postea exurget rex per Marc. 13, 8. Matth. 24, 21. E nomen, Salicus de Francia. Tunc erit *inicium dolorum, qualis non fuit ab inicio mundi.* Et erunt in diebus ipsius multe tribulationes et sanguinis effusio et terremotus per civitates et regiones, et terre multe captivabuntur; Dan. 4, 32. *et non est qui resistat,* quia Dominus erit iratus in terra, Is. 43, 13. *et non est qui eruat* Romam, sicut erit deprehensa in manu ipsius regis. Et erunt homines rapaces, cupidi tyrranni, odientes pauperes et convenientes et contribulantes iniusticie nequissime et priore ex terminis[a] captivabuntur; Dan. 4, 32. *et non est qui resistat* aut eruat terram pro multa malicia et cupiditate eorum. Devincens regnum Christianorum et omnes insulas, civitates, disperdit templa ydolorum et omnes paganos ad baptismum convertit; et per omnes civitates altaria et cruces hedificabuntur. Tunc in illo tempore perveniet[b] Egyptum Ethyopiam manus eius Deo[1]; qui non adoraverit crucem, gladio peribit. Postquam decem anni completi fuerint, surget princeps de tribu Dan; hic erit filius perdictionis[c], qui subvertet omnem[d] et condempnabit eam terram. Hoc erit in nona generatione. Tunc eminuentur[e] anni sicut menses, et menses sicut septimana, et septimana sicut dies, et dies sicut hora. Tunc exurget rex a septemtrione et ab Affrica cum exercitu eius innumerabili[c] sicut arena maris[2], quem Alexander inclusit, Gog et Magog et Anoc et Agerbanaen, Nageridethar et Apodmei et Levi et Iunii et Narzei et Didimi et Armate et Rablei et Amareia et Echamcomi[f] et Armade et Grimaldi et Amathuni, qui dicuntur Genozethal, et Tarbei et Alenis et Modiei et Arcinei et Asalandria[3]. Isti sunt XXII reges, qui[g] surgunt super terram; et de fetore eorum peribit tercia pars Apoc. 13, 1. que[h] sunt in mundo. Et tunc exurget mulier sedentem[c] in bestia, *habentem*[c] *capita VII et cornua X* et portans in manus suas phyalas plenas abhominatione[i] et ira et furore, et de ipsa peribit tercia pars de hominibus et de omnibus qui erunt in mundo, et postea veniet grando super terram et delebit terciam partem. Et postea exibunt due locuste *f. 121a. de puteo[4] et delebunt terciam partem de *hominibus. Et postea exibunt duo equi[5] de mari et delebunt terciam partem de hominibus. Et postea veniet sonitus maris, per totum mundum audient sonitus magnos, et delebit terciam partem terre. Et tunc cadent stelle Act. 2, 20. de celo[6], *sol convertetur in tenebras et luna in sanguinem,* et mare et flumina fient sanguinea. Nam mare et flumina et fontes siccabuntur, et postea pluvie non erunt in tempore illo; pisces interibunt[7]. Et cum hoc viderit rex Romanorum, vadet ad domum Domini in montem Calvarie, et tollet rex coronam de capite suo et ponet super crucem, et expandens[k] manus suas ad celum, et tradet regnum[l] Christianorum Deo patri, et assumetur crux sancta in celo simul cum corona regis[8]; et cum venerit Dominus iudicare seculum

a) et damnatores exterminii S. b) pervenient Egiptus Ethyopiam manus eius *alii codd.*; dare deo *Gotifr., SS. XXII, p.* 146, *et similiter alii codd.* c) *sic.* d) orbem S. e) innumerabilis *c.* f) echam. comi *c.* g) *sequitur* [illegible] h) *sic* [illegible] *c.*, hominum, qui *vel saltem* omnium que *emendandum.* i) abhominationes *c.* k) *lege* extendet *ut cod. Bern. aut* [illegible] *sequens* et. l) rex *c.*

1) *Ps.* 67, 32: venient legati ex Aegypto; Aethiopia praeveniet manus eius Deo. 2) Tunc exurget rex — maris *priores libelli Sibyllini non habent.* 3) *Viginti nomina populorum vel regum, quae incredibili modo corrupta exscripta sunt ex Pseudo-Methodii cap.* 8, *ed. E. Sackur l. l. p.* 75, *praeter* Gog et Magog *priores libri Sibyllini non habent. Sequentia enim omnia aut non aut alio modo relata sunt in illis.* 4) *Apoc.* 9, 3: et de fumo putei exierunt locustae in terram, et data est illis potestas *etc.* 5) *Apoc.* 6, 2 *sqq.* 6) *Apoc.* 6, 13. 7) *In codice Monacensi f.* 51. *inter ea, quae manus saec. XIV. adscripsit, haec leguntur:* In illis diebus pluvie non erunt, et maria et flumina siccabuntur, piscesque peribunt. 8) *Haec cum libello codicis Bernensis, SS. XXII, p.* 376, *conveniunt. Quae* (et tollet — regis) *ad verbum exscripta sunt ex Pseudo-Methodii cap.* 14, *ed. E. Sackur l. l. p.* 93, *ex quo et sequentia* (et cum — sancta crux) *assumpta, sed mutata.*

per ignem, tunc apparebit signum filii hominis in celo et sancta crux. Et tunc veniet[a] Helyas et Enoch et preliabunt cum Antichristo. Et ille trahet tropheum suum et percutiet Helyam et Enoch, et de sanguine eorum comprehendere[a] debet turba celorum. Et tunc veniet Dominus post tercium diem et suscitabit eos; et veniet Dominus et interficiet filium perdictionis[a] spiritu oris sui[1]; et iudicabit Dominus seculum per ignem, et comburetur subito omne seculum et in tremore destructum erit seculum. Hic est finis seculi et dies iudicii. Beati qui parati sunt et digni in illa hora, quando hec fient, eritque regnum sanctorum in eternum[2], regnabunt sancti cum Christo in secula seculorum. Amen[3].

Prima[b, 4] persecutio Iudeorum. Tempus apostolorum. Herodes. Primum sigillum.

Secunda persecutio. Tempus martyrum. Nero. Secundum sigillum.

Tercia persecutio hereticorum. Tempus doctorum. Constantinus. Tercium sigillum.

Quarta persecutio Saracenorum. Tempus virginum. Macometh. Quartum sigillum.

Quinta persecutio filiorum Babilonis in spiritu. Machseimurus. Quintum sigillum.

Sexta presens est. Saladinus. Sextum sigillum.

Septima sequitur. Tempus calamitatis et miserie. Hic VII. rex est qui proprie:
Septem reges fuerunt, *V occiderunt*[c]. *Unus est et alius*[d] *nondum venit: oportet illum brevi* Apoc. 17,9.10.
tempore manere. X reges sunt, et alius surget post illos, et ipse erit potentior prioribus, ib. 17,12.
dicitur Antichristus, quamvis alius sit futurus post eum non minor in malicia, designatus in cauda.

Sub porticu picta est avis magna, quae habet ungues magnos et septem capita. Unumquodque caput corona tectum. Cauda avis est serpens magnus incurvatus, cuius caput coronatum est. Tunc adscriptum:

Tempus primi sigilli a Iacob patriarcha usque ad Moysen et Iosue.

Secundus[a] est usque ad Samuelem et David.

Tercii a David usque ad Helyam et Helyseum.

Quarti usque ad Eçechiam.

Quinti ab[e] Eçechia usque ad transmigrationem Babilonis.

Sexta[a] a transitu Babilonis usque ad obitum Hesdre et Malachye prophete.

Septima ab obitu Malachye usque ad patrem Iohannis Baptiste.

In novo Testamento.

Apertio primi sigilli a Çacharia usque ad obitum beati Iohannis euuangeliste.

Apertio secundi sigilli ab obitu[f] beati Iohannis usque ad Constantinum augustum.

Apertio tercii sigilli ex eo usque ad Iustinianum.

Apertio quarti sigilli ex eo usque ad Carolum.

Apertio quinti sigilli ex eo usque ad presentes dies, in quibus sub apertione sexta percucienda Babilon.

Post erit sabbatismus populo Dei, qui delectabilis multitudine pacis, usque ad ultimum Antichristum, qui expectatur in cauda draconis. In[g] hoc sabbatismo[h] exit

a) *sic c.* b) *haec de septem persecutionibus litteris minutis ab Alberto f.* 121. *post Sibyllam Tiburtinam scripta sunt in singulis arcubus porticus septem arcuum picti.* c) ceciderunt *Apoc.* d) aliud *c.* e) ad *c.* f) ad obitum *c.* g) Ex in *c.* h) sabbatissimo *c.*?

1) *Mutata sunt verba Pseudo-Methodii cap.* 14, *l. l. p.* 96: et veniet in nubibus celicum gloria celeste, et interficiet eum Dominus spiritu oris sui. 2) *In codice Monacensi f.* 51'. *manu saec. XIV. haec scripta leguntur: . . . . . (abscisa)* seculum per ignem subito comburetur. Hic est finis seculi et dies iudicii, et beati qui parati sunt et digni invenientur in illa die. Fietque igitur regnum sanctorum in secula seculorum. 3) *In plerisque libellis Sibyllinis subiuncti sunt versus Augustini de extremo iudicio, quos cum Albertus iam supra cap. IV, p.* 585 *sq. descripserit, hoc loco omisisse videtur.* 4) *Sequentia Ioachitica Albertum a fratre Salimbene accepisse nemo non videt.*

apertio VII. sigilli. Post solvetur Sathanax, qui tam erit occultus, in paucis de carcere suo, et excitabit excitans gentes per ultimum Antichristum, qui figuratur in cauda draconis, ad delendum nomen Cristianum, et multos sanctos occidet, et paulo post ipse occidetur a Domino, et post sequetur dies iudicii.

*f. 121c. CLXXXVI. De XV signis terribilibus, qui[a] venient prope finem mundi et consumationem seculi.

Ieronimus in annalibus Iudeorum invenit signa XV . . . . ut mortui resurgant.

De die iudicii.

Dies ire dies illa solvit seclum in favilla

*f. 121d. . . . .

Pie Iesu domine, dona eis requiem. Amen.

CLXXXVII. INCIPIUNT VERSUS MERLINI.

Futura presagia Lombardie, Tuscie, Romagnole, marchie Anchontane[b], Apulie, Marchie, Francie, Alamanie, Provincie, Yspanie per Merlinum declarata[1].

Venient in mundo et duo erunt sine[c] atendo.
Gravia condura[d] multa sunt inde futura.

*f. 122a. . . . .

f. 122b. *Gravia quam plurima[e] substinebit Ymola dura.*
Que rempensata[f] cito erit a langore sanata.

CLXXXVIII. Nomina omnium abbatum Sancti Prosperi.

Martinus primus.
Iohannes secundus.
Landulfus tercius [MLVII[g], tempore Stephani pape IX. et imperatoris Henrici IIII].
Petrus quartus.
Giselbertus quintus [MLXXIII, tempore Gandulfi episcopi Reg. et Gregorii pape VII].
Senaldus sextus.
Pacificus septimus.
Iohannes octavus.
Atinulfus nonus.
Amiço decimus [MCXLIIII, tempore Alberi[b] episcopi Reg.].
Guido de filiis Manfredis[b] XI.
Benedictus duodecimus.
Iohannes tercius decimus.
Prosper quartus decimus.

a) *sic h. l. c. et in indice cap.* b) *sic c.* c) *suppl.* tunc *c. Sal.* d) cum dura *Sal.* e) plura *Sal.*, hic *c. corr.* f) rempensata *Sal.* g) M.C.LVII. *c.*, C *erasum. Uncis inclusa minoribus litteris ab Alberto, nescio an alio tempore, adscripta sunt.*

1) *Sequentes sexaginta versus habet Salimbene f.* 434[a. b. c]. *Nescio, num Albertus hos ex codice huius an ex libro ab hoc ipsi dato exscripserit, sane innumeris mendis textum illius corrupit. Hoc loco eos omitto, cum ad versus a Salimbene exscriptos variam Alberti lectionem futilem esse duxerim.*

Gerardus de Sesso quintus decimus.
Gregorius de Bonicis sextus decimus.
Guilielmus de Lupicinis XVII.

Additamenta.

Albertinus[a] de Levalossis.
Zifredinus de Mutis.
Petrus de la Gazata.
Franciscus de Rubertis, comendatarius, et Vanuzius de Bismantua.
Philippus de Zobollis.

Post[b] cuius mortem monachi sancti Benedicti per aliquos menses[c] ipsam abatiam obtinuerunt, que postea fuit a summo pontifice impetrata per dominum Alphonsum Zobolum, prefati domini Philippi nepotem, qui vi et armis possessionem abstulit de manibus prefatorum monachorum et eam adhuc obtinet, licet *sub iudice lis* sit, 1500. decimoseptimo Kal. Maias; [et[d] millesimo quingentesimo primo prefati monachi in ipsam abatiam reversi sunt]. 1500. *Apr.* 15. 1501.

CLXXXVIIII. *Nomina omnium episcoporum, qui fuerunt in civitate Reg.[1] *f. 122c.
Protasius primus.
Cromacius secundus.
Antoninus tercius.
Helyas quartus.
Sanctinus quintus.
Carosius sextus.
Helpicius septimus.
Sanctus Prosper octavus. [Anno[e] ab[f] incarnatione Domini CCCCXLIII, tempore Leonis pape primi[2]].
Thomas nonus. [Anno CCCCLXX. et translatavit predictus episcopus Thomas corpus beatissimi Prosperi de ecclesia sancti Apollinaris, et reconditum[g] per predictum episcopum in ecclesia monasterii noviter constructa ad honorem ipsius sancti Prosperi extra prope civitatem per predictum episcopum, successorem sancti Prosperi[3]].
Stephanus decimus.
Deusdedit undecimus.
Faventius duodecimus.
Theodorus tercius decimus.
Donumdei quartus decimus.
Adrianus quintus decimus.
Benenatus sextus decimus.
Paulus septimus decimus.
Lupianus decimus octavus.
Mauricius decimus nonus.
Constantinus vigesimus.

a) *haec sex nomina altera manu saec. XV. addita sunt.* b) *sequentia tertia manu saec. XVI. addita.* c) *post hoc duae circiter voces erasae.* d) *uncis inclusa eadem tertia manu alio atramento post addita sunt.* e) *uncis inclusa manu Alberti minoribus litteris partim in columna, partim in margine adscripta sunt, omnia lineis rubris cincta, pleraque attrita difficillime leguntur.* f) ad *c.* g) um *certo legi nequit in c.*

1) *Cf. supra p.* 351, *n.* 4. 2) *Cf. Liber de temp. cap. XLIX, supra p.* 397. 3) *Eadem ad cap. L. Libri de temp. ab Alberto addita sunt supra p.* 399.

Iohannes vigesimus primus.

Syxtus vigesimus secundus.

Geminianus vigesimus tercius.

Appollenaris vigesimus quartus. [DCCCXVI. et adduxit corpus beati Venerii in civitate Regi[a] tempore Lodoici imperatoris primi[1]].

Adelmus vigesimus quintus.

Vitalis vigesimus sextus. [Iste Vitalis episcopus XXVI. tempore Lotharii im-
839. peratoris, filii Lodoici, condam Karoli Magni, avi dicti Lotharii, et Gregorii pape IIII, exempli[a] precepti, qualiter Vitalis episcopus Reg. curtes duas, videlicet Masenzaticum, Luçariam, que fenerate erant imperatori Lothario, extullit, et fuit sub anno DCCCXXVIII[2]].

Norpertus[3] vigesimus septimus. [Qualiter domnus Lodoicus imperator concessit privilegium[4] et confirmavit Norperto Regino episcopo propter addustionem privilegiorum de omnibus privilegiis episcopo Norberto eiusque antecessoribus datis[b], in Aquis-grani in palacio predicti imperatoris et tempore Pascalis pape ann. DCCCXLIII[c, 5]].

Sigifredus vigesimus octavus. [Anno DCCCXLVIIII, tempore Lodoici imperatoris, filii condam Lotharii, et Leonis pape IIII].

Arnon vigesimus nonus.

Rotfredus trigesimus.

880. Paulus trigesimus primus. [Anno DCCCLXXX, tempore Karoli tercii, qui dedit et donavit episcopo Paulo insulam Suçarie cum suis pertinenciis[6]].

Aaron trigesimus secundus. [Anno DCCCLXXXII, tempore Iohannis pape VIII. et Karoli tercii imperatoris fuit episcopus Aaron].

Aço interfectus est a paganis[7], trigesimus tercius.

Petrus[d] trigesimus quartus. [Anno DCCCCII, tempore Berengarii regis et Leonis pape V].

Fredulfus trigesimus quintus.

Gerardus trigesimus sextus.

Eribertus trigesimus septimus. [Anno Christi[e] DCCCCXL, tempore Ugonis et Lotharii regis[f] et Stephani pape X. concessum fuit privilegium de con . . . . bus episcopatus et . . . .[g]].

Adelardus trigesimus octavus. [Anno DCCCCXLIII[h], tempore Lotharii].

a) *sic c.* b) datis in *et* predicti *non tam legi quam conieci.* c) XLIII *certo legi nequit.* d) *post nomen vox erasa* (d . . . . .). e) χ (Christi) *legere mihi visus sum, quod nimis dubium est.* f) regis *et* Stephani *incerta.* g) *duae et dimidia lineae in marg. scriptae (duodecim fere verba) attritae legi nequeunt.* h) XLIII *certo legi nequit.*

1) *Idem ad cap. CXXIII. Libri de temp. ab Alberto additum est, supra p.* 418. 2) *Eadem ad cap. CXXVII. Libri de temp. Albertus addidit, ubi rectius annum* 838. *scripsit, supra p.* 419. 3) *Hic sedit ante Vitalem. Cf. Tiraboschi, 'Memorie storiche Modenesi' IV, p.* 89 *sq.* 4) *Diploma Ludowici Pii ecclesiae Reginae datum, quod periit, commemoratur in diplomate Lotharii I. dato a.* 839. *Aug.* 17, *Reg. Imp. I, ed.* 2, *nr.* 1064 (1029). 5) *Numerus falsissime positus est, cum Norpertum post Vitalem sedisse auctor opinaretur.* 6) *Idem ab Alberto ad cap. CXXX. Libri de temp. additum est, supra p.* 421. 7) *Ab Ungaris a.* 899. *et* 900. *Italiam depopulantibus, qui et civitatem vel terram Reginam tunc vastaverunt (cf. E. Dümmler, 'Jahrb. d. Ostfränk. Reiches' ed.* 2, *III, p.* 508, *n.* 4). *Tiraboschi l. l. IV, p.* 92 *sq. quidem hoc in dubium vocavit, quod Petrus iam in tabula data a.* 899. *Ian., edita ab ipso ibid. I, Cod. dipl. p.* 76 *sq., episcopus Reginus dicatur, sed nimis incertum est, quando haec tabula dāta sit.*

Ermenaldus trigesimus nonus. [Anno DCCCCLXXI, tempore Ottonis imperatoris I. et Alexandri[1] pape II].

Teuço Parmensis quadragesimus.

Sigifredus Parmensis quadragesimus primus.

*Condelaudis depositus fuit, quadragesimus secundus. *f. 122d.

Adelbertus XLIII. [Adelbertus MXL[a], et omnes ecclesie[b], que sunt monasterii sancti Benedicti circa Padum, et ecclesiam sancte Marie de Vilolis cum omnibus 1140. decimis et primiciis et omnes ecclesie[b], que sunt sub dicto monasterio[2], habuit ab imperatoribus Lothario et Conrado].

Vulmanus XLIIII.

Gandulfus XLV. [Ann. MLXXIII. et[c] Gregorii pape VII, imperante Henrico].

Eribertus XLVI. [Ann. MLXXXII, tempore Henrici imperatoris secundi[d] et Gregorii pape VII[3]].

Bonus-senior XLVII. [MCXV, tempore Henrici tercii[d] et Pascalis pape secundi, et obiit . . . . . .[e] X[4]].

Adelmus XLVIII.

Alberius XLVIIII. [MCLV, tempore Frederici primi et Adriani pape IIII, et obiit MCLXIII[5]]. 1163. (Apr. 5).

Albriconus L. [MCLXXXIII. Regini habuerunt victoriam de Moroello[6] et 1183. tempore Lucii pape III; et obiit MCLXXXVII[7]]. 1187.

Petrus de Albriconibus LI. [Ann. MCLXXXXIX, tempore Clementis pape III. et Celestini pape tercii[f], et obiit M[g]. . . .[8]]. 1210.

Nicholaus Vicentinus LII. [MCCXXII, tempore Frederici secundi et Honorii pape III, et obiit in civitate[h] Melfi MCCXLIII[9]]. 1243.

Guilielmus de Foliano LIII. [MCCXLIII. et obiit MCCLXXXIII, tempore 1283. . . . .[i]].

Additamenta.

Guilielmus[k] de Bobio de[l] ordine fratrum Minorum LIIII. MCCXCI. factus 1290. est episcopus per domnum Nicholaum papam IIII[10], obiit MCCCI. die III. mensis 1301. Sept. 3. Septembris[11].

Millesimo[m] CCC°I° III° Septembris frater G[uilielmus] Reg. episcopus mortuus est Bobii, et statim omnes illi, ad quos de iure et de consuetudine pertinet eligere,

a) MCXL, C *erasum c., Albertus enim correxit numerum recte scriptum, quem et supra p.* 446. *habet, cum haec perperam huic episcopo adscripsisset, quae ad sequentem Alberium scribenda fuissent.* b) *sic c. h. l. et supra p.* 446. c) *lege vel supple* tempore. d) *sic c.* e) *vox vel numerus eras.* f) *sequitur vox erasa in c.* g) M. *solum scriptum est in c.* h) ciuit *c.* i) *aliquot verba penitus evanuere.* k) *hic alia manu circa a.* 1300. *additus est.* l) de ord. fr. Min. *superscr.* m) *sequentia tertia manu saec. XIV in. addita sunt.*

1) *Tempore Ottonis I. non fuit Alexander papa.* 2) *Haec Albertus ad Libri de temp. cap. CLXVIII. ad a.* 1140. *de Adelberio II. episcopo adscripsit. Vide quae p.* 446, *n.* 1. *adnotavi.* 3) *Cf. supra p.* 440, *l.* 27. 4) *Quae hoc loco evanuerunt supple ex iis quae Albertus ad Libri de temp. cap. CLV. addidit supra p.* 430. 5) *Cf. Liber de temp. cap. CLXXVI, supra p.* 448. 6) *Cf. Liber de temp. cap. CLXXXVI. ad a.* 1182, *supra p.* 450. 7) *Cf. ibid. cap. CLXXXIX, supra p.* 451. 8) *Cf. ibid. cap. CCVIII, supra p.* 457. 9) *Cf. ibid. cap. CCXLVI, p.* 515. 10) *Iam a.* 1290. *Iun.* 22, *Potthast, Reg. pont. nr.* 23294; *die Sept.* 10. *eiusdem anni episcopus consecratus est, ut coniciendum est ex Chron. Regiensi, Muratori, SS. XVIII, col.* 13. 11) *Idem tradit Chron. Regiense l. l. col.* 15.

ad petitionem domni Açonis marchionis[a] Hestensis et domini civitatis Regii in
concordia electus est frater Iohaninus de Maloxelis de ordine Minorum, et quia
minister generalis noluit dare licentiam, petita fuit a domno Bonifatio papa VIII,
qui etiam noluit dare, sed casavit quod factum est et dedit domno[b] Matheo de
1302. Apr. 3. Vicecomitibus de Mellano, qui renuntiavit. Tandem millesimo CCC^{o}II° III° Aprilis
in consistorio privato domnus Riçardus de Senis, utriusque iuris professor, Sancti
Eustachii diaconus cardinalis, nominavit pro episcopo Regino quendam domnum
Henricum de Casalorciis de Cremona, decretorum doctorem, canonicum Cremo-
nensem[c], et papa et multi cardinales, qui eum cognoverant propter librum, quem
fecit de potentia pape, probando ipsum esse dominum in spiritualibus et tempo-
Apr. 30. ralibus per totum mundum, consenserunt; postea die ultimo Aprilis Rome Laterani
Iul. 22. publicatus[d] est[1] et in festo beate Marie Magdalene subsequenti consecratus Ananie
de mandato domni[b] pape per venerabilem patrem domnum[b] fratrem Matheum,
Portuensem episcopum, asistentibus[e] sibi V episcopis, scilicet Laudensi[2], Ymolensi[3],
Aug. 17. Ortanensi[4], Albiganensi[f, 5] et quodam Yspano, et venit Regium XVII. die Agusti[e, 6]
tempore domni Bonifacii pape VIII, anno octavo[g] pontificatus eius, in predicto
anno et millesimo.

D. Bertolomeus[h, 7] de Enurea[i].
D. Laurencius de Pinotis de Regio.
D. Seraphinus de Trino.
D. Ugolinus de Sesso MCCCLXXXVII.
D. Thebaldus de Sesso MCCCLXXXXIIII^{or}.

D. Iacobus[k] Antonius de la Turi MCCCCXXXVIIII.

D. Babtista de Palavicinis [de Gibello[l]] M^{cccc}IIIIXLV.

D. Antonius de Trombettis de Ferraria 1466.

D. Bonfranciscus de Arlotis de Regio 1477. fuit electus die 9. Iulii, decessit autem anno Domini 1508. die . . . .[m]

D.[n] Iohannes Lucas Pontremulensis.

D. Ugo Rangonus comes Mutinensis fuit ellectus in episcopum Regien. MDX.

D. Marcellus de Corvinis presbyter cardinalis electus fuit episcopus Regiensis
1540. Oct. 15. 1540. Idibus Octobris.

a) machionis *c.* b) .d. *c.* c) cremoñ *c.* d) plubicatus *c.* e) *sic c.* f) Laudeñ Ymoleñ Ortañ Albigañ. *c.* g) oct̄ *c.* h) *sequentes quarta manu saec. XIV ex. additi sunt.* i) enurea *perspicue scriptum est in c.* k) *sequentes singuli diversis manibus additi sunt.* l) de Gib. *post superscr.* m) *erasa;* 7. Ianuarii *Murat., quod certo non scriptum est.* n) *haec in loco raso trium linearum.*

1) *Cf. Potthast nr.* 25151. 2) *Bernardo.* 3) *Iohanne.* 4) *Laurentio.* 5) *Nicolao.* 6) *Hoc die a.* 1303. *eum Regium venisse falso tradit Chron. Regiense l. l. col.* 15. 7) *Ante hunc tres episcopi omissi sunt.*

APPENDICES.

IOHANNIS DE TULBIA GESTA OBSIDIONIS DAMIATAE ET LIBER DUELLI CHRISTIANI IN OBSIDIONE DAMIATAE EXACTI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cum Albertus Milioli in Libro de temporibus cap. CCXIX. CCXX. libellum amplum de Gestis obsidionis Damiatae descripserit, ideoque coacti fuerimus, ut libellum Iohannis Codagnelli de Gestis obsidionis Damiatae ab illo exscriptum supra ederemus, iam oportet, ut alios duos libellos de civitate Damiata obsessa et expugnata addamus, quibus carere non potest illis supra editis usurus. Patet enim ab omnibus his quatuor auctoribus libellum deperditum, a viro Italo simplici, assecla, ut videtur, Pelagii episcopi cardinalis Albanensis, legati apostolici, compositum, exscriptum esse, ut exposui 'N. Archiv' XVI, p. 301 *sqq.*

Iohannem de Tulbia presbyterum se dicit alterius libelli auctor capiti XIX. finem imponens. Sed hunc istum, quem habemus, libellum composuisse iure in dubium revocare mihi videor. Talis enim est clausula huius capitis, qualem auctores librorum finem facientes scribere soliti sunt, atque eorum, quae in hoc libello sequuntur, Codagnellus nihil habet. Itaque, quamvis eorundem quaedam etiam auctores Libri duelli et libelli deperditi, quem Albertus Milioli exscripsit, habeant, haec postea addita esse censeo, sive ab eodem, qui libellum deperditum composuerit atque sociis transmiserit, sive ab alio auctore, atque inde conicio Iohannem de Tulbia potius libellum deperditum, cuius reliquiae apud omnes quatuor auctores deprehendantur, conscripsisse. Attamen auctoris nomen in cap. XIX. relatum retinui in titulo huius libelli. Tulbiam esse oppidulum provinciae Basilicatae nunc dictum Tolve, situm fere orientem versus a civitate Potenza, R. Röhricht[1] *recte statuisse videtur.*

Hic libellus exstat in codice inter Harleianos numerato 108. *Musei Brittannici Londiniensis (olim signato* 35. *A.* 9*) f.* 31'—40' *(olim f.* 28'—37'*), saec. XIV. scripto*[2], *ubi male inscribitur* De domino Iohanne rege Ierusalem, *hoc titulo a librario stulto praescripto, qui initium libelli tantum legisset:* A. D. MCCXVIII. . . . regnante domino rege Iohanne in partibus Iherosolimis. *Hic libellus in capita non divisus est, neque ullo loco in codice novus versus inceptus. Multa omissa sunt in hoc libro mendosius scripto, alia male transposita, quod nescio, quo pacto evenerit. Quem libellum primus edidit R. Röhricht v. cl. l. l. p.* 119—140, *usus apographo neglegentius facto.*

1) *Quinti belli sacri scriptores minores ('Publications de la société de l'Orient Latin, Série historique' II) p. XXVII.* 2) *Cf. 'Archiv' VII, p.* 78 *sq.; 'Catalogue of the Harleian manuscripts in the British Museum' I, p.* 34.

Cum codice contulerunt in usum nostrum cum V. Cl. H. Jeayes, tum socius noster W. Levison. Libellum Iohannis de Tulbia sequitur in codice Harleiano f. 40′—44 *(olim f.* 37′—41*) libellus inscriptus:* De domino Innocente papa et patriač (!) Ierosol. *Incipit:* Dominus papa Innocencius volens scire mores terrarum et vires Sarascenorum. *Desinit* Oves et capre bis pariunt in anno. *Est liber descriptionis terrae Agarenorum, de quo infra plura dicemus*[1].

Alter libellus, qui inscribitur Liber duelli Christiani in obsidione Damiate exacti, *servatus est in codice bibliothecae universitatis* H e i d e l b e r g e n s i s *signato* Salem 9. 29, *olim monasterii Salemitani*[2], *membr. fol. saec. XIII,* 184 *foliorum, circa annum* 1500, *ut videtur, a bibliopego compacto, quo haec continentur*[3]: *F.* 1^{a}—27^{a}. Historia peregrinorum *scripta circa annum* 1225, *miserrime edita a Canisio*[4]. *F.* 28^{a}—55^{a}. *Vita Romualdi auctore Petro Damiano*[5]. *F.* 55^{a}—66^{b}: Incipit vita sancte Eufrasie virginis. In diebus Theodosii imperatoris *etc. F.* 66^{b}. Incipit prologus in vitam sancti Maglorii confessoris. Cum gloriosissimus — *f.* 66^{d}. scintillulam inseruimus. *F.* 66^{d}. Incipit vita sancti Maglorii confessoris. Magnifice sanctitatis vir — *f.* 89^{a}. in sempiterna secula. Amen. *Hucusque omnia eadem manu circa annum* 1225. *aut f.* 28^{a}—89^{a}. *manu priori simillima scripta sunt.*

Sequitur alia manu saec. XIII. scripta f. 89^{a}—96^{a}: Incipit passio S. Mathye apostoli. Cum multo studio *etc. Qui libellus Treviris multo post annum* 1127. *compositus est*[6]. *Hucusque omnia folia libri in binas columnas divisa, sequentia omnia per tota folia lineis ductis scripta sunt, iterum alia manu saec. XIII—XIV. incipiente f.* 97.

F. 97—124′. Incipit liber sancti Leoncii episcopi de vita et actionibus sancti Iohannis patriarche Alexandrie. Cum pervenissem Alexandriam *etc. F.* 125. Incipit Vita sancti Nichasii et sociorum eius. Sanctus igitur Nichasius episcopus et Quirinus presbiter ac Seuniculus diaconus exemplo sancti Dionisii roborati — *f.* 126. intacta custodiri. *F.* 126—127′. *Ex Vita S. Wulstani.* Beneplacitum est Domino — promitteret correctionem. Quomodo b. Wulstanus iniuste depositus *etc. F.* 127′—129. De ecclesia Westmonasterii, quam b. Petrus dedicavit. *F.* 129—131′. *Vita S. Godrici cum praefatione:* Ut satisfacerem, *Vita incipiente:* Sanctissimus heremita *etc. F.* 131′—134′. Incipit Excerptum de vita sancti Dunstani archiepiscopi. Dunstanus igitur terreno degens in palatio *etc. F.* 135—160. *Vita Petri Tarentasiensis archiepiscopi cum epistolis ad eam pertinentibus*[7]. *F.* 160—163′. Incipit Vita s. Edmundi regis et martyris. Beatus Edmundus Orientalium rex Anglorum *etc.*

1) *Praeter hos libellos codex Harleianus continet (tribus prioribus foliis olim vacuis relictis, quorum tertio* 3′. *inscriptus est index eorum, quae* hoc volumine continentur*): f.* 4′—31′ (1′—28′) *Pseudo-Turpini liber de Karolo Magno; f.* 45—62 (42—59) *Vita Brandani; f.* 62′—125 (59—122) *excerpta ex Vincentii Bellovacensis Speculi historialis libris VIII prioribus; f.* 125—159′ (122—156′) *Chronica pontificum Eboracensium edita a J. Raine, Rerum Britannicarum medii aevi scriptores LXXI,* 2 (1886), *p.* 312—419, *ubi p. XXVII. hic liber littera* F *signatus est.* 2) *In tegumento antico manu saec. XVII. scriptum est:* Sum B. Mariae in Salem. *Libro praefixa est tabula Iohannis abbatis et conventus Salemitani data* uff den hailgen pfingstabend . . . 1489. 3) *Cf. 'Archiv' IX, p.* 583. *In tegumento manu saec. XVI. haec scripta sunt:* Hystoria peregrinorum et legende aliquorum sanctorum et liber de vita Iohannis patriarchę Alexandrię scriptus a sancto Leontio. Item descriptio terre Agarenorum et bellum Christianorum in obsidione Damiate. 4) *Ant. lect. ed. Basnage III, II, p.* 499—526. 5) *Cf. SS. IV, p.* 847. 6) *Cf. SS. VIII, p.* 227. *Columnis b. c. d. folii* 96. *vacantibus postea saec. XIII ex. f.* 96^{b}. *quaedam theologica inscripta sunt.* 7) *Edita Acta SS.* 8. *Maii II, p.* 321—348.

F. 163′—164′. Incipit Vita sancti Mauri abbatis. Beatus igitur Maurus clarissimo *etc. Epitome brevissima est libri editi. F.* 164′—167′. Incipit Vita s. Alexii confessoris. Fuit Rome vir magnus et nobilis Eufemianus *etc. F.* 167′—170′. *Vita s. Thrutberti cum versibus de Erchanbaldo praesule*[1].

Iam iterum incipit alia manus saeculi XIII, qua sequentes duo libelli f. 171—182′. *scripti sunt, scilicet f.* 171—175. Incipit liber de descriptione terre Agarenorum et primo de regni divisione. Dominus papa bone memorie Innocentius scire volens *etc. et f.* 175—182′. *libellus de obsidione Damiatae*[2], *quem hoc loco edidimus. Qui libellus nitide ac bene scriptus est, multa ab ipso scriba, erasis plerumque aliis, correcta sunt. Sententiae signis bene distinctae. Capitum inscriptiones et litterae initiales eorum minio scriptae, atque inscriptiones in margine atramento nigro praescriptae erant, quarum multae a bibliopego aut laesae aut abscisae sunt.*

Prior libellus descriptionis terrae Agarenorum plerumque convenit cum libello edito a Martene et Durand, Thes. novus anecd. III, col. 269—281 (*c.* 1—18[3]), *qui ab editoribus male inscribebatur Liber III. Historiae orientalis Iacobi de Vitriaco. Verus libri titulus est* Decriptio terrae Agarenorum, *qui legitur in codice Guelferbytano, Guden. nr.* 131[4], *cuius auctor ignoratur. Sed codex Salemitanus hunc libellum praebet retractatum, sermone aliquantulum mutato, nonnullis additamentis auctum. Auctor Libri duelli Christiani in obsidione Damiatae exacti c.* 1, *ubi de cameris turris Damiatinae eadem dicit, quae in illo libello leguntur, hunc laudavit, scribens* sicut supra dictum est. *Apparet igitur hunc auctorem etiam libellum eadem manu in codice Salemitano scriptum de descriptione terrae Agarenorum retractasse, hunc libellum eum iam legisse in codice, qui clerici Itali, asseclae Pelagii cardinalis, librum, utcumque auctum vel immutatum, continuerit, cum idem libellus in codice Harleiano Iohannis de Tulbia hunc sequatur, ut supra p.* 670. *dixi. Hinc patet etiam hos duos libellos, dictum Iohannis de Tulbia et Librum duelli, artissima necessitudine inter se coniunctos esse. Propono quae in codice Heidelbergensi f.* 174′. *de civitate Alexandria leguntur:* Alexandria est civitas egregia, muris et edificiis et universa hominum multitudine decorata, sub rege Babilonie est constituta, et in eius portu turris est altissima erecta, ut navigantibus portum indicet, quia Egiptus terra plana est, unde et de nocte ignis in ea ponitur. Civitas hec aquam dulcem non habet, nisi quam per aque ductum introducunt. Nilus tempore predicto in cisternis suis colligitur. In hac urbe plures sunt Christianorum ecclesie, inter quas est ecclesia beati Marci evangeliste, extra muros nove civitatis super mare sita. Antiquitus enim hec urbs usque ad mare protendebatur, sed modo non sic. Est etiam ibi quedam capella, in qua sanctus dictavit Marcus evangelium suum ac scripsit et martirium suscepit et locum sepulture habuit, sed postea a Vénetis menbra eius sunt integraliter furata, quibus postmodum, ut celebri fertur opinione, Augia laci Alamannici insula totaliter donante quodam Veneticorum eiusdem corporis custode, super omnibus preciosissimis Cresi opibus nobilissime est ditata[5]. *Quae si contuleris cum capite octavo edito a Martene et Durand l. l. col.* 275, *perspicies hunc auctorem addidisse quae de corpore Marci apostoli Augiam translato relata*

1) *Edita a B. Krusch socio SS. Merov. IV, p.* 352—363, *hoc codice collato.* 2) *Sequuntur f.* 183. 184. *manu tabellionis saeculi XIII. scripta* Statuta imperatoris Friderici iunioris anno verbi incarnati MCCXX⁰, *edita hoc codice adhibito LL. Sectio IV, Const. et Acta publ. II, p.* 106—109, *nr.* 85. *F.* 184′. *theologica quaedam nullius pretii postea inscripta sunt.* 3) *Capita* 19—25. *alterius sunt libelli, videlicet Brevis historiae Terrae Sanctae editae ab Eccardo, Corpus hist. II, col.* 1349—1354. 4) *Cf. Zarncke in 'SB. der phil.-hist. Cl. d. Kgl. Sächs. Ges. d. Wiss.'* 1875. *p.* 145 *sqq.* 5) *Cf. Mirac. S. Marci, SS. IV, p.* 449 *sq.; Wattenbach, 'DGQ' ed.* 6. *I, p.* 396 *sq.*

sunt. Inde igitur, quod haec addiderit, et ex eo, quod duo libelli huius auctoris in codice Salemitano servati sint, eum virum Suevum vel Alamannum fuisse cum R. Röhricht l. l. p. XXVIII. iure conicies. Qui vir de historia expeditionum sacrarum et Terrae Sanctae optime meritus Librum duelli edidit l. l. p. 143—166, *sed artis palaeographicae prorsus ignarus permulta corrupit, quae nusquam adnotavi.*

Auctor Libri duelli ipse adfuit in obsidione Damiatina, qui a primo capite usque ad ultimum prima persona verbi usus ipsum se vidisse quae narret indicet[1], *qui c.* 17. *dicat mulieres quasdam sibi narrasse se decem occidisse Saracenorum, qui nocte Novembr.* 2/3. *anni* 1219. *Damiatam urbem ingredi conati sint. Quis auctor fuerit, ignoro. Clericus inferioris ordinis fuisse videtur*[2]. *Hic libellum deperditum, a viro Italo rudi, sermonis Latini parum gnaro, compositum, iam continuatione ad diem Febr.* 2. *anni* 1220. *usque auctum, ita exscripsit, ut sermonem Latinum poliret atque aliquantulo elegantiorem redderet, sed etiam alia addidit, quorum pleraque visu atque auditu percepisse videtur. Quod maxime apparet collato libello, qui sub nomine Iohannis de Tulbia fertur, cuius auctorem plerumque ipsa verba libelli deperditi repetivisse censeo, sed etiam nonnulla mutavisse, alia transposuisse, alia corrupisse, alia omisisse, pauca addidisse videtur. Nonnulla enim in binis reliquorum trium libellorum inveniuntur, quae hic auctor non praebet. Dubitare quidem potes haec omnia in libello deperdito iam extitisse atque potius censere haec addita esse ab auctoribus, qui libellum deperditum exscripserint, usis aliis libellis vel epistolis. Constat sane librum dictum Iohannis de Tulbia et Librum duelli artiore necessitudine inter se connexos esse quam cum reliquis duobus libellis, qui ad eundem diem (*1220. *Febr.* 2*) narrationem perduxerint*[3], *reliquis duobus iam antea desinentibus, neque tamen satis bene explicare me posse confiteor, unde hi quatuor auctores acceperint, quae duo eorum praebeant, quae tamen in primo libello clerici Italici non extitisse videntur, modo hoc cum illo, modo illo cum illo magis conveniente. Multae sunt rationes, quibus intercedentibus ad alterum auctorem ea pervenire potuerunt, quae et alter ex alio libello vel ex alia epistola petita praebeat, velut duo libelli, quorum auctores librum clerici Itali exscripsissent, iterum a tertio auctore coniungi ac confundi potuerunt.*

Sane lingua Latina, sed sermone potius vulgari quam Latino et ratione, qua libri linguae vulgaris conscribebantur, compositus erat libellus deperditus, cuius auctor in libello, qui sub Iohannis de Tulbia nomine fertur, lectores alloquitur Sciatis *(c.* 1*)*, Sciatisque *(c.* 5*)*, Et sciatis *(c.* 13. 15*)*, Modo audite *(c.* 14*)*, Et audite *(c.* 16*)*, *ut in fragmento Provinciali de obsidione Damiatina dicitur:* E sapiatz *(vel* sabjatz*)*, Aras aujatz, *vel in libris eiusdem temporis lingua Francogallica conscriptis:* Et sachiez *et* Or oiiez. *Et cum auctor dixerit c.* 6: Certe unicuique vestrum loquar cum lacrimis, *clericos fratres cuiusdam ecclesiae collegiatae alloqui videtur. Nec tamen epistolam ad eos dedit, sed historiam conscripsit, si quidem ab auctore Italo libelli deperditi verba conscripta esse credis, quae Iohannes de Tulbia in clausula capitis* 19. *dicit:* Et vos omnes, qui legitis et intellegitis hanc hystoriam, *et iam supra in capite* 18: Unde vos Christiani, qui historiam auditis Damiete; *ubi iam non fratres clericos, sed quemvis lectorem alloqui videtur.*

Iohannes Codagnellus notarius Placentinus inter quatuor auctores, qui libellum deperditum adhibuerunt, infimus habendus est. Is enim solito suo verborum strepitu

1) *Vide praesertim quae ad c.* 4. *adnotavi.* 2) *Ioh. de Tulbia c.* 20. *scribit omnes sacerdotes e thesauris Damiatae inventis duodecim bizantios, clientes (servientes pedestres, fragm. Provinc.* § 125*) sex bizantios accepisse. Liber duelli c.* 20. *vero dicit:* nullo nostrum nisi sex bisancios accipiente. *Ideo ipsi auctori tantundem pecuniae datum esse videtur.* 3) *Uterque etiam quaedam eodem modo male transposita (cf. supra p.* 476, *n.* 5; *infra p.* 676, *n.* 3*) atque perperam immutata (cf. infra p.* 676, *n.* c*) praebet.*

inani simplicem auctoris Itali narrationem auxit, extulit, corrupit[1], *adinventionibus suis commenticiis adulteravit. Iis quae ipse addidit cave ne fidem tribuas. Sed etiam vera habet, quae et ab aliis relata, tamen in libello deperdito non tradita fuisse videntur, atque facit, ut melius cognoscere possis, quae primus auctor scripserit. Ipsum Codagnellum ante Damiatam obsessam fuisse ut credam, adduci non possum, ut exposui 'N Archiv' XVI, p.* 303. *Qui cum libelli finem fecerit narrata expugnatione Damiatae urbis (a.* 1219. *Nov.* 5*), qua relata etiam Iohannes de Tulbia clausulam suam supra p.* 669. *dictam scripsit, iure concludes primum auctorem etiam eodem loco libello finem imposuisse.*

Longe maioris pretii fuit quartus libellus, cuius particulas atque partes Albertus Milioli ineptissime textui Iohannis Codagnelli inseruit vel cum eo coniunxit ac confudit et conturbavit. Auctor huius libelli primam relationem exscribens permulta addidit gravia ac notatu dignissima, quorum quaedam ab Olivero vel ab auctore fragmenti Provincialis[2] *confirmantur, alia ita narrata sunt, ut facile iis fidem habeas. Ipsum auctorem ante Damiatam fuisse conicere potes, cum legeris p.* 472. *in cap. CCXX. Alberti Milioli:* Hanc orationem . . . . omnes audivimus, *tum* et ita fuimus fatigati usque ad mensem Feb., *et* Perpendens . . . ., quod nullo modo stando in sabulo eis vincere poteramus, et cotidie noster exercitus minuebatur. *Quod si credere vis, attamen censebis auctorem tantum usque ad mensem Aprilem anni* 1219, *quo tempore 'passagio vernali', quod tunc dicebatur, classes ab Europa in portu Damiatino adveniebant et revehebantur, ibi remansisse, nam post mensem Februarium anni* 1219. *gesta narrans auctor nusquam prima persona locutus est. Atque equidem locos praescriptos ex relatione vel potius ex relationibus exscriptis transsumptos esse censere mallem, cum et Iohannes de Tulbia et auctor Libri duelli iisdem locis prima persona usi sint. Duabus enim vel pluribus relationibus hunc auctorem usum esse mihi persuasum est, de quibus plura statuere me non posse profiteor*[3]. *Post narratam expugnationem civitatis Damiatinae hic auctor pauca tantum de iurgio inter Iohannem regem Hierosolymitanum et Pelagium cardinalem exorto retulit, cum Iohannes de Tulbia et auctor Suevus plura de castro Tanis expugnato aliaque ad diem Febr.* 2. *usque anni* 1220. *gesta narraverint.*

Utinam Albertus Milioli hunc libellum deperditum scriptoris Itali integrum descripsisset! Sed iam grates ei agimus, quod auctor inscitus partes eius haud parvas satis fideliter, etsi neglegenter, descriptas servaverit, et quod magnas partes libelli Codagnelliani ex codice bono exscripserit, ex quo evenit, ut eius ope multa menda codicis nostri Parisini tollere potuerimus.

Hos quatuor libellos de Damiata urbe expugnata edentes saepe relegavimus lectores ad ea, quae Hermannus Hoogeweg non optime quidem, sed satis bene de iisdem rebus gestis disseruit in 'Mittheilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung' VIII, p. 188—218. *IX, p.* 249—288. 414—447. *Sed libellum, quem Otto Hassler, 'Pelagius Galvani Kardinalbischof von Albano' (Diss. inaug. Basil. Berolini s. a.) inscite ac neglegenter nec sine ira ac studio conscriptum nuper edidit, prorsus negleximus.*

Berolini a. d. X. Kal. Iunias anni 1903.

O. HOLDER-EGGER.

1) *Cf. 'N. Archiv' XVI, p.* 289 *sqq.* 301 *sqq.*
2) *Sed auctorem Provincialem et hunc Italum eandem exscripsisse relationem minime credo*
3) *Cf. supra p.* 672.

*f. 31. *DE DOMINO IOHANNE REGE IERUSALEM.

1218. 1.[a] Anno Domini MCCXVIII, indiccione VI, mense Maii, regnante domino rege Iohanne in partibus Iherosolimis, predictus rex et dux Austrie[1] et Templarii et Hospitalarii et patriarcha[2] cum multis comitibus et baronibus consilium fecerunt ire in Egyptum super paganos destruendos et ad vindicandum dedecus terre sancte Ierusalem. Sciatis, quod omnes Christi athlete[b] in medio[c] mense Maii in naves
Maii 24. Maii 29. ascenderunt[3] in[d] die ascensionis[e] et in sequenti[f] ebdomada in die Martis[g, 4] in Egyptum descenderunt. Qui cum essent in obsidione Damiate[h], in qua natus fuit Moyses et Maria Egyptiaca, constituti[i] in quadam insula inter mare et fluvium qui dicitur Eubrates[5]. In qua insula propheta Iheremias natus est, et eciam domus eius adhuc comparet. Tribulaciones et gaudia, que ibi passi fuimus, vobis breviter exponam[k]. Contristavit enim nos multociens quedam munitissima turris, que super lignorum congerie in medio fluminis fore dinoscitur fabricata. In hac siquidem turri trescenti[l] boni milites[6] et baliste erant constituti ad defendendum, et quidam ammirarius, consanguineus soldani[7], erat ibi. Capitaneus soldani erat intus ibi, et victualia erant intus sufficiencia ad unum annum. Huic turri tres cathene erant infixe et erant elevate[m] ad murum civitatis, ita quod nulla navis per flumen ascendere poterat; et sic nequibant civitati appropinquare. Tunc con-
Iul. 1. struxerunt scalas[n]; in prima die Iulii credidimus capere turrim, set naves quam cito sunt turri apposite, fracte sunt scale, et plusquam C boni milites et nepos
*f. 32. ducis Austrie[8] in aqua submersi sunt. Facta[o] autem *alia scala a Frisonibus in
Aug. 24. festo beati Bertholomei[p] posita est ad turrim; et pagani proiecerunt ignem silvestrem super illam, et tam fortiter est accensus, quod milites succendi videbantur. Quo viso Christianus exercitus totus in terra prostratus est et fundens ex oculis

a) capita non distincta sunt in c., numeros supplevi. b) athelete c. c) [illegible] erasa c. d) ascenderunt. In c. e) ascencionis c. f) et insequenti c. g) mertis *eadem manu corr.* martis c. h) clamiate c. i) *supple* erant. k) *sic Liber duelli;* disponam c. l) crescenti *c.; cf. infra p.* 676, *l.* 6. m) clavate *legendum videtur, ut Ioh. Codagn. supra p.* 467, *l.* 7. *habet.* n) sca:las, *littera erasa, c.* o) ffacta c. p) *sic c.*

1) *Liupoldus VI.* 2) *Hierosolymitanus Radulfus.* 3) *Remanserunt autem in portu Acconensi usque ad diem Maii* 27. non habentes ventum ydoneum, *Iacobi de Vitriaco epist. IV, 'Zeitschrift f. Kirchengesch.' XV, p.* 572; *Oliver. c.* 10. 4) *Sic etiam Iac. de Vitriaco l. l. et epistola principum, Epist. pont. sel. I, p.* 55, *nr.* 77 = *Böhmer, Acta imp. p.* 643, *nr.* 934. *Nec multo differt fragm. Provinciale §* 127, *Quinti belli sacri scriptores ed. R. Röhricht p.* 200, *ubi legendum* per anar a Damiata lo di[jous devant] penthacosta *(Maii* 31. *pro die Iovis septimanae praecedentis = Maii* 24*), ut infra p.* 201, *§* 128, e preiron terra de [dimecre?] el dijous = *Maii* 30. 31. 5) *Euphrates dicitur Nilus amnis etiam a Tolosano Faventino c.* 159. 169, *ed. Borsieri, 'Documenti di storia Italiana' VI, p.* 703. 711. *Et Iacobus de Vitriaco epist. IV, l. l. XV, p.* 573: Nilus . . . fluvius, qui alio nomine Euphrates nuncupatur. 6) ducenti et quinquaginta electi . . . pugnatores *Iac. de Vitriaco epist. IV, l. l. XV, p.* 575, *sed trecentos armatos in turri constitisse ac captos esse principes Christianorum Damiatam expugnantium Honorio III. papae scripserunt, ut hic dicit in epistola data a.* 1218. *ex., Epist. pont. sel. I, p.* 59, *nr.* 80. *Cf. supra p.* 463, *n.* 4. 7) *Malik el-Adil soldani.* 8) *Non affuit ibi nepos ducis Austriae. Nescio an hoc loco dicatur comes de Pogen, quem Ann. S. Rudberti Salisburg., SS. IX, p.* 781, *in expugnatione turris in flumen praecipitatum esse referunt. Sed Bertholdus comes de Bogen demum die Aug.* 12. *ante Damiatam obiit; Herm. Altah., SS. XVII, p.* 372. *Cf. Röhricht, 'Studien z. Gesch. d. fünften Kreuzzuges' p.* 89.

INCIPIT LIBER DUELLI CHRISTIANI IN OBSIDIONE DAMIATE EXACTI. *f. 175.*

1.[a] Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo[1], indictione 1218. sexta, in medio mensis Maii, regnante Iohanne in partibus Ierosolimis, et ipse rex Iohannes et dux Austrie Liupoldus nomine et Templum cum Hospitali et patriarcha Ierosolimorum cum multis episcopis et aliis baronibus tenuerunt consilium, ut irent in terram Egipti ad paganos destruendos. Principes itaque isti cum multis peregrinorum, qui ad auxilium venerant, mediante Maio naves ascenderunt in die Iovis, scilicet[b] in die ascensionis, et in sequenti[c] die Martis in Egiptum per- *Maii 24. Maii 29.* venerunt et sederunt ante Damiatam, in qua natus fuit Moyses et Maria Egiptiaca. Applicant vero in quandam insulam inter mare et fluvium Paradisi, qui dicitur Gyon, id est Nilus[2], de qua Ieremias propheta *natus fuit, cuius domus vestigia **f. 175'.* adhuc apparent[d]. Gaudia igitur et labores, quos ibi passi sumus, vobis breviter exponam. Contristati[e] sumus multociens pro quadam turri munitissima, super congeriem lignorum in medio fluminis fabricata. In hac enim camere erant, sicut supra dictum est[3], septuaginta, et in singulis his tria archeria, in quibus milites CCC[ti] cum multis balistis et armis et tres amirarii[f. 4] ad defendendum constituti, et victualia intus erant illis ad annum suficientia. Tres etiam catene erant in ea[g] conclavate usque ad muros civitatis, ita quod nulla navis per flumen posset ascendere, ideoque nostri nequibant civitati appropinquare. Tunc[h] exstruentes scalas[i], in prima die Iulii debellavimus turrim, putantes nos posse capere eam. Scale *Iul. 1.* vero fracte fuerunt, quam cito turri sunt aposite, et plusquam centum strenuissimi viri milites cum nepote ducis Austrie in aqua submersi sunt. Iterum facta est alia scala ab Austrasionibus, et in festo sancti Bartolomei posita est ad turrim. *Aug. 24.* Quam videntes pagani, eiecerunt ignem sulfureum super eam. Que nimis accensa est, et omnes qui eam ascenderant videbamus cremari[k]. Quo viso Christianorum exercitus prosternitur totus, fundens lacrimas cum orationibus ad Dominum. Sed arterie multorum tantum erant exasperate, quod vix dicebant: 'Domine, miserere!' Cum autem per unam horam essemus in hac tristicia, subito vidimus lumen inmensum coruscare super exercitum et in turri sancte crucis vexillum. His visis,

a) *numeri capitum non exstant in c., quos suppleri.* b) scd'm (secundum *pro* scil' in) diem *c.* c) et insequenti *c.* d) aparent *corr.* apparent *c.* e) Contrstati *corr.* Contristati *c.* f) mirarii *c.* g) eo *corr.* ea *c.* h) T[c̄ ex]struentes, *uncis inclusa in loco raso c.* i) *seq.* p *erasum c.* k) i *in loco raso c.*

1) *Corrige* octavo decimo. 2) *Etiam in libro de descriptione terrae Agarenorum c.* 5, *Martene et Durand, Thes. III, col.* 273, *legitur:* irrigatur a Gyon, qui et Nilus appellatur. 3) *In praecedenti libro de descriptione terrae Agarenorum codicis Heidelbergensis f.* 173': Ibidem inter eiusdem Nili ripas et maris litus sita est Damiáta. Civitas hec est pulcherrima et valde firmissima et infinitis turribus exterius decorata, habens versus fluvium duplicem murum et citra terram triplicem murum. *Et f.* 174: Ante Damiatam in medio Nili erecta est turris fortissima, in qua erant septuaginta camere ad modum arcus voluti facte; et in unaquaque earum tres erant archerie. A cuius turris pede tres maxime protenduntur usque ad muros civitatis catene, ne navigio intrantibus vel egredientibus Egiptum ullus pateat introitus vel exitus nisi de licentia soldani. Hac enim via exeunt naves cum speciebus onerate ab India venientes versus Syriam, Armeniam, Antiochyam, Greciam et Ciprum; et hoc transitu rex Babilonie infinitos recipit reditus. Hec civitas quasi capud et clavis est totius Egipti; precellit enim municione Babiloniam, Alexandriam, Tanasium et cunctas civitates Egipti. *Cf. Martene et Durand, Thes. III, col.* 274, *c.* 6. 4) *Cf. supra p.* 463, *n.* 5.

1218. flumina lacrimarum Dominum rogabant; et multis pro nimio luctu trachea artaria[a] tantum erant[b] exasperata, quod vix dicebant: 'Domine, miserere!' Cum autem per unam horam essent in hac tristicia, subito vidit ignem[c] Christianus exercitus et vexillum sancte crucis in turrim[d]; hoc viso qui ex luctu vocem amiserant sine electuario[e] vocem recuperaverunt et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* decantaverunt. Capti sunt in ea trescenti[d] milites[1]; qui cum ducti erant ante ducem Austrie, rogaverunt eum, ut ostenderet eis milites in albis armis, a quibus fuerant tam fortiter expugnati, 'et militem rubeum[f], qui multum nobis nocuit'. . . . .[g]. Et dixerunt, quod nullus ex illis invasit eos. Tunc intellexit Christianus exercitus, quod crucifixus misisset ad expugnandam turrim multitudinem angelorum[h]; et miles ille visus est fuisse beatus Bertholomeus[i], qui apparuit rubeus tanquam excoriatus; et festum eius semper erit in cordibus [cruce[k]] signatorum. Et tunc aperta est nobis via, quia cathene ferree fracte sunt; et pagani contra nos submiserunt[2] naves oneratas[l] lapidibus, quod penitus ascendere non valebant; et sic sublata erat nobis spes intrare in Egiptum, set quasi captivi tenebamur in sabulo.

(Nov. 2. In una die[3] Templarii volebant per flumen transire cum cogga eorum, et ventus contrarius proiecit eam ante muros civitatis, et Sarasceni circumdederunt eam cum barbotis[m], et Christiani magnam cedem fecerunt de paganis; set cum vidissent, quod nullo modo a manibus paganorum evadere potuissent, pactum quesierunt; et ascenderunt super coggam . . . .[n] inferius, et submersa est cum omnibus et quatuor berbote[o] cum ea; et sic nequiebant[p] flumen transire.

(Sept. ex.) *f. 32'. Ad hec applicuit dominus legatus[4] cum principe Romanorum[5]; *videns, quod non habebamus terram firmam, ...[q] tenebant nos pro captivis. Considerans vero rex Egypti[6], quod nec per aquam nec manendo in sabulo eis nocere poteramus,
Oct. 9. cogitavit nos perdere et armavit XXX galeas[7] et in quodam die Martis[r], in

a) *i. e.* trachia arteria. b) erat *emendari non licet, cum in Libro duelli* arterie . . . erant *legatur.* c) extinctum *supplendum videtur ex Ioh. Codagn. supra p.* 465, *l.* 23, *sed ex iis, quae Liber duelli habet, patet in codice ab eius auctore viso hanc vocem iam defuisse.* d) *sic c.* e) *i. e.* electario. f) rubium *c.* g) *nulla lacuna in c., sed quaedam omissa esse patet.* h) ::'angelorum, *duabus litteris erasis c.* i) betholom., r *superscripto corr.* bertholom. *c.* k) cruce *supplevi, om. c.* l) oneratos *c.* m) barbatis *c.* n) *nulla lacuna in c., sed quaedam omissa esse patet, quae ex Libro duelli c.* 2. *et Ioh. Codagn. ita fere supplenda sunt:* centum fere de paganis, et Christiani fregerunt coggam. o) *sic h. l. c. et infra.* p) *sic h. l. c., cf. supra p.* 674, *l.* 18. q) sed Sarasceni *vel plura supplenda esse videntur; nulla lacuna in c.* r) m:rtis (e *eraso?*) *c.*

1) *Cf. supra p.* 465, *n.* 4; *supra p.* 674, *n.* 6. 2) contra nos submiserunt *hic auctor falso pro* submerserunt *relationis deperditae, ut Liber duelli habet, scripsit. Cf. Iacobi de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 580. 3) *Non paulo post turrem expugnatam, sed demum mense Novembri, in quo mense hoc factum esse dicit Ioh. Codagn. c.* 4, *supra p.* 471, *hac narratione ad locum aptum transposita, Olivero, Hist. Damiat. (ed. H. Hoogeweg in 'Bibl. d. liter. Vereins in Stuttgart' t. CCII) c.* 21. *et Iacobo de Vitriaco, epist. V, l. l. p.* 581, *de tempore, quo hoc factum sit, quodam, sed diverso modo a Codagnello dissentientibus. Cf. H. Hoogeweg in 'Mittheil. d. Inst. f. Österr. Gesch.' VIII, p.* 208, *n.* 2; *p.* 210, *n.* 2. 4) *Pelagius.* 5) *Iacobo postea comite Andriae, qui tunc erat marescalcus ecclesiae Romanae; Honorii III. papae epist. ad Pelagium episcopum cardinalem data a.* 1220. *Iul.* 24, *Epist. pont. sel. I, p.* 89, *nr.* 184. *Cf. Ryccard. de S. Germano, SS. XIX, p.* 339; *Tolosanus Favent. c.* 159, *ed. Borsieri p.* 704. 6) *Malik el-Kamil, patre eius el-Adil iam defuncto.* 7) *Cf. supra p.* 467, *n.* 6.

quas ex luctu amiserant, voces confestim recuperaverunt; itaque turris capta est, 1218. et capti fuerunt in ea omnes milites cum tribus amirariis[a]. Qui cum ducti fuissent ante ducem Austrie, quesierunt, ubinam essent milites, qui sibi in vestibus albis apparuerant, et inter eos etiam quidam rubeus[b], 'qui omnes modulatione dulci *Te Deum laudamus* personantes[1] nos fortissime expugnabant'. Tunc omnes nostri ostensi sunt eis. Qui dixerunt: 'Nullus istorum invasit[c] nos'. Tunc Christianus exercitus intellexit, quod dominus noster Iesus Christus misisset angelos suos ad turrim expugnandam, quorum timore milites predicti turrim Christianis tradiderant; miles vero ille in flammeis armis quod esset beatus Bartolomeus, qui etiam rursus eis tanquam excoriatus[d] apparuit[e]. Confestim igitur fregerunt catenas et ceperunt navigare. Pagani autem econtra submerserunt naves suas, eas[f] lapidibus honerantes[g]. Et cum una die nos voluissemus navigare, quedam de navibus nostris submerse sunt[2].

2. *Qualiter Christiani, primo aliquantis suorum in aqua submersis, *f. 176.
de prima Sarracenorum congressione triumpharint.

Alia vero die Templarii volentes transire flumen cum navi sua a vento eis *(Nov.)* contrario proiecti sunt ante muros civitatis. Quos Sarraceni cum barbotis suis circumdederunt[h]; Christiani vero se defendentes multos paganorum occiderunt. Sed videntes nullomodo evadere se posse, fecerunt pactum cum eis. Centum autem feré de paganis, ut Christianorum ascenderunt coccam, Christiani inferius fregerunt eam, et submersi sunt tam pagani quam Christiani omnes qui ibi aderant cum quatuor barbotis et galea una; et ita non valebamus flumen transire. Tunc divina *(Sept. ex.)* inspirante gratia domnus[i] legatus aplicuit cum principe Romanorum. Videns autem domnus[i] legatus, quod non habebamus firmam terram et tenebamur loci difficultate, ne procederemus, captivis valde condoluit. Audiens autem rex Egipti, quod neque per aquam neque permanendo in sabulo eis[k] nocere poteramus, cum universis Sarracenis suis cogitavit destruere nos. Confestim igitur quadraginta quatuor[3] armavit galeas et cum his in festo sancti Dionisii irruit super nos. Christiani *Oct. 9.*

a) mirariis *c.* b) *seq.* erat *expunct. c.* c) it *in loco raso c.* d) excoriatus, *duabus litteris erasis, c.* e) aparuit *corr.* apparuit *c.* f) cū *expunct.*, eas *manu scribae superscr. c.* g) hon'ātās (honeratas *corr.* honerantes) *c.* h) dederunt *in loco raso c.* i) dn̄s *semper c. et ubi* dominus *et ubi* domnus *scripsi.* k) *seq.* nich' *expunct. c.*

1) *Ipsi Christiani potius hoc cantaverunt, ut Ioh. de Tulbia et Ioh. Codagn., supra p.* 465, *dicunt.* 2) Et cum — sunt *Ioh. de Tulbia et Ioh. Codagnellus non habent. Vide quae Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 581, *de conatibus Christianorum naves in superiorem Nili partem subducendi scribit.* 3) *Cf. supra p.* 467, *n.* 6.

1218 Oct. 9. festo beati Dionisii misit cursores usque ad tentoria nostra. Cumque clamor ascendisset in castra, Christiani subito se armaverunt et tanquam angeli catervatim ibant per sabulum, nec mortem pro Christi nomine nec iacula formidantes; et dominus legatus portans crucem in manibus suis nunc milites, nunc pedites exhortari non desinebat ad obsequium crucifixi; et subito innovatus est versus Davi-
1. Reg. 18, 7. ticus, quod unus decem milia fugabat; et non solum milites mortui sunt, set omnes illi, qui venerant in galeis et berbotis in aqua, mortui sunt; sanguine quorum aqua fluminis adeo infecta est, quod per plures dies bibimus vinum sine aqua nec usi fuimus coquina. Hoc factum fuit in festo sancti Dionisii.

(Oct. ex.) Post hec[a] applicuit magister R[obertus] de Cursione cum comite de Niversa[1] et cum multis militibus de Francia et Anglia. Perpendens autem rex Egypti, quod fortuna denovercaret eis, et Deus pro nobis pugnaret, cogitavit, antequam isti extraherent equos et arma de navibus, ...[b].

Oct. 26. 3. In die Veneris, in festo beati Demetrii milites venerunt usque ad tentoria nostra, et confestim Christianus exercitus equos ascendit, et secuti sunt eos usque ad pontem, per quem venerunt ad nos. Ibi mortui sunt multi, et plures dextrarii capti; et quidam ex illis, qui pontem evaserunt, ruptis vinculis, quibus pons tenebatur a parte eorum, dimiserunt abire[2]; . . . .[c] laudantes[d] Deum et beatum Demetrium. In hac die mortuus fuit Nicholaus[e], vir Romanus, et interfecit eum quidam Turcus tam magnus, quod soldanus habebat eum pro C Christianis, et venit rex Iohannes et posuit eum in terra[3]. Videns autem rex Egypti, quod factum suum non valebat, statuit super nos [non[f]] venire, set munivit ripam fluminis ex parte sua et posuit ibi petrarias et erexit multa castra et fecit construi grandem
*f. 33. pontem in medio fluminis, et iam sublata *erat nobis spes intrandi in Egyptum. Tunc ad instar[g] Israhelitici populi Christianus exercitus murmuravit contra legatum
cf. Exod. 14, 11. 16. 3. et principes, dicentes: 'Cur eduxisti nos in terram Egypti, ut moreremur in hac solitudine? Nunquid non erat sepultura in partibus nostris? Ecce hic sine bello morimur et sicut canes in sabulo sepelimur[h]'.

Ad hec precepit dominus legatus triduanum ieiunium fieri in pane et aqua et ire discalciatos ad veram crucem[4], ut ille qui in ea pependit ostenderet nobis viam, per quam imponeremus naves. Et in illis diebus inspiravit Deus quendam hominem, et accessit ad dominum legatum et dixit ei: 'Domine mi, desuper michi

a) h' *c.* b) *nulla lacuna in c., sed quaedam omissa esse patet, ubi sequitur* in die *cum littera minuscula* i *sine distinctione; vide Lib. duelli.* c) *nulla lacuna in c., sed supple ex Libro duelli:* sicque nostri cum triumpho sunt reversi. d) laudentem *c.* e) Nıchus *c.* f) *sic Liber duelli;* non *om. c.* g) inster (?) *corr.* instar *c.* h) sepelumur *c.*

1) *Herveo. Quem circa diem Oct.* 28. *ad Damiatam advenisse dicit Roberti Autissiod. Cont. II, SS. XXVI, p.* 283. *Cf. Cont. I, ib. p.* 277; *Guill. Britto, ed. Delaborde, 'Oeuvres de Rigord et de Guillaume le Breton' I, p.* 315; *Oliver. c.* 16. *Circa diem Oct.* 26. *Robertum de Cursone presbyterum cardinalem advenisse scribit Iacobus de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 581. 2) *Pontem scilicet, ut Liber duelli declarat. Quod luculentius in libello Codagnelli c.* 3, *supra p.* 469, *expositum est.* 3) *De hac victoria regis fabulae divulgatae sunt; cf. 'Chronique de Terre Sainte' §* 77, *'Gestes des Chiprois' ed. G. Raynaud p.* 19 *sq.; Tolosanus c.* 159, *ed. Borsieri p.* 704. 4) *Cf. Oliver. c.* 19.

vero catervatim per sabulum armati incedentes, nec mortem pro Christi nomine 1218.
nec iacula formidantes, sed in honore et laude Dei perseverantes, multa passi sunt opprobria et vulnera in die illa[1]. Domnus autem legatus deferens lignum salvatoris[a] in manibus suis hortabatur milites et pedites ad obsequium crucifixi. Et ecce subito innovatus est versus ille Daviticus: *Saul percussit mille, et David* 1. *Reg.* 18, 7.
decem milia. Non solum enim milites paganorum occisi sunt, sed etiam illi qui venerant in galeis in aqua submersi sunt, et aqua fluminis sanguine et spurcicia eorum ádeo infecta est, quod plurimos dies sine aqua et coctione fuimus. Post hec applicuit Rópertus de Cursione[b] cum Nibernense[c] comite et comite de Marchia[2], *(Oct. ex.)*
qui multos secum adduxerant commilitones[d] de Gallia et Anglia. Perpendens autem rex Egipti, quod Christianus cottidie augebatur exercitus, cogitavit[e], antequam isti equos extraherent et arma de navibus exponerent, irruere[f] super nos.

3. Qualiter secunda vice soldanus nostros invasit.

Igitur in festo sancti Démetri venerunt pagani ad tentoria, nostri vero equis *Oct.* 26.
velociter ascensis persequebantur eos usque ad pontem suum, per quem cottidie veniebant ad nos. Ibi multi illorum[g] occisi sunt, et nisi nox affuisset[h], cum illis pontem transissemus[3]. Sed quidam illorum, qui pontem evaserant, ruptis funibus et catenis, quibus pons firmabatur, eundem abire dimiserunt; sicque nostri cum triumpho sunt reversi, laudantes et benedicentes Deum sanctumque Démetrum. Erat autem ibi quidam paganus super omnes magnus, *qui probissimum hominem *f. 176'.
et militem Romanum nomine Nicolaum de Antonia occidit. Quod videns rex Iohannes, dolore gravi stimulatus ivit eumque cum clava percussum in terram proiecit deiectumque consociatis sibi plurimis Christianis occidit. Videns autem rex Egipti, quod fortuna ei novercaverat mala[4], et Deus pugnabat pro nobis, statuit super nos non amplius in publico venire bello. Munivit ergo ripam fluminis a parte nostra posuitque ibi trabucetos et mangos[i] et multa castra de lignis[k] facta, quibus spes nobis intrandi terram Egipti iam fuit sublata. Tunc adinstar Israelitici populi Christianus murmuravit[l] exercitus contra domnum legatum et principes dicens: 'Cur eduxisti nos huc, ut moreremur in hac solitudine? An non erant *cf. Exod.* 14, 11. 16, 3.
sepulcra in partibus nostris? Ecce hic sine bello morimur et sicut canes in sabulo sepelimur'. Ad hec precepit domnus legatus triduanum fieri ieiunium et ire discalciatos ad veram et vivificam crucem, ut ille qui in ea pependit ostenderet nobis viam, per quam naves inponeremus. Inspiravit autem Deus quendam hominem, qui accessit ad domnum legatum et dixit ei: 'Domine, michi inspiratum est, quo-

a) aluatoris *in loco raso c.* b) crusione *c.* c) tubernense *c.* d) litones *in loco raso c.* e) *seq.* qd' *expunct. c.* f) super nos irr. *corr.* irr. super nos *c.* g) occ. sunt ill. *corr.* ill. occ. sunt *c.* h) af *in loco raso c.* i) manganos *emendandum videtur, vel* mangus *eiusdem vocis vim habet.* k) lingnis, *prius* n *expunct. c.* l) exerc. murm. *corr.* murm. exerc. *c.*

1) sed in honore — illa *ab hoc auctore addita sunt, non leguntur in libellis Iohannis de Tulbia et Codagnelli.* 2) *Hugone X. Bruno, quem hic auctor hoc loco addidit. Infra idem et ab hoc et a Iohanne de Tulbia c.* 13. *commemoratur. Cf. Oliver. c.* 16; *Albricus, SS. XXIII, p.* 908. 3) et nisi — transissemus *hic auctor addidit.* 4) *Eadem fere verba habet Ioh. de Tulbia supra c.* 2, *p.* 678, *l.* 12.

1218. inspiratum est, ut facere debeam, ut imponantur naves illese'. Et respondens dominus legatus: 'Quicquid tibi revelatum est fac cito et sine mora!' Qui statim terram mensuravit et per medium exercitus statuit fieri magnum fossatum[1]. Ad quod faciendum legatus et rex cum omnibus principibus, clericis et laicis in succursum[a] cuccurrerunt[b]; et cito factum est.

4. Cum autem cogitaremus, qualiter per ipsum fossatum vasa nostra impo-
Nov. 30. neremus, in festo beati Andree[2] orta est tanta tempestas in aere, quod tam ex persecucione[c] ventorum quam superhabundancia[d] pluvie tantum[e] mare intumuit, et fluvius[f] Paradisi similiter crevit, quod non discernebatur [a mari[g]], et aqua tota amarissima est facta, et omnia tentoria fracta in terra ceciderunt; et totus exercitus factus est tamquam[h] lacus, quod omnia ibi natabant; et sic panis, vinum, frumentum, ordeum et cuncta victualia natabant in aqua. Ibi multi infirmi mortui sunt, et eciam plures sani defecerunt. Aer siquidem obscurus effectus est, ita quod unus alterum non videbat. In illo die VI naves, que apud Damiatam venerant hyemare nobiscum, inpulsu ventorum sine velis et remigiis sequestrate sunt a portu et in medio pelagi sunt, ut credimus, conquassate. Una ex illis fracta fuit ante Tanisium, et XX marinarii ibi decapitati fuerunt. In illa die tempestatis quedam munitissime naves[3], que[i] cum magnis [scalis[k]] et maximo
*f. 33'. labore et infinitis expensis pro civitate [capienda[l]] constructe *fuerunt, ex[m] impulsione venti in parte civitatis proiecte sunt, quas statim ante oculos nostros cremaverunt[4]. Unde acerbe plangebamus, omnes dicentes alter ad alterum: 'Quid faciemus hic? Iratus est Deus nobis, ire ante non possumus, retro cedere non
Dec. 1. valemus, set quasi desperati in sabulo manemus'. Secundo die ira maris cepit frangere fossatum nostrum et super nos venire. Tunc rex Ierusalem et omnes principes exercitus ad dominum legatum cucurrerunt et dixerunt ei: 'Erravimus, domine, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, intercede, pater sancte, pro nobis, nam mare fregit fossatum nostrum, et omnes moriemur. Unde credimus, quod magnum peccatum est in nobis, et servicium nostrum non Deo placet. Quare animas Deo recommendamus et sanctissimis manibus vestris'. Respondit dominus legatus: 'Filii[n] mei, Dominus temptat vos; nolite timere, ite cito et interficite equos et sanctissima corpora, que natant per aquam, accipite et proicite in illa parte fossati, ubi mare impetum facit. Ponite quoque vela navium, ut non possit aqua corodere[b] sabulum, et sic liberabimur'. Ad quod faciendum omnes cucurrerunt et equos et cortinas et vela ante impetum maris posuerunt et evadere putabant[5].
Dec. 2. Veniente autem tercio die ira maris cepit partes fossati diruere, et tunc tanquam desperati ivimus ad dominum legatum morituri cum eo et circa pedes eius. Cum
Matth. 8, 25. autem venimus ante eum, plorando diximus: *Domine, salva nos! perimus.* Et ipse

a) *emendavi;* occursum *c.; cf. infra p.* 696, *n.* f. b) *sic c.* c) in expersecucione *c.* d) super habund. *c.* e) in tantum *Liber duelli.* f) fluiuius *c.* g) a mari *ex reliquis relationibus suppleta, om. c.* h) *emendavi;* tam *c.* i) qui *c.* k) scalis *ex Libro duelli supplevi, om. c.* l) cap. *ex Libro duelli supplevi, om. c.* m) *emendavi;* et *c.* n) ffilii *c.*

1) *Ab insula, in qua exercitus Christianus castra metatus est, ad Nilum amnem supra Damiatam; cf. Iacobi de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 582; *Oliver. c.* 19; *Hoogeweg l. l. VIII, p.* 209. 2) in vigilia sancti Andree apostoli *(Nov. 29) Oliver. c.* 19. 3) *Oliver. c.* 19: quatuor coggones . . . cum quinta navi, que inter eos herebat; *Hist. patr. Alexandr., Reinaud, 'Extraits des historiens arabes relatifs aux guerres des croisades' p.* 395. 4) *Oliver. l. l. etiam habet:* ante oculos nostros sunt igne Greco combusti. 5) *Cf. Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. p.* 582: obicientes vela navium cum tabulis et sabulo et cadaveribus animalium submersorum.

modo faciamus, ut naves inponantur illese'. Respondens autem legatus dixit ei: [1218.] 'Quod tibi revelatum est fac sine mora!' Qui statim terram mensuravit et per medium exercitum statuit grande fieri fossatum. Ad quod faciendum legatus et rex et omnes alii principes cunctique clerici et laici cum fossoriis in adiutorium cucurrerunt; et cito id factum fuit. Cum autem fuisset fossatum perfectum, qualiter per ipsum vasa nostra inponeremus, non inveniebamus consilium; quam magnus erat labor ille! a flumine enim usque ad flumen protendebatur fossatum[1].

4. De clade Christianorum ex intemperie aeris et maris orta.

In festo sancti Andree orta est tanta tempestas in aere, quod tam inpulsu [*Nov. 30.*] ventorum quam ex superhabundanti pluvia in tantum mare intumuit, et fluvius similiter crevit, quod non discernebatur aqua fluminis a mari, et aqua tanta[a] erat amarissima. In die illa tempestatis causa omnia tentoria nostra fuere fracta, et per totum exercitum factus est lacus, ita quod farina et panis et frumentum et ordeum et omnia victualia aqua superhabundabant. Ibi multi infirmi mortui sunt, et etiam sani plurimi defecerunt. Aer siquidem tam obscurus effectus est, quod nullus nostrum valuit in die illa videre alium. In die illa quinque[2] naves nostre, que erant in portu Damiate, inpulsu ventorum sine velis et sine remigiis a portu sequestrate sunt et in medio pelagi, ut credimus, conquassate; una tamen ex illis capta fuit ante Tanasium, et triginta[3] marinarii *capitibus sunt obtruncati. [**f. 177.*] In illa die quedam munitissima navis[4] cum magnis scalis, que cum magno labore pro civitate capienda facta fuerat, inpulsu venti ruptis funibus proiecta est, et nobis videntibus pagani eam cremaverunt. Unde nos plangentes dicebamus: 'Quid faciemus? Iratus est Dominus nobis et non vult, ut perseveremus in suo sancto[b] servicio. Procedere non valemus nec retrorsum redire possumus'. In illa die ira maris nostrum fregit vallatum. Tunc rex et omnes principes alii cucurrerunt ad [*(Dec. 1).*] legatum et dixerunt: 'Peccavimus, domine, et iniuste egimus, iniquitatem fecimus, da nobis penitentiam. Pater sancte, ora pro nobis, ut Dominus nobis indulgeat nostra peccata. Nam mare nostrum iam occupat vallatum, et ecce iam venit super nos, et omnes moriemur. Animas igitur nostras commendamus Deo sanctisque manibus tuis'. Et domnus legatus dixit: 'Filii mei, Dominus noster temptat nos. Ite et occidite equos et inponite ibi cum velis navium et cum omnibus obstaculis, que potueritis habere, ut aqua non possit rodere sabulum, et liberabimur'. Ad quod faciendum omnes cucurrerunt citoque id effecerunt. Iterum[c] tercia die mare [*Dec. 2.*] crudeliter laniavit vallatum nostrum. Tunc nos quasi de vita desperati cucurrimus ad legatum, circa pedes eius cum eo morituri, omnesque lacrimabiliter diximus ad eum: *Domine, salva nos! perimus.* Qui dixit nobis: 'Eamus ad fossatum'. [*Matth. 8, 25.*] Venientes autem ad fossatum, ipse se extendit in modum crucis super terram[d] et discooperto capite oravit ad Dominum et dixit: 'Domine Iesu Christe, qui exci- [*Matth. 8, 24—26.*]

a) *emendandum* tota, *ut Ioh. de Tulbia et Codagn. supra p.* 473, *l.* 5. *habent.* b) serv. sancto *corr.* sancto serv. *c.* c) t'm (terum) *in loco raso c.* d) t'rram *c.*

1) non inven. — fossatum *hic auctor addidit.* 2) sex *Ioh. de Tulbia. Oliverus c.* 19, *qui harum navium mentionem fecit, numerum earum non adnotavit.* 3) viginti *Ioh. de Tulbia.* 4) quedam munitissime naves *Ioh. de Tulbia et Ioh. Codagnellus supra p.* 473. *recte, ut Oliver. c.* 19. *testatur; vide p.* 680, *n.* 3.

1218. lacrimabili voce respondit: 'Eamus omnes ad fossatum!' Et ipse veniens supra
fossatum in cruce se extendit super terram et discooperto capite clamabat: 'Domine
Matth. 8, 24—26. Iesu[a] Christe, qui excitatus a Petro, cum eius navicula mergeretur, respondisti:
Matth. 14, 31. *Modice fidei, quare dubitasti?* et statim imperasti ventis, et facta est tranquilitas[b]
maris: intende nunc benignus super exercitum istum et impera mari et fluvio, et
convertantur[c] ad locum suum retrorsum[1]'. Hanc oracionem audivimus; et nulla
interposita mora protinus sol apparuit splendidus, acsi longo tempore non pluisset,
**f. 34.* et in illo die [terre[d]] superficies *est adeo siccata, quod omnia victualia, que in
aqua natabant, sine gravi dampno fuerunt recuperata. Tunc Christiani gaudium
1219. habuerunt; et sic per totam hyemem passi fuimus, ita quod quinta pars exercitus
mortua fuit, et multi ungulas amiserunt et habuerunt malum in ore et in pedibus[2],
quod agnosci potest[3].

5. Perpendens autem dominus legatus, quod nullo modo manendo in sabulo
eis nocere poteramus, vocavit omnes ante se et dixit: 'Quid facimus hic, karissimi?
Melius est nobis mori in bello quam in aliena terra vivere sicut captivos'. Et
Febr. 2. precepit omnibus esse paratos in purificacione beate Marie. Et sic facta aurora
omnes in cochis et in galeis ascenderunt et ceperunt flumen[e] ascendere; set
proximo orta est tempestas tanta in aere, scilicet aqua, ventus, grando, frigus,
Febr. 2—4. quod unum de nostris signis non videbat aliud; et per tres dies et noctes pre-
dictam tempestatem sustinuimus. Similiter et Sarasceni paciebantur, et Christiani
Ps. 9a, 11. de misericordia Dei erant desperati et dicebant Daviticum versum: *Oblitus est
Deus* nobis et *avertit faciem suam, ne videat* nos *in finem.* Et ceperunt dicere:
'Tu, Domine, qui omnia nosti[f], antequam fiant, et custodis illos qui te querunt
ex toto corde, tu, Domine, serva nos et custodi ab ista perversa et nefanda gente,
Ps. 78, 10. *ne forte dicant: "Ubi est Deus eorum* crucificus?" Adiuva nos, Domine, ut non simus
Ps. 78, 4. *subsannacio et illusio hiis qui in circuitu nostro sunt*'. Et Deus tanta mala posuit
inter illos, quod soldanus fecit interfici unum de suis ammirariis[g, 4]; et sanctus
(Febr. 4/5). Georgius visus ibi est[h]; et pagani ceperunt fugere, ita quod pater non expectabat
filium, et dimiserunt omnia, et nullus sequebatur eos. Tunc Christiani magnum
Febr. 5. timorem habuerunt, set facta aurora neminem per campum viderunt nisi camelos
et alias bestias solas; et unus paganus vocavit nostros et dixit: 'Venite, quia
pagani fugam ceperunt et campum cum omnibus bonis dimiserunt[5]'. Tunc in-

a) ihu *semper c.* b) *sic c.* c) convertatur *c.* d) terre *suppleri ex relatione ab Alberto Milioli exscripta, supra p. 472, l. 21, et ex Libro duelli, om. c.* e) flumem *c.* f) noscit *c.* g) ammirarius *c.* h) est *superscr. c.*

1) *Ps.* 128, 5: et convertantur retrorsum. 2) *Cf. Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 581; *Oliver. c.* 20; *fragm. Provinc. § 5, p.* 170. 3) *Hoc interpretare ex loco relationis deperditae ab Alberto Milioli exscriptae supra p.* 472, *l.* 26. 4) *Soldanus recessit (die Febr.* 4. *mane, ut fragm. Provinc. §* 3, *p.* 170. *tradit) ab exercitu, quia Imad eddin Ahmed rebellionem contra eum movebat.* 5) *Cf. Oliver. c.* 22.

tatus a Petro, dum eius navicula mergeretur, eidem respondisti: *Modice fidei, quare* 1218. *Matth.* 14, 31.
dubitasti? et statim imperasti ventis et mari, et facta est tranquillitas in mari:
intende nunc, piissime Deus, super istum locum et super habitantes in eo. Impera
mari et fluvio, ut redeant in locum suum, et impera ventis, ut quiescant, ne
populus fatigatus omnino deficiat, sed tibi reddat laudes et gratias nunc et in
perpetuum, qui vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum'. Hanc orationem
audientes respondimus: 'Amen'[1]. Facta autem hac oratione protinus apparuit[a]
sol splendidissimus, quo superficies terre eodem die ita est desiccata[b], quod vic-
tualia, que ante pene fuerant perdita, sine gravi dampno sunt recuperata. In
eodem loco quinta pars exercitus mortua fuit ex aqua et frigore, et multi amisere
ungulas, et multi passi sunt in ore, et multi passi sunt in pedibus; et sic fuimus 1219. *Febr.*
in multis periculis per totam hyemem usque ad Februarium[2].

5. De triduana tempestate, quam passi sunt nostri[3], et fuga Sarracenorum per sanctum Georgium facta.

*Videns autem domnus legatus, quod nullomodo manentes in sabulo civibus[4] *f. 177'.
nocere poteramus, convocato exercitu dixit: 'Quid faciemus, carissimi? Melius est
nobis mori in bello quam in aliena patria ita vivere captivos'. Precepitque om-
nibus, ut essent parati in purificacione sancte Marie. Qui omnes summo diluculo *Febr.* 2.
in koccis et in scalis[c] ascenderunt et per flumen navigare ceperunt. Sed mox
tanta orta est tempestas in aere cum aqua, grandine et frigore, quod nulla de
navibus nostris videbat aliam, et multe ex eis retroverse sunt. Illi vero qui flumen
transierunt[5] gravem tempestatem per triduum passi sunt. Similiter et Sarraceni *Febr.* 2—4.
non minus non poterant videre nos nec venire ad nos, neque nos poteramus ire
ad eos[6]. Tunc milites Christi feré de Dei misericordia desperati illum Daviticum
cantabant versum: *Oblitus est Deus, avertit faciem suam, ne videat in finem.* Ceperunt *Ps.* 9a, 11.
tamen Deum adorare et dicere: 'Tu, Domine, qui omnia nosti, antequam fiant,
serva nos, protege nos ab ista gente perversa et nefanda, *ne forte dicant in gentibus:* *Ps.* 78, 10.
"Ubi est Deus eorum?" Deus crucifixe, adiuva nos, ut non simus *subsannacio et* *Ps.* 78, 4.
illusio his qui in circuitu nostro sunt'. Exaudivit autem Dominus preces nostras et
tantam posuit inter cives sive Sarracenos discordiam[7], quod soldanus unum de
amirariis suis fecit occidi. Pagani vero fugati sunt a sancto Georio[d], qui ibi (*Febr.* 4/5).
aparuit, fugientesque sua tentoria reliquerunt[e], que extra civitatem tetenderant.
Tam precipites autem in fuga extiterunt, quod pater non expectabat filium, nec
filius patrem[8], sed omnia sua cum festinatione reliquerunt, nullo de Christianorum
exercitu eos persequente. Super novitate vero rei Christiani valde expaverunt,
nullo cogente. Facto autem mane neminem per campum viderunt, dixitque unus *Febr.* 5.

a) aparuit *corr.* apparuit *c.* b) desicata *corr.* desiccata *c.* c) *lege* galeis, *ut Ioh. de Tulbia et Codagn. supra p.* 473, *l.* 25. *habent.* d) *sic c.* e) runt *in loco raso c.*

1) *Sane huic rei interfuisse videtur auctor, qui tali modo mutaverit ea, quae Ioh. de Tulbia et auctor relationis deperditae apud Albertum Milioli, supra p.* 472, *referunt.* 2) *Eadem fere* (et sic — Febr.), *quae Ioh. de Tulbia non habet, praebet relatio deperdita ab Alberto Milioli exscripta l. l.* 3) *Haec ad caput praecedens potius pertinent.* 4) *Damiatinis.* 5) et multe — transierunt *habet etiam Ioh. Codagn. c.* 5, *supra p.* 473, *aliis verbis expressa, quae Ioh. de Tulbia omisit.* 6) non minus — ad eos *hic auctor addidit.* 7) *Haec mutavit hic auctor, Ioh. Codagnello supra p.* 475. *cum Iohanne de Tulbia conveniente.* 8) *Fragm. Provinc.* § 86, *p.* 189. *alio loco de Christianis eandem locutionem habet:* el filh no agardava lo payre nil payres lo filh.

1219. tellexit Christianus exercitus, quod crucifixus misisset suos milites ad expugnandum illos qui non crediderunt in eum; et Christiani transierunt laudantes Christum et *Febr. 5.* beatam Agatem[a], in quo die hoc fuit; et multi Sarasceni, qui fugam nescierunt, *f. 34'. interfecti *fuerunt[1]; et totus exercitus noster renovatus est a spoliis eorum. Et dominus legatus precepit fossatum circa nos faciendum et pontem in flumine[2]; et *(Febr. 7).* sic circumdata est Damiata, quod nec exire nec intrare nemo poterat. Sciatisque, quod de biscocto et de lardo et de aliis victualibus habundancia fuit in exercitu, set de pane recenti et de carne et de vino carencia fuit talis[3], quod unus aries comparatus fuit X uncias argenti, et gallina tres bisancias, et ovum II solidos[b]; de vino non possum vobis enarrare.

(Mart. 3). 6. Et post[c] spacium XV dierum[4] soldanus et Coradinus[5] venerunt. Tunc superbus Coradinus dixit: 'O Christiani[d], aut oportet nos Mahumet negare et esse Christianos, aut vos[e] Christum[f] et esse paganos'. Et venerunt super nos ab illa parte, ubi non erat fossatum completum; et mortui fuerunt de paganis sine numero.

Mart. 9. Intrante Marcio nono die venit Coradinus et frater eius soldanus cum tota gente eorum et fecerunt tentorium unum ante nos et ibi commederunt[g] gallinas duas propter sacramentum, quod fecit Coradinus, quia volebat ante fossatum nostrum manere ad dedecus[h] Christianorum; et mortui fuerunt ex illis multi[6].

Mart. 31. In die vero rami palmarum sciens soldanus, quod volebamus festum celebrare, qualiter Christus venit Iherosolimam, consilium fecerunt venire super nos. Propter hoc, quod pauci eramus, putaverunt devorare nos, sicut multi famelici unum panem, et iam diviserant[i] omnia nostra, set gracia Dei ex illis multi mortui *Rom. 8, 31.* fuerunt, et nichil nobis nocuerunt[7]. Nonne in epistola Pauli legitur: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Certe unicuique vestrum loquar cum lacrimis, quod tanta erat miseria nostra, quod, sicut infirmus desiderat sanitatem, ita desiderabamus videre virencia herbarum, quia herba nostra non erat nisi sabulum[8]. Nulla quippe humana lingua plane vobis explicare posset miseriam et infirmitatem nostram et desideria, que passi sunt Christiani in predicto asedio[k].

Apr. 28—30. In ultima ebdomada Aprilis dux Austrie cum multis aliis de exercitu recessit.

Maii 18. *f. 35. 7. In octavo decimo die Maii[9] venit soldanus *cum toto exercitu eorum, et intraverunt fossatum nostrum et putaverunt nos apprehendere et disperdere super

a) Agnetem *c.* b) solid' *c.* c) *sic Liber duelli;* ꝑ (per) *c.* d) postquam ego *(alia manu corr.* ergo*) add. c., quod scholii additi initium esse videtur.* e) vos *altera manu superscr. c.* f) *supple* negare. g) *sic c.* h) dedicus *c.* i) diuiserat *c.* k) sedio *c.*

1) *Cf. fragm. Provinc. § 9, p.* 171: auciseron en lor venir plus de C Sarrazins denant la vila. 2) *Cf. ibid. § 14—16, p.* 172; *Oliver. c.* 22. 3) *Cf. fragm. Provinc. §* 5, *p.* 170. 4) *Si hoc spatium a die Febr.* 5. *computatum est, auctor relationis deperditae erravit. Non ante Mart.* 3. *soldani Aegypti et Syriae ad civitatem accesserunt. Cf. Wilken, 'Gesch. d. Kreuzzüge' VI, p.* 242, *n.* 91. 5) *Malik el-Muazzam, soldanus Damasci, frater soldani Aegypti.* 6) *Haec vide etiam supra p.* 476, *l.* 26 *sqq. in relatione ab Alberto Milioli exscripta. Cf. Oliver. c.* 23; *fragm. Provinc. §* 21—23, *p.* 174. 7) *Cf. Oliver. c.* 25; *fragm. Provinc. §* 28—30, *p.* 176; *Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 584. 8) *Vide de hoc loco supra p.* 476, *n.* 5. 9) *Iam* 16. *die Maii* (in festo ascensionis) *impetum fecisse Saracenos scribit Oliverus c.* 27.

ad nostros: 'Pagani recesserunt et castra sua cum bonis suis reliquerunt'. Tunc 1219.
Christianus exercitus intellexit, quod Iesus[a] Christus milites suos ad expugnandum
inimicos nostros pro nobis misisset, conciteque flumen transeuntes laudaverunt
Deum et benedicentes sanctam Agatam, in cuius festo omnes transierunt, spoliis- *Febr.* 5.
que eorum exercitus est renovatus; et tunc ex utraque parte obsessa est civitas,
nichilque omnino timebant. Tunc precepit domnus legatus in circuitu fieri fossatum,
obsessaque est civitas, quod nullus nec exire nec intrare poterat. In hac autem (*Febr.* 7).
obsidione de piscoto satis habuimus, sed de vino et carne recente maxima carestia[b]
fuit. Tanta etiam fuit carestia, quod unus aries vel vervex venditus fuit pro decem
unciis auri, et gallina pro triginta solidis, et ovum pro duobus solidis, et vinum
nimis care vendebatur.

6. *De tercio adventu Sarracenorum. **f.* 178.

Post quindecim iterum dies soldanus rex Egipti et Coradinus frater[c] eius, (*Mart.* 8).
rex Sirie, venerunt dicentes: 'O Christiani, aut oportet nos nunc[d] Machometum
negare et Christianos esse, aut oportet vos Christum negare et paganos esse'.
Venerunt autem super nos ex illa parte, qua nondum fuerat fossatum completum;
ibique infinitus numerus eorum interfectus est, optinueruntque Christiani in illa
die victoriam. Iterum octava[1] die Martii venerunt soldanus et Coradinus fratres, *Mart.* (9).
figentesque iuxta nos sua tentoria nichil nobis mali fecerunt. Deinde post hec in
die palmarum, id est in dominica que de ramis olivarum dicitur, soldanus et *Mart.* 31.
Coradinus[2] scientes, quia nos volebamus celebrare, qualiter Christus venit Iero-
solimam, antequam nostri convenientes mutuo sibi possent subvenire[3], consilium
fecerunt super nos venire nosque a facie terre delere[4]. Innumerabiles ergo contra
nos venerunt, et quemadmodum lupi devorant agnos, ita crediderunt devorare
nos, et iam diviserant omnia bona nostra inter se, sed gratia Dei multi ex illis
occisi sunt, et pauci de nostris defecerunt. Nos vero memorantes epistolam Pauli
dicebamus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* Et certe tanta nostra erat miseria, *Rom.* 8, 31.
quod, sicut *cervus desiderat fontes aquarum,* ita desiderabamus virentia videre her- *Ps.* 41, 2.
barum. Nulla quippe lingua valet explicare miseriam et infirmitates, quas passi
sumus in illo loco. His ita gestis de exercitu[e] dux Austrie repatrians recessit. (*Apr.* 28–30).

7. De quarto adventu paganorum et de califa papa eorum.

Iterum post hec quintodecimo Kalendas Maii[5] soldanus et Coradinus[6] fratres *Maii* 18.
collectis exercitibus venerunt et intraverunt vallatum nostrum et putaverunt se

a) iehus *c.* b) *in marg. gl.:* id est penuria. c) fr:, *littera erasa, c.* d) nunc *eadem manu superscr. c.* e) exer *in loco raso c.*

1) *Potius Mart.* 9. *teste Ioh. de Tulbia haec facta sunt. Oliverus c.* 23. *etiam die Mart.* 9. *Saracenos fossatum Christianorum invasisse scribit.* 2) *Cf. supra p.* 479, *n.* 2. 3) antequam — subvenire, *quae Ioh. de Tulbia et Codagnellus non habent, auctor ex alia relatione fortasse addidit, sed male intellexit, quae in ea dicta erant, quae bene servavit libellus ab Alberto Milioli exscriptus supra p.* 478, *l.* 12: antequam aliud pasagium succurreret eos. 4) *Eadem fere verba habet Codagnellus supra p.* 479, *l.* 6 *sq. Cf. Gen.* 6, 7: Delebo . . . hominem . . . a facie terrae. 5) Iunii *potius scribere voluit auctor, qui* XVIII. die Maii *Iohannis de Tulbia more Romano computavit, quod saepe fecit. Reiciendum igitur est quod Hoogeweg l. l. IX, p.* 260, *n.* 4. *ad hunc locum emendandum proposuit.* 6) *Cf. supra p.* 481, *n.* 3.

1219. Maii (16–18). terram, sed volente Domino et cooperante Christiani habuerunt victoriam et occiderunt inter Sarascenos et equos eorum plusquam duo milia [1]. Per tres dies [2] a mane usque ad noctem nobiscum preliaverunt, et sicut campus [a] plenus est de culmis, cum tolluntur spice, ita fossatum nostrum plenum erat quarellis et sagittis.

Maii 26. 8. In die vero pentecostes venerunt per aquam et per terram et proiecerunt ignem super bertrescas nostras et ceperunt fossatum nostrum implere et super nos venire et nos sicut captivos dividere. Et nostri, quamvis multi vulnerati, cum victoria remanserunt, et Sarasceni tristes et illusi reversi sunt. Tunc fecerunt Christiani tribuchetos [b] et ceperunt per [c] subter fluvium fodere terram, et submersa est. Videntes igitur, quod cava nichil prodiderit [d], ceperunt catos construere [3].

Iun. 23. In vigilia sancti Iohannis Baptiste post vesperas venerunt iuxta fossatum nostrum fere V milia pagani; et exivit inter eos dominus Iohannes de Arcia cum quatuor sociis et fecit magnam prudenciam [4], quia omnes illos fugavit, et mortuus fuit unus de nostris.

In illis diebus precepit dominus legatus, ut omnes acciperent penitenciam, quia volebat eos pugnare cum Sarascenis in campo; et currum [b] factum [b] erat, ubi vexillum Christianorum ponere debebant. Tunc principes nostri consilium habuerunt, quod non esset bonum pugnare in campo, quia oportebat pugnare in [e] civitate et servare fossatum nostrum et cum soldano in campo; et pro unoquoque Christiano erant LXX [5] pagani, et sic non valebant pugnare cum eis.

a) tempus *c.* b) *sic c.* c) per *delendum videtur.* d) *sic c. pro* profuerit; proderet *relatio ab Alberto Mil. exscripta supra p.* 480, *l.* 36. e) cum *emendandum esse videtur, ut Liber duelli habet.*

1) *Cf. supra p.* 480, *n.* 4. 2) *Primum diem pugnarum (Maii* 16*) ab Olivero, tertium diem (Maii* 18*) ab auctore relationis deperditae indicatum esse conicio.* 3) *Cf. supra p.* 480, *n.* 6. 4) *I. e. virtutem.* 5) *Cf. supra p.* 482, *n.* 3.

nos posse destruere et a facie terre delere. Sed Deo volente Christiani habuerunt 1219. victoriam et occiderunt tam Sarracenos quam equos plusquam duo milia. Tanta autem erat multitudo pilorum et sagittarum super nostrum vallatum, quod terra non aparebat. Hoc bellum biduo[1] duravit. Interim[2] Coradinus mandaverat ad *Maii* (16–18). amicos suos ubique et eos ad bellum invitaverat, scilicet Damascum et Alapa et Reanis[3], et totam terram commovit usque ad Bactanis et iussit totam Siriam venire et totam terram promissionis. Ex alia vero parte soldanus rex Egipti commovit Alexandriam, Babiloniam et totam terram Egipti et etiam Affricanos usque ad Maroch, ut omnes ei subvenirent, dicens, quoniam, si civitas Damiata a Christianis fuerit superata, tota terra paganorum superabitur. Veruntamen omnes istos iusserunt[a] in mense Maii venire. Audiens *autem hoc califus, illorum Agare- *Maio.* *f. 178'. norum papa, cum maxima militum copia a Bactanis venit, habens ex diversis partibus orbis multos secum, quorum multitudinem dinumerare nemo sufficeret[4].

8. De quinta pugna ac sexta[b].

In die ergo pentecostes ex omni parte per aquam et per terram venerunt ad *Maii* 26. nos, proieceruntque ignem super bertenescas nostras et ceperunt fossatum implere, nosque inter se captivos dixerunt divisuros. Verumtamen non ita contigit, sed illorum multi equi et equites amariter sunt necati, tristesque alii retrorsum sunt conversi, et nostri, quamvis vulnerati multi et occisi pauci, triumphum sunt adepti. Tunc machinavimus cattos et scalas et trabucetos et multa alia ingenia pro civitate constringenda, et in tali opere fuimus in vigilia sancti Iohannis Baptiste, *Iun.* 23. civibus[5] ac soldano cum suis nos die ac nocte inpugnantibus. In predicta vigilia post vesperas quasi octo milia[6] paganorum venerunt ad nostros, in quibus fuit et eorum papa califus, qui nuper in exercitu venerat á Bactanis, factaque absolucione omnibus paganis, nostrum voluit videre exercitum et nobis ostendere suum[7]. Quibus visis Iohannes de Arscicio[c, 8] cum quatuor militibus sociis exivit, et multi clientes secuti sunt eum. Cum quibus Sarraceni pugna conserta fugierunt[d], pluresque eorum in campo cadentes occisi sunt; sed et califus eorum papa a quodam nostro milite percussus cecidit, sed semivivus evasit[9]. Unus autem de nostris mortuus est[e] illic; sicque pugna soluta Sarraceni cum merore ad sua redierunt castra, nostri vero cum[f] gaudio remearunt in sua. In diebus illis precepit domnus legatus omnibus accipere penitentiam, quoniam volebat pugnare in campo, parato curru, in quo vexillum sancte crucis ad defendendum erat componendum. Igitur in festo sanctorum apostolorum Petri et Pauli iussit omnes discalciatos ad veram Domini *Iun.* 29.

a) uenire *iam h. l. add., sed deletum est in c.* b) *ita in marg. nigro atram. praescriptum;* De quinta ac VI[a] pugna *miniator.* c) arsicio, *eadem manu corr.* arscicio *c.* d) *sic c.* e) est *superscr. c.* f) cum gaudio remea *in loco raso et in marg. alio atram. suppl. c.*

1) tribus diebus *reliqui tres, qui libellum deperditum secuti sunt.* 2) *Reliqua huius capitis, non ex libello, quem reliqui tres auctores exscripserunt, assumpta, sed aliunde addita sunt.* 3) *Nescio an* Reanis *scriptum sit pro* Roanis = *Roas, Edessa. Röhricht in indice dixit hoc esse Rey.* 4) *De adventu caliphae refert etiam libellus ab Alberto Milioli exscriptus supra p.* 480, *l.* 37 *sqq. Cf. ibid. n.* 7. *Calipham die Iul.* 20. *apud Damiatam adfuisse dicit etiam Ioh. de Tulbia infra c.* 11. *Cf. Weil, 'Gesch. der Chalifen' III, p.* 440 *sqq.* 5) *Damiatinis.* 6) quinque milia *Ioh. de Tulbia et relatio ab Alberto Milioli exscripta supra p.* 482. 7) in quibus — suum *hic auctor aliunde addidit, quae nemo eorum habet, qui libellum deperditum exscripserunt. Sed cf. supra p.* 480, *l.* 38. 39. 8) *de Arcies; cf. supra p.* 482, *n.* 1. 9) sed et — evasit *hic auctor aliunde procul dubio perperam addidit.*

1219. *Iul. 8.* 9. In octavo die Iulii venerunt cum chochis, ubi erant scale, et erexerunt *Iul. 9.* ad menia civitatis per flumen et pugnaverunt per duos dies cum eis; et pagani cum petrariis et tribuchetis et igne se defenderunt, et scalas nostras per plures **f. 35'.* vices videbamus[a] comburere; hoc videntes Christiani plorare ceperunt et *prosternebant se in terra et osculati erant eam et nomen Domini invocabant et dicebant: 'Domine Iesu Christe, qui liberasti tres pueros de camino ignis ardentis sine ulla lesione, sic, Domine, libera servos tuos de omni malo, ut non se[b] exultent pagani'. Et ipsi ceperunt facere signum, et subito venit soldanus cum Coradino et cum omnibus suis gentibus in fossatum intrabant; et quanto nos acrius expugnabamus per terram, tanto magis expugnati eramus ab eis in chochis, et ad fossatum mortui aliquantulum[1] de Christianis. Et tunc quidam Sarascenus venit de villa et dixit, quod mortui erant et vulnerati intus ultra mille et octingenti[2], et pagani qui erant in campo cum soldano defecerunt in quintam partem.

Iul. 10. 10. Et in sequenti die ceperunt extraere[c] catos[d] extra[e] menia[f] civitatis, *Iul. 18.* quia volebant[g] ex omni parte insultum dare civitati. In octava decima die Iulii erat catus noster ante fossatum civitatis et iam implebat eum, et peccatis Christianorum et simplicitate[h], pagani foras exierunt et catum cremaverunt; et multi ex nostris vulnerati et mortui fuerunt, et dampnum accidit Christianis, et pagani fuerunt exaltati.

Iul. 20. 11. In die beate Margarete virginis armaverunt Christiani cochas cum scalis et per flumen posuerunt eas ad murum civitatis, et illi cum petrariis et igne se defenderunt. Tunc Sarasceni[i] et pueri eorum extrahebant sibi capillos et nomen deorum suorum invocabant et dicebant: 'Adiuva nos, Mahumeth, quia, si Christiani capiunt Damiatam, nos mortui sumus, et nomen tuum non erit ultra invocatum, et memoria tua peribit, et nomen Dei Christianorum erit exaltatum et manebit

a) videb:amus, *littera* i *erasa, c.* b) *sic c.* c) extere (*i. e.* extraere) *c.*; trahere *Liber duelli et Alb. Milioli*; trahi *Ioh. Codagn.* d) catas *c.* e) iuxta *Ioh. Codagn.*; ad *Liber duelli.* f) meniā *c.* g) nolebant *c.*; *cf. Ioh. Codagn. c.* 12. h) *sic et Ioh. Codagn. c.* 12. *Omissa quidem sunt hoc loco quaedam, ad minus* sexta hora diei, *quae et Liber duelli c.* 10. *et Ioh. Codagn. habent, sed haec num iam auctor an librarius omiserit, dubito.* i) senes *supplendum est, ut ex relatione deperdita, quam Alb. Mil. supra p.* 484, *l.* 23. *exscripsit, apparet.*

1) quam plures *Ioh. Codagn. p.* 483, *l.* 26; multi *relatio deperdita supra p.* 482, *l.* 28; aliqui *Liber duelli. Cf. etiam fragm. Provinc.* § 22, *p.* 174. 2) *Cf. supra p.* 485, *n.* 1; *p.* 484, *l.* 2.

crucem venire, Deum deprecantes, ut qui in ea pependit[1] nobis verum et utile [1219.] dignaretur consilium prestare. Previdentes autem principes nostri, quod non esset tutum pugnare in campo, quoniam oportebat nos simul pugnare cum civitate et nostra servare fossata, et pro uno[a] Christiano plusquam quadraginta erant pagani, ideoque respuerunt necessitatem pugne.

9. De prima civitatis impugnacione[b] et hostium magna strage.

Interea octavo Idus Iulii adduxerunt nostri coccas cum scalis, et posite[c] sunt [*Iul.* 8.] super flumen prope menia civitatis, et per totam diem pugnaverunt. Pagani vero proiecerunt ignem super scalas easque valde cremaverunt. Quod videntes Christiani, plorantes et terram osculantes nomenque Domini invocantes dicebant: 'Domine Iesu Christe, qui liberasti tres pueros *de camino ignis et eos sine incendio ser- [*f. 179.] vasti, libera famulos tuos ab ista persecucione, ne pagani possint exultare de nostra perdicione'. Monstro[2] autem facto in civitate septima[d] vice venit soldanus cum manu robusta et volebat intrare fossatum nostrum. Quanto autem acrius nos expugnabamus civitatem, tanto plus ipsi ab[e] exercitu expugnabamur[f] soldani. Hoc bellum fuit biduanum cum quatuor coccis. In fossato vero aliqui de nostris [*Iul.* 9.] mortui fuerunt, alii igne combusti, alii lapidibus obruti, alii decollati, alii sagittis confixi sunt. Quidam autem Sarracenus exiens de civitate retulit nobis, quod intra civitatem inter vulneratos et mortuos computati sunt plusquam octingenti. Alii autem déforis venientes quintam partem illorum tam hominum quam equorum occisam asseruerunt.

10. De secunda civitatis obpugnatione[g].

Iterum precepit domnus legatus ad menia civitatis trahere cattos. Igitur [(*Iul.* 10).] quintodecimo Kalendas Augusti trahebatur cattus unus ad fossatum. Egressi vero [*Iul.* 18.] pagani cum manu valida sexta hora diei, deferentes ligna et ignem, cattum nostrum ferreum cremaverunt; de cuius amissione maxime doluimus nos, et intus maxime letabantur illi.

11. De tercia expugnatione et adventu paganorum octavo.

In festo sancte Margarete armatis kocchis et galeis et barbotis Christiani [*Iul.* 20.] venerunt iterum iuxta muros civitatis. Sarraceni vero cum petrariis et quarellis et trabucetis crudeliter se defenderunt, sed Christiani multos occiderunt et vulneraverunt. Tunc multi de civitate flebant, viri ac mulieres, parvi et magni, capillos suos evellentes nomenque dei sui blasphemantes[h] et dicentes: 'O infelix Machomet, ecce Christiani capiunt Damiatam et nos interficient, nomenque tuum non erit hic amplius invocatum, nomen vero Dei Christianorum erit exaltatum et

a) o *alio atram. in loco raso c.* b) invasione *in marg. praescriptum erat, sed statim deletum et eadem manu corr.* ipugnacione; ipugnatione *miniator.* c) pos. sunt *alio atram. in loco raso c.* d) sept. uice ue *in loco raso et in marg. alio atram. suppl., ubi antea procul dubio* ue||nit *scriptum erat, omisso* sept. vice. e) ab *eodem atram. superscr. c.* f) sold. exp. *corr.* exp. sold. *c.* g) *sic in marg. nigro atram. praescriptum;* oppugn. *miniator.* h) l *e corr. c.*

1) *Cf. supra p.* 678, *l.* 30. 2) *i. e. signo, voce ducta a* monstrare. *Cf. infra c.* 13.

1219. in eternum'. Hoc videns soldanus cucurrit ad caliphum[1] et dixit ei: 'Domine, capta est Damiata!' Et ipse proiecit se in terram et dixit: 'Heu, heu, eamus omnes et moriamur cum illis!' Et venerunt cum manganellis et cum omnibus *f. 36. armis et cum tanta[a] multitudine sagittariorum[b], quod numerum *non habebat. Et in illa die fuit talis persecucio et tale prelium, quale nullus homo vidit uncquam[c], et mortui et vulnerati fuerunt multi Christiani, et de illis[2] plusquam duobus milibus.

Iul. 31. 12. Extrema die Iulii[3] iterum Christiani insultum civitati dederunt. In summo mane scala de Pisanis ad murum posita fuit, et pagani super eam ignem proiecerunt et combusserunt eam usque medietatem, et nos amare plangebamus videntes ita nostros cremare, et multi ex nostris fuerunt vulnerati, et quatuor intus remanserunt. In hora tercie[d] venerunt galee et berbote per flumen, et galee nostre non erant armate nisi due, que erant supra pontem; ex quibus una combusta fuit a Sarascenis; et crediderunt[e] in illa die cremare pontem; et de nostris multi fuerunt vulnerati. Et in hora nona una[f] de nostris mergere[4] volebant super murum, et fracta fuit, et duo ex nostris in aqua perierunt; et venit alia scala Ianuencium[g], supra murum mergerunt[c]; et plusquam mille pagani erant ante scalam et super eam ignem posuerunt. Cernentes[h] Christiani, quod fortuna novercaret sibi, in terram[i] sicut [mortui[k]] iacebant et per pupillas oculorum flumina lacrimarum fundebant et dicebant: 'Domine Iesu, qui pro nobis humanam carnem assumpsisti et in cruce mortem sustinuisti, ne respicias peccata nostra, set ad fidem, pro qua hic sumus congregati, quia, sicut iussisti in Evangelio, fecimus: Matth. 16, 24. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me*: ne permittas nos, Domine, in tali modo migrare'. Videntes mastini[5], qui erant in campo, scalas supra murum et audientes luctum, quod[d] faciebant in civitate, commota sunt viscera eorum super infantes et mulieres[6], et dixerunt: 'Quid facimus? Aut vivamus aut moriamur simul, antequam crudeles Christiani interficiant nostros. Bene scimus, quid fecerunt in Acon[7]'. Et clauserunt oculos et levaverunt[l] capita et diruerunt fossatum et V bertrescas[m], et intraverunt ad tentoria nostra plusquam *f. 36'. duo vel tria milia[8]. Et quidam ammirarius anteveniebat et dicebat: *'Mahumet est dominus et non Christus!' Audientes hoc Templarii, qui ibi consistebant, et

a) *sic Alb. Mil. supra p.* 484, *l.* 29; tota *c.* b) sagittarum *c.* c) nucquam *c.* d) *sic c.* e) credi *in loco raso c.* f) *lege* unam *et supple* scalam. g) *fortasse* quam *supplendum.* h) *sic Alb. Mil. supra p.* 486, *l.* 14; Eruentes *c.* i) *lege* terra. k) mortui *supplevi ex Alb. Mil. supra p.* 486, *l.* 15, *om. c.* l) inclinaverunt *potius legendum est, ut habet Alb. Mil. supra p.* 488, *l.* 2. m) verderescas *c.; cf. supra p.* 686, *l.* 6.

1) *Calipha tunc erat Alnassir lidini-l-lahi. Cf. supra p.* 485, *n.* 6. *Ad ea, quae supra p.* 480, *n.* 7. *adnotavi, vide quae Honorius III. papa in epistola Conrado de Marburg a.* 1220. *Iul.* 28. *data de calipha gentem suam ad succursum Saracenorum Aegyptiorum excitante scripsit, Epist. pont. sel. I, p.* 92, *nr.* 126. *Sane ipse calipha nunquam ad civitatem Damiatam adfuit.* 2) *Scil. de Saracenis.* 3) *De proelio hoc die commisso cf. Oliver. c.* 27. *et fragm. Provinc.* § 45—51, *p.* 180 *sq., ubi hoc prima septimana mensis Augusti factum esse dicitur.* 4) mergere *hoc loco vim habet apponendi.* 5) mastini *sunt canes venatici.* 6) 3. *Reg.* 3, 26: commota sunt quippe viscera eius super filio suo; *cf. Gen.* 43, 30. 7) *Accone enim a.* 1191. *capta captivi Saraceni, qui pecunia ex pacto redimendi erant, iubente Ricardo rege Angliae occisi sunt.* 8) *Cf. supra p.* 488, *n.* 2.

manebit hic in eternum'. Quo audito soldanus et Coradinus[1] cucurrerunt ad 1219. califum, suum papam, dicentes: 'Domine, capta est Damiata, ut credimus'. Qui statim proiecit pilleum sive coronam suam in terram et conculcans eam cum blasphemia dei sui[2] dixit: 'Heu me! eamus omnes et moriamur cum illis'. Et venientes cum manganellis manu armata fossatum nostrum cum maxima vi intraverunt, gravatumque est prelium, et multi de nostris occisi et vulnerati sunt in die illa, de Sarracenis quoque inter equos et equites fere duo milia mortui fuerunt.

12. De quarta expugnatione et adventu hostium nono.

Prima die Kalendas Augusti summo mane Christiani iterum trahebant *Iul. 31.* kocchas cum[a] scala *per flumen ante menia civitatis. Scala Pisanorum prima fuit **f. 179'.* ad muros posita, que cito fere tota fuit conbusta. Nos autem videntes nostros ita concremari valde plangebamus. Tunc Sarraceni adduxerunt barbotas et galeas armatas per flumen. Nostre vero galee non erant[b] supra nostrum pontem, et una fuit ab eis combusta; volueruntque etiam pontem nostrum concremare, ob cuius defensionem plurimi de nostris sunt vulnerati. In meridie autem posita est alia scala supra murum civitatis, et cum debuit reclinari, fracta[c] est. Item venit alia scala Ienuensium[d] descendens supra murum. Tunc gladiis pugnare ceperunt, ita quod lapides et iacula in civitatem proiciebant et multos vulnerabant et interficiebant[3]; pagani vero inmiserunt super scalam ignem eamque conbusserunt. At nos, qui eramus in terra, hec videntes flexis genibus Deum deprecati sumus dicentes: 'Domine Iesu Christe, qui tua misericordia mundum venisti redimere et de utero beate virginis carnem voluisti accipere humanam et pati dignatus es crucem veram, ne respicias ad iniquitates nostras, sed ad fidem, propter quam peregrinamur; concede propicius, ne nostro sanguine manus paganorum abluantur, qui vivis et regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen'. Veruntamen pagani videntes scalam supra murum audientesque luctum et planctum, qui erat in circuitu eorum, super infantes et mulieres dixerunt: 'Quid faciemus? Oportet nos simul mori cum istis, ante quam incidamus in manus istorum sclavorum'. Nescio, quomodo fecerunt, quod iuxta nostrum fossatum venientes tam crudele bellum nobis intulerunt, quod palatium[4] nostrum diruerunt et bertenescas nostras quinque, et plusquam duo milia usque ad nostra intraverunt tentoria; et quidam amiraldus incedens clamabat dicens: 'Noster est dominus Machomet et non Christus'. Audientes hoc milites et Templarii, qui ibi aderant, contristati dixerunt: 'Quid faciemus?

a) cum scala *f.* 179. *et f.* 179'. *scripta, f.* 179. *del. c.* b) *supple ex libello Iohannis de Tulbia:* armate nisi due, que erant. c) fr. est *alio atram. in loco raso c.* d) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 484, *n.* 6. 2) pilleum — blasph. dei sui *hic auctor addidit.* 3) Tunc — interficiebant, *quae nemo reliquorum trium auctorum habet, auctor sive ipse sive aliunde addidisse videtur.* 4) *Cf. supra p.* 489, *n.* 1.

1219. omnes Christi athlete contristati sunt et dixerunt: 'Sic debemus dimittere hospicia nostra in manibus paganorum? certe non!' Et ceperunt Christum clamare: 'Adiuva nos, vera crux et sancte[a] sepulcrum! et o sancte Georgi, tu digneris accipere vexillum nostrum!' Et exierunt contra illos et victoriam habuerunt; et ammirarius, qui mala verba dicebat, ibi mortuus fuit et XV alii; et multi Christiani vulnerati et multi equi. Et illi cum tremore recesserunt, et nostri cum victoria remanserunt laudantes Christum et beatum Germanum[1].

Aug. 6. 13. In die transfiguracionis Domini ceperunt Christiani civitatem expugnare et fossatum implere; et erat ibi alius catus indutus ferro[2], in quo tota spes Christianorum capiendi civitatem erat. Et pagani fecerunt signum, et venit soldanus[b] extra[c] fossatum nostrum, et omnes Christiani cucurrerunt in sabulo, et pagani exierunt et cremaverunt catum, et mortui et vulnerati tunc fuerunt multi Christiani. Et sciatis, quod V catos nobis cremaverunt, et plusquam centum Christiani pro eis mortui fuerunt; et pagani multum[d] fuerunt exaltati, Christiani vero conturbati.

Aug. 11. Undecimo die Augusti comes de Marchia[3] mortuus fuit, et comes de Niversa[4],
Aug. 15. orta [fama[e]] mala, de exercitu exivit. In die assumpcionis beate Marie capti fuerunt VII Sarasceni in flumine, qui deferebant cartas civitatis; et mane ad dedecus[f] paganorum aures, nares et brachia[5] eis abscise fuerunt[6], et foras proiecti fuerunt IIII[or], et alii in civitatem; et Sarasceni unum de nostris truncaverunt.
Aug. 18. In octavo decimo die Augusti mortuus fuit comes de Bar[7].

Aug. 24. 14. In die sancti Bertholomei iterum armaverunt Christiani cogas, ubi fuerunt scale, et pre nimio cursu fluminis non potuerunt apropinquare civitati et nullo modo valebant eam expugnare[g]. Tunc per superbiam peditum, qui dicebant omnes capitaneos esse proditores, statuerunt pugnare cum Sarascenis in campo. Et gens nostra in tres partes divisa fuit: una pars custodiebat civitatem, alia ivit per
*f. 37. aquam, alia per *sabulum siccum[8].

Aug. 29. In die decollacionis sancti Iohannis, qui cum lacrimis scribitur, — dies calamitatis, dies miserie[9] et valde Christianis amara — dominus legatus et rex cum omnibus aliis foras exierunt et per terram et per aquam usque ad hospicia paga-

a) *sic c.;* sanctum *Alb. Mil. p.* 488, *l.* 7. b) solidanus *c.* c) *fortasse* iuxta *legendum, cf. supra p.* 688, *n.* e. d) *emendavi;* multi *c.* e) fama *dubius supplevi ex Libro duelli* (infamatus), *om. c.* f) dedicus *c.* g) *signum distinguendi capitis* ⊏ *hoc uno loco insertum c.*

1) *Quia eius dies festus erat Iul.* 31. 2) *Cf. fragm. Provinc. § 40, p.* 178. 3) *Hugo X. Cf. Bernardus Iterii, 'Chroniques de St.-Martial de Limoges' ed. H. Duplès-Agier p.* 106; *Ann. S. Rudberti Salisburg., SS. IX, p.* 781; *Oliver. c.* 16. 4) *Herveus. Cf. Roberti Autissiodor. Chronici Cont. II, SS. XXVI, p.* 284. 5) labiis et brachiis truncatis *Alb. Milioli supra p.* 488, *l.* 28, *quorum aliud Iohannes, aliud auctor Libri duelli omiserunt.* 6) *Cf. fragm. Provinc. § 62, p.* 184. 7) *Milo III. comes Barensis (Bar-sur-Seine) secundum Necrologium Molismense die Aug.* 17. *(falso anni* 1218*) obiisse dicitur in 'L'art de vérifier les dates' XI (*1818*), p.* 297. *Cf. Ann. S. Rudb. Salisburg. l. l.; Oliver. c.* 16. 8) *Cf. fragm. Provinc. § 65—70, p.* 185 *sq.; Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 585; *Oliver. c.* 29. 9) *Cf. Sophon.* 1, 15: Dies irae dies illa . . . dies calamitatis et miseriae.

Fugere non valemus'. Et invocato Domino in adiutorium exierunt foras et illos 1219. qui intraverant ferocissime eiecerunt. Sed et amiraldum[a], qui impia protulerat verba, intus occisum repererunt; sicque pagani fugam inierunt. Verumtamen multos truncatis capitibus et manibus et pedibus in campo iacentes dimiserunt, qui sine numero fuerunt. Sed consul Pisanus cum quindecim militibus et nostri victoriam obtinentes cum lęticia sunt reversi, laudantes et glorificantes Deum, qui salvos facit sperantes in se[1]. *cf. Ps.* 16, 7.

13. De expugnatione V[a] et quorundam principum obitu.

In die transfigurationis Domini, scilicet in festo sancti Sixsti[b], Christiani *Aug.* 6. obpugnaverunt[c] urbem[d], implentes fossatum, super quod cattus noster *ducendus *f. 180. erat, qui undique ferreus erat, per quem nos etiam civitatem habere posse sperabamus. Civibus autem monstrum[2] sive tumultum in civitate facientibus venit soldanus ante nostrum fossatum, nostris nichilominus in armis preparatis. Exeuntes autem de civitate pagani cum manu[e] forti, deferentes lingna[b] et ignem, cattum nostrum ferreum concremaverunt. Quem cum Christiani defenderent, multi eorum vulneribus sunt[f] [lesi[g]] et morte sunt perempti. Septem[3] ergo cattos nostros conbusserunt. Unde Sarraceni valde sunt exaltati, et Christiani contristati. Tertio Idus Augusti comes de Marchia[h] sine vulnere obiit; super quo Christiani valde *Aug.* 11. doluerunt. His diebus comes de Nivers infamatus de exercitu recessit. In nocte assumptionis sancte Marie septem pagani exeuntes de civitate in fluvio capti fuerunt *Aug.* 15. et mane ad dedecus paganorum aures et nares et labia truncati in crastino in[i] civitatem sunt missi. Qua de causa etiam Sarraceni[k] unum de nostris simili modo truncatum nobis remiserunt. In illis diebus comes de Bar et filius[4] eius obierunt. *(Aug.* 18*).*

14. De dolendo gravi Christianorum infortunio.

In festo sancti Bartolomei iterum Christiani armaverunt kocchas, sed pre *Aug.* 24. impetu fluminis non potuerunt appropinquare ad menia. Tunc elati pedites dicebant nolle ad bellum exire milites. Diviserunt ergo gentem, ut una pars custodiret tentoria, et alia servaret flumen et urbem, et alia pugnaret in sabulo. In decollatione sancti Iohannis Baptiste Christianorum calamitas et miseria, quod tristis *Aug.* 29. dico, fuit magna. Domnus enim legatus et rex exierunt pergentes ad hospicia paganorum, qui a nostris castra metati fuerant fere duobus miliaribus[5]; factaque ibi mora, peditum fugata est caterva, nulloque cogente, sed maligno eos spiritu exagitante, tanta erat fugientium[l] rabies, quod pre nimia perturbacione nemo eos poterat retinere. Unde et multi persequentibus eos paganis, nunc gladio aliqui, nunc siti defecere nonnulli. Principes autem nostri talia videntes timuerunt de populo, ne omnino deficeret, milites suos iusserunt invadere Sarracenos. Domnus

a) admiraldum, ad *expunct. c.* b) *sic c.* c) oppugn. *corr.* obpugn., uerunt *in loco raso c.* d) *seq.* et *erasum c.* e) forti manu *corr.* manu forti *c.* f) sunt *multo post deletum c.* g) lesi *supplevi, om. c.* h) obiit *iam hoc loco add., post deletum c.* i) sunt missi in civ. *corr.* in civ. sunt missi *c.* k) i *e corr.* (ū *corr.* i?) *c.* l) fugentium *eadem manu corr.* fugientium *c.*

1) Verumtamen — in se *hic auctor aliunde addidit, quae nemo reliquorum trium auctorum habeat.* 2) *Cf. supra p.* 689, *n.* 2. 3) *Cf. supra p.* 489, *n.* 3. 4) *Waltherus (cf. Albric., SS. XXIII, p.* 908*). Quem ante Damiatam obiisse hic auctor addidit. Cf. Oliver. c.* 16. 5) qui a — miliaribus *Ioh. de Tulbia et Codagnellus non habent, sed etiam 'Chronique d'Ernoul' ed. Mas Latrie p.* 421. *dicit:* il se herbegierent a II liues d'iaus. *Cf. fragm. Provinc. §* 85, *p.* 189; *Iac. de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 585: in castris eorum, que nobis vicina erant ad unam leucam.

1219. norum perrexerunt; mora autem ibi facta, et peditum caterva fatigata armis, siti[a], via, calore, intravit malignus spiritus in cordibus peditum, et retro fugere ceperunt, nec rebellium[b] incursione, set propter peccata nostra et anxietate sensum perdiderunt et lumen oculorum, et unus alium interficiebat, et nullus poterat eos hortari nec retinere. Hoc videntes Templarii et Hospitale et omnes principes onus inimicorum sustinuerunt, ita quod unusquisque miles fuit similis Rollando. Et fuerunt interfecti multi ex nostris militibus armis, set[c] pedites de fuga et anxietate. Et sanctus Iohannes in die sua multos socios voluit[d] habere, quia decollati fuerunt de Christianis sine numero. Et secuti fuerunt nos usque ad fossatum nostrum; et multi Templarii, Hospitalarii mortui et capti fuerunt; et in eodem die amisimus galeam unam cum marinariis. Et hoc fecit Deus ad salvandum multos peccatores, quia non exivimus de liciis nostris cum humilitate, set cum superbia et cum *cf. Iac.* 4, 6. *Luc.* 1, 52. magno furore, et *superbis Deus resistit* et exaltat humiles. Modo audite, qualiter Deus mortuos suscepit. Quidam Teutonicus vivus remansit et in nocte vidit totum sabulum illuminatum et tantam multitudinem angelorum, quod numerum non *Apoc.* 7, 14. habebant, qui supra corpora mortuorum cantabant: 'Isti *sunt, qui venerunt ex magna tribulacione et laverunt stolas suas in sanguine agni,* qui contempserunt mundum et mortui sunt pro Domino'. Capti fuerunt in illo die isti barones: camerarius regis Francie[1], episcopus de Belvaco[e, 2], dominus Iohannes de Arcia, eius frater[3], comes de Belmont[f, 4], Andreas de Pisses[5], Anselmus de Lin[g, 6] cum aliis octoginta militibus. Prepositus Sancti Omerii, filius camerarii[7] et Siginus[h] de Monte cum multis aliis mortui fuerunt; et non minus mortui fuerunt de paganis, set campum lucrati sunt.

*f. 37'. *Sept.* 2. 15. Secunda die Septembris *episcopus Hungarie[8] cum multis recessit. In *Sept.* 14. exaltacione sancte crucis princeps Romanorum[9] et comes Guillichinus[10] cum multis de exercitu exierunt, et totus exercitus vacuus remansit. Set hiis diebus Savarixius[i] *Sept.* (19). de Lione[k] cum XV galeis[11] venit. Et sciatis, quod fraus regnabat inter nostram gentem et paganos.

a) sita *c.* b) rebellum *c.* c) .s. (scilicet) *c.* d) *seq.* hui *ras. c.* e) Belvac. Dns *c.* f) Belmont' *c.* g) liu *c.* h) sigmus *c.* i) Sauariuus *c.* k) *lege* Malleone.

1) *Waltherus. Cf. Guill. Brito ed. Delaborde I, p.* 317. 2) *Milo.* 3) *Et Ioh. de Tulbia et auctor Libri duelli et Codagn. c.* 17. et frater eius *positum post* episcopus de Belvaco *in relatione, quam omnes exscripserunt, male coniunxerunt cum sequente nomine Iohannis. Frater episcopi Belvacensis fuit Andreas de Nantolio. Cf. Iacobi de Vitriaco epist. V. VI, l. l. XV, p.* 586. *XVI, p.* 81; *fragm. Provinc. § 89, p.* 190; *'Récits d'un ménestrel de Reims' §* 157, *ed. N. de Wailly p.* 82; *Albric., SS. XXIII, p.* 908. 4) *Radulfus vicecomes de Bellomonte.* 5) de Espeisse *vel* Espoisse. 6) de Luni *dictus in relatione ab Alberto Milioli exscripta supra p.* 490; de Leon *in Libro duelli.* 7) *Adam, qui captus, non occisus est.* 8) *Thomas Agriensis.* 9) *Cf. supra p.* 676, *n.* 5. *Ioh. Codagn. c.* 18. *et Liber duelli c.* 15. *habent hoc loco* principes Romanorum. 10) *I. de Hollandia procul dubio. Hic enim die Aug.* 29. *in proelio affuit (Oliver. c.* 29*), inter principes, qui Nov.* 11. *papae scripserunt, Röhricht, 'Studien' p.* 43, *non nominatur.* 11) *Cum decem galeis Ianuensium et tribus Savarici et una Alamanni comitis Syracusani, ut tradit Ogerius Panis, Ann. Ian., SS. XVIII, p.* 141. *Cf. supra p.* 493, *n.* 13.

quoque legatus dans omnibus benedictionem dixit: 'Ite! Dei fiat voluntas[1]'. Et 1219. ipsi irruentes in eos multos interfecerunt, de nostris quoque multi mortui sunt. Ibi nullus inhers, nullus ignavus[a] fuit. Multe milicie facte sunt hinc inde ex utraque parte, sed tamen multa dampna passi sunt nostri. In illa die multi Templarii et Hospitalarii et multi milites occisi sunt et capitibus truncati. Nostri quoque per flumen navigantes galeam unam amiserunt, cesis his qui in ea erant. Multa obprobria et vulnera passi sunt milites nostri in illa die. *Hac die sine *f. 180'. numero Christiani sunt occisi*, quos Deus cum beato Iohanne in celesti gloria voluit collocare. Modo audite, qualiter Christus milites sive peregrinos suos recepit. Unus forte Teotunicus quidam inter mortuos remansit vivus, qui in nocte erecto capite excitatus a sompno vidit totum campum illuminatum et vidit et audivit maximam multitudinem angelorum, cantantes super mortuos et dicentes: *Hii sunt qui venerunt ex magna tribulatione et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas* Apoc. 7, 14. *in sanguine agni,* quoniam pro Domino martirizati sunt. In illa die capti fuerunt barones nostri: camerarius regis Francie et Belvacensis episcopus[b] cum fratre suo[2], Iohanne de Arscicio, milite probo, comes de Belmont, Andreas de Perse[3], Anshelmus de Leon, prepositus Sancti Homerii[4] et multi alii, Templarii et Hospitalarii, qui ducti fuerunt in captivitatem. Sed rex Iohannes cum Templo et Hospitali et multis aliis extra fossatum remanentes multos occiderunt, nullusque Sarracenorum ausus fuit ad nos intrare. Pagani igitur multa spolia ac multorum Christianorum habentes secum capita[5] veniente nocte recesserunt, nostri quoque, multis Sarracenorum occisis, ac quatuor amiraldis eorum captis[6], vulnerati et multum tristes infra letias sunt recepti; sicque clausit dies.

15. De decimo adventu paganorum.

In exaltacione sancte crucis principes Romanorum et episcopus Ungarie et Sept. 14. comes Belquilinus[7] cum multis aliis peregrinis recesserunt. In his etiam diebus aplicuit Savarisius de Malleon cum quindecim galeis, in quibus multi erant pere- Sept. (19). grini. Interim rursus soldanus misit per omnes Babilonie provincias dicens: 'Si

*) *In marg. prima manu, nullo signo indicatum, ubi haec inserenda sint:* scilicet XX^{ti} M^{lia}.

a) ignarus *c.* b) ep. cum fr. suo *in loco raso c.*

1) Domnus — voluntas *reliqui tres auctores non habent. Multa alia quoque hic auctor in hoc capitulo addidit et mutavit.* 2) *Cf. p.* 694, *n.* 3. 3) *Cf. supra p.* 493, *n.* 6. 4) *Waltherus filius Guillelmi IV. castellani S. Audomari; cf. A. Giry in 'Bibl. de l'école des chartes'* 1875. *p.* 93 *sq. Hic occisus est, non captus.* 5) *Fragm. Provinc.* § 93, *p.* 191: e porteron en las testas dels mortz. 6) *Libellus ab Alberto Milioli exscriptus supra p.* 490: tres amirarii decapitati sunt. 7) *Est Guillielmus procul dubio vel Guillichinus a Iohanne de Tulbia dictus.*

1219. Aug. 29. In[1] die sancti Iohannis amisimus[2] . . . .[a]. Et soldanus fecit capita Christianorum excoriare et misit ea super spaldos et per totas provincias Babilonie ita dicendo: 'Quicumque voluerit sclavos Christianos, huc accedat, quia eorum principes mortui sunt, et alii, qui remanserunt, volunt fugere'. Et nobiscum pactum ceperunt machinare et veniebant ad hospicia nostra, et nostri ad eorum; et omnes putabamus verum esse, set legatus et rex non tractabant hoc corde, set unus alium deludere putabat; principes nostri dicebant: 'Faciamus[b] hoc usque adventum pasagii[c]', et soldanus dicebat: 'Faciamus[b] hoc usque ad recessionem pasagii[c]', quia bene sciebat, quod multi volebant[d] recedere propter metum. Tunc infremuerunt omnes Babilonenses[e] et Egipciaci, et venerunt parvi et magni et eciam mulieres in succursum[f] paganorum[3].

Sept. 22—25. In ultima ebdomada Septembris[4] XII naves a portu[g] exierunt, et pagani
Sept. 26. hoc videntes pactum renuerunt[5]. In quinto die [exeunte[h]] Septembris pagani venerunt ex utraque parte per terram firmam et per sabulum, et soldanus dixit eis: 'Intrate omnes in fossatum, quia Christiani parum valent'. Et omnes quasi ad epulas invitati[6] intraverunt, et mortui et vulnerati fuerunt multi, et ceciderunt[i] retro et dixerunt soldano: 'Domine, isti sclavi multum sunt acerbi'. Et fixerunt ante nos tres[7] manganellos et tota die preliaverunt nobiscum et nichil nobis nocuerunt.

Sept. 27. 16. In die sanctorum Cosme et Damiani venerunt ante auroram et duxerunt IIII^or ieremitas plenas ignis et crediderunt cremare pontem; et nostre berbote exierunt et lucrate sunt eas. Et Sarasceni ex utraque parte infestabant et intraverunt fossatum nostrum, et exierunt pauci Christiani in aqua et dixerunt eis:
*f. 38. 'O miseri canes, quid queritis?' Et multi ex illis *mortui fuerunt, et nostri gracia
Sept. 28. Dei incolumes remanserunt. Et in alia die venerunt ad mediam noctem et deferebant herbam et volebant implere fossatum nostrum. Et duo ex illis ad nos venerunt et dixerunt: 'O Christiani, estote firmi, quia ipsi putant implere fossatum et super vos venire et stare VIII dies; et si modo habebitis victoriam, volunt fugere, et tota terra paganorum erit vestra'. Et non ausi fuerunt venire ad fossatum, set ceperunt ante nos castrum de lignis construere. Et audite, quod[k] prestolabatur, quod[k] V falsi Christiani debebant incendere pontem et dimittere abire per aquam.
cf. Sap. 1, 3. Videns pius Deus has perversas cogitaciones et nefandas unum ex illis inspiravit, et hec manifestavit, et cito fuerunt capti et iudicati. In illa die exierunt Christiani et cremaverunt herbam, unde volebant implere fossatum; et pagani retro cede-

a) *spatium vacuum circa trium vocum rel. in c.* b) ffaciamus *c.* c) *sic h. l. c.* d) nolebant *c.* e) babilionenses *c.* f) occursum *c.; cf. supra p.* 680, *n.* a. g) *sic Alb. Mil. supra p.* 494, *l.* 23. 24; ad portum *c.* h) exeunte *ex Alb. Mil. supra p.* 494, *l.* 26. *supplevi, om. c.* i) *sic c. pro* cesserunt. k) quid *c.*

1) *Sequentia* — fugere *l.* 4. *hoc loco male interposita sunt. Oratio enim coepta pergit l.* 4. 2) *Haec* (In die — amisimus) *hoc loco procul dubio delenda sunt, quae nescio quo pacto hic repetita videntur ex loco supra p.* 694, *l.* 10. 11: in eodem die amisimus galeam unam etc. 3) *Cf. fragm. Provinc.* § 98—101, *p.* 192 *sq.; Hist. patr. Alexandr., Reinaud, 'Extraits des historiens arabes relatifs aux guerres des croisades' p.* 404. 4) *Quae fuit Sept.* 22—28, *sed cum iam die Sept.* 26. *proelium commissum sit, ante hunc diem naves e portu exierunt.* 5) *Cf. Oliver. c.* 30. 6) *Hac locutione Iacobus de Vitriaco epist. V, l. l. XV, p.* 580, *usus est:* magna pars exercitus Domini quasi ad epulas invitata, orans et exultans . . . obdormivit in Domino. 7) quatuor *Ioh. Codagn. c.* 19, *supra p.* 495, *et Liber duelli c.* 15.

quis vult[a] habere Christianos sclavos, huc veniat, quoniam principes eorum mortui sunt, et Deus eorum longe est ab eis, et vivi iam fugiunt'. Iterum fraudulenter pactum fecit et nobis firmare[b] voluit. Nos[c] autem verum esse putavimus, sed legatus non credebat; sed ita nos se posse deludere sperabat[1]. Soldanus igitur expectabat navium recessionem, sed et nos adventum aliarum sperabamus. In ultima[d] ebdomada mensis Septembris duodecim naves una die de portu exierunt, et[e] soldanus statim exspuit[f] pactum. In sexto Kalendas Octobris[2] venerunt pagani ex utraque parte per terram et per sabulum et soldano iubente fossatum nostrum intraverunt. Dixit enim, quoniam Christiani desunt[g] et nichil valent. Putantes autem quod dicebatur esse verum, plures ipsorum nostrum intravere[h] fossatum, quorum multi sunt occisi, et pauci ad dominum suum soldanum sunt reversi dicentes: 'Domine, sclavi isti valde dampnaverunt nos'. Fixerunt autem quatuor manganellos contra nos, sed gratia Dei nichil nobis nocuerunt, quia Deus erat nobiscum.

1219. — *cf. Prov.* 15, 29. — *Sept.* 22—25. — *Sept.* 26.

16. *De undecimo paganorum adventu et proditione nostrorum[i]. *f. 181.

In die sanctorum Cosme et Damiani iterum venerunt ante nostrum fossatum, *Sept.* 27. et pauci de nostris exeuntes cito occisi sunt ab eis[3]. In ipso die[4] volebant cum herba nostrum implere fossatum et prevalidis viribus super nos venire. Tunc duo ex illis exeuntes ad nos dixerunt: 'O Christiani, firmi estote, ipsi enim volunt vestrum implere fossatum et ante vos dies octo stare, sed si modo habueritis victoriam, terram paganorum obtinere poteritis totam'. Igitur quando appropinquaverunt, gratia Dei fossatum nostrum non, ut preparaverant, implere potuerunt. Tunc erexerunt castella de lignis contra nos prestolantes. Quinque autem de nostris malo usi consilio, peccunia ab eis accepta, iuraverunt eis pontem se nostrum interrupturos; et ita Sarraceni cum galeis civitatem intraverunt[k]. Deus autem sciens cogitaciones hominum[5] inspiravit uni de illis penitudinem delicti, qui confessus est hoc. In alia igitur die Christiani cum manu valida exeuntes conbusserunt *Sept.* 28. herbam, Sarracenis extunc cum[l] tristicia abeuntibus nobisque placita firmare volentibus, eo quod Deus visitaret plebem suam[6].

a) It *e corr. in loco raso c.* b) re voluit *alio atram. in marg. suppl. c.* c) Nos — legatus *alio atram. in loco raso c.* d) *seq.* die *post delet. c.* e) et sold. st. exspuit *in loco raso c.* f) respuit *emendandum esse videtur.* g) defecerunt *emendandum esse videtur.* h) int'rauere *c.* i) nroꝝ *c. sine signo compendii.* k) *lege* intravissent. l) ab. cum trist. *corr.* cum trist. ab. *c.*

1) *Scil. soldanus.* 2) *Certo constat hoc die primum post pacem tractatam pugnatum esse, consentientibus relatione deperdita Alberti Milioli, supra p.* 494, *et Olivero c.* 30. *et fragm. Provinc.* § 101. 103, *p.* 193 *sq.*: Apres las octavas de sancta crotz . . . Aquel assautz duret le dijous el divendres el disapte. *Falsissime Hoogeweg l. l. IX, p.* 275. *inde conclusit die Sept.* 21. *pugnatum esse.* 3) cito — eis *auctor scripsisse videtur male interpretatus ea, quae Ioh. de Tulbia habet:* Et multi ex illis *(Saracenis)* mortui fuerunt. *Sane nemo reliquorum trium auctorum refert quae hic dicit.* 4) *Cf. supra p.* 496, *n.* 4. 5) *Psalm.* 93, 11: Dominus scit cogitationes hominum. 6) *Luc.* 7, 16: quia Deus visitavit plebem suam.

1219. runt[a] et ceperunt pactum nobiscum machinare, similiter et illi qui erant in civitate, quia nullo modo poterant eam tenere, eo quod flagellum Dei iam omnes illos percusserat.

(Nov. 1). 17. Et exierunt duo de ammirariis de civitate et perrexerunt ad tentorium domini legati et cum rege et cum omnibus aliis locuti fuerunt.

Nov. 3. Tercia die intrante Novembris, in die dominica ad mediam noctem venerunt multi Sarasceni et intraverunt licias nostras et volebant intrare in civitatem, et nullus videbat eos. Et Dominus inspiravit quandam mulierem, et exivit foras et sentivit eos; et exierunt Christiani nudi et vestiti et Templarii et Hospitalarii, qui erant ad capellam; et ipsi Sarasceni intraverunt in locis aquosis, et ibi [occisi[b]] fuerunt ducenti et capti LX et duo; centum XI intraverunt in civitatem[1], et alii fugerunt retro, et tunc mulieres occidebant eos sicut homines. Et Christiani pactum respuerunt et proiecerunt capita mortuorum foras ante soldanum et corpora ante muros civitatis, ut magis dolerent. Et tunc tota gens nostra divisa fuit per constablias, quia putabant fortiter esse aggressi et expugnati.

Nov. 5. 18. Quinto die intrante Novembris, in vigilia sancti Leonardi, die Martis in
**f. 38'.* media nocte, in qua hora Christus expoliavit infernum, *Latini posuerunt scalam super murum et intraverunt in eam[c]; cumque una scala fuit ad murum apposita, fracta est, et V Christiani remanserunt intus, et visi fuerunt a Sarascenis et clamaverunt: 'Adiuva nos, sanctum sepulcrum et vera crux!' Et venit alia scala, et Christiani sicut angeli catervatim[2] ad obsequium crucifixi ascenderunt et vexilla sancte crucis in ea posuerunt. Pagani in tres turres se congregaverunt et proiecerunt ignem super bertrescas, eo quod ignis et fumus esset signum soldano, ut eis succurreret. Tunc infremuit totus exercitus Christianorum, qui erat in sabulo, quia nil inde sciebat et vidit tam magnum ignem in civitate. Tunc armis se munierunt et ad licias defendendum cucurrerunt. Et omnes principes, clerici, laici, mulieres, infantes potenciam Domini exorabant et beatam Mariam cum omnibus sanctis et beatum Leonardum rogabant, ut Damiata, que olim fuit spelunca latronum, cathena captivorum, domus scortorum et sodomitorum[c], et ubi Mahumet adorabatur, esset domus Dei et oratorium Christianorum. Cumque crepusculum finem daret, dies clarus apparuit, dies, in qua Christus baptizatus fuit, scilicet dies Martis, scilicet in qua omne bonum contulit Christianis: protinus viderunt vexillum sancte crucis super turres, et omnes, qui plorabant, oculos et manus ad celum levaverunt et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* cantaverunt. Hoc respiciens soldanus putavit succurrere civitati, venit cum tota gente sua ante

a) *sic c.; cf. supra p.* 696, *n.* 1. b) occisi *supplevi ex Libro duelli, om. c.* c) *sic c.*

1) *Cf. supra p.* 498, *n.* 2. 2) *Eadem verba supra p.* 678, *l.* 2.

17. De occisione paganorum.

In festo omnium sanctorum pagani videntes, quod non poterant civitatem retinere, volebant nobis tradere eam, quoniam Dei potentia ita afligebat eos[1], quod vix aliquis in civitate absque gravi languore erat. Exierunt itaque duo amirarii de civitate et ad tentorium domni legati[a] et regis venientes locuti sunt eis tercia die tradituros se Christianis civitatem[2]. Sed tercio die, id est[b] Nonas Novembris, media nocte pagani clam venientes, excubiis dormientibus, letias nostras sine obstaculo intraverunt, appropinquantesque tentoriis, mulier quedam eos sentiens ac paganos esse cognoscens, egressa clamavit alta voce dicens: 'Pagani intrant civitatem'. Exeuntes autem Christiani tam vestiti[c] quam nudi nec mortem pro Christi nomine nec iacula formidantes[3] vel gladios venerunt ad eos. Audientes autem Templarii et Hospitalarii, quoniam ad[d] eos intrassent, occurrerunt eis. Sarraceni autem exorbitantes de via in loca aquosa pervenerunt, ibique occisi fuerunt ducenti et quinque, et capti fuerunt sexaginta[e], et ducenti undecim civitatem intraverunt, quos[4] etiam mulieres occiderunt, et que michi retulerunt, decem ex eis occiderunt[5]; sic Christus nos adiuvit. Tunc Christiani mittentes capita interfectorum ad soldanum proicientesque corpora eorum ante muros civitatis respuentesque pactum ceperunt gentem dividere per constabula[f]. Illis autem in adiutorium non venerunt nisi pauci[6].

1219. Nov. 1. — Nov. 3.

18. Qualiter capta sit urbs.

Item in Nonas[g] Novembris, id est in vigilia sancti Leonardi, in media nocte, in qua *hora Christus infernum expoliavit, Christiani scalam posuerunt iussu legati et regis supra murum civitatis Damiate. Ascendentibus autem illis scala fracta est, et quinque de nostris intus remanserunt, exclamantes fortiter: 'Adiuva nos, Deus, ob honorem sancte crucis!' Nostri autem aliam adducentes scalam descenderunt[h] catervatim ad obsequium crucifixi. Hospitalarii autem et Templarii ex alia parte venientes et fossatum intrantes gratia Dei posterulam invenerunt apertam intrantesque turres ascenderunt[7]. Pagani vero pauci erant ad defendendam civitatem, quia Deus noster maxima plaga percusserat eos, plurimaque multitudo eorum mortua erat. Alii iacebant languentes nec suos mortuos in unum locum sepelire valentes, sed per plateas et domos inveniebamus eos iacentes; unde et fetor intollerabilis erat in civitate tota[8]. Christiani itaque turres ascendentes vexilla

*Nov. 5. — *f. 181'.*

a) leg. *in marg. suppl.;* et regis *in loco raso, post quem* regis *superscriptum erat, quod etiam erasum est. Patet in loco raso* legati et *olim scriptum fuisse,* regis *omisso et post superscripto.* b) III. *pro* .I. (id est) *legendum est.* c) *secundum* i *in loco raso c.* d) *seq.* os *expunct. c.* e) sexaginta *in loco raso c.* f) ula *in loco raso c.* g) *sic c.* h) ascenderunt, *ut Ioh. de Tulbia habet, emendandum esse videtur.*

1) *Haec* (In festo — eos), *quae Ioh. de Tulbia non habet, vide in relatione ab Alberto Milioli exscripta supra p.* 498. 2) tercia — civitatem *hic auctor addidit.* 3) *Eadem verba supra p.* 679, *l.* 1. 2. 4) *Non eos qui civitatem intraverunt, sed eorum qui fugerunt nonnullos; cf. Ioh. de Tulbia.* 5) et que — occiderunt *ipse auctor addidit.* 6) Illis — pauci *nemo reliquorum trium auctorum habet.* 7) Hospitalarii — ascenderunt *reliqui tres auctores non habent.* 8) *De eadem re iterum infra c.* 19. *relatum est, quo loco etiam Ioh. de Tulbia similia habet. Sed hoc loco de eadem re referunt libellus ab Alberto Milioli exscriptus et Codagnellus, supra p.* 500 *sq.*

1219. fossatum nostrum et bene invenit eum[a] munitum, et ipse pre nimio dolore quasi mortuus in terram cecidit et nomen[b] dei sui blasphemabat et dicebat: 'O Mahumet, usque hodie dilusisti me; certe, si Christiani capiunt Damiatam, nec te colam nec te adorabo de cetero'. Cognoscentes illi qui prope Damiatam erant banerias nostras super turres civitatis, cum magno dolore perrexerunt ad soldanum et dixerunt ei: 'Domine, amisisti Damiatam, de cetero tua non erit!' Audiens ipse talia statim loquelam perdidit et iussit capita truncari ipsis nunciis; cumque per *f. 39. duas horas esset in hac tristicia, subito se erexit et accepit gladium, quo *erat accinctus, et truncavit sibi barbam[c], et omnes sui ita fecerunt, et eciam caudas equis, et ipse cepit lamentare[a] et dicere: 'O Damiata, que fuisti usque nunc lucerna paganorum, modo obscurata es nobis. Ego miser, quid faciam? Quo ibo? Quare non mortuus fui in ventre matris mee, aut cum natus fui, cur non statim perii[1], antequam sub meo dominio virgo Damiata esset a perfidis Christianis violata et *Iob 3, 3. ib. 3, 6.* corrupta?' Et dixit: *Pereat dies, in qua natus* fui, dies illa et ista *non computetur in diebus anni,* quia magnam obscuritatem obtulit paganis et sanguinis effusionem'. Et nullus audebat eum alloqui. Et venerunt fratres soldani Coradinus et Phares cum multis ammirariis et dixerunt ei: 'Domine, Damiata allienata[d] est a nobis, et superbia nostra non potest plus regnare nobiscum; melius est nobis munire Alexandriam et Babiloniam quam stare hic et videre Damiatam, desolacionem nostram[2]'. Et ipsi tres reverterunt ad hospicia et ea cremare ceperunt et omnes *Nov. 9.* casales, qui[a] erant prope Damiatam, expoliaverunt. Et in V[a] die post capcionem Damiete[e] pagani fugerunt cum ira Dei et experserunt se ante Christianos; et nostri cum triumpho remanserunt in civitate, aurum, argentum et ornamenta et frumentum sine fine et numero invenerunt, et totum fuit de commune[a]. Et platee tote et domus erant plene de cadaveribus, quia ibi erant octoginta milia[3] de Sarascenis mortui[f], et de vivis non erant nisi decem milia, et[g] de sanis non erant nisi tria milia[4], et unus alium sepelire non valebat; et tot fuerunt cadavera, quod nullus poterat sufficere ad proiciendum in flumen; et quicumque volebat tria corpora proicere in flumen extra civitatem, dabatur ei bysancium unum[5]. Et a die sancti Iohannis[6], cum Deus nostram superbiam castigavit, ab illa die ceperunt mori, ideo quia signum sancte crucis ante nos faciebant et lapidabant et verberabant et igne cremabant. Unde Christus bene accepit vindictam de suo sancto signo, quod nullus ex illis a canina[h] morte evasus est. Unde vos Christiani, qui *f. 39'. historiam *auditis Damiete[i], Christum flexis genibus adorate et bonam fidem atque puram in ipsum habete, qui tantam victoriam dedit Christianis in hiis temporibus,

a) *sic c.* b) nomem *c.* c) berbam *c.* d) allinata *corr.* allienata *c.* e) *sic h. l. et infra bis c.* f) mortuis *c.* g) et de sanis non erant nisi tria milia *bis scripta, sed semel expuncta sunt in c.* h) cani:na, *littera erasa, c.* i) *sic h. l. c.*

1) *Iob* 3, 11: Quare non in vulva mortuus sum, egressus ex utero non statim perii? 2) *Daniel* 9, 18: vide desolationem nostram et civitatem, super quam invocatum est nomen tuum. 3) *Cf. supra p.* 476, *n.* 1; *p.* 477, *n.* 2; *Ann. S. Rudberti Salisburg., SS. IX, p.* 781. 4) *Quae duo diversi auctores scripserunt hoc loco coniuncta esse videntur. Cf. supra p.* 500, *n.* 4. *Locis ibi allatis adde Cont. Chron. Florentii Wigorn. ed. Thorpe II, p.* 173: de XL mill. viris armatis cum tot mulieribus in principio deputatis ad tutelam civitatis vix L in captione sunt inventi vivi. 5) *Cf. fragm. Provinc. § 57, p.* 183: que de un cors metre en tera dava hom un besant d'aur, *videlicet antequam Damiata a Christianis capta esset. Christianos pro cadaveribus in flumen proiciendis multum pecuniae dedisse tradunt Ann. Dunstapl., Ann. monastici ed. Luard III, p.* 55 *sq.* 6) *Aug.* 29. *Cf. supra c.* 14.

sancte crucis posuerunt super eas. Sarraceni autem contemplabantur muros civi- 1219. tatis nichilque mali suspicabantur[1], eó quod ignis et fumus signum esset soldani, qui tantus erat, quod civitas tota videbatur ardere. Tunc exercitus Christianorum, qui erat in sabulo, nesciens hec infremuit, videntesque tam maximam ignis copiam adcurrerunt. Intelligentes autem civitatem esse captam, principes nostri, clerici et laici, pre gaudio lacrimantes ac in terram prostrati Deum et beatam virginem cum omnibus sanctis obnixe deprécantes[a], ut Damiata, que olim erat catena captivorum et scortum et domus Sodomorum, esset deinceps domus Dei et Christianorum. Orta igitur prima diei luce nos omnes Christianorum vexilla videntes in turre, flentes et cum gaudio occulos ad celum levantes et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* cum magno personantes tripudio gratias inmensas retulimus Deo. Videntes autem soldanus et Coradinus ceperunt dicere: 'O Machomet, usque hodie decepisti nos. Certe, si Christiani habent Damiatam, nec te colemus[b] nec te adorabimus'. Illi autem pagani, qui erant iuxta turres civitatis, ut viderunt nostra vexilla eisdem turribus superposita suaque deposita, civitatem captam esse[c] cognoscentes, tristes ad dominum suum soldanum pergentes plorando dixerunt[d]: 'Domine, amisisti Damiatam, et de cetero non erit tua'. Audiens[e] autem hoc soldanus statim loquelam perdidit et signum fecit, ut illis qui malum nunciaverant capita truncarentur. Cumque per duas fere horas in hac permaneret tristicia, tandem aperiens occulos erexit se et arrepto gladio, quo erat accinctus, totondit barbam suam, et omnes sui fecerunt *similiter et caudas equorum truncaverunt, *f. 182. et ipse soldanus lamentando dixit: 'O Damiata, usque nunc fuisti lucerna paganorum, modo obscurata es ab eis. Quid faciam miser? Quare non fui extinctus *cf. Iob* 3, 11. in vulva matris mee? An cum natus fui, quare non statim perii, ante quam sub dominio meo virgo Damiata[f] a Christianis esset violata?[g]' Et dixit: '*Pereat dies, ib.* 3, 3. *in qua natus* fui, dies illa non numeretur in diebus anni[2], quia multi obscurati sive mortui sunt in istis diebus'. Venerunt autem ad eum Coradinus et Fayses fratres sui consolantes eum et dicentes: 'Domine, ut cernimus, Damiata est a nobis alienata; melius igitur est nobis redire et reliquas civitates, Karum et Babiloniam[3] et Alexandriam, munire quam hic stare et desolationem nostram videre'. Igitur inde se moventes hospicia sua ac villas omnes, vicina quoque civitati receptacula, omnia á civitate capta infra quinque dietas expoliantes penitus concremaverunt; sicque a facie nostra recesserunt[h].

19. De ingressu nostrorum in civitatem.

Nostri autem civitatem intrantes aurum infinitum invenerunt et[i] argentum, vasa quoque aurea et argentea et erea[k] et ornamenta omni metallorum genere et sine numero facta. Invenerunt etiam frumentum et ordeum et oleum et tapetia, bancalia, pannos sirigatos[4] et omnia necessaria ad[l] usum vite[5] preter vinum, quo

a) *sic c. pro* deprecati sunt. b) colimus *c.* c) ēē cognos *alio atram. in loco raso c.* d) dix'ut *c.* e) s ā (autem) *in loco raso c.* f) *seq.* a χa *expunct. c.* g) uiolatã *pro* uiolata? *(signo syllabae* ur *posito pro signo interrogationis) c.* h) Nostri autem civitatem intrantes *iam huic cap. add., post delet. c.* i) *super* et *signum transpositionis superscr. c. (forte corrigendum proposuit* et arg. inv., *sed super* invenerunt *nullum signum).* k) :erea, *littera erasa, c.* l) ad — quo et *alio atram. in loco raso et in marg. scripta c.*

1) *Male haec auctor immutavit, quae Ioh. de Tulbia et Codagnellus c.* 22. *melius ex relatione deperdita repetiverunt.* 2) *Iob* 3, 6: non computetur in diebus anni nec numeretur in mensibus. 3) Karum *et* Babilonia *eadem civitas est (Cairo).* 4) *Vox ducta a* sericus, *pro quo et* siricus (sirica = *pannus sericus) medio aevo scribebatur.* 5) *Sequentia* (— *p.* 703, *l.* 5. a porcis) *hic auctor addidit.*

1219. quod Damiata, cum fuerit obsessa[a] a Christianis, et nil ei nocuerunt, set modo Dei gracia sine sanguinis effusione capta est; et nullus princeps de ea plene laudari potest nisi ille, cui laus et gloria pertinet et convenit.

Nov. 5. 19. Anno Domini MCCXVIIII[b], indiccione VIII, quinta die intrante mense Novembris, in vigilia sancti Leonardi abbatis in media [nocte[c]], annum unum et menses V et ebdomadas duas et diem unum[1] stantes Christiani ante Damiatam a manibus inimicorum crucis eam usurpaverunt, tempore Honorii summi pontificis et domini Federici[d] imperatoris[e] et Iohannis regis Ierusalem et Pelagii Rome legati et Radulphi patriarche, volente Domino et cooperante, qui omnia fecit, Christiani Damiatam ad honorem Dei et omnium sanctorum lucrati sunt. Et vos omnes, qui legitis et intellegitis hanc hystoriam, pro anima presbiteri Iohannis de Tulbia orate, qui hoc composuit et ibi fuit et quecumque contigerunt Christianis scripsit et denotavit.

Nov. 22. 20. Nono decimo die[2] post capcionem terre, in die sancte Cecilie perrexerunt Christiani ad castrum quod dicitur Thanisium; erat enim fortis Damiata et[f] locus, ubi multi peribant[3], et nullum paganum ibi invenerunt. Et Christiani habuerunt *f. 40. metum et putaverunt *aliud esse, quam fuit; et per duos dies[4] ante illud[g] castrum Nov. 23. steterunt et in die sancti Clementis intus intraverunt, et nullus paganus ibi erat, et sic Christiani sine morte ulla castrum Thanisii lucrati sunt.

In hiis vero diebus orta est magna discordia inter legatum et regem, propter[h] quod rex petebat dominium civitatis, et legatus noluit ei concedere, et propter thesaurum, quod[i] nolebat reddere; et in tantum increvit[k] discordia inter illos et inter totum exercitum, quod rex armavit tres galeas et de exercitu volebat recedere, et omnes sui secum; hoc videntes[l] consiliati sunt ei dare civitatem usque ad adventum pasagii imperatoris et[m] iussum Rome et libertatem Christianorum[5]. Dec. 21. In[n] die sancti Thome tantum erat cor eorum de auro obcecatum[o], quod nolebant dare nisi sex[p] bysancios cuilibet de exercitu. Inde totus exercitus armatus fuit, et Romani et Latini intraverunt civitatem et acceperunt omnes turres et foras turpiter proiecerunt Francigenas, et multi fuerunt vulnerati et mortui; ex utraque parte totus exercitus armavit se, et omnes putabamus in illa die esse dispersi. Tunc dominus legatus posuit pacem in omnibus, et civitas fuit assignata regi[6] et Alamannis, salvo iussu imperatoris, et promiserunt integram porcionem dare.

a) obcessa *c.* b) $M^{mo}CC^{mo}XVIII$ *c.* c) *sic supra p.* 698, *l.* 17, *om. h. l. c.* d) dn̄i ffederici *c.* e) *hoc loco sequuntur in cod. infra l.* 25 — *l.* 32. *posita:* [va]et iussum Rome — porcionem dare. In[cat], *superscripto* va — cat *hoc loco deleta.* f) *potes emendare* Damiate locus, *nescio vero an Iohannes dicere voluerit ibi sitam fuisse Damiatam veterem, ut Oliverus c.* 24. *scribit, quod si fecit, potius quaedam verba omissa esse conicies.* g) *emendavi;* aliud *c.* h) *cf. supra p.* 496, *n.* f. i) *sic c.* k) *emendavi;* intrauit *c.* l) principes *supplendum esse videtur.* m) et — porcionem dare. In *iam supra male inserta sunt (vide n.* e*), hoc loco recte iterata in c.* n) christianorum. in *hoc loco, nullo puncto interposito superiore loco c.* o) *ita loco superiore,* obsecatum *hoc loco c.* p) *sic hoc loco,* ex *loco superiore c.*

1) *Veros numeros, qui hoc loco corrupti sunt, praebet Liber duelli.* 2) *Est Nov.* 23, *quod non convenit cum festo Caeciliae (Nov.* 22*).* 3) *Cf. Oliver. c.* 40; *Reiner. Leod., SS. XVI, p.* 678. 4) *Quod fieri non potuit, si Christiani die Nov.* 22. *Damiata profecti iam die Nov.* 23. *castrum ceperunt, quod hoc loco dictum est.* 5) *Verba* et lib. Christ. *perperam hoc loco posita excorta esse videntur ex eo quod Alb. Mil. supra p.* 502. *habet:* legatus volebat, quod omnes Christiani haberent libertatem ibi. 6) *Cf. Oliver. c.* 39; *Iac. de Vitriaco epist. VI, l. l. XVI, p.* 79; *Honorii III. papae epist. ad Ianuenses a.* 1220. *Iul.* 27. *data, Epist. pont. sel. I, p.* 91, *nr.* 125.

et Sarraceni non utuntur, nec carne[a] porcina. Machometus etenim eorum legis 1219. lator verens, ne sui discipuli aliquando forte per ebrietatem suam nefandam detegerent sectam, ab usu vini eos prorsus inhibuit; sicque usque ad presentes legis hec sanctio[b] inscissa[c] pertinuit. Carnibus similiter non vescuntur porcinis ob causam[d] devorati Machometi sui a porcis. Omnes[e] autem res in civitate inventas conmuniter ad exercitum[f] decreverunt fore distribuendas, sed hoc non est conpletum, sicut promiserant. Multi autem mortui in civitate erant et multi[g] per domos et per vicos et per plateas insepulti iacebant, ideoque intollerabilis in civitate fetor erat[1]. De octoginta autem quatuor milibus, quos ibi reliquerat soldanus, non erant vivi nisi quinque milia Sarraceni. Fere autem mille remanserant insepulti, quibus locus deerat sepeliendi. Signum vero sancte crucis quoniam multociens fecerant coram oculis nostris et flagellaverant et conbusserant, Christus talem ab eis accepit vindictam, quod multi eorum morbo canino mortui sunt, et alii languore macerati, alii guttam passi, alii occisi perierunt; et ita civitas Damiata facta est Christi discipula *sine sanguinis effusione, que fortior totius mundi potest *f. 182'. apellari. Nullus autem princeps nec cliens nec miles potest vel debet de ea gloriari, nisi tantum Deus, qui semper est laudabilis in secula seculorum. Amen.

Itaque Christianus exercitus ante Damiatam in medio terre Sarracenorum conditam sedit annum integrum et menses quinque et ebdomadam unam et dies duos, ante quam eam haberent. Christiani vero habuerunt eam tempore Honorii pontificis summi et Friderici imperatoris, fungente sub eodem tempore in eodem Christianorum exercitu Pelagio cardinali aput Egiptum legacione, regnante Iohanne Accon[h], Nonas Novembris, regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre *Nov. 5.* et spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

De cetero coherentias Damiate, circa quam Christianorum pugnaverat exercitus, vobis breviter pandimus. In circuitu civitatis viginti[i] novem sunt turres magne et munite valde, prominentes quidem extra murum, sed tamen eidem coherentes, inter quarum omnium medietates alie sunt erecte supra murum his minores, scilicet inter binas et binas alie bine et bine, quarum omnium summa est octoginta septem.

20. De castro Tenensium.

Idus Novembris[2], capta civitate, Christiani navigaverunt ad fortissimum *Nov. 13.* castrum Tenensium, quodque inmunitum invenientes intraverunt[3], ac in festo sancti *Nov. 23.* Clementis turres munierunt; sicque nullo eorum occiso Damiatam redierunt. Thesaurus autem infinitus et sine numero cum esset in villa, principes, sicut promiserant, eum exercitui dividere nolebant. Unde populus commotus ad arma 1220. *(Ian. 6).* cucurrit volens legatum interficere. Quo sedato et a tumultu cessante, cuilibet iustam portionem se daturum promisit. Quod tamen iniuste prosecutum est, nullo nostrum nisi sex bizancios accipiente. Veniente autem die purificationis beate *Febr. 2.* Marie facta est magna sollempnitas in civitate. Intravit qui voluit, et celebrata missa a domno legato in nomine domini nostri Iesu Christi et beate Marie vir-

a) porc. carne *corr.* carne porc. *c.* b) sanctio *in marg. alio atram. suppl. c.* c) inscissa *in loco raso alio atram. scriptum c.* d) *seq.* ab eis *post delet. c.* e) Omf, f *e corr. c.* f) exercetum *corr.* exercitum *c.* g) insepulti *iam h. l. add. c., post delet.* h) acon *corr.* accon *c.* i) *seq.* st *expunct. c.*

1) *Idem supra p.* 699, *l.* 31. 32. 2) *Dies sane falso indicatus.* 3) *Ipso die s. Clementis Iohanne de Tulbia et Olivero c.* 40. *testantibus.*

1220. Ian. 6. In die epiphanie iterum totus exercitus armatus fuit, et cucurrerunt ad dominum legatum et volebant eum occidere. Postea venerunt dicentes, quod delusi erant a militibus, omnes se armaverunt et venerunt ad dominum legatum et dixerunt ei: 'Domine, da nobis porcionem civitatis!' Et ipse dixit eis: 'Quicquid habeo, daturus sum vobis, set nichil alii volunt[a] vobis dare. Ite et habeatis consilium!' Et ex alia parte rex, Templum et Hospitale et omnes Franci se armaverunt et intraverunt in civitatem et turpiter foras proiecerunt Latinos, et in illa die magnum insultum dederunt civitati, et multi Christiani fuerunt vulnerati; et quidam ex illis dicebant: 'Mittamus ad soldanum, ut veniat ad principes'. Ceperunt dare
*f. 40'. porcionem ad eorum *libitum, militibus XX[ti] IIII[or] bysancios, sacerdotibus et turcoplis[b] XII, clientibus sex, mulieribus et pueris tres. Et sciatis, quod centum milia Christianorum erant scripta in exercitu[1].

Febr. 2. Secunda die Februarii, in festo beate Marie virginis constituit dominus legatus et omnes prelati divinum officium celebrare intus in Damiatam[c], ut purificaretur a multis fetoribus, quibus erat antea polluta. Et in mane eodem die clerici et laici fuerunt congregati, et vera crux cum vexillo ante ibant, et intraverunt civitatem laudantes Christum et beatam Mariam et omnes sanctos, et *Te Deum laudamus* et *Gloria in excelsis Deo* plorando pre gaudio cantaverunt; sicut pia mater de amisso filio eo invento de gaudio plorat, sic sancta ecclesia, que est mater nostra, una cum filiis suis de recuperacione Damiete[c] letati fuerunt; et ipse dominus legatus celebravit missam ad honorem Dei et beate Marie et omnium sanctorum. Et sicut [Iesus[d]] in illa die in templo luminariis fuit presentatus, ita Christiani optulerunt sacrificium Deo in Damiata inmaculatum. Tunc completum est in Damiata, sicut
Luc. 15, 11-23. dicitur in Evangelio: Homo quidam habuit duos filios, et unus multum tempus vixit luxuriose et perierat, et recordatus est et venit ad mercedem patris sui, et ipse interfecit vitulum saginatum et celebravit nupcias. Ita patri celesti placuit
cf. Levit. 9, 3. agnum sine macula sibi esse oblatum[e]; et ubi Mahumet colebatur usque nunc dicta est macomaria[f], modo Dei[g] gracia dicta est virgo Maria. Amen.

a) nolunt *c.* b) tricoplis *c.* c) *sic c.* d) Iesus *supplevi, om. c.* e) obbatum *c.* f) *sic c.;* macomeria *melius scribendum.* g) de *c.*

1) *Ad haec proxime ea accedunt, quae habet fragm. Provinc.* § 125 *sq., p.* 200: quel departirian ben e lialment: sobre prestre assis et a cavalher XXIIII besans, e a turcople XII, et a sirvent a pe VI besans, e a cascuna femna III besans. . . . E sapiatz que no i trobet hom per escrigh mas mil e CCCC cavalhers e XLII milia homes d'autres, que sirvens, que albalestiers et arquiers, sens las femnas. *Cf. Oliver. c.* 38.

ginis, voluit domnus legatus et precepit, quod locus ille, qui prius vocabatur 1220. fanum Machomet, de cetero appellaretur ecclesia beate Marie virginis, genitricis Dei[1] et domini nostri Iesu Christi, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT.

1) *Cf. Iacobi de Vitriaco epist. VI, l. l. p.* 78; *Roberti Autissiod. Cont. II, SS. XXVI, p.* 286; *Oliver. c.* 39.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 3 *sqq. In Annalibus Cremonensibus quaedam emendanda sunt, quae adnotata invenies in Supplemento Annalium Cremonensium p.* 185, *n.* 4. *et p.* 186, *n.* 5.

P. 13. *ad l.* 27. *adde in margine:* (Aug. 30).

P. 19, *l.* 45, *n.* 5. *adde:* Chron. Mant., SS. XXIV, p. 216: 'in bello Blancelune'.

P. 42, *l.* 39. *lege* Delaville le Roulx *(pro* de Roux*)*.

P. 62, *l.* 20—22. *dele* sed duobus — habuerit, *pro quibus adde:* Perpauca in Decreto Gratiani lecta de Ambrosio aliaque inseruit. — *Ad p.* 72, *l.* 15—17. *cf. infra p.* 184.

P. 106, *l.* 50. *dele punctum post* inscribitur.

P. 120, *l.* 23. 24. *contrahe* sed Arrianus effectus est *litteris latius positis expressa et adde ad haec in margine* Isid., *dele ibidem n.* 2, *l.* 49—53.

P. 123, *l.* 37, *n.* b *lege* exosos habuit *(pro* habebat*)*.

P. 132, *l.* 52. *lege:* c) *sic* 2b. d. e; queque 1. 2a. c. *C.*

P. 159, *l.* 31, *n.* u *lege:* XXIII *A et C.*

P. 200, *l.* 27, *col. I. contrahe* Constantio heretico *litteris latius positis falso expressa.*

P. 209, *l.* 20, *col. I. contrahe extremam sillabam vocis* adiunctoque.

P. 217, *l.* 24, *col. I. lege:* Celestinus II. men. V *(pro* men. X*)*.

P. 218, *l.* 10, *col. I. adde in margine* 1156. (Ian. 7) *et ad haec adde adnotationem:* Cf. Cont. Annalium dictorum Seligenstadensium, SS. XVII, p. 32, et Ann. Herbipol., SS. XVI, p. 9; Robert. de Torinneio, SS. VI, p. 505.

P. 223, *l.* 18—26. *Haec pars de origine Francorum maxime convenit cum Rigordi c.* 38, *ed. Delaborde p.* 55—57.

P. 235, *l.* 37, *col. I, n.* 2. *lege:* XV *Amiat. (pro* XII. *Amiat.)*

P. 239, *l.* 21, *col. I. contrahe* eos *litteris latius positis expressum.*

P. 247, *l.* 35, *col. I. lege:* episcopo, de.

P. 248, *col. II, in margine ad l.* 4. *lege:* L. pont. 84, 3. *(pro* 83, 3*)*.

P. 265, *l.* 4, *col. I. lege:* MCCXX, [ind.] VIII. *pro* MCCXXI, [ind.] VIIII.

P. 310, *l.* 2. *lege* Valentiniano *pro* Valeriano *aut* Valentiano, *ut A habet, et pone in nota:* Valeriano *c.*

P. 318, *l.* 21. *emendandum est:* Adrianus Arnulfum legitimavit, *sic enim habet Albertus Milioli, Cron. imp. c.* 85, *p.* 625. *Quo facto dele p.* 318, *l.* 49. 50. Nec mirum — posuerit.

P. 332, *l.* 24. *dele notae numerum* 6 *post* Brembo.

P. 357, *l.* 5. *lege* cum Lodoyco *(pro* Lodyco*)*.

P. 361, *l.* 29. *lege* Carpineto *(pro* Carpinete*)*.

P. 371, *l.* 40, *n.* a *lege: h. l. et infra in cap. (pro: h. l.;* que *infra in cap.)*

P. 383, *l.* 13. *lege in margine:* ib. II, 13. *(pro* II, 14*)*.

P. 385, *l.* 1. *lege* tintinnabulum. — *P.* 389, *n.* 5. *adde:* Cf. infra cap. CLVII, p. 432.

P. 412, *l.* 27. *contrahe extremam sillabam vocis* liberatus.

P. 432, *n.* 1. *lege:* Cf. supra p. 389 *(pro* p. 369*)*. *Ad l.* 4. *eiusdem paginae iuvabit haec adnotasse:* Hic Iohannes eremita de Marola in colloquio Carpineti a. 1092. habito effecit, ut Mathildis comitissa pacem ab Heinrico IV. imperatore oblatam refutaret, ut Donizo II, v. 647 sqq., SS. XII, p. 392, tradit. Quem Iohannem eremitam a Donizone dictum viri docti Muratorium secuti abbatem Canusinum Iohannem fuisse non recte opinati sunt. Abbas non eremita appellari potuit. Atque Marola villa proxime a Carpineto sita est.

P. 485, *l.* 34, *n.* m *lege* et manganis *(pro* ex manganis*)*.

P. 491, *l.* 9. *post* ansietatem *pone adnotationis litteram* c* *(pro* d*) et adde in apparatu critico l.* 25: c*) *sic c.*

P. 523, *l.* 19. *dele uncos ad* Maii 19. *in margine positos.*

P. 531, *l.* 45, *n.* 2. *adde:* Hic Galvanus tunc non occisus est. Sed Karolus rex in litteris ad papam statim post proelium datis, SS. XXVI, p. 578, dixit a pluribus asseri Galvanum comitem in proelio cecidisse. — *P.* 540, *l.* 48. *lege:* l. l. p. 415 *(pro* 414*)*.

P. 562, *l.* 2. *lege:* comune Regi *(pro* Regia*)*.

P. 605, *l.* 47, *n.* g *lege* χps *(pro* χps*)*.

INDEX.

SCRIPSIT O. HOLDER-EGGER.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

Azo, Aço.

B.

Cata-, Catha-, Cate-.

D.

E. (Ae.)

Ke. Ki. Ky. (Ka. Ko. Ku. *v.* C).

L.

Lazarus, Laçarus.

Ptolomeus, Ptholomeus.

Q.

R.

Raimundus, Raymundus, Raymondus.

Rainaldus, Raynaldus, Reinoldus.

Stephanus, Sthephanus.

W.

CORRIGENDA.

P. 50, *n.* 7, *l.* 51. *lege:* frater Friderici II. ducis (*pro* frater Simonis ducis).
P. 333, *n.* 7, *l.* 45. *lege:* nominari un (*pro* an).

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT O. HOLDER-EGGER.

absentare se 533, 10.

absida = *absis* 199, 30. 237, 20. 297, 25; abscida 274, 25.

abstulere = *auferre* 440, 1 (abstulebat). 524, 10 (abstulendo).

acia = bipennis 651, 5.

acolitus 146, 10. 198, 30. 206, 25. 247, 15. 273, 20. 282, 25. 285, 15. 314, 5.

acties = *acies* 545, 15.

actor = *auctor* 233, 35.

admirandus = magister militiae, Emir 170, 15. 646, 5. 10. — admiragdus, Emir 170, 20. — admiratus, Emir 648, 30; admiratus, Admiral 646, 10. *Cf.* amirarius, amiragius, amiraldus *etc.*

adsedium, *Ital. assedio* 474, 35. *Cf.* asedium, asepdium.

advocatus, Vogt 164, 10. 638, 30.

affidamentum 532, 1.

affidare, *Ital. affidare* 529, 15 (affidatus). 539, 25.

aggressus *passive* 698, 15.

agresti = *agrestes* 494, 30.

agrestis ignis 645, 40. 647, 10. 650, 40. 651.

albergare, *considere, Ital. albergare* 456, 30. 459, 5.

albergaria 480, 20. 481, 20.

aliqualiter 577, 35.

alongare 562, 5.

alteratus 408, 5.

amactans(?) 651, 20.

amarissimus 680, 10. 681, 10.

amassatus, *condensatus* 460, 5.

ambaxator, *Ital. ambasciatore* 519, 5. 533, 20. 541, 30. 562, 40. 563, 1. 50. 566. 567. 569, 10; anbaxator 575. 577. 578, 20.

amiradus = magister militiae 648, 25. — amiragius, Emir 462, 25. 463, 30. 474, 5. 475, 5. 476, 10. 477, 5. 489; amiragius, Admiral 564. — amiraglius, Emir 462, 30. — amiraldus, Emir 691, 30. 693, 1. 695, 20. — amirarius, Emir 478, 20. 488, 1. 490, 25. 498, 1. 502, 10. 675, 15. 677, 1. 699, 5; ammirarius 674, 15. 682, 25. 690, 30. 692, 1. 698, 1. 700, 15. *Cf.* admirandus, admiragdus, admiratus.

anachoritanus 238, 15. 396, 20.

anbaxator *v.* ambaxator.

ancianus, ançianus, *Ital. anziano* 523. 525, 10. 550, 10.

angustiari 423, 20. 464, 15. 465, 20.

annualiter 584, 40.

anteire = *procedere* 472, 10. 473, 15.

antipapa 293. 438, 15. 439, 10. 446, 1. 447, 25. 450, 1.

antiphona 416, 15. 427, 20.

antiphonatim 202, 1. 240, 15. 277, 30. 311, 1; anthiphonatim 131, 15.

ançianaria, *officium anciani* 549, 10.

ançianus *v.* ancianus.

aorisia 146, 20. 617, 20.

apostolicale privilegium 444, 45.

apostotare 276, 1. 313, 25.

arcarius, *sagittarius* 519, 35. 657, 25. *Cf.* archerius.

arcator, *sagittarius* 459, 30; archator 291, 40. 645, 30.

archarius, *qui arcam sancti cuiusdam custodit* 156, 15. 421, 30.

archata, *Ital. arcata* 16, 20.

archator *v.* arcator.

archeria, *fenestra ad tela arcubus emittenda relicta* 675, 40.

archerium, *idem quod archeria* 675, 15.

archerius, *sagittarius* 482, 10. *Cf.* arcarius.

archicancellarius 642, 35.

archiflamen 635, 25.

archisummum 166, 25. 167, 1. 642, 15.

arengheria, *locus editior, unde publice concionantur* 366, 35. 526. 579, 35.

arginalis, *Ital. argine* 476, 1.

artes = misteriorum societates 542, 5.

ascleratus, *in scleram (Ital. schiera) conglobatus* 467, 20. 481, 20. 491, 5. 501, 30. — ascheratus 466, 15. 480, 20. 490, 5.

asebis, 'non colens' vel 'non cultus' 122, 15. 394, 20.

asedium, *Ital. assedio* 517, 35. 685, 25. *Cf.* adsedium.

asepdium, *Ital. assedio* 456, 25.

de asidibus (= *asseribus)* pons 547, 30.

asillire = *assalire* 635, 5.

asoldare 651, 45.

assaxinus 551, 5. *Cf.* Asaxini *in Indice.*

astiludium *v.* hastiludium.

aurifrixium, Goldfranse 444, 35.

ausebus *v.* eusebes.

avere, *subst., gen.* averis, *Ital. avere* 539, 25. 574, 10.

avinus = *avus* 454, 25.

axamplari(?) 518, 1.

açimitae (*falso* açunitae), *qui ex pane azymo eucharistiam conficiunt* 628, 10.

baculus pastoralis 430, 20. 654, 45.

bagordare, *mhd. buhurdieren, Ital. bagordare* 363, 25. 460, 1.

baiulus, *vicarius* 225, 5.

balare, *Ital. ballare* 460, 1.

balasterius = *balistarius* 512, 5. 517, 25. 539, 15. *Cf.* balestarius *etc.*

balestare 496, 30 (balestando).

balestarius 463, 30. 465, 1. 25. 519, 35. 545, 10; ballestarius 482, 10. — balesterius 534, 25. 544, 15; ballesterius 553, 15. — balistarius 462, 25. — balisterius 18, 5. — balistrarius 464, 1. 20.

balneare se 171, 25. 649, 40; balniare se 293, 20.

baltrescha 489, 1. — baltesca 501, 25. *Cf.* bertresca.

balzanum *(duplicis coloris; cf. Ital. balzano)* vexillum 501, 30. 35.

bancale, *tapes quo bancus tegitur* 701, 35.

bancus 425, 45.

banderia = *Ital. bandiera* 512, 30. — baneria 700, 1.

bannire 517, 35; banire 7, 1. 14, 25; bannitus 20, 15. 365. 518. 519, 1—521, 10. 523, 5.

bannus 56, 25. 539, 25; imperii 7, 1; imperialis 7, 10. 14, 25.

baptisterium 186, 1. — batisterium 5, 20.

bara, *Ital. bara* 546, 1.

baratator, *Ital. barattatore* 569, 1.

barbacana, *antemurale, Ital. barbacane* 645, 25; barbacanna 645, 35. — barbacanus 364, 20. 508. 645, 25.

barbota, *navium species* 676, 15. 677. 689, 25. 691, 10. *Cf.* berbota.

barca, barcha, *Ital. barca* 466, 10. 467, 15. 470—473, 25. 476. 477, 1. 482, 10—484, 15. 486, 25. 487, 15. 488, 30. 489, 20.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

Incipit liber de temporibus et etatibus ad perpetuam rei memoriam. R[ubrica].

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Amen. Breve compendium collectum ex [illegible] et per ordinem digestum de temporibus in quibus sederunt certi pontifices Romani et imperatores imperaverunt. Reges regnaverunt. sederunt Regini pontifices. consules et potestates Civitatis Re[gii] [illegible]nt. et de quibusdam gestis sub [illegible] pontificibus et principibus potestatibus [illegible] rectoribus. ut in certis locis huius operis [illegible] maiora gesta et magis necessaria facilius omissa prolixitate valeant inveniri.

Explicit prologus. De anno et tempore quando natus fuit Jesus Christus ex Maria virgine in Bethleem Jude. R[ubric]a.

IESUS Cristus filius dei vivi in anno xlij. imperij octaviani augusti qui imperavit annis lvj. in bethleem Judea a maria virgine natus est. anno xxxiij. sue nativitatis. sed anno octavodecimo. tyberij qui imperavit annis xxiij passus est, petrus apostolus post passionem domini filius Johannis [illegible] provincie galilee de bethsaida. Episcopus autem sedit ecclesie princeps annis quattuor. post [illegible] episcopatum antiochie annis vij deinde venit Roma. ibique xxv annis et mensibus vij. et diebus viij. pontificatum tenuit. papa esse cepit anno domini xlv. sedis imperium tenente tyberio. post quo gallicula qui imperavit annis quattuor mensibus x. diebus viij. post nerone qui imperavit annis xiij mensibus vij. diebus xxiij. De octaviano imperatore.

Erigitur nascente deo pius octavianus patoit.
Germine romanus speciosus Roma planus.
Militia validus ingeniosa manus.
Fit gladius vomer fuit de cuspide falce. Ero
Mars silvit pax emicuit miles fuit auceps ni
Fit veniente deo vir bonus absque reo. ca-
Hic virtute sua meruit reverendus amari.
Ipse deus potuit si vellet more vocari.
Virtutibus et meritis fuimus in orbe dari.
Imperat augustus post prelia multa parata.
Interit antonius moriente simul cleopatra.
Cuius et uberibus aspides ora vacant.
Filius et nati sibi sunt sol et luna vocata.
Ante triumphantes currum quasi monstra putata.
Stant duo mancipia cesaris ense data.
Urget cum populis ut deus ipse vocetur.
Ille timet si maior eo post hec oriretur.
Ne pereat nomen ponderat et ipse dotus.
Scire futura volens rex consuluit ore sibilla.
Et petit ut causas referat cui retulit illa.
Maior te [illegible] signa futura vide.
Arte sibillina celi patet eminus ara.
Qua videt angelica divinitus agmina clara.
Que puero solum digna favore parant.
In gremio matris sedet sapientia patris.
Dextera coronati pueri dat bona beatis.
Celitus emicuit gloria multa satis.
Cesar ut obstupuit tam sua visa revelat.
Mira refert pueri nec cum miracula celat.
Quippe minor puero numine cesar erat.
Scribe sibilla michi qui [illegible] putatur.
Quis vel pater fuit est aut quem [illegible] vocatur.
Quod fili[illegible] quod diadema datur.
Mulier illa [illegible] est de flamine natus.
Virginis [illegible] sine semine [illegible].
Pre[illegible] sine fine datus.
Desine cesar [illegible] amodo [illegible] vocari.
Iste puer deus est [illegible] mundus habet venerari.
Cui favet angelicus cetus et unica matris.
Claruit huius annis populis baptisma Iohannis. Cronica.
Iordanis baptisma deo dedit optimus annus.
Fons olei rome crisma [illegible] monet.

De Imperatore tyberio filio octaviani
Tiberio moriente deo prestante honores.
Cui ad imperium nequam dapnavit herodes.
Pilatus capitur gens honorata deo. Cronica.
In[illegible] tyberio titus cum vespasiano.
[illegible] in [illegible] Christum Ierosolimitano.
Captivus [illegible] perdidit ense malos.

Nota quomodo [illegible] [illegible] fuit in uno [illegible] lancee [illegible] [illegible]ntum [illegible].

Nota [illegible] Romani [illegible] imperatorem vocare deum sed [illegible] visionem celestem [illegible].

Nota quomodo octaviano imperatori ara celi aperta est [illegible] ubi vidit filium virginis in sinu matris coronatum et turba angelorum circa eum.

Nota [illegible] imperatori [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Nota [illegible] gregorius.

Christi tempore [illegible] iohannes baptista. virgilius. oratius [illegible] [illegible] agrippa rege [illegible].

[illegible] tyberii [illegible] magne [illegible] pilato [illegible].

[illegible] nulla [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] illo.

Nota quod in acta insula diabolus apparuit iudeis in spetie moysi ... [illegible]
... transire sicco pede. Quam cum per mare sequerentur submersi sunt ... [illegible]
... baptizati.

S pondet eis patriam conciliat suam.
P mare transire sicco pede dicit ite.
I nde ierosolima me peruenietis ab ite.
Q ue bona perscripsi uultis habetis ibi.
C umque per equoreos fluctus conducit hebreos.
T urba grauis sequitur spes magna fouet phariseos
I mpetus equoreus illico claudit eos.
P arte reseruata quam non maris obruit unda.
F it credo catholica xpi baptismate munda.
C ecata que perit piscibus esca fuit.

XLIX Leo papa primus natione tuscus ex patre Leo papa primus.
quintiano. Cepit anno domini. CCCCXLIIII. sedit annis XXI. impe
rante theodosio. post marciano et ualentiniano et
marciano qui imperauerunt annis XVII. post leone primo
qui imperauit annis XVIII. et cessauit episcopatus dies VII. Leo dam
nauit manicheos. dampnauit sub quo concilium ephesinum
celebratum. XV. d. c. i. qui dioscorum excommunicauit. XXI. d.
tentatum qui magnum leonem excommunicauit. Tunc temporis claru
it sanctus prosper episcopus Regin. Tunc temporis celebratum fuit co
ncilium calcedonense. XV. d. c. i. huius temporibus fecit demetria
ancilla dei basilicam sancto stephano uia latina miliario III.
in predio suo. hic inuenit duas hereses per quosdam
episcopos. Hic ordinauit precepta sua auctoritate et misit
ad marcianum augustum fidelem principem catholicum. et facta colla
tione cum eodem principe. collecti sunt episcopi et factum est concilium sanctorum
episcoporum in calcedonia in martyrio sancte eufemie. et congregati sunt
CCLVI. sacerdotes et aliorum cyrographum. CCCVI. episcoporum qui
congregati una cum totum. hec est fide apostolice ecclesie romane cum
cyrographum sancti archiepiscopi leonis fidei catholice principe cum
cam in persona augusti congregatum concilium. mille. CC. episcoporum
una cum augusto marciano. qui exposuerunt fidem catholi
cam et apostolicam. duas naturas in uno xpo domino deo et homine.
In quo loco piissimus augustus marcianus una cum uxore sua au
gusta pulcheria deposita regia maiestate fidem suam exposu
erunt ante concilium sanctorum episcoporum. ubi et dampnauerunt euthycium
et nestorium. et uero fidem suam imperator marcianus augustus cum uxo
re sua pulcheria augusta cyrographo proprio exponentes posu
lauerunt sanctum concilium. ut dirigerent ad beatissimum papam
leonem dampnatos omnes hereses. Item multas epistolas misit fi
dei beatissimus leo archiepiscopus. que hodie archiuio recondite conti
nentur. hic firmauit frequentibus suis epistolis synodum calcedonie

sem ad marcianum epistolas XII. ad leonem ... [illegible] epistolas
XIII. ad flauianum episcopum epistolas ... [illegible]
... [illegible] fidei confirmationem ... [illegible]
... [illegible] legatione ... [illegible]
athela et iduruit totam ytaliam ... [illegible]
... ut monachum non acciperet ... [illegible]
... [illegible] uirginitate ... [illegible]
... decemb. presbyteros. LXXXI. diaconos ... episcopos per diuersa loca
... Qui etiam sepultus est apud beatum petrum ... apostolum
hic suo tempore multa bona fecit dedit et donauit monasteriis
... [illegible] Martinus imperator.

C esar marcianus fulget diademate primus.
N unc rex gothorum dat predia theodoricus.
Q uem timet ytalicus ... synus.
O pprimit yspanos belloque premit cathalanos.
S ibi ... posuit tempora parua.
O mnia ... uulnera in arte manu.

Hylarius papa primus natione sardus. Hylarius papa
ex patre crispino. Cepit anno domini CCCCLXI. primus
sedit annis VI. mensibus III. dies X. imperante leone maiore qui
imperauit annis XVII. Eodem tempore presbyteri arriani in egypto facti
sunt canes latrantes. cessauit episcopatus dies X. Hylarius
sardus instituit ut nullus pontifex sibi eligat
successorem. VIII. q. I. moyses. et cetera plerique. hic fecit de
cretale per uniuersum mundum sparsit epistolas de fide catholi
ca et apostolica. confirmans tres synodus nicenam ephesenam et
calcedonensem et tomum sancti archiepiscopi leonis. et dampnauit
euthycem et nestorium et omnes sequaces eorum. et omnes hereses.
et confirmans dominationem et principatum sancte catholice et apostolice
sedis. hic fecit ordinationes per decemb. presbyteros. XXV. diaconos VI. episcopos
per diuersa loca. XXII. Qui etiam sepultus est ad sanctum laurentium
in cripta iuxta corpus beati laurentii sancti. Leo maior

Dum fit apud danaos leo maior in urbe monarcha. in presbyteros
totus in egypto populo fuit hereticorum ... [illegible]
P ena grauis sequitur liberat ipsa deus. cronica.
M orte canis rabidi. stat turba repleta furore.
L atrat et ob mordet pro nudata pudore.
R edde membra uolens. sanguine tincta dolet.

Simplicius papa primus natione Simplicius papa primus.
tiburtinus ex patre castino. Cepit anno domini CCCCLXVII.
sedit annis XV. mensibus I. dies VI. imperante leone ... qui

Noua ... [illegible]

Nota quod ... [illegible]

L

Nota quod ... [illegible]


LI

... post uictoriam ... [illegible] attila ... romano ... [illegible]
... [illegible]


ferre ... [illegible] bellicosus ... [illegible] attile ... [illegible]
... [illegible]

Alberti Milioli Liber de temporibus.

Codex Estensis = M 1, 7 f. 53




XXXI Tab. II


Incipit liber cronice imperatorum latinorum et grecorum et Regum longobardorum [illegible].
[Incipit] cronica imperatorum latinorum et grecorum et regum longobardorum et aliorum nationum.
[illegible] grece dicitur, que latine temporum [illegible] appellatur. [illegible]
[illegible] Incipit prologus.
[illegible]

Statutorum Reginorum vol. I

Codex archivi Regini




Iudices possint recedere, et de octo diebus sindicatus, et de tabellione non habendo et de breve omni mense legendo. Rca.

In nomine Domini. Amen. Et si ego Potestas Reg. de aliena Civitate vel districtu alicuius Civitatis vel terre, seu etiam de aliquo loco qui non sit de Civitate vel districtu vel episcopatu Reg. debeam habere et tenere toto tempore mei Regiminis mecum ad servicium comunis Reg. duos bonos Iudices et legales, quorum unus debeat super esse circa ordinarius negociis et facta comunis et alius que per officium explicant. Alius vero audire debeat de Causis ordinariis et de hiis cognoscere et diffinire. et unum militem. Et pro servicio et feudo meo et Iudicum meorum et militis et pro omnibus menidis equorum quos mecum haberem et tenere vel magagnatum seu mortuis sive fuerint magagnati in Civitate vel extra Civitatem occasione ambaxate vel exercitus sive cavalcate vel in alia quacumque parte sive loco item pro comuni et pro omnibus andatis seu cavalcatis vel ambaxatis quas facerem pro comuni vel aliqua alia occasione pro comuni perceptum Reg. vel extra sive ego vel miles meus sive aliquis alius de familia mea sive in ambaxata vel exercitu sive cavalcata vel in alia quacumque parte vel loco. Et pro me et Iudice vel Iudicibus milite seu militibus meis et pro omnibus personis que mecum erunt vel fuerint toto tempore mei regiminis in familia mea et pro dispendio Octo dierum post annum nostrum, possim et debeam habere tantum Mille ducentum libr. Regian. parvorum et non plus pretereo nec palium aliquo modo vel aliqua occasione. Et domum comunis ad habitandum et unius stalo et ero contemptus nec de plus habendo faciam consilium vel contionem nec fieri permittam nec in consilio vel contione dicam nec alicui persone dicere permittam vel facere dici nec litteras impetrabo vel impetrari faciam nec permittam de plus habendo pro aliqua occasione vel causa aliquo modo vel ingenio quod possit excogitari. Et si aliquis dictum vel dictum esset sive ordinatum aliquo modo ab aliquo de consilio contionando de plus habendo pro aliqua dictarum causarum sive concorditer vel concordatum esset. illud non accipiam nec alicui alii persone aliquo modo accipere permittam nec in meo facto nec in mea utilitate expendam vel expendere permittam. Et si littere de plus habendo fuerint impetrate pro aliqua dictarum causarum illas in consilio in contione generali vel speciali non legam nec legi permittam. Et si quis in consilio seu contione sedendo contionando vel dicendo dixerit de plus habendo quam supradictum est vel aliter ei auferam pro banno. viginti quinque libr. Regian. de dictis vero Mille ducent. libr. Regian. quas habere debeo ut supradictum est. debeam et possim habere tantum Trecentas libr. Regian.

Statutorum Reginorum vol. I

Codex archivi Regini



L VI

IN NOMINE DNI NRI IHV XPI AMEN

Sub Millesimo. Ducentesimo. Sexagesimo sexto. Indictione Nona.

De sapientibus electis ad infra scripta statuta et ordinamenta facienda.

Hec sunt statuta et ordinamenta et adictiones et diminutiones statutorum suprascriptorum facta et composita per dominos infra scriptos in concordia ut saltem per duas partes. Albertum de foliano. Gerardum de Tripolis. Arnaldum de sancto Romano. Johannem Bughonum. Gravendonum de lupianis. Jacobum domini mazalioni. Guidonem pagani. Gerardum Raucsium. Johannem leualori. francischum de bayso. henricum de flordebellis. francischum de valestris. Tempore domini Boniaursi belencionum tunc potestatis. Ad honorem dei et beate Virginis marie et beatorum Corporum prosperi. Grisanti et darie. et omnium sanctorum et sanctarum dei. et ad bonum statum et pacificum Comunis Regii. I

De modo et forma custodiendi Civitatem. et de salario concesso Capitaneis. et custoditoribus.


In primis statuunt et ordinant omnes in concordia. super Custodia Civitatis facienda quod debeat in hunc modum custodiri. scilicet quod ad portas Castelli. et sancti petri. et sancte crucis. et sancti stephani. debeant esse et stare per Quindecim. dies. ad quamlibet dictarum portarum. Octo Custodes. et duo. Capitanei. bene armati cum lanceis et aliis armis necessariis. qui predicti debeant stare ad dictas portas. die noctuque. nec se inde separare nisi in hora comedendi. et tunc unus de dictis Capitaneis. cum medietate predictorum Custodum. debeant remanere et stare ad dictas portas. Item quod ad portas sancti nazarii. et sancti Gosmerii debeant stare Quatuor Custodes. et unus Capitaneus. preter lononem. et sanctum marchum. ad quamlibet earum debeant stare Tres Custodes. et unus Capitaneus. cum armis suis de nocte omnes. et unus eorum de die continue. Item quod ad quamlibet Tonzellam. et breschiam et postam que sunt Circumquaque Civitatem super muro et palmerio. et que sunt ab hinc retro Custodite. debeant stare duo Custodes de nocte cum armis suis usque ad campanam de die. et quod omnes dicti Capitanei et Custodes. debeant stare ad dictas guardas per quindecim. dies. ut supius dictum est. et quilibet de Capitaneis et custodibus portarum apertarum debeat habere a Comuni. decem. sol. Reginorum. pro salario predicto tempore et quilibet de Capitaneis et Custodibus portarum clausarum. Sex. sol. Reg. et quilibet de Custodibus de Tonzellis et breschiis. et aliis postis debeat habere. Quinque. sol. Reg. que guarde et Capitanei debeant eligi in hunc modum. quod eligantur. Ducentum homines de maioribus potentioribus et fidelioribus de parte Ecclesie in unaquaque

Quarteri.

xvij. Vginto

II

Codex archivi Regine




Incipit liber tercius de accusationibus, inquisitionibus et denuntiationibus maleficiorum et de penis eorum. Rubrica.

Quod potestas et alii officiales Communis non possint precipere alicui quod … accusatus de aliquo … alios Juratores … tamen velit dare bonam et ydoneam securitatem secundum qualitatem … accusatus de homicidiis, furtis, Robariis strate, incendiis, Ruptoribus pacis et aliis. Rubrica.

Consuetudines anni 1242 volumini I Statutorum Reginorum praefixae.


Codex archivi Regini



Lichtdruck von Albert Frisch, Berlin W.

Liber grossus antiquus

archivi Regini f. 275v



Lichtdruck von Albert Frisch, Berlin W.